CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. VIIII.
EVGIPPII OPERA

PARS I

EVGIPPII EXCERPTA EX OPERIBVS S. AVGVSTINI
EX RECENSIONE PII KNOELL.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXV.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION
111 Fifth Avenue, New York, N.Y. 10003

JOHNSON REPRINT COMPANY LTD.
Berkeley Square House, London, W. 1

EVGIPPII

EXCERPTA EX OPERIBVS

S. AVGVSTINI

RECENSVIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

PIVS KNOELL.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXV.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION
111 Fifth Avenue, New York, N.Y. 10003

JOHNSON REPRINT COMPANY LTD.
Berkeley Square House, London, W. 1

First reprinting, 1967, Johnson Reprint Corporation
Printed in the United States of America

PRAEFATIO.

Quod Eugippius in epistula ad Probam uirginem dicit, se Excerpta ex operibus S. Augustini compilasse, quo pluribus librorum diuini illius scriptoris cognoscendorum facultas esset, quia *unum codicem facilius quis sibi parare posset quam multos*, hoc certe assecutus est, si ex numero codicum manuscriptorum, qui adhuc extant quique in catalogis bibliothecarum, quae perierunt, laudantur [1]), iudicari licet. multitudine autem librorum et magno ambitu operis excusatum erit, quod selectis codicibus usus sum, plures uero qui innotuerant excutere omisi. codices igitur uetustiores tantum excussi, codicibus uero, qui decimo aut posteriore saeculo scripti sunt, praeter unum Vercellensem abstinui. cum autem ambitus huius libri fines solitos iam egrediatur, hoc loco tantummodo de codicibus, quos aut contuli aut inspexi, eorumque condicione atque indole enarrabo, cur autem in textu, quem uocant, constituendo Vaticanum librum ducem secutus sim, alio loco copiosius exponam.

Omnium uero librorum, quos in edendis Excerptis adhibui, et antiquitate et integritate facile principem locum tenet codex Vaticanus, numero 3375 signatus, long. 0·33 m, lat. V
0·24 m, saeculo VII litteris uncialibus pulcherrimis atramento flauo exaratus: quem ipse annis 1877 et 1878, cum Romae morarer, cum editione Migniana contuli. hic liber 306 foliis Excerpta integra continet praeter epistulam Eugippii ad Probam et

[1]) cf. Gust. Becker Catalogi bibliothecarum antiqui. Bonnae 1885.

primos triginta titulos indicis capitulorum initio libri; in extremo libro capita CCCXLV—CCCXLVIII cum parte capitis CCCXLIIII (inde a p. 1088, 9) desiderantur, cum pars maior folii 306 desecta sit, cetera perierint. in primo folio chartaceo, quo codex inuolutus est, manu Fuluii Vrsini haec lingua uulgari italica adnotata sunt: *Eugippo abbate quasi un compendio di uarii scritti di S. Agostino in pergamena in ſra maiuscola in foglio. antico più di mille anni. Ful. Vrs.* quaterniones libri non sunt notati. librarius in hoc libro scribendo ita diligenter et uerecunde uersatus est, ut iis locis, ubi in archetypo litterae euanidae quaedam legi non poterant, spatium uacuum tot fere litterarum, quot in archetypo deesse uiderentur, relinqueret, quae postea plerumque aut ipse aut corrector aequalis litteris aliquanto minoribus atramento magis fusco scriptis suppleuit. quod ex. gr. factum est p. 487, 23; 502, 20; 584, 14; 601, 12; 602, 23; 604, 20; al. quibusdam uero locis codicis parentis scriptura ita euanuisse uidetur, ut quid scriptum esset ne diligentiore quidem inquisitione extricari posset, uelut 423, 11; 468, 8, ubi manus prima *seduce* relicto spatio quinque litterarum scripserat, quae m. 2 perperam suppleuit, *seduceret* pro *seducetur* scribens; 533, 11. nonnumquam uero spatium uacuum relictum est, ubi prorsus nihil desideratur, uelut 507, 19; 655, 11; al.

Codex Vaticanus bis correctus est, primum a librario ipso, qui leuiora quaedam menda sat manifesta, uelut ubi accusatiuum pro nominatiuo uel ablatiuo scripserat, puncto supra posito uel lineola sustulit. huius modi correcturae passim per totum codicem inueniuntur. ita etiam p. 927, 30 *infantia*, quod primo perperam scripserat, in *infantili* correxit ipse librarius.

Non ita religiose atque modeste rem corrector gessit, qui sub finem VIII, ut uidetur, saeculi hunc librum denuo tractauit, singula uerba euanida atramento suo renouauit, uel totas paginas, ubi scriptura m. 1 delituerat, litteris langobardicis redintegrauit. locis enim quibusdam siue propter asperam membranae naturam siue alia de causa atramentum iam paulo post quam codex scriptus est detritum decidit, ita quidem, ut ductus

litterarum manus primae etiam nunc sat manifesti sint et clara luce bonis oculis bene dinosci et legi possint, nisi forte manus altera, quae euanida uerba redintegrabat, supra scribendo effecit, ut legi nequeant. huius modi loci, ubi scriptura delitescens manus primae a correctore repetita est, sunt ex. gr. folia 209^{v} 210^{r}; 211^{v} 212^{r}; 226^{r}; 237^{v} 238^{r}; 243^{v} 244^{r}; 247^{v} 248^{r}; 251^{v} 252^{r}; 253^{v} 254^{r}; 255^{v} 256^{r}; 265^{v} 266^{r}; 267^{v}; 274^{r}; 275^{v}.

Iam uero quaerendum est, utrum corrector subsidio alius libri subnixus fuerit an correcturas ex suo ingenio addiderit. atque negari quidem non potest nonnullis locis pro iis, quae librarius parum accurate scripserat, rectam scripturam a manu 2 restitutam esse. quod ex. gr. factum est p. 46, 18 scribendo *qua* pro *quo*, 47, 3 *quanto* pro *quando*, 49, 3 *aggerem* pro *aggere*, 49, 18 *debitum* pro *debitam*, 52, 2 *aliae tres* pro *aliae res*, 188, 28 *puniendum* pro *puendum*, 819, 15 *sedes* pro *sedis*, 825, 9 *esse* pro *es te*, 829, 22 *citharae* pro *cetherae*, al.; uel ubi singulas syllabas uel tota uerba a m. 1 bis scripta deleuit, uelut p. 664, 16 *excaecaecarentur*; 665, 14 *in sorte in sorte*; 805, 24; 861, 3 *frumentum intum*.

Quae omnia leuia sunt atque ita comparata, ut ea fere quiuis latinae linguae non plane ignarus etiam subsidio libri destitutus ex suo ingenio corrigere potuerit. saepissime autem factum est, ut quae librarius optime scripserat, corrector, cum aut male legisset aut lecta non intellegeret, corrigendo deprauaret. uelut ex. gr. male correctum est p. 46, 21. 22 *magis* in *maius*, 49, 19 *lingua latina* in *linguae latinae*, 61, 7 *cum* in *eum*, 61, 21 *dicentium* in *diceret iam*, 62, 5 *ut* in *et*, 62, 11 *huic* in *hic*, 64, 9 *me nusquam* in *mentisquam* [1]), 72, 27 *ubi ubi* in *ubi*, 132, 24 *propter quam* in *propter q*; *iam*, 139, 24 *operari* in *operarū*, 142, 10 *debuisse in* in *debuissetn*, 146, 23 *sit* in *fit*, 192, 9 *quoquo modo* in *quomodo*, 205, 18 *locos* in *loca*. p. 212, 12 pro *eius modi* a m. 1 scriptum legimus *eius · di*: quod corrector mutatione perfacili uirgula

[1]) In adnotatione critica hoc loco pro V^1 scribendum erat V^2.

superposita in *eius dī* (= *eius dei*) corrupit. eum ne formarum quidem satis gnarum fuisse ex p. 224, 16 apparet, ubi genuinam scripturam m. 1 *deperibat* perperam mutauit in *deperiebat*. sic etiam scripturam m. 1 male correxit p. 228, 12 *deberimus* (pro *deberemus*) in *debuerimus*, 456, 26 *sinceritate*, quod optimum est, in *sine caritate*; 716, 18 scripserat m. 1 *refordemur* pro *recordemur;* quod cum corrector non intellegeret, *d* in *m* mutata *reformemur* scripsit, quod intellegi nequit. sic etiam 683, 23 optimam scripturam m. 1 *acriores* in *ac*^{ue}*.riores*, 818, 17 *contendit* in *consentit*, 897, 8 *erimur* (pro *eruimur*) in *eripimur* corrupit. ne compendiorum quidem notas, quibus librarius rarissime usus erat, satis intellexisse uidetur, corrigendum existimans p. 80, 6 *distam*$\tilde{s}$ (= *distamus*), quod m. 1 scripserat, in *distam*^{u}*s*. ex iis uero locis, ubi corrector erasa scriptura euanida manus primae uerba litteris langobardicis denuo scripsit, multa enumerare possum, ubi genuina librarii scriptura a m. 2 aut corrupta aut omissa est; sicut p. 61, 23 uerba *per exterioris ministerium*: *ego interior cognoui haec*, quae a m. 1 scripta etiam nunc dispiciuntur, corrector omisit. neque uero usquam quae uerba librario inter scribendum interciderant a correctore recte suppleta sunt: nam etiam p. 888, 18, ubi a librario uerbis *ex toto corde* omissis spatium uacuum post *mente* relictum erat, perperam hanc lacunam uerbis *ex tota uirtute* expleuit. quae cum ita sint, fidenter negari potest correctorem iis locis, ubi uerba librarii aut mutauit aut euanida redintegrauit, subsidio alius libri adiutum esse. ubi enim uerba ab eo scripta a uerbis librarii discrepant, leuitati correctoris id tribuendum est, qui uerba librarii parum accurate lecta male renouauit.

Praeter has quas dixi correcturas a manu altera etiam distinguendi notae, quae in codice inueniuntur, plurimam partem adiectae sunt. nam etiam si quaedam sententiarum distinctiones, uelut puncta (.), ab ipso librario profectae sunt, tamen pleraeque huius generis notae, ut signa interrogationis pronominibus uel aduerbiis interrogatiuis superposita (ʾ), commata (,), semicola (·;), octauo demum saeculo a correctore adiectae esse uidentur.

Vtrum adnotationes, interpretamenta, argumenta, quae in codicis margine hic illic leguntur, omnia manus 2 an etiam aliae priores posterioresue addiderint, cum ad constituendum textum nullius momenti sint, non adnotaui. eas tamen a pluribus, qui librum legebant, adiectas esse et per se uerisimile est et diuersitate scripturae et atramenti comprobatur. cum pars earum etiam in codicem Mediomontanum recepta sit, quasdam iam exeunte saeculo VII uel initio VIII in cod. V extitisse certum est. huius modi notae sunt: fol. 17^{v} (= p. 53, 19) adnotauit manus correctori coaeua: ℞ (i. e. *χρήσιμον*) *n̄ caro corruptibilis animā peccatricem sed anima peccatrix fecit esse corruptibilem carnem;* fol. 23^{v} (= p. 71, 23) *de uitanda flexuosa in ecclesiis cantilena*, quam adnotationem etiam Mediomontanus liber eodem loco exhibet. f. 33^{r} (= p. 139, 23) *quomodo intellegendum sit aut in quo principio fecerit dŝ caelum et terram*, quae item a librario scripta in margine codicis M legitur. aliae plausum uel admirationem legentis exprimunt, uelut fol. 20^{v} (= p. 62, 19) *optime | pulchre*; f. 21^{r} (= p. 63, 26) *pulchre uere;* f. 23^{r} (= p. 69, 21) *attende quam mire*, uel *mire et sapienter* (f. 25^{v} = p. 77, 14), uel *totum prudentissime* (p. 77, 28), uel *lege feliciter & pulchre tibi manifestatur* (p. 150, 17), uel *optime* (p. 150, 26), aliae.

Praeterea accentus, qui syllabis quorundam uocabulorum uel instar acuti graeci (´) uel forma apicis (ˆ) superpositi leguntur, magnam partem a m. 2 adiecti sunt: ex. gr. p. 36, 18 *áureum ánulum hâbens*; sic etiam *archón* = *ἀρχῶν* (155, 20). uocabula monosyllaba plerumque apice ornata sunt: *tû* (36, 21) *spê* (37, 12; 68, 3) *rê*, al. *âer* (43, 24). sic saepe duorum uocabulorum, quae, cum alterum enclitici uice fungeretur, ut una uox pronuntiabantur, prius accentu ornatum est, uelut: *quantó magis* (43, 6; 162, 23; 207, 13) *tantó magis* (43, 9) *néc tamen* (44, 2) *quodám modo* (78, 10) *sí cui* (165, 25) *quandó quidem* (170, 1) *séd tamen* (198, 11) al.

Restat, ut de condicione atque indole libri deque mendis, quibus uerba a librario scripta deprauata sint, paucis exponam. uocales quidem, ut de iis enarrare incipiam, fere semper purae

seruatae sunt: certe spurca illa et barbara mendositate, qua alii eiusdem uel inferioris aetatis manuscripti inquinati sunt, liber Vaticanus prorsus immunis est. sed tamen nonnumquam etiam in Vaticano uocales uocalibus mutatae leguntur. uelut *i* pro *e*[1]) scriptum est: *efficero*, quod m. 2 in *efficere* corrupit, (37, 18) *corruptilarum* (66, 14) *intellegerimus* pro *intellegeremus* (156, 17) *originis* (157, 26) *proicerunt* (89, 28) *acciperunt* (177, 24) *perciperit* (168, 4) *stillae* (162, 22) al. contra *e* pro *i* nonnumquam scriptum est: *catelinae* (40, 16) *bebere*, quod m. 1 correxit (41, 2), *uero*, quod m. 2 in *uiro* correxit (41, 15), *incederitis* pro *incideritis* (57, 11) *miseriberis* (68, 7) *acceperet* (179, 26). pro graeca η et *e* et *i* scriptum legitur: *esaias* (179, 11) et *isaias* (577, 3) *alligorizantes* (166, 10). quae uocales cum saepe altera alterius loco scriptae inueniantur, interdum dubium est, utrum praesens an futurum, coniunctiuus praesentis an imperfecti ab scriptore positus sit: uelut p. 42, 26 *auellet* fortasse pro *auellit*, 68, 8 *tribues* pro *tribuis*, 77, 23 *posset* pro *possit*, al. scripta sunt. quod quanti momenti in constituendis uerbis scriptoris sit, etsi non ignorem, tamen haud scio an non ubique rectam scripturam restituerim. nam codicis Vaticani auctoritas in iis capitibus, quae ex Confessionibus depromta sunt, plerumque antiquissimo Confessionum codice Sessoriano comprobatur.

Interdum *u* pro *o* scripta est, uelut: *abyssus* (61, 4) *agriculae* (434, 20) *mansuria* a m. 1 et 2 (817, 10). contra *o* pro *u* posita est: *conas* pro *cunas* (134, 1) *consolendum* (188, 11) *agricoltura* (203, 19; 204, 3) *floent* pro *fluent* (698, 9). *e* pro *o* rarissime: *oderum* pro *odorum* (70, 16). *y* pro *i*, uelut: *tyrocinio* (164, 15) *adytum* (169, 27) *suggyllet* (600, 19) *cyrographis* pro *chirographis* (601, 14) *paralypomenon* (930, 16). contra *i* pro *y*: *prosylitos* pro *proselytos* (646, 13. 15). saepissime *ae* positum est, ubi uulgo *e* scribebatur, uelut: *caecidit* uel *caecedit* (179, 19; 180, 7; 433, 13; saepe) *aegenus* (146, 8) *laetali* (148, 6) *temperiaem* (162, 2) *faetu* (189, 1)

[1]) cf. H. Schuchardt Vokalismus des Vulgärlateins I p. 227 sqq. E. Seelmann Die Aussprache d. Latein. p. 182 sqq.

faecundus et *faecunditas* (688, 19) *faemina* (223, 23) *saeueritatem* (645, 25) *faeram* (433, 25); ita saepissime in aduerbiis in *e* exeuntibus: *perspicuae* (39, 20) *indubiae* (39, 23) *summae* (171, 6) al. contra *e* pro *ae* nonnumquam scripta est: *questio* (165, 4) *presto* (61, 15); ita semper *enigma* (717, 19 al.). *a* pro *au*, quae permutatio in quibusdam libris creberrima occurrit, rarissima est in V: *agendo* pro *augendo* (186, 6). *i* pro *oe* in uocabulo graeco *solicismus* (633, 14). *oe* pro *y* in littera graeca μ, quae latine expressa est *moe* (880, 16, 17).

De usu peculiari et permutationibus consonarum inter se haec fere memoratu digna uidentur. saepe *u* pro *b* scripta est, uelut: *furaueris* (46, 7) *perturuationes*, quod m. 2 correxit, (52, 21) *flauiles* (61, 6) *relaui* pro *relabi* (167, 1) *uaiulo* pro *baiulo* (202, 10). ita fieri potuit, ut, cum p. 878, 17 pro *uenatus* in codice parente *benatus* scriptum esset, correctura mala *bene natus* oreretur. contra *b* pro *u* non raro scriptum legitur: *absolbitur* (46, 27) *lascibos*, quod m. 2 correxit, (66, 10) *octabam* (86, 21) *bolubilitatem*, quod correxit m. 2, (147, 1) *uobes* pro *boues* (152, 5) *abidiorem* (177, 12) *bisibilia*, quod m. 2 correxit, (716, 1) *resolbitur* et *solbuntur* (698, 21. 24). ita factum est, ut p. 699, 7 ex uoce *priuata*, pro qua in archetypo fortasse *pribata* scriptum erat, *probata* oreretur. *b* pro *p* scribitur, quod uulgo fit in formis uerbi *scribendi* a perfecto uel supino deriuatis, uelut: *scribsi*, *scribtum*, *scribtura*; praeterea *labsu* (72, 28; 157, 26) *nubtias* (599, 24) alia. pro *c* saepe positum est *qu*, uelut: *loquutus* (55, 26) *sequuta* (81, 5. 16) *loqualibus* (717, 7). ita factum est, ut pro *cur commemorata* (146, 3) scriberetur *quorum memorata*. contra fere semper scriptum legitur *locuntur*, *secuntur*. loco *mpt* et *mps* ubique *mt* et *ms* scriptum est, quod etiam in editione seruaui: *temto* (56, 26; saepissime) *contemtibile* (37, 12) *promtius* (49, 16) *sumserunt* (154, 5) al. pro *c* interdum, praecipue ante uocales, *ch* scriptum est, quod documento esse uidetur, eo tempore, cum codex V uel archetypus eius scriptus est, *c* ut *k* pronuntiatum esse. uelut: *stoichi* (38, 8. 10; 43, 11) *conchilia* (440, 12) *reconchiliare* (74, 20; 75, 9; 78, 5; semper) *chanonicae* (165, 28) — etiam *canhonica* (1021, 25; 1022, 24) — *drachonem*

(231, 15) *machedoniam* (929, 18) *soloechismos* (632, 9) *chefae* (662, 14) al. contra nonnumquam *c* pro *ch* posita est, uelut: *pulcritudinem* (74, 5) *cyrographis* pro *chirographis* (600, 14) *catecizatur* (605, 26. 27; 630, 2; 632, 8) *caracterem* (687, 12. 14) *cordis* pro *chordis* (380, 3) *tyconii* (865, 21) *anthiociam* (716, 6) *catacresis* (864, 26). aspiratio ubi omitti non solet, omissa: *oratium* pro *Horatium* (328, 11; 606, 26) *ebdomadem* (439, 12) *esychium* (455, 19). aspiratio contra uulgarem consuetudinem posita: *hysopi* pro *Aesopi* (607, 2) *plathonici* (844, 8) *stholam* (436, 12) *sthomaco* (1000, 15) *ephicurus* pro *epicureus* (38, 11). *f* et *ph* promiscue positae: *metafora* (608, 7) *antifrasis* (608, 16) *tyfus* (641, 12), quod etiam p. 131, 19 reponendum est, *fotinus* (681, 5) *ephiphanius* (166, 6). nonnumquam consonae geminatae sunt, ueluti plerumque in formis uerbi *reperiendi*, quae a praesente deriuatae sunt: *repperiamus* (66, 6; 167, 19; 171, 12) *repperies* (136, 17) *paradissus*, quod m. 2 correxit, (166, 9; 648, 11). praeterea haec memoratu digna sunt: cum fere ubique per totum librum *idolatria, idolatres* [1]) scriptum legatur, has formas ubicumque V exhibebat tenui, quamquam hic illic etiam forma plenior atque integrior *idololatria* (726, 21) occurrit. pro forma *hi* uel *ii* saepius *hii* (874, 13), pro *hae* interdum *haec* scriptum est. sic etiam uulgo in libro scribitur *exsistimare* [2]) (169, 22; 170, 16; al.) *urguere* (208, 7) *ungentum*, quod m. 2 fere ubique v supra posita correxit, (60, 17) *humilare* (189, 16) et *humilatio* (183, 12) *insuflare* (227, 26) et *exsuflare* (709, 17) *choibitio* pro *cohibitio* (591, 13) al. praeterea commemorandum est, consonas praepositionum cum uerbis aut nominibus coniunctarum omnes praeter *nl* et *nr* assimiles factas esse: quod etiam ubique in editione retinendum erat. sic ubique scriptum est: *ammonere* (227, 7) *amministret* (210, 24) *quemammodum* (19, 17) al. ita factum, ut omissa altera *m* uitiose *amissum* pro *ammissum* (= *admissum*) scriberetur.

Sed haec hactenus. restat, ut de mendis, quibus liber V deprauatus est, pauca disseram. atque omnium mendorum

---

[1]) cf. H. Schuchardt l. c. II 434.

[2]) De forma *extimo* (159, 17 al.) cf. Schuchardt l. c. II 435.

creberrimum genus est, cum aut syllabae aut singula uocabula uel totae sententiae interciderunt: quod mendum plerumque per aberrationem oculorum librarii ortum esse notissimum est, cum scriba a simili terminatione uocis ad similem oculis delaberetur. atque singulae quidem syllabae a librario rarissime omissae sunt, uelut: *patia*^{tien}, quod correxit m. 2 (355, 1), *ceri*^{te}, quod item m. 2 correxit (478, 9). hoc modo ex genuina scriptura *ostendit* (294, 6) ortum est *odit*. plures autem uoces uel totae sententiae innumeris locis desiderantur, siue id mendum iam in codice parente erat, siue librarius codicis V ipse neglegentia errauit, uelut 44, 13; 63, 2; 65, 24; 75, 18; 83, 3; 86, 14; 87, 22; 89, 6. 8. 20; 136, 25; 156, 26; 194, 9; saepissime. quod si quando editio Maurinorum pleniorem quam V textum exhibet neque omissio uerborum in V aberratione oculorum explicari potest, uerendum est, ne codices a Maurinis excussi interpolatione corrupti sint, uelut p. 378, 1, ubi editio Benedictinorum cum deterioribus Eugippii codicibus post *loquebatur* addit: *hi sunt qui segregant semet ipsos;* 380, 14, ubi post *poterit* Maurini inserunt: *Et dicit apostolus*; 387, 11, quem locum Benedictini ita ediderunt: *non erit ligamentum, sed ornamentum. non enim ligamentum* cet.; Eugippii codices ceteris omissis exhibent: *non enim ligamentum.* delere praeterea debebam uerba: *ad salutem meam* (68, 2), quae editiones Augustini exhibent, codex Vaticanus omittit.

Saepe etiam in V accusatiuus pro ablatiuo uel nominatiuo casibus positus est, quod mendum in manuscriptis frequens esse notum est; uelut: *in memoriam* (52, 16) *super immunditiam*, quod tamen ipse librarius correxit, (58, 12) *in hominem* (60, 3) *a concupiscentiam*, quod m. 1 correxit, (65, 11) *humilitatem* (77, 18) *in expectationem* (88, 18) *cantum* (136, 14) *terram* (137, 2) *tanta . . progressionem* (156, 30) *inuidiam* (190, 24); eodem modo etiam: *terram* (60, 14) *ad incommutabilē et incorporalem lumen* (140, 27) *consequentiā* (89, 28) *ad malam* pro *ad mala* (175, 18), quae menda plerumque librarius ipse inter scribendum correxit. sic etiam ablatiuus pro accusatiuo interdum scriptus est, uelut: *circuitu* (85, 16)

uoluntate malam (171, 25) *ea* (172, 7) *ipso principem* (181, 14) *ante ruina* (183, 14) *deuitatione* (202, 9) al. qui casus cum saepissime, ea praesertim aetate, inter se commutentur, quibusdam locis incertus haerebam, utrum accusatiuum an ablatiuum scriberem, uelut 151, 10 et 13, ubi Vaticanus cum optimis Augustini manuscriptis *cognitione* pro *cognitionem* exhibet; uel cum uerba *utor*, *fruor*, *careo* cum accusatiuo pronominum iunguntur, ex. gr. *quod fruendum est* (810, 6) *quod careret* (200, 4. cf. 202, 4; 203, 22; saepe).

A Vaticano aetate proxime accedit codex Ambrosianus C 73. inf., VII, ut uidetur, saeculo scriptus [1]), litteris uncialibus exaratus. fragmentum hoc codicis Excerptorum olim integri foliis 72 compage solutis, quae adhuc extant, partem tantum minimam Excerptorum complectitur. initio enim libri quaterniones undecim desiderantur. liber ipse, qualis nunc est, a cap. CLV (p. 537, 9 *quam consilium*) incipit et continet usque ad fol. 24^{v} capita CLV ad CLXXVII (p. 537, 9—600, 9 *et relictionem*), inde a fol. 25^{r}—72^{v} capita CLXXXII—CCXXV (= p. 616, 18—730, 20 h. ed.). post folium 24 quaternio casu aliquo interiit. folia 73—76, VI uel VII saeculo exarata, non ad Eugippium spectant, sed *fragmentum euangelii secundū lucanū* (sic!) continent. scriptura prior huius codicis rescripti commentarium ad euangelium s. Lucae exhibet, scriptum saeculo, ut uidetur, VI: quem Angelus Maius, qui hunc librum palimpsestum sicut multos alios tractauit et, dum priorem scripturam eruere conatur, magnam partem deleuit, ita ut singulae codicis particulae, uelut ex. gr. inscriptio capitis CLXIIII, aliae, nunc aegre legantur — hunc, dico, commentarium A. Maius in *Scriptt. uett. nou. coll. III 2, 186. 191 sqq.*

[1]) Reifferscheid (Biblioth. patr. ital. II p. 35) eum VII s. assignat, cum Ceriani, praefectus bibliothecae Ambrosianae doctissimus, eum VIII demum saeculo exaratum esse affirmet, propterea quod tituli quidam capitum uel titulorum partes litteris langobardicis cursiuis exaratae sint. mihi codex ipse saeculo VII rescriptus, eae uero titulorum partes (sicut etiam quaedam uerba a m. 1 omissa), quae characteris langobardici sunt, in spatio a m. 1 uacuo relicto ab illo adiectae esse uidentur, qui s. VIII hunc librum correxit.

edidit. deleta igitur scriptura priore textus Eugippii saeculo, ut dixi, VII litteris uncialibus supra scriptus est. praeter librarium autem liber A etiam manum correctoris expertus est, qui saeculo, ut uidetur, VIII ea quae m. 1 omiserat suppleuit, aut quae peccauerat correxit, si quidem ex scriptura langobardica id conici licet: nam atramento quidem codicis, qualis nunc post A. Maium comparatus est, uix discerni potest, utrum hae correcturae a manu librarii an a manu correctoris profectae sint. atque leuiora quidem menda, uelut ubi quaedam litterae bis scriptae uel ubi per errorem accusatiuus pro ablatiuo positus erat uel alia eius modi, librarius ipse inter scribendum punctis supra positis uel lineolis correxisse uidetur, uelut: *platonem* (538, 3) *anim animas* (538, 16) *euangeliom* (565, 9) *maliquis* (577, 12) *unumero* (577, 15) *multom* (585, 19) *paterem* (586, 6) al. creberrimum autem mendorum genus est, cum librarius litteras syllabasue uel singula aut plura uocabula omisit, quod plerumque aberratione oculorum factum esse constat: quas lacunas corrector langobardicis litteris suppleuit. saepissime singulae syllabae librario inter scribendum interciderunt, uelut *aequitas et felicitas* (553, 21) *uerem* (558, 1) *dit* (566, 5) *asit* (568, 3) *amali* (632, 1) *consium* (636, 15) *imanamur* (717, 4) *ni forte* (720, 19) *iustia* (720, 24) al. nonnumquam tamen corrector syllabas perperam addendo uerba corrupit, uelut mutans p. 628, 13 *repentia* in *repentia*. sic etiam plura uocabula, quae librario aberratione oculorum inter scribendum interciderant, plerumque a m. 2 suppleta sunt, uelut: 539, 7; 562, 3; 563, 4; 568, 22; 584, 21; 586, 3; 620, 19; 621, 17; al.

Notae uero et argumenta, quae in margine libri leguntur, non ab uno adiectae esse uidentur, sed quasdam aut librarius ipse aut manus fere aequalis scripsit, uelut f. 3^{r} $\mathring{N}$, f. 4^{r} ·*n*·, alias autem corrector adiecit, uelut argumentum, quod f. 37^{v} (= p. 646, 1) litteris langobardicis scriptum legitur: *doctrina*

$\overline{sci}$ *cypriani*, uel f. 52^{r} (= p. 681, 20) *sententia haec ualde impugnat praepositos qui fratrum culpas desistunt arguere quae quasi iugiter ab immaturis & uitiosis uelut a repugnantibus committuntur.* fol. 62^{r} (= p. 706, 3) quidam, qui codicem legerat et fortasse etiam nonnulla correxerat, in margine litteris capitalibus adnotauit:

WAL | FRIT | VSQ· | HIC | LE | GIT.

In libro A, qualem manus librarii edolauerat, multo crebrius quam in V uocales et consonae inter se permutatae sunt, quas corruptelas m. 2 ex parte tantum sustulit. itaque frequens est commutatio uocalium *e* et *i*, *o* et *u*, aliarum. uelut *e* pro *i* scripta est: *crededit* (537, 19) *redębunt* (539, 11) *delapsa* pro *dilapsa* (541, 13) *laudantes* (551, 18) *tenuemus* (553, 22) *praeteretorum* (554, 18) *praefegurans* (557, 3) *uedeatur* (574, 2) *dęssone* (580, 2) al. *i* pro *e*: *dicere* pro *decere* (551, 17) *iacit* (557, 14) *accidite* (558, 26) *discritionis* (560, 16) *exerciant* et *exercitur* (560, 26; 592, 15) *iohanni* pro *iohanne* (565, 24) *si* pro *se* (572, 24) *uirissime* (573, 9) *cornilio* (579, 17) *dicerit* (581, 20) al. quo fit, ut saepe difficile discernatur, praesensne tempus an futurum, coniunctiuus praesentis an imperfecti restituendus sit: uelut scriptum est *inducet* pro *inducit* (540, 10) *posset* pro *possit* (552, 2) *permittitur* pro *permittetur* (551, 21) al. *o* saepe pro *u* scripta legitur: *dispotationibus* (540, 11) *nomero* (541, 3) *potabis*, quod m. 2 male corrigendo in *portabis* corrupit; scribendum erat *putabis* (561, 8). sic etiam p. 561, 14 pro *ab uno quoque* uitiose scriptum est *a bono quoque*; *tempos* (580, 20) *com* (584, 15) al. contra *u* pro *o* saepe scribitur: *defunctus* pro *defunctos* (540, 12) *iussus* (540, 14) *cupia* (552, 6) *cummunis* (552, 12) *cumpago* (552, 22) *muntem* (565, 21; 571, 19) *cummemorat* (569, 16) *minur* (584, 11) *plurastis* (586, 24) *putu* pro *potu* (587, 1. 3). *ae* pro *e*: *expraessius* (564, 11) *interpraetatur* (574, 12) *adpraehensus* (574, 22); praecipue in aduerbiis in *e* exeuntibus: *maximae* (575, 24) al. *i* raro pro *ae*, uelut in graeco uocabulo *inigmate* (585, 2).

Consonarum saepe tenuis pro media scripta inuenitur, uelut: *quit* (559, 23) *dicnus* (563, 13) *ficurate* (564, 15. 25) *custabunt* (565, 17) *pacani* (577, 8) *alapastro* (567, 4). sic etiam interdum media pro tenui, uelut: *gausam* (560, 15) *lebrosi* (567, 8. 19) *discrebat* (576, 8) et *increbabat* (576, 14) *labsus* (591, 1) *signifigat* (591, 10). consonans *s* nonnumquam geminata: *asscribserunt* (541, 3) *parassceuen* (574, 17). praeterea memoratu digna sunt: *resurrecxisse* (540, 17) *commendatad* pro ablatiuo *commendata* (559, 14) *adsteterun* (577, 4) *accione* (584, 21), alia. ita nonnumquam pro *per* (*p*) scriptum est in codice *p* (= *pro*): 551, 9; *ptineret* 553, 14.

Accusatiuus non raro pro ablatiuo positus est, uelut: *laudem* (551, 11) *ipsum* (561, 3) *montem* (566, 13) *gratiam* (577, 11). ablatiuus pro accusatiuo: *uirga* (560, 4) *coniunctione* (561, 5) *ea — qua* (564, 4) *muliere* (568, 2) *recordata* (574, 15) *caelo* (578, 12) al.

Hunc librum ipse totum a. 1877 cum editione Migniana contuli.

Codex Desnoyersii, numero 1720 notatus, long. 0·31 m, lat. 0·20 m, VIII saeculo partim litteris uncialibus maximis, partim minusculis et cursiuis merouingicis exaratus, ne eo quidem tempore, cum integer erat, totum Excerptorum corpus complectebatur, sed capita tantum CLXXV, sicut ex indice capitulorum initio libri addito cognoscitur. nam ultimum indicis caput est: CLXXV *Quomodo dicat mattheus centorione ad dn̄m accessisse pro puero suo cum lucas dicat quod amicus ad eum miserit. ex lib̄ de consensu euangelistarū secundo,* h. e. caput CLVIIII huius editionis. D

Liber [1]), qualis nunc est, prioribus quinque quaternionibus continet Epistulam Eugippii ad Probam, indicem CLXXV capitulorum, Excerptorum capita I usque ad XXVIIII, quod est huius editionis caput XIIII (p. 149, 8). capita sequentia

[1]) Hunc codicem primus L. Delisle accuratissime descripsit libello, cuius titulus est: *Notice sur un manuscrit merouingien contenant des fragments d'Eugyppius appartenant à M. Jules Desnoyers. Paris A. Picard 1875.*

usque ad XXVII h. ed. desiderantur, cum quaterniones VI VII VIII casu aliquo interierint. quaterniones VIIII ad XIIII (fol. 50—92) capita XXVII usque ad LX (= p. 199, 2—310, 11 h. ed.) complectuntur. schedae 92 et 93 capita LXI—LXIIII (p. 313, 7—319, 11), scheda 94 partem capitis CVI (p. 375, 22—378, 4), 95 capita CVIII et CVIIII (p. 383, 1—385, 9) exhibent. numeri quaternionum in calce ultimi folii quaternionis addita plerumque littera *Q* notati sunt.

Hunc librum plures librarii uno tempore confecisse uidentur: pars enim libri, imprimis folia 84 sequentia, litteris uncialibus pulcherrimis depicta est, cum alia pars litteris minusculis, alia (imprimis f. 48^{v}) litteris cursiuis characteris merouingici exarata sit. scriptura ipsa modo dilatata, modo (fol. 48^{v}) in angustissimum contracta est. tituli singulis capitibus praepositi, magnam partem minio depicti, interdum aegre leguntur. schedae quaedam, imprimis 11, madore in margine affectae sunt.

Librarii, qui hunc codicem exarauerunt, neglegentissime munere suo functi sunt, litteras, syllabas, uocabula singula uel plura omittentes, uocales uocalibus, consonas consonis permutantes, ita ut uerba, qualia a manibus librariorum scripta sunt, nonnumquam uix latina esse agnoscas. textus autem, qualis nunc legitur, duos correctores expertus est, cum et librarii ipsi inter scribendum menda quaedam apertissima eliminauerint, uelut p. 136, 11 *furmam* mutantes in *formam*, *formator* (144, 12) in *formatur*, *nollo* (144, 17) in *nullo*, cuius rei alia documenta habes in adnotatione critica. post hos alia manus aetate fere aequalis ope alius codicis adiuta totum librum corrigens plerumque quidem genuinam scripturam restituit, uelut p. 131, 4 pro *uterque uerum nostrum totumque* scribens *uterque nostrum dicit utrumque uerum*, p. 132, 5 pro *uoluntatem*, quod etiam GPv exhibent, cum MV scribens *uocem*, p. 292, 11, ubi m. 2 additamentum codicum interpolatorum GPv: *maluit nos dominus et non iurantes non recedere a uero quam uero* (sic) *iurantes propinquare periurio* radendo deleuit. alia, quae librarii incuria omiserant, corrector suppleuit, uelut 132, 6; 142, 13; 144, 12; 149, 2; 204, 23; 209, 12;

alia. sed nonnumquam corrector deleta genuina scriptura m. 1 ex suo exemplari minus bonam lectionem in textum recepit, uelut p. 131, 23 *nolemus* pro *nolimus*, 135, 5 *omnibus* pro *nominibus*, 137, 20 *uana* pro *uanam*, al. scribens.

Liber D, ut de indole eius pauca dicam, qualis a librariis exaratus erat, corruptelis omnium generum ita adspersus est, ut ab hominibus barbaris potius quam latinis scriptus esse uideatur. omnium autem mendorum genus frequentissimum est, quo uocales uocalibus permutantur. uelut saepissime a librariis *i* pro *e* scripta erat: 37, 10 *uidite* (corr. m. 2), 39, 3 *discritione*, 40, 26 *fatiri* (corr. m. 2), 45, 10 *attenit* pro *attinet*, 132, 22 *timere* pro *temere*, al. *e* pro *i*: 34, 21 *diregas*, 35, 4 *pęneteat*, 37, 3 *oppremunt*, 39, 11 *desertissimus*, 39, 26 *catelina*, 39, 19 *imitare*, 46, 14 *se* pro *si*, al. *u* pro *o*: *iuuiniano* (38, 9; 42, 2) *apostulus* (42, 7) *tantu*, quod m. 1 correxit (43, 7). *o* pro *u*: 34, 14 *uincolum* (corr. m. 1) 35, 2; 36, 7 *reos* (corr. m. 2), 35, 7 *potaui*, 35, 24 *dispotatoribus*, 36, 4 *stodemus* (corr. m. 2), 38, 11 *epicoreos* (corr. m. 1). *ae* pro *e*: 35, 11. 13 *caecidisti*, id genus alia. saepe etiam consonae consonis permutatae sunt, uelut *d* pro *t* scripta est: 35, 11 *ad*, 47, 25 *inquid* (corr. m. 2); *t* pro *d*: 36, 19 *candita*, 41, 7 *totitem* (corr. m. 2), 42, 2 *splendito* (corr. m. 2), 132, 6 *uitemus* (corr. m. 2); *b* pro *p*: 38, 11 *scribturis*; *p* pro *b*: 36, 22 *scapillum* pro *scabillo*; *u* pro *b*: 37, 15 *moechaueris*, quod m. 2 correxit; *ci* pro *ti*: 37, 2 *lacius*, 289, 25 *enuciantur*; *ti* pro *ci*: 290, 19 *sacrifitii*: quod plerumque in adnotatione silentio praeterii. consonae praepositionum cum nominibus et uerbis compositorum plerumque non assimiles factae sunt. accusatiuus saepe pro ablatiuo uel nominatiuo a m. 1 scriptus erat: *unum* (35, 2; 36, 7; 37, 24) *fidem catholicam* (35, 13) *unam* (38, 21) *in bonum* (39, 9) *reatum — quantū* (46, 24). ablatiuus pro accusatiuo: *examinanda* (44, 18) *proximo tuo* (46, 10; corr. m. 2), al.

Hunc librum, quem mihi praefectus bibliothecae Nationalis Parisinae, u. cl. Leopoldus Delisle, singulari qua est beneuolentia atque humanitate suppeditauerat, ipse totum, cum Parisiis

anno 1882 commorarer, excussi. quae uero minuta atque nullius momenti esse uidebantur, in adnotationem criticam non recepi, ne farraginem inutilem lectionum nimis adaugerem. sed cum primae duae plagulae iam typis absolutae, plagulae autem 3. 4. 5. iam quidem typis descriptae, sed nondum prelo defunctae essent, factum est, ut uarians scriptura codicis D in plagulis prima et altera prorsus, in tertia, quarta, quinta magnam partem desideretur. quare hic quae memoratu digna sunt enumerabo, ne quid editioni deesse uideatur, quamquam ex his ad emendanda uerba scriptoris prorsus nihil redundat.

1, 1, praemittitur: IN NOMIN DNI IHV XPI INCIP PROLOGVS 1, 5 *Probae*] *prope* D^1 *euepius* (*g* add. m. 2) 1, 9 *conpigeram* 1, 10 *pollitis* 1, 11 *integraq·* *quibus* (*de* add. m. 1) 1, 12 *conteneat* 1, 14 *habui** (*t* ras.) *habet* (*n* add. m. 2) 1, 15 *magnus* D pr. 1, 17 *eruditionē* D^1 1, 18 *omnis ortodoxi* (*h* add. m. 2) 1, 19 *antestites* 2, 1 *maiore st*dio* (*o* ras.) 2, 2 *ampliore usus* D^1 2, 3 *multus* D pr. *aecclisiae* D^1 2, 4 *inimicus* D pr. 2, 5 *uictoris* D^2 *uicturiae* D pr. 2, 6 *in tanto ieiunus* D^1 2, 7 *cupiosius pascat* (*n* add. m. 2) *fortis* D^1 2, 8 *diuini* (?) D pr. 2, 9 *demicantibus* 2, 11 *copiosa*] *et copiosa* 2, 13 *putantes* (*u* ex *o*, *e* ex *i* corr. m. 2) 2, 14 *inuentum* (*tum* in ras. a m. 2) 2, 15 *condiendus* D^1 2, 16 *prursus* 2, 17 ****ruminando* (*ru* in ras. a m. 2) 2, 20 *posit adque* D^1 2, 22 *ingente* D^1 2, 23 *scilicit* D^1 *in peritia* 2, 24 *informare sanare* D^1 2, 25 *salamonis qua*] *quae* D^1 2, 26 *animi* 2, 29 *senso censoque* D^1 3, 1 *ardorem* D^1 3, 2 *asolet* D pr. 3, 8 *dignatur* D^1 *saltim* 3, 9 *fortasse* D^2 *forsitan* D^1 3, 10 *a*] om. D 3, 11 *deuersae quaestionis* D^1 3, 13 *cognuscat* 3, 14 *illi* D^1 3, 15 *item* 3, 16 *antestis hieronimum post primum* D^2 *postremum* D^1 3, 17 *quaestione** (*m* ras.) *noscetur* 3, 18 *epistola** (*m* ras.) *capitolo* D^1 3, 19 *uirtutis* D^1 3, 21 *delectionis* 3, 22 *pendit retullit* 3, 23 *itaqu*e* (*a* ras.) *adque* D^1 3, 24 *caretas* D^1 3, 27 *habit* D^1 *paene ultimus* D^2 *paene primus* D^1 4, 1 *nutriendi contenit* (*i* in *e* corr. m. 2)

34, 5 *liber ad Hier. presb.*] *Incipit liber eiusdem iacobi apostoli* 34, 6 *qua dicit*] *quo ait totā legē quis* (uirgulas add. m. 2) 34, 7 *unum* 34, 12 *honorando* (?) D^1 *hieronime* 34, 13 *nascentibus*] *nastibus* 34, 14 *uincolum* D pr. 34, 16 *cum* (*in* add. m. 2) 34, 17 *procederit* 34, 18 *questionem* 34, 20 *exaestimo*

34, 21 *diregas* 35, 2 *reos* D¹ 35, 3 *scripsisse* 35, 4 *pẹneteat* *uita** (*m* ras.) 35, 6 *quod de anima quae de anima* (del. m. 2) 35, 7 *potaui* D pr. 35, 9 *exciperit* D¹ 35, 11 *at*] *ad* D¹ 35, 12 *liberis* 35, 13 *fidē catholicam* 35, 14 *de*reatu* (*c* ras.) (et 20) *paruoli* 35, 17 *noueremus* 35, 19 *prossus* D¹ 35, 21 *animam* (*m* del. m. 2) 35, 24 *dispotatoribus* D¹ 35, 25 *resistemus* D¹ 35, 26 *pigriscere* 35, 28 *tutiores* D² *utioris* D¹ 36, 2 *quaeremus* D¹ 36, 4 *stodemus* D¹ 36, 7 *unum reos* D¹ *qui** 36, 12 *ad sta* (*i* add. m. 2) 36, 14 *peperint* (*re* add. m. 2) 36, 19 *sordita* D¹ *sordido* (*do* in ras. a m. 2) 36, 20 *ueste** (*s* ras.) 36, 21 *tu*] add. m. 2 36, 22 *scapillum* (*p* in *b* corr. m. 2) 36, 24 *ipsus* uel *ipsis iudicis* D¹ 36, 26 *diuitis* D¹ 36, 27 *heredis* D¹ 36, 28 *exonorastis* D¹ 36, 29 *habentem* D¹ 37, 2 *eadem* D¹ 37, 3 *oppremunt* 37, 4 *ipsi blasphemant* (*i b* in ras. a m. 2) 37, 7 *diligis* D¹ 37, 9 *redarguit* D¹ *transgressoris* D¹ 37, 10 *uidite* D¹ 37, 11 *paupere* D¹ 37, 15 *moechaueris* D¹ 37, 16 *occides*] *occidis* D¹ 37, 17 *es** (*t* ras.) 37, 18 *transgressoris* D¹ 37, 21 *paupere* D¹ 37, 22 *defferens* 37, 24 *crimenum* D¹ *unum* 37, 26 *omnis* D¹ 38, 1 *est ipsam* D¹ 38, 6 *uirtutibus* D¹ 38, 9 *iuuiniano* 38, 11 *epicoreos* (*os* in *us* corr. m. 2) *delucidissime* 38, 12 *conuincisti* (*n* del. m. 2) 38, 14 *ipse* D¹ *ueritati* D²: *autoritate* D¹ 38, 18 *efficero* D² 38, 21 *unam* 39, 3 *discritione* 39, 6 *nunc*] *non* 39, 7 *in malitiosis*] om. D¹ 39, 8 *uocare non* (om. *et*) 39, 9 *bonum* 39, 10 *serpentis* D¹ 39, 11 *desertissimus* 39, 14 *partibus* D² *patribus* D¹ 39, 17 *naturae* (corr. m. 2) 39, 18 *item*] *ita* D¹ 39, 19 *imitare* 39, 20 *ignauia** (*e* ras.) 39, 21 *constantiae* 39, 23 *sistet pertinantia* (*n* del. m. 2) 39, 26 *catelina* 40, 1 *sitem* 40, 3 *credibili* D¹ 40, 6 *fetebatur* (*a* add. m. 2) 40, 13 **unum* (*n* (?) ras.) 40, 14 ******** *duo uitia* (*duo uitia* ras.) 40, 20 *accutius* 40, 22 *adquiratur* D¹ 40, 25 *uera** *uirtute** (*m* ras.) 40, 26 *fatiri* D¹ 41, 2 *biberi* D¹ 41, 5 *cedunt* D² 41, 7 *totitem* D¹ 41, 8 *succedebat* D¹ 41, 11 *eique*] *equem* D¹ *unae* D¹ 41, 14 *uirum*] *uerum* D¹ 41, 16 *thori* 42, 1 *haec*] *hoc* D¹ 42, 2 *operi splendito* D¹ *iuuiniano* D¹ 42, 4 *nunc*] *non* D¹ 42, 7 *apostulus* D¹ 42, 10 *ibi*] *ubi* 42, 14 *magna* (om. *sit*) D¹ 42, 15 *homini*] *homone* D¹ 42, 19 *illa coletur* D¹ 42, 25 *ponam* D¹ 43, 6 *sit legis* D 43, 16 *praefocando* D¹ *stadiis*] **sta*diis* (*i* et *m* ras.) 43, 17 *unum*] *unon* 44, 7 *uicina* D¹ 44, 15 *doctore* 44, 16 *proposuerem* D¹ 44, 18 *examinanda* 44, 23 *prauo*] *prouo* D¹ 45, 1 *dici potest*] D² in ras. 45, 5 *habeat*] *quod habeat* (corr. D¹) 45, 10 *attenit*

45, 11 *dilegitur* 45, 13 *augere* 46, 3 *dilegitur* 46, 4 *pendit* 46, 7 *non concupisces non furaberis* 46, 9 *dilegis* D¹ 46, 10 *proximo tuo* D¹ 46, 12 *dilegit* D¹ 46, 13 *quem*] ex *quam* corr. D¹ 46, 14 *diligit* D¹ *si*] *se ipsum* D¹ 46, 20 *qui** *grauius* (*a* ras.) 46, 24 *reatum quantū minus* 47, 11 *elegi* 47, 22 *redarguite* D¹ 47, 26 *iudicare* 48, 1 *misericordiam*] om. D¹ *demittite* 48, 2 *demittitur* D¹ 48, 6 *colleguntur praesteterunt* 48, 8 *demittatur* 48, 9 *quia*] *qui demiserunt* 48, 14 *illi* 48, 20 *misericordia* D¹ 48, 21 *demittimus* 49, 4 *peruehat* (*h* ex *ni* corr.) 49, 5 *inueniet* 49, 12 *corregere infilex* D¹ 49, 13 *sanctus* 49, 16 *prumtius* 50, 3 *superiore* 50, 8 *quatripertita* 50, 16 *difinire* 50, 24 *negare* 51, 3 *subrepiat* 51, 5 *concinitur* D² *conicitur* D¹ 51, 11 *praeposteris sunt* 51, 14 *caritati* D¹ 52, 13 *alia* 52, 14 *alia** (*m* ras.) 52, 15 *factura* D¹ *futura* D² 52, 18 *retenebitur* 52, 22 *homine* D¹ 52, 24 *inter — exponit*] *ex titulo II et III* 52, 27 *expoliare* 53, 10 *artus* 54, 3. 7. 14. 20 *diabulo* 54, 4 *carni** (*s* ras.) 54, 8 *inimicitior* 54, 13 *diabulus* 54, 21 *anima** 54, 25 *laudabilis* D¹ 56, 4 *uero* D¹ 56, 18 *abundauit* 57, 1 *temptare* D¹ 57, 4 *et*] om. D 57, 5 *audiant* 57, 6 *domine*] om. D¹ 57, 17 *doctore* D¹ 57, 20 *praesentis* D¹ 57, 21 *athleta* 58, 13 *hii* 58, 15 *sequantur* (*n* del. m. 2) 59, 19 *mercide* 59, 21 *si*] om. D¹ 59, 24 *bona*] *a* ex *e* corr. 60, 20 *et tamen* — 22 *deum meum*] om. D¹ 60, 24 *et ubi sonat et ubi sonat* 61, 20 *praesedenti* 62, 24 *tua*] *ua** (*t* add. m. 2) 63, 1 *memoriam meam* (corr. m. 2) 63, 4 *considera* D¹ *transcendi** (*t* ras.) 63, 22 *praesedes* (*n* add. m. 2) 64, 1 *noua** (*m* ras.) 64, 4 *ea** (*m* ras.) 64, 5 *sorditatem* 64, 7 *anelo* 64, 13. 14 *uicturia* 64, 15 *miserire hei*] *et* (non *ei*) 64, 21 *pruspera* et *prusperis* D¹ 64, 22 *medi*us* (*c* ras.) *humana uita* (*e* add. m. 2) 64, 23 *prusperitatibus* D¹ 64, 24 *aduersitates* 64, 25 *prosperitati**s* (*bu* ras.) 64, 27 *interstitio*] ex *intristitio* (?) corr. m. 2 65, 6 *collegimur* 65, 20 *animam* D¹ 65, 21 *uigilante uira* D¹ 65, 24 *momento* D¹ 66, 6 *ipsaque* (*st* add. m. 2) 66, 16 *liueat* D¹ *notu* D¹ 66, 20 *dn̄o* (*n̄o* in ras. a m. 2) 66, 23 *habebant* D¹ 67, 2 *satietate** (*m* ras.) 67, 21 *cupiditates* D¹ 67, 22 *suppedat* D¹ *huc* D¹ *hilariscit* 67, 23 *infelix*] *inflex excusationes* 67, 25 *uoluptates* D¹ 68, 2 *aestos meus* D¹ 68, 3 *iubentes* D¹ 68, 4. 6 *grapula* D¹ *ebrietatem* (*m* del. m. 2) 68, 5. 7 *miseriueris* 68, 10 *agnosceremus, a te*] *acciperemus antea* 68, 18 *manducauere-mus* D¹ 68, 20 *dedici* 69, 2 *inspirationes* D¹ 69, 14 *in poto*

D¹ *qui** (*d* ras.) 69, 16 *dedici* 69, 18 *ab omnem temtationem* (*m* del. m. 2) 69, 19 *cupiditates* D¹ 69, 20 *omnis* D¹ *carnes* D² 69, 21 *mirabile* 69, 22 *proditum* D¹ 69, 24 *propter aquae*] *propterea quae* 70, 1 *de carnem de panem* (corr. m. 2) 70, 4 *murmorauit* 70, 7 *concupitu* 70, 8 *guttoris relaxationem* (corr. m. 2) 70, 15 *omnes*] *es* in ras. D²; *omnia*(?) D¹ 70, 22 *experientiam* 70, 24 *deteriorem* (corr. m. 2) 70, 25 *meliorem* (corr. m. 2) 71, 3 *alequantulum* 71, 7 *praeueo congruente* D¹ 71, 9 *relegiosius* 71, 10 *pietates* D pr. 71, 11 *sui** (*s* ras.) 71, 12 *habire* D¹ 71, 13 *excidentur* 71, 14 *oportit* D¹ 71, 15 *sit posterior* — 18 *sentio*] add. m. alia in ras. 71, 18 *alequando* 71, 25 *canente* D¹ 71, 27 *fidei mei* 72, 3 *utilitate* D¹ 72, 4 *uoluptates* D¹ 73, 2 *clausi* D¹ 73, 6 *agnuscere* 73, 7 *grandi* (*ua* add. m. 2) 73, 12 *loquebar*] *loquibatur* D¹ *dulcidine* 73, 16 *inplecentur* 73, 21 *dormis* (*e* add. m. 2) 73, 26 *sequentis* D¹ 73, 27 *relinquentis* D¹ 74, 17 *possedere mendatium* D¹ 74, 21 *angelus* D¹ *praece* 74, 23 *ualentis* D¹ 75, 1 *putius* D¹ 75, 4 *deceperentur* 75, 9 *superbae* D¹ 75, 14 *sacrita iuditia* D¹ 75, 16 *uidere* 75, 29 *passiones* D¹ 76, 2 *mediatur* D¹ 76, 5 *tradedisti* 76, 6 *aequales* D¹ 76, 13 *sanaberes* in *sanaberis* corr. *languoris* D¹ 76, 25 *ad beata inmortalitate* D¹ 77, 1 *mortale* D¹ 77, 5 *ipsi*] *ipse* D² 77, 6 *mediatur* D¹ 77, 12 *immortalis* D¹ 77, 17 *noxius* D¹ *immortalitates* D¹ 77, 22 *elegat* 77, 23 *cupuletur* 77, 26 *sempiternam* 77, 28 *miser*** (*us* ras.) 78, 6 *inimicus* D¹ 78, 10 *adiuturium* 78, 18 *uer*um* (*b* ras.) 78, 27 *mediatur* D¹ 79, 11 *aeternam capessinda* 79, 18 *aegrotus* 80, 6 *promittetur autem*] in ras. D² 80, 7 *perspicuetate* 80, 8 *fidis* D pr. 80, 17 *cognuscant* 80, 19 *cummotatam* 80, 22 *mortalis* D² *mutabilis* D¹.

Aetate proximus est codex Mediomontanus, nunc M Cheltenhami in bibliotheca Thomae Philipps asseruatus, numero 12,263 signatus, litteris langobardicis saeculi VIII scriptus, long. 0·35 m, lat. 0·24 m. inscriptio in fronte libri posita originem indicat: *Ex Abb. s. Stephani de Noua Fossa.* liber foliorum 736, paginis bipertitis, integra Eugippii Excerpta continet, nisi quod Epistulae pars maxima (usque ad p. 3, 25) desideratur, cum scheda una interciderit. codex totus ab uno librario ex libro Vaticano de-

scriptus esse uidetur. nam quae corruptelae, quae lacunae proprietatesue scripturae in libro Vaticano inueniuntur, easdem fere omnes etiam Mediomontanus prae se fert. sed cum de hac cognatione utriusque libri alio loco copiosius expositurus sim, hoc loco rem summatim attigisse satis habeo, ut appareat, cur iis locis, ubi liber Vaticanus mancus est, Mediomontanum in constituendo textu ducem secutus sim. sic uterque liber p. 52, 27 pro uera scriptura *corpore* exhibet *corrumpere et*, 54, 22 *post* pro *potest*, 56, 25 *sicut ipse* pro *sicuti se*, 58, 8 *cordis ei* pro *cordis sui*, 65, 9 *accinge* pro *accende*, 69, 12 *acceptione* pro *actione*, 70, 23 *temtatione minatur* pro *temtatio nominatur*, 71, 1 *autem* pro *aurium*, 78, 20 *peruentionibus grados* pro *peruentionis gradus*, 132, 22 *serui* pro *erui*, 137, 24 *uti* (*ut* M) *litteris* pro *utilitatis*, 146, 3 *quorum memorata* pro *cur commemorata*, 633, 9 *amicus* pro *animus*, 633, 12 *nosse* pro *non esse*; 639, 1 scripserat manus 1 Vaticani *morstrauit* pro *mors intrauit*, quod eadem m. in *monstrauit* corrupit: hoc etiam Mediomontanus exhibet; 671, 1 *perdiderunt* pro *crediderunt*, 674, 18 *peragatur* (M^1 V) pro *per Agar*, alia. praeterea quae uerba in Vaticano omissa sunt, eadem etiam in M desiderantur; cuius rei haec tantummodo exempla attulisse sufficit: 36, 11; 44, 13; 63, 2; 65, 24; 75, 28; 603, 22; 607, 16; 617, 13; 627, 16—20; 717, 16—18, alia innumera. sed librarius codicis M non solum quae in textu libri Vaticani legerat diligentissime excussit, sed etiam quascumque notas uel argumenta in margine libri inuenerat, religiose exscripsit. uelut in margine fol. 41vb M et f. 21^{r} V (= p. 63, 26) adnotatum est: *pulchre uere*; ad p. 71, 23 idem argumentum in mg. M et V adiectum: *de uitanda flexuosa in ecclesiis cantilena*; ad p. 139, 23: *quomodo intellegendum sit aut in quo principio fecerit dŝ caelum et terram*; alia.

Sed quamquam M plane ex libro Vaticano pendet omnesque eius corruptelas et lacunas prae se fert, tamen eorum, quae in V a manu altera uel correcta uel addita sunt, in M nec uola nec uestigium extat. uelut capiti CXLI per errorem in Vaticano (a m. 1) et in M titulus capitis CXLII praemissus est, quo

deleto in V m. 2 rectam inscriptionem restituit, cum in M error etiam nunc remaneat. p. 508, 4 in V a m. 1 *negare* scriptum erat, quod m. 2 in *negatae* correxit: *negare* etiam in M a m. 1 scriptum legitur, quod m. 2 suo arbitrio in *negari* mutauit. p. 535, 6 M V^1 *nomina*, V^2 *numina*, 599, 1 M V^1 *qui*, V^2 *quia*, p. 676, 6 M V^1 *auctoritatesti*, V^2 *auctoritatesti* exhibent. p. 888, 19 lacuna 17 litterarum, quae a m. 1 V relicta erat, a m. 2 uerbis *ex tota uirtute* perperam suppleta est: in M spatium uacuum 10 fere litterarum non expletum est. p. 897, 8 M^1V^1 uitiose exhibent: *erimur*; quod V^2 in *eripimur* corrupit, M^2 in *eruimur* correxit. inde sequitur codicem M ex V exscriptum esse, antequam hic correcturas manus 2 expertus esset, correcturas libri V ipsas saeculo demum VIII exeunte ortas esse.

Ipse etiam liber M manum correctoris aetate fere aequalis passus est, qui nonnulla emendauit, alia, quae a m. 1 inter scribendum omissa erant, in margine inferiore uel exteriore suppleuit. quod ex. gr. factum est p. 36, 1; 41, 6; 58, 16; saepe. cum autem a correctore eae tantum lacunae suppleantur, ubi in V uerba integra et incorrupta exhibentur, ea uero uerba, quae in V desiderantur, ne a manu quidem altera M addita sint, fidenter affirmari potest, codicem M etiam ad exemplar codicis V correctum esse. quare in constituendis uerbis capitum, quae in V non extant, CCCXLV, CCCXLVI, CCCXLVII, CCCXLVIII fidem codicis M secutus sum.

Huius libri capita quaedam H. Sedlmayer, collega doctissimus, a. 1879 contulit, alia ipse anno sequenti excussi, innumeros praeterea locos, ubi codex V ab editione Migniana discrepabat, inspexi.

Codex Parisinus, numero 2109 signatus, olim Telleri-T anus Remensis 259. Reg. 4015. 2, in quarto maiore. unde et quando Remos allatus sit, in folio secundo membranaceo adnotatum est: *Liber Bibliothecae scti Amandi in Stabula* (?) *Anno 1668/2.* hic liber saeculo VIIII litteris adeo nitidis et speciosis exaratus est, ut nunc in numero codicum *reseruatorum* in scrinio bibliothecae Nationalis ut specimen scripturae

VIIII saeculi propositus sit. numeri quaternionum, nonnumquam (uelut fol. 168^{v}: *XXI*) in calce foliorum adnotati, uulgo omittuntur. continet foliis 268 fere dimidiam partem Excerptorum, capita CLXV, usque ad caput CLVIII h. ed., neque umquam plura continebat, id quod ex indice capitulorum initio libri addito comprobatur, quo iidem 165 capitum tituli, eodem ordine decurrentes enumerantur. in folio primo membranaceo uersus quindecim prologi Heautontimorumeni Terentianae litteris capitalibus maximis exarati leguntur; sed minutissima sunt, quibus a uerbis poetae ex editionibus cognitis discrepant, neque digna, quae commemorentur. in Excerptorum calce, fol. 268^{r}, duobus hexametris adnotatum est, quo iubente liber scriptus sit:

Presbiter exiguus librum lotharius istum
ad decus & laudem dn̄i sic scribere iussit.

Codex bis correctus est, primum a librario ipso, qui leuiora quaedam menda inter scribendum eliminauit, uelut corrigens p. 217, 22 *tricameratum* in *tricameratam*, 218, 18 *utrens*, 219, 20 *mansorum* in *marsorum*, 221, 16 *accipiantur*, 226, 3 *reputuntur*, 228, 2 *inchoante*, alia. grauiores autem corruptelas corrector librario aetate fere aequalis sustulit, uelut 281, 11 *nouissimus* corrigens in *nos simus*, alia. qui etiam ea uerba, quae librarius omiserat, ex codice parente suppleuisse uidetur. hoc ex. gr. factum est p. 211, 1; 229, 13; 236, 8; 244, 24; 253, 13; 254, 6; 275, 16. interdum tamen scripturae m. 1 et 2 colore atramenti et ductu aegre discernuntur, ita ut ambiguum sit, quid librarius, quid corrector scripserit. alia menda, quae in codicibus eius aetatis frequentissima occurrunt, uelut permutationes uocalium et consonarum, id genus alia, in libro T rarissima sunt.

Hunc librum ipse praeter capita 1—44 totum excussi.

Maximi autem momenti non tam propter uetustatem et integritatem, sed quod subscriptionem codicis archetypi seruauit, est codex Parisinus 11,642, olim Sangermanensis, sicut in fronte libri adnotatum est: *S. Germani a Pratis nro. 264*

(*olim 239*). hic liber, in folio min., quaternionum XXVII + 5 foliorum, quorum fol. 217 magnam partem desectum est, VIIII saeculo exaratus, fol. 2^{r} Epistulam Eugippii ad Probam, fol. 2^{v} — 10^{v} indicem capitum, f. 10^{v} — 224^{v} Excerpta integra complectitur. Excerptorum singula capitula usque ad fol. 218^{v} plane eodem ordine atque in indice praefixo et in codicibus Sangallensi et Vercellensi se excipiunt. ultima indicis capita sunt: *De magis pharaonis, De uerbo. ex libro de natura boni, Quare filius dī in homine apparuit & s̃ps in columba, De nutrienda caritate, Sermo de laude caritatis.* Excerptorum uero cap. CCCLVI est *De magis pharaonis*, CCCLVII *De ueruo* (sic), CCCLVIII *Quare filius dī in homine apparuit s̃ps in columba.* sequitur deinceps inscriptio capitis CCCLVIII *De nutrienda caritate,* post quam explicit fol. 218^{v}. fol. 219^{r}, cuius ipsa scriptura ab antecedentibus differt, incipit a uerbiş: *est facta distinctio* cet., quod est huius editionis caput CCCXL (p. 1078, 22). secuntur numeris et ordine ab indice et ab antecedentibus capitibus plane diuersis haec capita: CCCXXXI *Quod exemplo domini temporalis contemnenda sit salus* cet., CCCXXXII *Quid amandum sit*, CCCXXXIII *De uera dilectione*, CCCXXXIIII *Quod qui fratrem diligit* cet., CCCXXXV *Quod ex ea forma, qua diligitur* cet., CCCXXXVI *De amante et quod amatur* cet., quae sunt capita CCCXLI — CCCXLVI huius editionis. sequitur deinceps spatio aliquot uersuum uacuo relicto scriptura parum accurata et ab antecedentibus plane differenti omisso titulo: *In principio erat uerbum*, quod est initium capitis 366 *De uerbo,* et spatio unius uersus et semis intermisso: *Quia ille uenit* cet., quod est h. ed. caput 367. tum demum fol. 222^{v} secuntur numeris omissis ab eadem manu, quae capita CCCXXXI sqq. exarauerat, scripta capita *De nutrienda caritate* et *Incipit sermo de laude caritatis*: quae capita exceptis illis duobus, quae alia manus in ultimo folio 222^{r} uacuo adiecerat, eodem ordine atque in MV codicibus se excipiunt. quae folia sex (219—224) non ad codicem Sangermanensem pertinere, sed ex alio libro reuulsa huic assuta esse accuratius inquirentibus manifestum est. nam ne folium quidem ultimum libri Sangermanensis, qualis a prin-

cipio erat, nunc desideratur, sed initio codicis ut folium primum praefixum est. ita igitur fit, ut postrema duo capita Excerptorum, *De nutrienda caritate* et *Sermo de laude caritatis*, bis in codice P legantur.

Ex duabus ergo partibus inaequalibus codicem Sangermanensem compositum esse ex his quae praemisi apparet. prior pars foliorum 219, quam littera P signaui, artissimo cognationis uinculo cum codicibus D G v coniuncta, eadem capita eodem ordine sese excipientia, fere easdem lectionum similitudines uarietatesque quas D G v exhibet. haec pars tota a correctore quodam foedissime tractata est, qui innumeris locis uerba a librario scripta deleuit et alias ex alio exemplari petitas lectiones in eorum locum substituit, ita tamen, ut ductus manus primae plerumque etiam nunc dispici possint.

Ab hac codicis parte prorsus differt altera libri particula, Q quae foliis tantum sex constat, quam littera Q insigniui. haec folia ad familiam codicum M V pertinere cum ex capitulis, quae in nullo alio uetusto libro hoc ordine se excipiunt, tum ex similitudinibus scripturae quibusdam, quamuis paucis, euincitur, id quod alio loco probabo. quae folia sex propterea maximi momenti sunt, quia subscriptionem illius codicis seruauerunt, qui cum iussu Reducis ex ipso fortasse exemplari Eugippiano descriptus esset, anno 581, cum Neapolis urbs a Langobardis oppugnaretur, iubente eodem Reduce, episcopo Neapolitano, a Petro notario emendatus et in archiuum cathedralis ecclesiae Neapolitanae tralatus est. fallitur igitur Mabillonius, cum totum codicem Sangermanensem ex illo Reducis episcopi apographo fluxisse opinatur: nam subscriptio tantum ad folia sex ultima spectat. quam subscriptionem [1]), quae et scriptura ab antecedentibus capitibus differt et corruptelis uariis inquinata est, plenam atque integram hic repetam, codicis

[1]) Eandem subscriptionem etiam in codice Euippii bibliothecae s. Mariae Riuipullensis (Ripoll?) in dioecesi Vicensi in Catalonia fuisse Petrus de Marca, archiepiscopus Tolosanus, testis est ap. Labbeum *Diss. hist. de scriptt. eccl. I p. 776.*

scriptura in margine inferiore adiecta: primi eam ex codice ediderunt Labbeus [1]) et Mabillonius [2]), repetiuit Mazochius [3]).

Et orationibus beatae & gloriosae semper uirginis Mariae hunc codicem excerptorum quem ex opusculis sancti Augustini beatae recordationis Eugippius presbyter & abba fecit & eum codicem dei aspiratione pro amore diuinarum scripturarum adhuc in laica uita constitutus Redux misericordia dei episcopus conscribi fecit & praefatus Redux dei gratia faciente in eadem neapolitana ciuitate a uiro beatissimo Pelagio sedis Romae pontifice est episcopus ordinatus. & eo iubente ego Petrus notarius sanctae ecclesiae catholicae neapolitanae ut potui emendaui sub die iduum decembrium imperatore domino nostro Tiberio Constantino perpetuo Augusto anno septimo, post consulatum eiusdem Augusti anno tertio, indictione quinta decima, obsidentibus Langobardis neapolitanam ciuitatem. quem codicem pro memoria recordationis nominis sui praedictus episcopus deuote sanctae ecclesiae neapolitanae, cui praeest, pro aedificatione populi christiani noscitur obtulisse. et obtestor uos sanctos successores ecclesiae supra scriptae dei gratia succedentes in diuersis ordinibus constitutos per dei nostri omnipotentis f. 224^{v} *aduentum, ut hic codex in ecclesia dei semper ualeat permanere, ut, quomodo fides aeterna est*

1 oratıonıb; 2 scertoꝛ quē *Q*: quae *Mab.* ex] *add. Mab*; *om. Q* agustini *Q* 3 ęgippius *Q* egipius *Mab.* 5 constitutos *Q* 6 praefatus *Mab*: priuatu *Q*, *fort.* priuatus 7 neapolitanā ciuitatē *Q* uiro] uero *Q* 8 Romanae *fort.* 9 ec*esię *Q* neapolitane *Q* 10 die iduum] diei duū *Q* dominū nrm̄ *Q* 11 Constantino perpetuo *Mazochius*] Constantinopolis *Q* Augusto] aguſtini *Q* 12 post consulatum] p̄. c. *Q* aguſtini *Q* 15 aecclesię *Q* 16 pro *Mab*: p̄ *Q* populi] & populi *Q* 17 ęcclesię *Q* scripta *Q* 18 gratię *Q* 19 aduentu *Q*

[1]) *Dissertatio hist. de scriptt. ecclesiast. I 776 sqq.*

[2]) *Vetera analecta tom. II p. 11—13. Paris. 1676.*

[3]) *De sanctorum Neapolitanae ecclesiae episcoporum cultu p. 264 sqq.*

christiana, sic haec oblatio codicis in ecclesia iure deo custodiente uobisque seruantibus ibidem perseueret. testes sitis etiam uos per confessionem meritoque beati Ianuarii martyris, ut sub nullo argumento, nulla alienatione, nulla commutatione de archibo ecclesiae uel iure aliquo modo discedat, ne cum praedicto pontifice Reduce in diuino iudicio causas reddere uideamini. FINIT. AMEN.

1 hec oblacio *Q* ęcclesia *Q* custodiente *scripsi*: cuſtodiendo **** *Q* custodienda et *Mab.* 2 seruantib; *Q*: seruientibus *Mab.* ibidēmp ſeueret *Q* (mp *add. m 2*, u *ex* a (?) *corr. m. 1*): ibidem semper seruetur *Mab.* 3 meritaque *Mab.* martiris *Q* 4 alienciorse (r *ex* n corr.) *Q* comutatione *Q* 5 archibo *Mab.*: archiba *Q* aliquo] uel aliquo *fort.* discedebat *Q* ne] nec *Q* 6 in] im *Q* 7 AMEN] *add. m. alia.*

Librum Sangermanensem Vindobonam missum ipse maximam partem, capita CCLXXIIII — CCCXXX A. Engelbrecht meum in usum contulit.

G Codex Sangallensis, numero 176 notatus, long. 0·42 m, lat. 0·29 m, VIIII saeculo ab uno, ut uidetur, librario confectus, foliis 238, paginis bipertitis, totum Eugippium continet, et fol. 1 quidem Epistulam ad Probam, f. 1vb — 9vb indicem capitum, fol. 9vb — 238va Excerptorum capita 366. liber postquam a librario absolutus est, duorum [1]) correctorum operam passus est, qui aut erasis et oblimatis uerbis librarii suas in eorum locum ex alio exemplari petitas lectiones scripserunt aut librum lectionibus et adnotationibus aliunde haustis referserunt, ita ut omnia, quae librarius et correctores scripserunt, enotare res sit immensi temporis et sudoris. atque in primis is qui non multo post librarium codicem legit et correxit, adeo inuerecunde munere suo functus est, ut uerbis, quae librarius scripserat, erasis aut extinctis alia in eorum locum

[1]) G. Haenel *Catalogi librorum mss.* tres correctores distinguit: „Correctores uitiose scripti codicis tres. primus pag. 18. 39 uel 71 etc. ad alia exemplaria prouocat. manus Ekkehardi IV uisitur p. 295 (?) 130. 214 etc. nota de cella S. Galli p. 298 (?) ab Ekkehardo adiecta."

ex suo exemplari supra scriberet, idque fecit omni iudicio ita prorsus destitutus, ut haud raro falsa et peruersa pro genuinis scripturis non intellectis substitueret. multo autem religiosius rem suam alter corrector gessit, qui librum denuo tractans correxit multaque inter lineas et in marginibus adnotauit. qui de sua et prioris correctoris opera initio libri, in margine folii 1^{r} inferiore, haec adnotauit: *Librum hunc inprimis scriptor uitiauerat. postea eum etiam quidam quasi corrector deprauauerat. nos autem singulorum capitulorum requirentes codices, ubicumque potuimus, quae saniora uidebantur ita iussi superscripsimus. neutrum autem ipsorum abrasimus, ut lector quid malit eligere habeat. ille enim plurima inconsiderate deleuerat, quae nos iterum, ut uidere est, asscripsimus.* ex quibus apparet omnes correcturas, quae rasis uerbis a librario scriptis ortae sunt, a manu 2 profectas esse, id quod ad diiudicandas correcturas libri G non parui momenti est, cum ex litterarum ductibus et colore atramenti nonnumquam manus difficillime discernantur. praeterea euincitur correcturas m. 3 non ex aliquo codice Excerptorum Eugippii, sed ex codicibus Augustini ipsis petitas esse. quare correcturas alterius correctoris fere ubique neglexi, nisi si nullus Eugippii codex sanam scripturam seruasse uidebatur. ab hac manu 3 praeterea inter lineas et in marginibus plurima argumenta atque interpretamenta adiecta sunt: quae plerumque silentio praeterii, cum ad emendanda uerba Augustini nullius momenti sint. uelut ad 69, 21 haec adnotauit: *Iudeis locustas manducare scām legem līberum erat, marinas quidem, nr̃is maiores et uescibiliores. aiunt etiam quidam locustas erbā et ideo locustas dictas quia natura eis sit ubi nunc inuenit*^{atur} *non ibi ad iterum inueniri sed in proximo aliquo loco; et ita saliendo de loco ad locum oriri quemadmodum locustis animalibus mos est et natura saltare. prestantissimi utique saporis, sicut a plurimis audiuimus, qui eas in deserto Iordanis, ubi habundant, manducasse se dicebant. discorticate* (*decorticatae* uel *discoriatae* fort.) *enim si manducentur, mellis saporem prestant, ut aiunt. sunt autem qui Iohannem ipsis pastum opinentur. sed Au-*

gustinum hoc ignorasse difficile est. ad p. 113, 1: *N̊. catholicū. integritatis costodē. Orthodoxū. recta sectantē*, alia.

Hunc librum, qualis a m. 1 exaratus erat, multis omnium generum mendis inquinatum fuisse constat, ita ut ex. gr. uocales uocalibus, consonae consonis saepissime permutatae, uerba singula aut plura omissa sint et quae aliae corruptelae in eius aetatis libris non admodum bonis plurimae inueniuntur.

In codice archetypo libri G quorundam foliorum transpositione ordo capitum XLI et sequentium (XXV — XXVIIII h. ed.) turbatus erat. quae capita ita se in codice G excipiunt: post *materie corporali* (cap. XXV p. 194, 13) sequitur *sideraque fulgere, diei noctisque uices* cet. (c. XXVIII p. 203, 12) usque ad finem capitis. sequitur c. XXVIIII usque ad p. 206, 23 *motionum* (*nitantur* add. m. 3 supr. uers.). excipiunt quae restant ex cap. XXV (p. 194, 13) *per diuinam conceptionis* cet. secuntur deinceps capita XXVI (p. 196), XXVII (p. 197—202), XXVIII ad *terrestria luminaria* (p. 203, 12). excipiunt uerba capitis XXVIIII, quae restant: *nitantur, inueniet* cet (p. 206, 23). quae foliorum transpositio priorem correctorem fugit, non item alterum. adnotauit enim in margine: *Verte duo folia. Et quod hic deest lege VI capitulo q̊ sup.ª Hinc iam scriptor igitur alterius libri folia diuertendo desipuit*, et alio loco: *scriptor huius libri conuoluendo folia alterius ordinem disturbauit.* in hoc autem fallitur, quod auctorem transpositionis scribam libri G fuisse arbitratur. nam eadem perturbatio transpositione foliorum orta etiam in illo codice fuisse uerisimile est, ex quo G a m. 2 correctus est.

Liber G artissima necessitudine cum DPv codicibus coniunctus est: nam in his omnibus capita Excerptorum eodem ordine decurrunt, eaedem interpolationes inueniuntur, denique in potioribus lectionum similitudinibus et uarietatibus omnes quattuor consentiunt: quare eos ex uno archetypo fluxisse consentaneum est.

Huius libri, qui summa Idtensohnii, qui bibliothecae Sangallensi praeest, beneuolentia Vindobonam transmissus erat, ipse

contuli Epistulam, indicem capitum, Excerptorum capita 1—29; 171—177; 383, 384 et quae in M V codicibus desunt, innumeris praeterea locis excerpsi.

Codex bibliothecae capitularis Vercellensis, numero XXX. v
94 signatus, in folio min., X saeculo exaratus, olim totum Eugippium, Epistulam ad Probam, tabulam capitum, Excerpta integra continebat. nunc autem Excerptorum ultima capita, inde a capite CCCXXX (p. 1047, 23), desiderantur, cum aliquot schedae codicis reuulsae sint. singulae paginae bipertitae. margo superior morsibus murium derosus est, ut primi cuiusque paginae uersus desint, quod in adnotatione critica adnotare supersedi. liber Vercellensis quamquam scriptura nonnullis locis aliquantum differt, tamen ab uno librario confectus esse uidetur. nonnulla, quae librarius peccauerat, corrector fere aequalis correxit. liber, cum ordo capitum XLI (= XXV sqq. h. ed.) perinde atque in Sangallensi turbatus sit, ex eodem codice parente, ex quo G fluxit, originem traxisse uidetur. cum autem praecipue manus altera codicis G fere ubique, idque in minutissimis, cum Vercellensi consentiat — id quod ex adnotatione critica cognoscitur — librum Sangallensem ex codice parente libri Vercellensis correctum esse consentaneum est.

Librum Vercellensem ipse fere totum (usque ad caput CCLXXIIII), cum Vercellis anno 1877 morarer, contuli.

Praeterea quosdam libros tantummodo inspexi et quae memoratu digna uidebantur ex iis adnotaui. hi sunt:

1) codex Parisinus 2110 (ancien fonds du roi), X saeculo scriptus. fuit olim Vlrici Obrechti, praetoris regii Argentoratensis, id quod inscriptio in primo folio libri posita indicat: *Codex olim Vlrici Obrechti Praetoris Regii Argentoratensis. an. 1701.* continet foliis 401 integra Eugippii Excerpta, et folio quidem 1^r — 2^v Epistulam ad Probam, fol. 2^v — 15^r tabulam capitulorum, fol. 15^r — 401^v Excerptorum capita 366, qui numerus plane cum numero libri Sangallensis congruit. qui liber cum capita 10 — 24, 351 — 355 alia, quae D G P v soli exhibent, habeat, iis uero capitibus, quae M V soli habent,

careat, interpolatae familiae est. cum autem desint interpolationes capitum XXV, LXXXVI, CXLI, quae in libro Telleriano leguntur, non codici T consociandus est, sed ad familiam librorum DGPv pertinet.

2) Codex Cheltenhamensis, numero 12,352 signatus, X, siue potius XI saeculo scriptus. ad originem libri uerba, quae in margine primi folii leguntur, spectant: *Liber ecclie Scti remacli Stabulen.* continet Epistulam, cuius uariam lectionem in adnotatione sub littera *m* addidi, indicem capitum, Excerpta integra. qui codex cum capita eadem habeat, quae MV, capitibus autem, quae DGPv et T soli exhibent, careat, familiae codicum MV adnumerandus est. sed a manu correctoris foedatus est, qui scripturis m. 1 erasis codicis alicuius lectiones in eorum locum substituit.

3) Codex Abrincensis n. 35, XI saeculo scriptus, Excerpta Eugippii in tres libros distributa continet, sicut A. Schöne, qui quaedam meum in usum excerpsit, mecum communicauit. alterius libri initium deest, cum inter folia 86 et 87 tres schedae reuulsae sint. Excerpta autem prorsus locis suis mota atque ita conturbata exhibet, ut uix operae pretium sit enarrare, quo ordine singula capita se excipiant, praesertim cum in hoc libro nihil boni inueniatur.

4) Codex Parisinus 12,228, olim Sangermanensis, XII saeculo scriptus. ad originem eius uerba in folio 1 posita spectant: *liber sci petri antique corbeie. q furatus fuerit anathema sit.* continet foliis 141 non solum capita, quae Eugippius ex singulis S. Augustini libris compilauit, sed in fine libri etiam sermonem Fulgentii, episcopi Ruspensis: *Item de caritate. Incipit sermo sci Fulgentii epi. Quantum cupio sci ure debitum reddere* cet., qui est sermo V ed. Migne. qui codex cum capita 10 — 24, 351 — 355 exhibeat, iis autem capitibus, quae Vaticani et Mediomontani propria sunt, careat, interpolatae familiae adnumerandus est. cum autem capita eodem ordine atque in libro Telleriano decurrant et capita XXV, LXXXVI, CXLI, alia iisdem interpolationibus, quibus in T, aucta sint, non ad familiam codicum DGPv pertinet, sed artissima

cognatione cum codice T coniunctus est. ueri igitur simile est hunc codicem et Tellerianum ex eodem codice parente originem traxisse.

5) Codex Parisinus n. 2111, olim Colbertinus, XI et XIII saeculo scriptus. maxima pars libri, i. e. fol. 12^r — 191^v saeculo XI exarata est, quasdam autem codicis particulas, quae casu aliquo interierant, i. e. fol. 1^r — 11^v, 192^r — 197^v, manus XIII s. suppleuit. hic codex dimidiam tantum Excerptorum partem continet: ultimum eius caput est CLXXIIII, quod est huius editionis cap. CLVIIII. sequens caput CLXVIIII (sic), cuius sola inscriptio in codice seruata est, in nullo alio uetusto libro extat: *In miraculo de V panibus quēadm̃ inter se omnes IIII euangelistę consentiunt*; legitur tamen in editione principe Ioannis Heroldi.

6) Codex Taurinensis XLVIII d. 4. 24, formae maximae, XII s. exaratus. continet Epistulam, indicem capitum, Excerpta, quae eodem ordine, quo in DGPv, se secuntur. contuli Epistulam, cuius uariam lectionem sub littera *t* in adnotatione adieci, capita 1 — 21, 172 — 174, quorum uariam scripturam non adnotaui, cum nihil ad emendanda uerba ex iis redundet.

7) Alteram partem Excerptorum Eugippii codex Oxoniensis Laud. misc. 584, VIIII saeculo scriptus, exhibet. in catalogo fertur sub titulo: *Anonymi Excerpta.* continet foliis 133 Excerptorum capita 119 inde ab epistula ad Consentium *de trinitate* (cap. CCXXIII p. 714 h. ed.) usque ad sermonem *de laude caritatis.* liber a correctore quodam turpiter correctus in recensendis Excerptis nullius momenti est.

8) Codex Vaticanus 520, XIIII s. scriptus, Excerpta praeter Epistulam et indicem capitum eodem atque in DGPv ordine decurrentia continet.

Excerpta Eugippii primo ab Ioanne Herold Acropolita Basileae 1542 edita sunt sub hoc titulo: *D. Eugyppii abbatis Aphricani Thesaurorum ex d. Augustini Operibus, mille ante annos, ingenti labore de emendatissimis exemplaribus selectorum* cet., quae editio anno sequenti 1543 Venetiis, hoc saeculo in tomo LXII patrologiae latinae Mignianae repetita est. atque

Editio princeps

Ioannes quidem Herold in edendis Excerptis, sicut ipse profitetur, codice aliquo Colmariensi usus est: qui codex nisi idem est atque Parisinus 12,228, certe intima necessitudine cum familia codicum Telleriani et Parisini cohaeret, cum caput 355 *De prouidentia dei* bis in codice Parisino et in editione principe legatur, praeterea in fine Excerptorum post sermonem *de laude caritatis* sermo V Fulgentii episcopi Ruspensis *de caritate* additus sit.

In constituendis autem uerbis Excerptorum Eugippii fidem codicis omnium antiquissimi atque praestantissimi secutus iis tantummodo locis aliunde remedia petiui, ubi scriptura ipsius codicis Vaticani sana non esse uidebatur. cur hunc potissimum librum ducem secutus sim, alio loco copiosius explicabo. earum autem lectionum, quae a Vaticano traditae sunt, ita tenax eram, ut ne in formis quidem uulgaribus a Vaticano traditis, uelut *de non fuerit* (p. 262, 24) *erat de* (696, 12) *triena* (571, 15), aliis quidquam mutarem. res orthographicas ex uetustissimis tantummodo libris adnotaui, in codicibus VIIII et X saeculi neglexi. quae capita in libris interpolatis DGPv et T solis leguntur, in Vaticano autem desiderantur, ea uncinis inclusa et numero tantum arabico signata addidi. si autem in his sunt quae displiceant — quae sane sunt plurima — lectores et propter magnum huius operis ambitum et quod singulos Augustini locos e contextu reuulsos tractare atque emendare difficillimum est, beneuole ueniam dabunt.

Restat, ut uiris, qui me in adornanda hac editione adiuuerunt, gratias maximas agam, H. Sedlmayer, F. Weihrich, collegis optimis, A. Engelbrecht, Leopoldo Delisle, qui non solum mihi copias bibliothecae Nationalis Parisinae, cui praeest, utendas concessit, sed etiam librum Desnoyersii suppeditauit, in primis autem Guilelmo Hartelio, qui, qua est in his litteris doctrina et propensa erga me uoluntate et humanitate, consilio et re mihi semper adfuit.

Vindobonae Kal. Ian. 1885.

P. Knöll

EVGIPPII

EXCERPTA EX OPERIBVS

S. AVGVSTINI.

A = codex Ambrosianus C 73. inf. saec. VII. cf. praef. p. X sqq.
D = codex Desnoyersii nr. 1720 saec. VIII. cf. praef. p. XIII sqq.
G = codex Sangallensis nr. 176 saec. VIIII. cf. praef. p. XXVI sqq.
M = codex Cheltenhamensis nr. 12,263, olim Mediomontanus, saec. VIII. cf. praef. p. XVIIII sqq.
P = codex Parisinus nr. 11,642, olim Sangermanensis, saec. VIIII. cf. praef. p. XXII sqq.
Q = codicis Parisini 11,642 folia sex postrema, saec. VIIII. cf. praef. p. XXIIII sqq.
T = codex Parisinus nr. 2109, olim Tellerianus, saec. VIIII. cf. praef. p. XXI sq.
V = codex Vaticanus nr. 3375 saec. VII. cf. praef. p. I sqq.
m = codex Cheltenhamensis nr. 12,352, saec. X uel XI. cf. p. 1 et praef. p. XXX.
t = codex Taurinensis nr. XLVIII d. 4. 24, saec. XII. cf. p. 1 et praef. p. XXXI.
v = codex Vercellensis nr. XXX 94, saec. X. cf. praef. p. XXVIIII.
a = Augustini editio Maurinorum, in libris de ciuitate dei editio Dombarti.

EVGIPPII
EPISTVLA AD PROBAM VIRGINEM.

DOMINAE MERITO VENERABILI ET FRVCTV SACRAE VIRGINITATIS IN CHRISTI GRATIA SEMPER INLVSTRI AC PER OMNIA PROBAE EVGIPPIVS OMNIVM SERVORVM DEI FAMVLVS IN DOMINO SALVTEM DICIT.

Excerptorum codicem, quem de nonnullis operibus sancti Augustini cohortante domno meo Marino abbate uel ceteris sanctis fratribus quomodocumque compegeram, continuo transferri uobis sancto quo polletis studio uoluistis, et cum bibliothecae uestrae copia multiplex integra de quibus pauca decerpsi contineat opera, placuit tamen habere decerpta. at ego prospiciens ne forsitan a legentibus temeritatis arguerer, necesse habui causas facti praefatione fateri; quae ita se habent: inter magnos et egregios catholicae doctores ecclesiae praeclarum fuisse et esse beatum Augustinum quis ignoret episcopum? quem cum diuina et humana eruditione mirabilem omnes orthodoxi toto terrarum orbe uenerentur, praecipue tamen apostolicae sedis antistites scripta eius sua probabiliter

Epistula intercidit in V et maximam partem in M. collati sunt praeter G P T v codex Mediomontanus 12,352 (m) s. X uel XI et cod. Taurinensis XLVIII. d. 4. 24 (t) s. XII. — Incipit praefatio sequentis operis G^1; eugippius ad Probam uirginem *add.* G^2; Incipit prologus libri eugippii *T*; in nomine dn̄i n̄ri ih̄u xp̄i. incipit liber euipii *P* 4 x̄p̄o *P* 5 eugipius *G m* eu///ipius *P* eugepius *t* 7 coticem *T* 8 domino *m t* abbate *om. v* 9 conpigeram *T* 10 bibliothaecae *P pr.* 12 contineant G^2 ergo G^1 14 fataeri *T* habet *libri praeter t* 15 egregiosq; (*om.* et) *m* 17 com *T* 18 uenerantur $m^1 t$ 19 antestites $G^1 T$ antistes *m* ꝑpabiliter *P*

auctoritate firmantes tanto maiori studio semper amplexi sunt, quanto ampliori solacio his usos se fuisse testantur. nam contra multos hostes ecclesiae dimicantes et maxime contra uersipelles inimicos gratiae dei doctrina eius instructi uel potius eadem inlustrati gratia semper exstitere uictores: cuius uictoriae praemia in tantum donante deo posteris prosunt, ut et ieiunos copiosius pascant et fortes armis spiritalibus muniant. catholica si quidem diuinae legis explanatio non solum esurientibus alimonia sed et dimicantibus efficitur armatura. nec immerito uicarii illius, cui pascendas oues dominus ore proprio commendauit, compastoralis officii socium copiosa gregi dominico de pratis scripturarum pabula procurantem peramplius dilexerunt, suum uerissime putantes bonum quod per fraternam scientiam gratulabantur inuentum, scientes hunc intellegibilem ad condiendos animos salem etiam pecoribus abiectissimis profuturum. quorum omnium ego prorsus abiectior ex aliquantis eiusdem beati uiri praeclaris operibus perpauca ruminando quodam modo lambendoque decerpsi, quae praestantibus amicis integra legeram: nam omnia illius habere uel inuenire quis possit? nonnulla ergo legenti mihi atque habere cupienti quia facultas minime suppetebat, idcirco quaedam uelut ex ingenti prato floribus asperso caelestibus ex librorum eius quae data est copia inops aegerque conlegi: inops scilicet peritia, aeger offensa, uel informari tanta doctrina cupiens uel sanari. ueritatem namque sententiae Salomonis, qua ait: fauus mellis uerba prudentiae, dulcedo animae, sanitas ossuum, in supra dicti uiri dulcissima et sanissima eruditione persensi. pauca proinde quae congessi non solum mihi qui sensu censuque sum pauper sed etiam his qui utroque praediti sunt munere profutura confido. nam cum in manus eorum

25 Prou. 16, 24

2 ampliori] maiori *v* esse *Gv* 3 ostes *T* 5 extitere G^2P 11 et copiosa *Gmtv* 13 uerissimae *T* 18 quodam modo *om. Gv* lambendo quae *P pr.* 20 posset Pm^2t 21 superpetebat G^1 22 eiusdem *Pm* 23 inobs *T* 25 namquae *T* qui *t* 27 ossium G^2P^2v 28 perpensi *t* 30 sint *G ex* sunt

haec eadem excerpta peruenerint, aut ardore mendicantis accensi aut inordinata, ut assolet, congestione permoti dabunt operam uel plura studiosius habere uel ex his aptiora decerpere atque in unum corpus redacta saepius lectitare. ita forsitan imperiti desiderium compendiis poterit militare doctorum. plerumque enim quod ineptius a paruis arripitur a magnis aptius adimpletur. certe si nullus magnorum id uel facere uel habere dignetur, saltem illi quibus plenaria tanti desunt operis his fortasse delectabuntur excerptis, quia facilius unum codicem quis poterit sibi parare quam multos. a singulis sane capitulis diuersae res uel etiam quaestiones atque sententiae de quo opere uel libro sint indicantur, ut, si quis ignorat ubi eas plene possit inuenire, cognoscat. integrum uero librum uisum est excerptorum debere esse principium et ille potissimum mihi praeponendus occurrit, quem idem beatus Augustinus antistes ad sanctum Hieronymum post primum de animae quaestione noscitur scripsisse presbyterum, soluens illam ex epistula Iacobi apostoli quam in primo praenotaui capitulo quaestionem: in quo libro quattuor illas uirtutes, id est prudentiam, temperantiam, fortitudinem atque iustitiam, ad illud geminae dilectionis dei et proximi latum mandatum nimis, in quo tota lex pendet et prophetae, mirifice rettulit. ob hoc itaque congruum putaui atque conueniens ut his excerptis caritas, qua dispersa solent adunari integritate, libri daret exordium, quae et uirtutum omnium perfectio et supernae legis est plenitudo; ipsa quoque finem dedit operi, quae non habet finem. nam paene ultimus numeri titulus ordinem

22 cf. Matth. 22, 37 sqq.

1 medicantis *P* 2 adsolet *T* 3 opera *PT* apertiora *m* 5 imperiti] impleri *t* 7 id *om. t* 8 dignatur *GPmtv* saltim *Pm*^{1}*t* 9 forsitan *GPmtv* 10 sibi quis poterit *t* a *om. GPmt* 12 ut] aut *t pr.* 13 plene eas *m* plenas *P* possint *T* 14 est *om. t* 15 agustinus *G* 16 antestes *Gm*^{1} hieronimum *GPTmv* post primum] postremum *Gv* 17 scribsisse *P*^{1} 18 ex *om. m* beati iacobi *v* 19 est *om. G*^{1} 22 pendit *Gv* retulit *GPmtv* 25 *ab* [uirtu]tum omnium *incipit M* 26 est *om. T* 27 pęnultimus *mt* pęne primus *Gv* numeri] libri *t* titulos *P*^{1}

nutriendae, ultimus enutritae laudem continet caritatis; per quam adiuro lecturos ut mihi indigno ueniam dignanter tribuant et orationum praesidia clementer impendant. si quis sane transferens hoc opus his quae congesta sunt alia addere forte uoluerit, congruis adiciat locis, ut praedicti duo de caritate tituli finem semper teneant excerptorum.

1 continet — 6 excerptorum *om.* *T* 4 hoc *om.* *t* 5 forte] stare *t* 6 Expł pręfatio ///ib excerptorū. incp̄ capitula eiusdē operis *M*; Incipiunt capitula libri huius *T*; Explicit praefatio. Incipiunt capitula de quibusdam opusculis sc̄i augustini (agustini *GP*) ep̄i *GPv*.

EVGIPPII

EXCERPTORVM EX OPERIBVS S. AVGVSTINI CAPITVLA.

(EX CODICIBVS *GV.*)

I. 1. Liber ad Hieronymum presbyterum de sententia Iacobi, qua dicit: si totam quis legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus; cum idem dicat: in multis enim offendimus omnes. in quo libro de quattuor uirtutibus, prudentia, temperantia, fortitudine, iustitia, diligentissime disputauit.

II. 2. Item de praedictis quattuor uirtutibus, quas in superiori libro distinxit; in libro de moribus ecclesiae catholicae disserens ad unum eas mandatum rettulit caritatis.

III. 3. An uirtutes, quibus ad aeternitatem tenditur, desiturae sint cum ad aeterna perduxerint, agit in libro de trinitate XIIII.

IIII. 4. De quattuor affectionibus, quas a Cicerone perturbationes, ab aliis passiones appellatas Vergilius homini propter carnem inesse putat, cum his diabolus quoque non careat, qui est utique sine carne; sanctos autem, quibus rectus est amor, omnes has affectiones probat rectas habere. ex libro de ciuitate dei XIIII.

6 Iac. 2, 10 8 Iac. 3, 2

Capp. I—XXVIIII, quae desunt in cod. V, apposui ex cod. G; discrepantiam scripturae in capitulis XXX—CCCXLVIII ex solo cod. V adnotaui. — 9 in quo libro *M*] idcirco integer in hoc corpore prętatus est excerptis quia in eo *G* 13 retulit *G*

V. 5. De quinque corporis sensibus. ex libro confessionum X.
5*. Item de isdem quinque sensibus oratio pulchra atque prolixa. ex libro supra scripto.
VI. 6. De sacramento mediatoris ad purgationem animarum. ex libro confessionum X.
VII. 7. Item de eodem sacramento. ex libro de ciuitate dei VIIII.
7*. Item de eodem sacramento mediatoris. ex libro de trinitate IIII.
VIII. 8. Ex libro confessionum primo.
VIIII. 9. De tempore, quod cum homo metiri uideatur, non tamen potest comprehendere quid sit tempus. ex libro confessionum XI.
[10. De miraculis, quae magicis artibus fiunt. ex libro de trinitate III.
11. De causis originalibus creaturarum naturalium, quas mundo creator inseruit. ex eodem libro III. de trinitate.
12. De simplo saluatoris nostri, quod ad duplum nostrum concurrit et congruit. ex libro de trinitate IIII.
13. De mediatore ad mortem diabolo et mediatore ad uitam Christo Iesu. ex eodem libro de trinitate IIII.
14. De facilitate ludificationum, quibus homines immundi spiritus fallunt. ex eodem libro IIII.
15. De falsis et deceptoriis purgationibus. ex eodem libro IIII.
16. De his qui sibi purgationem de uirtute propria pollicentur. ex eodem libro IIII.
17. Quod testimonia quaedam uenturum Christum praenuntiauerint, quaedam uenisse testarint. ex eodem libro IIII.
18. Item de eodem sacramento mediatoris. ex libro de consensu euangelistarum I.
19. Quid Plato posset si uiuens interrogaretur de christiana religione respondere, quae incommutabili ueritati,

6 eodem *om. G* 10 *capp. VIII et VIIII desunt in G* 22 facillitate *G* 25 IIII] XII *G* 33 possit *G* 34 ueritate *G*

id est deo, inhaerere mentem doceat quaeque uariis morbis diuersa congruenter doctrinae medella succurrens omnibus etiam communiter clamat: nolite diligere mundum; et qualiter ecclesia gentibus, haereticis, schismaticis atque Iudaeis utatur. ex libro de uera religione.

20. Quam congrue hominibus sapientia dei Christus humanitate subuenerit, qui natus matrem, quam ad turbas loquens et ad aquam in uinum uertendam negauerit, de cruce cognitam discipulo commendarit; cuius tota uita disciplina morum fuerit, ita ut nullum peccatum admittatur, nisi dum aut appetuntur quae contemsit aut fugiuntur quae ille sustinuit; et de modis doctrinae eius. ex libro supra scripto.

21. Arguit uoluptuosos, curiosos, superbos, singulis competenter aptans concupiscentiam carnis et concupiscentiam oculorum et ambitionem uitae, quae tria in triplici quoque temtatione per auctorem uitae cauenda monstrata sunt. ex libro supra scripto.

22. Quod melius sit ab homine quam a uitio uinci; et quod carnales necessitudines non sint carnaliter diligendae, sed cum omnibus quos pariter quis diligit prodesse non possit, nisi coniunctioribus prodesse malit, iniustus sit. ex libro eodem de uera religione.

23. Quod dei lex alta quaedam disciplina sit, quae se nosse desiderantibus geminum ordinem sequi iubet, cuius una pars uitae sit, altera eruditionis; et in utraque parte adulescentibus dat praecepta. ex libro de ordine secundo.

24. Quod amore se sequentibus deus auctoritatis uiam septempliciter muniuerit; et exponit illud apostoli: quia neque mors neque uita et cetera separare nos possint a caritate dei; et quod saluberrime in ecclesia rationem praecedat auctoritas. ex libro de moribus ecclesiae catholicae.]

3 I Io. 2, 15 29 Rom. 8, 38 sq.

4 scismaticis *G* 10 amittatur *G* 15 carnis et concupiscentiam *addidi ex cap. 21: om. G* 23 uera *scripsi:* xp̄iana *G* 24 alta *om. G* 30 nos] non *G*

X. 25. De principio genesis. ex libro confessionum XII.

XI. 26. Item de eodem principio, quod magis prosit multiplex sensuum prolatio, si non sit contra fidem. ex libro confessionum XII.

XII. 27. Principium libri de genesi ad litteram, et quod spiritus dei superferebatur super aquas.

XIII. 28. Contra eos qui dicunt: numquid ibi fuit Moyses, quando fecit deus caelum et terram, ut credatur ei. ex libro de ciuitate dei XI.

XIIII. 29. Quod calumniantes de mundi tempore refelli possint de mundi loco. ex eodem libro XI. de ciuitate dei.

XV. 30. Quod lucis nomine etiam angeli significati atque creati possint intellegi. ex eodem libro XI.

XVI. 31. Contra eos qui dicunt ob hoc factum esse mundum, ut animae quae prius peccauerant in eo includerentur; ubi et Origenem errasse probat contra libros ipsius, qui appellantur περὶ ἀρχῶν. ex libro supra scripto.

XVII. 32. Item de eodem errore Origenis et de igne aeterno. ex libro responsionis ad consulta Orosii presbyteri.

XVIII. 33. Quomodo accipiendum sit: omnis creatura ingemescit et parturit usque adhuc; et illud in Iob: stellae non sunt mundae ante eum; et uerum non esse quod ait caecus inluminatus: peccatores deus non exaudit. ex eodem libro responsionis ad Orosium presbyterum.

XVIIII. 34. Ex libro de haeresibus: de errore Origenis.

XX. 35. Contra eos qui reuolutionis circuitus induxerunt. de ciuitate dei XII.

XXI. 36. Contra id quod dicitur: unde diabolo primum uoluntas mala, cum bonus a deo creatus esset. ex libro de ciuitate dei XII.

XXII. 37. Diabolum ab ipso primordio creaturae a suo creatore per superbiam apostatasse, quia de superbia nascitur inuidentia, per quam exstitit homicida. ex libro de genesi ad litteram XI.

5 Gen. 1, 2 20 Rom. 8, 22 22 Iob 25, 5 23 Io. 9, 31

XXIII. 38. Qualiter intellegendum sit illud Esaiae: quomodo cecidit de caelo Lucifer, et in Ezechiel: tu es signaculum similitudinis et corona decoris; in deliciis paradisi fuisti. ex eodem libro XI. de genesi ad litteram.

XXIIII. 39. Contra eos qui dicunt, cur creauerit deus hominem, quem peccaturum esse praesciebat. ex eodem libro XI. de genesi ad litteram.

XXV. 40. De decimatione Leui in lumbis Abrahae. ex libro X. de genesi ad litteram.

XXVI. 41. De ligno scientiae boni et mali. ex libro VIII. de genesi ad litteram.

XXVII. 42. Item de eodem ligno. ex eodem libro VIII. de genesi ad litteram.

XXVIII. 43. De bipertito opere prouidentiae dei et in ipso homine eadem gemina diuini moderaminis operatione. ex libro de genesi ad litteram VIII.

XXVIIII. 44. Quod aeterna diuinitas nec per tempus nec per locum mota moueat creaturam; et de ordine naturarum, quam cui praeposuerit quamque subdiderit. ex libro de genesi ad litteram VIII.

XXX. 45. Quod non per ipsam dei substantiam, sed per subditam creaturam et locutiō diuina ad Adam et deambulatio in paradiso debeat incunctanter intellegi. ex libro de genesi ad litteram VIII.

Tria quae sequuntur capitula ex libro sunt quaestionum de genesi primo.

XXXI. 46. De quaestione annorum Matusalae.

XXXII. 47. De id quod scriptum est angelos dei cum filiabus hominum concubuisse.

XXXIII. 48. De arca Noe, utrum animalia omnia cum escis eorum ferre potuerit.

1 Es. 14, 12 3 Ezech. 28, 12 sq.

22 *a* quod non *incipit V* 23 loquutio *V* 24 paradisso *V* 24 ex — litteram *om. V* 27 prima *V* 29 De id *cf. Rönsch It. et Vulg.*[2] *p. 410* scribtum *V*; *sic ubique*

XXXIIII. 49. Quod recogitatio dei mutandarum rerum sit immutabilis ratio; et de mensura arcae, in qua etiam propter Christum corpus probabiliter metitur humanum; et bicameratam ac tricameratam duobus posse modis intellegi.
Item de genesi ad litteram capitula IIII.
XXXV. 50. De locutione serpentis ad Euam et de incantationibus Marsorum. XI.
XXXVI. 51. Qualiter intellegendum sit: ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis. XI.
XXXVII. 52. Quomodo Adam non sit seductus, ut dicit apostolus, cum idem dicat eum praeuaricatorem. XI.
XXXVIII. 53. De creatione primi hominis et de causalibus rationibus uel quomodo dicantur additi anni XV Ezechiae regi ad uitam, quem praedixerat non uicturum. VI.
XXXVIIII. 54. De stella quam magi secuti sunt, Christi famula, non fatali. II.
XL. 55. De praeceptis agendae uitae et praeceptis significandae uitae. VI.
XLI. 56. Cur in testamento uetere quidam cibi carnium uesci prohibeantur. VI.
XLII. 57. De azymis, scenopegiis uel ceteris et de prohibitione uestis linostimae uel iunctione bouis et asini. VI.
XLIII. 58. Qualiter intellegendum sit: etsi noueramus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. XI.
XLIIII. 59. De sex diebus in genesi et sex aetatibus uel de coniuge facta ex uiri latere dormientis. XII.
XLV. 60. Quod Cain et Abel duos populos figurauerint et qui occiderit Cain septem uindictas exsoluet, uel de signo quod posuit deus in Cain. XII.
XLVI. 61. Quod diuersis modis possit intellegi: si recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti.

8 Gen. 3, 22 23 I Cor. 5, 16 sq. 29 Gen. 4, 15 31 Gen. 4, 7

5 littera *V* 6 loquutione *V* 15 sequuti *V* 16 II] *i. e. ex libro contra Faustum II.* 21 scenofegiis *V* 29 occidit *V* 32 uidas *V*

XLVII. 62. De septenario requiei et octonario resurrectionis numero uel de emissione corui et columbae. in XII.

XLVIII. 63. De mandatis dei ad Noe post diluuium et de arcu in nubibus apparente uel nuditate Noe et Cham filio Iudaeum populum figurante. in XII.

XLVIIII. 64. In Abraham exeunte de terra sua; in Isaac lignum sibi ad uictimam baiulante; in Iacob luctante uel scalam uidente;
in Ioseph uendito et post labores honorato; in uirga Moysi;
in egressione Israhel ex Aegypto;
in manna et petra fluente; in columna ignis;
in mari rubro; in XII fontibus et LXX arboribus;
in uictoria de hoste Amalech; in serpente aeneo;
in agno paschae occiso; in lege data;
in Iesu Naue et in arca muros Hierichuntinos allidente;
in iudicibus; in muliere hostis tempora ligno transfigente;
in uellere Gedeonis; in electione Dauid;
in miraculis Heliae et Helisei;
et post LXX annorum peregrinationem reditu ad caelestem Hierusalem; et conuersione luctus in gaudium sempiternum,
in his omnibus mysteria Christi et ecclesiae figurata. in XII.

L. 65. Quaedam peccata manifesta ex poena uenire quorundam occultorum comprobat peccatorum. in XIII.

LI. 66. Expositio de id quod scriptum est maledictus omnis qui pendet in ligno. in XIIII.

LII. 67. De id quod ait Moyses uidebis uitam tuam pendentem, et non credes uitae tuae. in XVI.

LIII. 68. Quod requies sabbati etiam in sepultura dominica possit intellegi et octaui diei circumcisio exspoliationem mortalitatis significet. in XVI.

26 Deut. 21, 23 28 Deut. 28, 66

3 dilluuium *V* 5 figurantem *V* 7 uaiulantem *V* 9 moisi *V* 15 hiericuntinos *V* 19 peregrinatione reditum *V* 29 credis *V* 32 in XV *V*

LIIII. 69. Non solum diebus sed et mensibus nomina deorum suorum dicit imposuisse paganos; nam in populo dei siue sabbatum siue circumcisionem siue differentiam ciborum siue immolationem sacrificiorum nostri fuisse figuras. in XVIII.

LV. 70. Quod oculum pro oculo non sit contrarium illi quod dicit dominus: qui te percusserit in dextram maxillam. in XVIIII.

LVI. 71. Quomodo intellegendum sit illud apostoli: in quibus deus saeculi huius excaecauit mentes infidelium. in XXI.

LVII. 72. De id quod ait idem apostolus deus autem temperauit corpus; et de superiore sententia etiam alio modo intellegenda. in XXI.

LVIII. 73. Exemplo Abrahae celantis coniugem docet ut quando habet homo quod faciat non temtet deum, quia nec Paulus fidem perdiderat, quando per murum in sporta demissus est, ut inimicorum effugeret manus.

LVIIII. 74. Quid rerum figurauerint quattuor uxores Iacob. in XXII.

LX. 75. De facto Iudae, quod cum sua nuru concubuit. in XXII.

LXI. 76. De peccato Dauid in uxore Uri Cetthaei.

LXII. 77. De Salomonis primum bonis, postea malis. in XXII.

LXIII. 78. De uituli capite combusto et in aquam sparso potuque populo dato. in XXII.

LXIIII. 79. De semine suscitando fratri defuncto; et contra obiectionem de sollemnitatibus uel quod duobus modis intellegatur a sanguine abstinendum quodque turdi uel minores auiculae, quarum sanguis non effunditur, licite comedantur. in XXXII.

Hinc ex libro quaestionum in genesi capitula per ordinem XXVIII.

6 Ex. 21, 24 7 Matth. 5, 39 9 II Cor. 4, 4 12 I Cor. 12, 24

18 demissus *scripsi*] dimissus *V* 25 aqua *V* 30 quorum *V* 32 ordine *V*

LXV. 80. De eo quod scriptum est a uolatilibus mundis et immundis intrasse in arcam.

LXVI. 81. Quid sit quod dominus dicit: non adiciam maledicere terrae.

LXVII. 82. Quid est: de manu fratris exquiram animam hominis.

LXVIII. 83. Cur Cham peccans non in se ipso, sed in filio maledicitur.

LXVIIII. 84. Erat omnis terra labium unum per recapitulationem dictum.

LXX. 85. Quomodo Sarra, cum aliquot dies apud regem Aegypti fecerit, eius concubitu non credatur esse polluta.

LXXI. 86. Quomodo intellegatur aeternum quod ait: dabo semini tuo terram in possessionem aeternam.

LXXII. 87. Sciebam, inquit, quia constituet filiis suis post se custodire uias domini.

LXXIII. 88. Descendens uidebo si secundum clamorem uenientem ad me consummantur; si autem non, ut sciam.

LXXIIII. 89. De id quod de Sodomitis dixit deus non se perdere locum, si inueniret illic decem iustos.

LXXV. 90. De Loth filias animo turbato ciuibus offerente.

LXXVI. 91. Quod ait deus ad Abimelech: peperci tibi, ne peccares in me, ostendit in deum peccari, cum talia committuntur.

LXXVII. 92. Temtauit deus Abraham quomodo non sit contrarium Iacobo dicenti: deus neminem temtat.

LXXVIII. 93. De simili locutione: nunc cognoui quod timeas deum.

LXXVIIII. 94. De iuratione serui Abrahae super femur eius.

LXXX. 95. Quod differant augurationes inlicitae ab illa petitione signi, quam petiit a deo seruus Abrahae.

3 Gen. 8, 21 5 Gen. 9, 5 9 Gen. 11, 1 13 Gen. 17, 8 15 Gen. 18, 19 17 Gen. 18, 21 23 Gen. 20, 6 26 Gen. 22, 1 27 Iac. 1, 13 28 Gen. 22, 12

4 a terrā *V* 11 sa*ra; r *erasa V* 15 constituet *V infra in cap.*: constituit *V* 28 loquutione *V*

LXXXI. 96. De id quod ait Iacob non est hic nisi domus dei.
LXXXII. 97. Quod Iacob lapidem statuit et perfudit oleo non aliquid idololatriae simile fecisse.
LXXXIII. 98. Item de lucta Iacob et de claudicatione.
LXXXIIII. 99. Utrum secundo Iacob lapidem oleo superfuderit an secundo commemoratum sit.
LXXXV. 100. Quaestionem, quod XII filii computentur Iacob nondum nato Beniamin, soluit per tropum synecdochen.
LXXXVI. 101. Descendam ad filium meum lugens in infernum; utrum illuc mali tantum an etiam boni descendere soleant.
LXXXVII. 102. Quod in genesi tertio insinuetur spiritus sanctus.
LXXXVIII. 103. Quomodo intellegendum sit tot animas exisse de femoribus Iacob.
LXXXVIIII. 104. Quod ait Iacob ad Ioseph: pone manum sub femur meum, et facies in me misericordiam et ueritatem.
XC. 105. Quid sit quod scriptum est: appositus est ad patres suos.
XCI. 106. De XL diebus sepulturae Iacob.
XCII. 107. De luctu, quem celebrauit Ioseph patri suo VII diebus.
XCIII. 108. De eo quod scriptum est in exodo: occurrit ei angelus et uolebat eum occidere et cetera.
XCIIII. 109. De id quod assidue deus dicit indurabo cor Pharaonis.
XCV. 110. Quod absorbuit uirga Aaron uirgas magorum.
XCVI. 111. Unde potuerint incantatores ranas producere et aquam in sanguinem uertere, si iam ubique factum erat.
XCVII. 112. Item de induratione cordis Pharaonis.

1 Gen. 28, 17 10 Gen. 37, 35 17 Gen. 47, 29 20 Gen. 49, 33 25 Ex. 4, 24 27 Ex. 7, 3

4 idolatriae *V* fecisset V^1 5 fecisse *post* lucta *add. V* 9 ueniamin *V* 32 indurationem *V*

XCVIII. 113. Pro hoc ipso, inquit, conseruatus es, ut ostendam in te uirtutem meam.

XCVIIII. 114. Item de eo quod ait: ego ingrauaui cor eius et cetera.

C. 115. Et non est, inquit, relicta lucusta; et indurauit dominus cor Pharaonis.

CI. 116. Quod tollendo Israhelitae a uicinis Aegyptiis aurum et cetera non fecerint furtum.

CII. 117. Non exaudiet, inquit, uos Pharao, ut multiplicem signa mea in terra Aegypti.

CIII. 118. Facietis diem hunc in progenies uestras legitimum sempiternum: quomodo accipiendum sit hoc aeternum.

CIIII. 119. Quadringentos annos non ad seruitutem, sed ad peregrinationem seminis Abrahae referendos.

CV. 120. Qua diuisione numeranda sint X praecepta legis.

CVI. 121. Expositio ipsorum praeceptorum salua firmitate sui ad litteram fundamenti; et de X. praecepto legis.

CVII. 122. Item expositio decalogi ad populum.

CVIII. 123. Testimonium de lege imperatoris Antonini contra excusationem maritorum adulterantium; et

CVIIII. 124. Expletio praedictae expositionis ad populum contra uirorum pessimam libertatem de fornicatione se excusare uolentium.

CX. 125. Quid sit: et omnis populus uidebat uoces.

CXI. 126. De dis argenteis et aureis fieri praecepto prohibitis.

CXII. 127. Quomodo intellegatur: non coques agnum in lacte matris suae.

CXIII. 128. Cur propitiatorium arcae superponendum dixerit.

CXIIII. 129. Quod dicenti Moysi: ostende mihi gloriam tuam, respondit dominus: ego transibo ante te et cetera.

1 Ex. 9, 16 3 Ex. 10, 1 5 Ex. 10, 19 sq. 9 Ex. 11, 9 11 Ex. 12, 14 25 Ex. 20, 18 27 Ex. 23, 19 30 Ex. 33, 14

18 praecepto *scripsi:* praecepta *V* 20 imp. *V* 27 quoques *V* 28 sui *V* 30 moyse *V*

CXV. 130. Quomodo tabulae, quas erat Moses deo utique praesciente fracturus, non hominis opus dicantur esse, posteriores uero tam diu in tabernaculo dei mansurae ab homine excisae sint uel conscriptaé.

CXVI. 131. Quae sit inremissibilis blasphemia in spiritum sanctum.

CXVII. 132. De his qui cotidie et his qui perraro communicant, uel etiam his qui in cena domini post communem cibum eucharistiam sumere consueuerunt; uarietatem etiam celebrandorum sacramentorum in diuersis locis fidei non obesse.

CXVIII. 133. Quid sibi uelit in celebratione paschae obseruatio sabbati et lunae; et de quadragesima uel de consonantia pentecostes cum die legis datae.

CXVIIII. 134. De his qui de paginis euangelicis sortes legunt.

CXX. 135. Quod in genesi dies a luce coeperint et nunc a noctibus computentur.

CXXI. 136. Quomodo secundum figuram Ionae tres dies et tres noctes in passione domini computentur.

[137. Cur hic malo homini bene sit uel bono male. ex libro de prouidentia dei.]

CXXII. 138. Quid in libro ecclesiaste Salomon de his quae in hac uita bonis malisque sint communia disputarit.

CXXIII. 139. Quibus sententiis domini diuinum iudicium in fine futurum saeculi declaretur.

CXXIIII. 140. De diuersa opinatione trium fidelium seruorum tempus aduentus domini arbitrantium.

CXXV. 141. Quae sit prima resurrectio, quae secunda.

CXXVI. 142. De duabus resurrectionibus et mille annis.

CXXVII. 143. De alligatione et solutione diaboli.

CXXVIII. 144. Quid respondendum sit eis qui putant resurrectionem ad sola corpora, non etiam ad animas pertinere, primam in hac uita resurrectionem fieri denegantes.

5 $\overline{\text{spu}}$ $\overline{\text{sco}}$ *V* 8 caena *V* communem *G*: communionem *V* 9 uarietate *V* 12 obseruatio *G*: uacatio *V* 18 iona* e *rasa* *V* 22 libro ecclesiaste *scripsi*: libris ecclesiastes *V* 25 finem *V* 29 duobus *V* 30 allegatione *V*

CXXVIIII. 145. De Gog et Magog, quos ad persequendam ecclesiam dei solutus prope finem saeculi diabolus incitabit.

CXXX. 146. An ad ultimum iudicium pertineat impiorum, quod descendisse ignis de caelo et eosdem comedisse memoratur.

CXXXI. 147. Quid apostolus Thessalonicensibus scripserit de manifestatione antichristi.

CXXXII. 148. Quid idem apostolus in prima ad eosdem epistula de resurrectione mortuorum docuerit.

CXXXIII. 149. De aduentu Heliae ante iudicium, cuius praedicatione scripturarum secreta reserante Iudaei conuertuntur ad Christum.

CXXXIIII. 150. An possint corpora in ustione ignis esse perpetua.

CXXXV. 151. An consequens sit ut corporeum dolorem sequatur carnis interitus.

CXXXVI. 152. Quod in rebus miris summa credendi ratio sit omnipotentia creatoris.

CXXXVII. 153. An hoc ratio iustitiae habeat, ut non sint extensiora poenarum tempora, quam fuerint peccatorum.

CXXXVIII. 154. De magnitudine praeuaricationis primae, ob quam aeterna poena debeatur eis qui extra gratiam fuerint saluatoris.

CXXXVIIII. 155. Contra opinionem eorum qui putant criminosis supplicium post mortem causa purgationis adhiberi.

CXL. 156. De his qui eos qui permanent in catholica fide, etiam si pessime uixerint, tamen propter fidei fundamentum saluandos esse definiunt.

CXLI. 157. Quid sit in fundamento habere Christum et quibus spondeatur salus per ignis usturam.

CXLII. 158. Contra eorum persuasionem qui putant sibi non offutura peccata, in quibus, cum elemosynas facerent, perstiterunt.

CXLIII. 159. De aeterna dei et incommutabili uoluntate.

4 supplicium *G* 7 thessallonicensibus *V* scribserit *V*

CXLIIII. 160. De promissione aeternae beatitudinis sanctorum et perpetuis suppliciis impiorum.

CXLV. 161. Contra sapientes mundi, qui putant terrena hominum corpora ad caeleste habitaculum non posse transferri.

CXLVI. 162. De resurrectione carnis, quam quidam mundo credente non credunt.

CXLVII. 163. Quod ut mundus in Christum crederet uirtutis fuerit diuinae, non persuasionis humanae; et de Romuli falsa diuinitate.

CXLVIII. 164. De miraculis, quae ut mundus in Christum crederet facta sunt et fieri mundo credente non desinunt.

CXLVIIII. 165. An ad dominici corporis modum omnium mortuorum resurrectura sint corpora.

CL. 166. Qualis intellegenda sit conformatio sanctorum ad imaginem filii dei.

CLI. 167. An in suo sexu resuscitanda atque mansura sint corpora feminarum.

CLII. 168. Quod in resurrectione mortuorum natura corporum quibuslibet modis dissipatorum in integrum reuocanda sit.

CLIII. 169. De nouitate corporis spiritalis, in quam sanctorum caro mutabitur.

CLIIII. 170. De peruicacia quorundam qui resurrectionem carnis, quam, sicut praedictum est, totus mundus credit, impugnant.

CLV. 171. Quomodo Porphyrii definitio, qua beatis animis putat corpus omne fugiendum, ipsius Platonis sententia destruatur, qui dicit summum deum dis promisisse ut numquam corporibus exuerentur.

CLVI. 172. De contrariis definitionibus Platonis atque Porphyrii, in quibus si uterque alteri cederet, a ueritate neuter deuiaret.

12 mudo *V* 13 domici *V* 18 fęminarum *V* 23 caro *G*: cura *V* 27 porfyrii *V* beatis animis *G*: beatissimis *V* 30 exueretur *V*

CLVII. 173. Quid ad ueram resurrectionis fidem uel Plato uel Labeo uel etiam Varro conferre sibi potuerint, si opiniones eorum in unam conuenissent sententiam.

CLVIII. 174. De aeterna felicitate ciuitatis dei sabbatoque perpetuo.

CLVIIII. 175. Quomodo dicat Matthaeus centurionem ad dominum accessisse pro puero suo, cum Lucas dicat quod amicos ad eum miserit.

CLX. 176. Quomodo Matthaeus Marco congruat de uirga, quam secundum Matthaeum dicit dominus non ferendam, secundum Marcum autem solam ferendam.

CLXI. 177. Quomodo quod Matthaeus et Marcus dicunt post sex dies factum Lucas dicit post octo.

CLXII. 178. De alabastro ungenti quomodo non repugnet Matthaeo et Marco dicentibus: ante biduum paschae Iohannes qui dicit: ante sex dies.

CLXIII. 179. De hora dominicae passionis quemadmodum non inter se dissentiant Marcus qui dicit: hora tertia et Iohannes qui dicit: hora quasi sexta.

CLXIIII. 180. De latronum insultatione quomodo non repugnent Matthaeus et Marcus Lucae, qui dixit unum eorum insultasse, alterum credidisse.

CLXV. 181. Quod apud quattuor euangelistas inueniatur decies commemoratum dominum uisum esse ab hominibus post resurrectionem.

CLXVI. 182. Quod in tribus actiuae, in Iohannis autem euangelio dona contemplatiuae uirtutis eluceant idoneis dinoscere; et quia non perfecte, sed ex parte sit, ideo sic manebit donec ueniat.

CLXVII. 183. De id quod ait nemo nouit filium nisi pater

12 cf. Matth. 17, 1 Marc. 9, 2 15 Matth. 26, 2 Marc. 14, 1 16 Io. 12, 1 18 Marc. 15, 25 19 Io. 19, 14 30 Matth. 11, 27

1 resurrectiones *V* 3 in unam *G*: *om. V* 6 mattheus *V*; *sic ubique* 8 amicus *V pr.* 10 dominus *G*: *om. V* 14 alauastro *V* 15 uiduum *V* 17 quemammodum *V* 23 dicies *V*

CLXVIII. 184. De pueris sedentibus in foro et clamantibus ad illos qui nec humiliari cum Iohanne nec cum Christo gaudere uoluerunt; ubi quae sit uera ciborum parsimonia pulcherrima oratio.

[185. De uoracitate etiam in uilissimis cibis uitanda.]

CLXVIIII. 186. De impossibilitate ieiunandi sub praesentia sponsi; ubi duo ieiunii genera probat, unum tribulationis, aliud gaudii.

CLXX. 187. De homine, qui descendebat ab Hierusalem in Hiericho et cetera.

CLXXI. 188. Quod Martha excipiens illum in domo sua significet ecclesiam ut nunc est, Maria uero ut erit in futuro.

CLXXII. 189. De illo qui media nocte petiit ab amico tres panes.

CLXXIII. 190. De pane et pisce et ouo.

CLXXIIII. 191. De id quod ait discipulis nolite in sublime tolli; et de hydropico uel de muliere curuata.

CLXXV. 192. De uilico, quem dominus suus eiciebat de uilicatu.

CLXXVI. 193. De illo qui in tecto est et qui in agro et cetera.

CLXXVII. 194. De duobus in lecto et duabus molentibus et duobus in agro.

CLXXVIII. 195. De iudice iniquo, quem uidua interpellabat; ubi dat regulam intellegendi comparationis diuersitate.

[196. De eo quod ait dominus: orate ne fiat fuga uestra hieme uel sabbato.]

CLXXVIIII. 197. De camelo per foramen acus transituro.

CLXXX. 198. De eo quod scriptum est de domino: finxit se longius ire; ubi multipliciter disputat pro ueris significationibus contra mendacium.

CLXXXI. 199. Item de mendacii generibus VIII; ubi et de sancto Firmo ait episcopo.

CLXXXII. 200. Contra eos qui ad mentiendum uelut patroci-

9 Luc. 10, 30 16 Luc. 12, 29 24 Matth. 24, 20 27 Luc. 24, 28

4 pulcherrime docet (*om.* oratio) *G* 20 duabus *G*: duobus *V* 32 uelut *G*: utut *V*

nantia sibi de scripturis exempla proponunt, ut de obstetricibus Hebraeorum et Raab Hierichuntina.

CLXXXIII. 201. Contra diuersos, qui uariis modis sua nituntur excusare peccata, ex quibus nulla impunita esse posse confirmat.

CLXXXIIII. 202. De id quod apostolus ait mente seruio legi dei et cetera.

CLXXXV. 203. Vtrum aliud sit anima, aliud spiritus, an utroque nomine res una uocetur.

CLXXXVI. 204. Quod antiquos iustos caput Christus uelut manum praemiserit nasciturus.

CLXXXVII. 205. Vt christiani scholastici soloecismos quorundam pie tolerent sacerdotum.

CLXXXVIII. 206. De humilitate gallinae illius, cuius blandas alas refugientes superbi praeda fiunt alitibus.

CLXXXVIIII. 207. De statutis nostris sine tristitia, si necessitas euenerit, immutandis.

CXC. 208. Quemadmodum cathecizandus sit qui uult fieri christianus.

CXCI. 209. Quod non sit contrarius apostolus dicens: peccantes coram omnibus argue domino dicenti: corripe eum inter te et ipsum; et de his qui cum in unam partem procliuiter ire coeperint, non respiciunt alia diuinae auctoritatis testimonia; tenendum igitur modum praecipit, ut nec diligentiae obtentu quis saeuiat nec sub patientiae colore torpescat.

CXCII. 210. Non faciendos homines male securos, ut propter rectam fidem, etiam si in criminibus perdurauerint, non damnentur.

CXCIII. 211. Qui sint prophetae, de quibus ait apostolus: secundo prophetas.

6 Rom. 7, 25 20 I Tim. 5, 20 21 Matth. 18, 15 31 I Cor. 12, 28

1 scribturis *V*; *sic ubique* opstetricibus *V* 12 soloechismos *V* 13 tollerent *V* 14 cuius *et* alas *G*: *om. V* 18 cathecizandus *G*: catacizandus; a *altera in litura*; *V* 23 proclibiter *V* 29 damnetur *V*

CXCIIII. 212. Quae sint obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, quas ad Timotheum dicit apostolus.

CXCV. 213. De quod ait Lucas oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent; et Marcus: apparuit, inquit, eis in alia effigie.

CXCVI. 214. De gladio, qui Mariae animam pertransiit.

CXCVII. 215. Agens de baptismo quaestionem quam ex euangelio proposuit soluit, id est quomodo non sit contrarium: qui mecum non est contra me est illi dicto: qui contra uos non est pro uobis est.

CXCVIII. 216. Comparationem facit de Cornelio et de aegroto.

CXCVIIII. 217. Obiectionem Donatistarum, utrum generet filios baptismus Christi in parte Donati an non generet, soluit.

CC. 218. Quod etiam male conuersantes catholicos ipsa generet, quae et Simonem.

CCI. 219. Quod catholica generet etiam per malos tamquam per uteros ancillarum.

CCII. 220. Vtrum aput haereticos fiat necne remissio peccatorum, et Simoni in baptismo sint remissa peccata; uel quomodo non sit contrarium: Christum induistis et: spiritus disciplinae effugiet fictum.

CCIII. 221. Quod sine caritate peccata redeant quae dimissa fuerant probat per seruum, cui omne debitum dimiserat dominus suus.

CCIIII. 222. De baptizando cui periculum mortis immineat et habeat inimicum, quem iniquissime oderit.

CCV. 223. Quod baptismus dei sit et ecclesiae, ubicumque inuentus fuerit.

CCVI. 224. Quod ecclesia pariat siue per se siue per ancillarum uterum de semine uiri sui; ubi ponit similitudinem de Esau et Aser.

1 cf. I Tim. 2, 1 3 Luc. 24, 16 4 Marc. 16, 12
9 Matth. 12, 30 10 Marc. 9, 39 21 Gal. 3, 27 22 Sap. 1, 5

26 suus *ante* periculum *add. V*; *om. G* 28 inuentus *G*: iunctus *V*

CCVII. 225. Quod antiqua res sit ecclesia, in aliis habens animalem portionem, in aliis spiritalem.

CCVIII. 226. Quomodo generet ecclesia bonos et malos tamquam per se ipsam Rebecca geminos.

CCVIIII. 227. Quod propterea dominus non aperuit Cypriano sententiam, quam postea plenario concilio patefecit, ut eius plenius caritas appareret.

CCX. 228. Quod sicut intus quod diaboli est arguendum est, sic et foris quod Christi est agnoscendum sit.

CCXI. 229. Quod non ita sibi baptismus uerus succedere possit, sicut falsae fidei uera succedit.

CCXII. 230. De bonorum morum haeretico et catholico criminoso.

CCXIII. 231. Quod aqua baptismatis et intra ecclesiam saluet et extra ecclesiam damnet.

CCXIIII. 232. Quod multis lupis interius insidiantibus et multis ouibus exterius errantibus sciat dominus qui sunt eius.

CCXV. 233. Quod sub eodem baptismo peccata dimittantur propter uinculum caritatis, sub quo tenebantur propter sacrilegium diuisionis.

CCXVI. 234. Quod sacramentum baptismi et in malo et in bono homine sit aequale.

CCXVII. 235. Quod caritate sancti Cypriani hi qui per illius sententiam se uolunt excusare damnentur.

CCXVIII. 236. Quod ut in pessimis catholicis correctis baptisma non incipit adesse quod deerat, sed prodesse quod inerat, sic et in haereticis.

CCXVIIII. 237. Quae sint tenebrae exteriores.

CCXX. 238. Quae sit latitudo et longitudo et altitudo et profundum quod ait apostolus.

CCXXI. 239. Vtrum parentes baptizatis paruulis suis noceant, cum eos daemoniorum sacrificiis sanare conantur, et si

30 cf. Eph. 3, 18

6 conchilio *V* 24 quod *G*: quando *V* (= quomodo? *cf. Vict. Vit. 2, 13*)

non noceant, quomodo eis prosit cum baptizantur parentum fides, quorum eis non potest obesse perfidia.

CCXXII. 240. An apostoli fuerint baptizati.

[241. Quod superbis uel occulte peccantibus utile sit cadere in aliquod apertum manifestumque peccatum.]

CCXXIII. 242. De trinitate.

CCXXIIII. 243. De unitate patris et filii et spiritus sancti, qui sunt unus et solus et uerus deus.

CCXXV. 244. Quod unigenitus dei filius propter formam serui minor patre dicatur, qui in forma dei aequalis est patri.

[245. De subiectione, qua filius subiciendus dicitur patri.]

CCXXVI. 246. De regno, quod patri filius dicitur traditurus.

[247. Quod utile credentibus fuerit, ut ad patrem in forma serui Christus ascenderet.]

CCXXVII. 248. Quomodo traditurus sit regnum patri filius.

CCXXVIII. 249. Qua discretione intellegendus sit nunc aequalis patri filius, nunc autem minor; et qua ratione dicatur nescire diem neque horam.

CCXXVIIII. 250. De unitate personae filii dei et filii hominis siue in gloria siue in humilitate.

CCXXX. 251. De his scripturae locis, de quibus dubium est an propter assumtam creaturam minorem patre indicant filium, an uero hoc tantum, quod licet aequalem patri, tamen quia de patre sit doceant.

CCXXXI. 252. De his qui spiritum sanctum non minorem patre indicant, sed tantum quod de patre procedit.

CCXXXII. 253. Quod clarificatio, quae fit inter patrem et filium et spiritum sanctum, nullam differentiam in trinitate significet.

CCXXXIII. 254. Quomodo intellegenda sit missio siue filii siue spiritus sancti.

[255. Quod opere dei omnis creatura administretur, in quo et mira multa ordine consuetudinis inserantur.]

2 potes *V* 6 *loco tituli CCXXIII*: de trinitate *exhibet V partem tituli CCXXI*: et si non nocet—obesse perfidia 16 *cap. CCXXVIII in duo capita diuisum est in G; alterius titulus est*: qua ratione filius nescire dicatur diem et horam quam scit pater. 22 indicat *V*

CCXXXIIII. 256. Quomodo in trinitate et pater ad filium principium sit et pater et filius ad spiritum sanctum.

CCXXXV. 257. Quomodo in spiritu sancto etiam antequam daretur possit doni nomen intellegi.

CCXXXVI. 258. De appellationibus relatiuis, quae non ad deum, sed ad creaturam referendae sunt, quoniam deo nihil accidit.

CCXXXVII. 259. De spiritus sancti unitate cum patre et filio.

CCXXXVIII. 260. De solo deo uero patre et filio et spiritu sancto.

CCXXXVIIII. 261. De eo quod apostolus dicit, uirum esse imaginem dei, mulierem autem gloriam uiri.

CCXL. 262. Quibus progressibus mens corporalium rerum usu et imagine delectata ab aeternorum contemplatione deficiat.

CCXLI. 263. Quid disputatum quidue sit comprehensum ratiocinatione librorum.

CCXLII. 264. De sancto spiritu, qui patri et filio aequalis accipitur et utriusque spiritus dicitur et caritatis nomine intellegitur, cum quaelibet in trinitate persona sit caritas.

CCXLIII. 265. De interrogatione haeretici contra eos qui unigenitum dei non paternae substantiae, sed uoluntatis filium esse dixerunt.

[266. Tria quae sunt in imagine dei, id est memoria, intellectus et amor, unius esse personae, quia non hoc est ei esse quod haec habere.]

[267. Quam uera in dei trinitate unitas et quam uera in eiusdem unitate sit trinitas.]

CCXLIIII. 268. Cur bis datus sit spiritus sanctus.

CCXLV. 269. Quid quodam sermone ad populum disputatum sit de differentia generationis filii et processionis spiritus sancti.

CCXLVI. 270. Quod omnis doctrina uel rerum sit uel signorum, et res qua fruendum est sit deus trinitas.

7 hil accidit *om. V* 19 *prius* et *om. V*

CCXLVII. 271. De purgatione mentis ad fruendam illam lucem, quae se uiam nobis praebens a superbis stulte fecisse putata est humanum genus, de contrariis et dissimilibus curans.

CCXLVIII. 272. Vtrum frui se homo debeat an uti; et de regula dilectionis diuinitus constituta.

CCXLVIIII. 273. De rebus quattuor diligendis; et ordinatam haberi oportere dilectionem et coniunctioribus pro sorte consulendum.

CCL. 274. De principio uiarum secundum Salomonem.

CCLI. 275. Quod fide et spe decedente caritas maneat; et quod temporale quid uilescat cum uenerit, aeternum uero ardentius diligatur.

CCLII. 276. De signis naturalibus et de datis.

CCLIII. 277. Quod inter omnia signa uerba teneant principatum, quae propter peccatum superbiae non potuerint cunctis gentibus esse communia.

CCLIIII. 278. Quod ex aliqua similitudine scriptura suauius excitet animum, ut illud exempli causa de canticis canticorum: dentes tui sicut grex detonsarum.

CCLV. 279. De signis propriis et translatis agens dat exemplum, quod bos proprie pecus, translate euangelista monstretur.

CCLVI. 280. De rerum ignorantia, quae facit obscuras figuratas locutiones, cum ignoramus uel animalium uel lapidum uel herbarum naturas.

CCLVII. 281. De numerorum imperitia, quae multa facit non intellegi.

CCLVIII. 282. De rerum musicarum ignorantia.

[283. Quod etiam et fastidio spiritali scriptura occurrat diuina, cum mentem pascit apertis, exercet obscuris.]

20 Cant. 4, 2

3 dissimilibus *G*: similibus *V* 6 dictionis *V* 10 salamonem *V* 18 suauius *G*: suauis *V* 22 bus *V* 23 monstraretur *V* 29 ignorantiam *V* 30 occurrat *scripsi*: succurrat *G*

CCLVIIII. 284. De signis superstitiosis, quibus perniciose daemonum societas comparatur.

CCLX. 285. De scientia sententiarum, conexionum, definitionum, diuisionum et partitionum.

CCLXI. 286. Vt nec de eloquentia se quispiam iactet, quae non ut intellegamus, sed ut intellecta proferamus adhibetur.

CCLXII. 287. Quod numeri disciplina non sit ab hominibus instituta, sed potius indagata et inuenta; et ad dei laudem, a quo uera est, referenda est.

CCLXIII. 288. Quod utiles disciplinas philosophorum huius saeculi tamquam diuitias de Aegypto exiens christianus auferre debeat.

CCLXIIII. 289. De signis ambiguis et distinctionibus exempli gratia ponit, qualiter distinguatur: in principio erat uerbum et: quid eligam ignoro.

CCLXV. 290. De ambiguis pronuntiationibus ponit exempli causa: quis accusabit electos dei?

CCLXVI. 291. De ambiguitatibus uerborum translatorum, in quibus cauendum praemonet ne figurata locutio ad litteram accipiatur.

CCLXVII. 292. Hunc modum praefigit inueniendae locutionis propriane an figurata sit, ut quidquid in scripturis ex persona dei uel sanctorum saeuum aut flagitiosum imperitis uidetur, salubriter figuratum intellegant.

CCLXVIII. 293. De sententia generalis iustitiae: quod tibi fieri non uis alii ne feceris.

CCLXVIIII. 294. Item de figuratis locutionibus non intellectis tamdiu uersandis, quamdiu ad regnum dei caritatis interpretatio perducatur.

CCLXX. 295. Quod scire debemus in obseruationibus intelle-

15 Io. 1, 1 16 Philipp. 1, 23 18 Rom. 8, 33 26 Tob. 4, 15 Matth. 7, 12

4 et partitionum *G*: expartionum (*om.* et) *V* 10 referendum *V* 20 in *G*: *om.* *V* 29 diuersandis *V*

gendarum scripturarum alia communiter praecipi, alia singulis quibusque generibus personarum.

CCLXXI. 296. Quod una eademque res per similitudinem possit et in bonam partem accipi et in malam.

CCLXXII. 297. De rebus, quae non in contraria, sed tantum in diuersa significatione ponuntur.

CCLXXIII. 298. De modis locutionum, quorum cognitionem necessariam dicit scripturarum obscuritatibus dissoluendis.

CCLXXIIII. 299. De septem Tyconii regulis, quibus ad intellegendas scripturas studiosos dicit plurimum adiuuari.

CCLXXV. 300. De eo quod ait apostolus: absorpta est mors in uictoriam.

CCLXXVI. 301. De XL et sex annis aedificationis templi.

CCLXXVII. 302. De decem uirginibus.

CCLXXVIII. 303. De quadragesima et quinquagesima.

CCLXXVIIII. 304. De eo quod dicit apostolus: inuicem onera uestra portate.

CCLXXX. 305. De haeresi Pelagiana.

CCLXXXI. 306. Item de eadem Pelagianorum haeresi.

CCLXXXII. 307. Quod mundum deus propter gratiam saluet, propter liberum arbitrium iudicet.

CCLXXXIII. 308. Qui sine lege peccauerunt sine lege peribunt.

CCLXXXIIII. 309. Quod cordis induratio praecedentibus malis fiat.

CCLXXXV. 310. Bina quaedam diuidit, posse non peccare et non posse peccare; similiter et de morte.

CCLXXXVI. 311. Quod nec gratia prohibeat correptionem nec correptio gratiam.

CCLXXXVII. 312. De praedestinatione, quae non possit esse sine praescientia, praescientia uero possit esse sine praedestinatione.

12 I Cor. 15, 54 17 Gal. 6, 2 23 Rom. 2, 12

12 absorta *V* 27 non *G*: *om. V*

CCLXXXVIII. 313. Quod ostium uerbi aperiatur, cum cor audientis aperitur ut credat.

CCLXXXVIIII. 314. Quod gratia praeueniat fidem praestetque perseuerantiam.

CCXC. 315. Quod paruuli, si peccatum originale non esset, nulli malo tenerentur obnoxii.

CCXCI. 316. Quod cum remedium fatetur Iulianus fateri cogatur et morbum.

CCXCII. 317. De concupiscentia carnis aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem.

CCXCIII. 318. Contra obiectiones conclusionesque Pelagianas.

CCXCIIII. 319. Vbi possint praecepta de caritatis perfectione compleri et quid sit liberari de corpore mortis, uel quod nomine ieiunii, elemosynae et orationis iustitiae generalitas indicetur.

CCXCV. 320. Praeceptum de diligendo deo in illa uita perfecte compleri dicit et rationem reddit testimoniorum, quibus imperatur homini perfectum esse, uel quando sit ecclesia gloriosa.

CCXCVI. 321. De eo quod ait apostolus: iudicium ex uno in condemnationem.

CCXCVII. 322. Contra id quod dixerunt Pelagiani humanam non posse mutare uel deuitare naturam id quod substantia caret.

CCXCVIII. 323. De Samuhele et pythonissa.

CCXCVIIII. 324. Quibus sacrificium prosit aut locus martyrum, in quo quispiam sepelitur.

CCC. 325. Quod saepe in somnis mortui apparere putantur.

CCCI. 326. Vtrum martyres in beneficiis, quae eorum orationibus conferuntur, ipsi interesse credendi sunt rebus humanis.

CCCII. 327. Item de oblatione uel elemosyna pro defunctis.

CCCIII. 328. De sententia domini dicentis: qui uiderit mulierem ad concupiscendum.

20 Rom. 5, 18 32 Matth. 5, 28

16 diligendō *V* 17 et rationem—testimoniorum *G*: *om. V*
25 pytonissa *V*

CCCIIII. 329. De eo quod dominus ait: omni petenti te da.
CCCV. 330. Quomodo intellegendum sit: cauete ne iustitiam uestram coram hominibus faciatis.
CCCVI. 331. Cur orandum sit deo sciente quid nobis sit necessarium.
CCCVII. 332. De differentia temtationis et quomodo diabolus steterit ante deum.
CCCVIII. 333. De septiformi spiritu et septem beatitudinibus septemque petitionibus.
CCCVIIII. 334. De ieiunio et lauanda facie atque ungendo capite.
CCCX. 335. De eo quod ait dominus: si ergo lumen quod in te est tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae sunt?
CCCXI. 336. De sollicitudine crastini diei prohibita.
CCCXII. 337. Quomodo accipiendum sit: nolite iudicare; et de festuca et trabe in oculo.
CCCXIII. 338. Qualiter intellegendum sit: in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.
CCCXIIII. 339. De unius uxoris uiro episcopo ordinando.
CCCXV. 340. De nocturna inlusione.
CCCXVI. 341. De uirtute animi uel latente uel manifesta.
CCCXVII. 342. Nemo ascendit in caelum; et sicut Moses exaltauit serpentem in heremo.
CCCXVIII. 343. Resurrectioni futurae utrum Lazari an Christi resurrectio congruat.
CCCXVIIII. 344. Cum spiritus immundus exierit ab homine.
CCCXX. 345. De sumtibus ad turrem aedificandam.
[346. De eo quod ait dominus scribis: tulistis clauem scientiae et cetera.]

1 Matth. 5, 42 2 Matth. 6, 1 12 Matth. 6, 23 16 Matth. 7, 1 18 Coloss. 2, 9 23 Io. 3, 13 et 14 27 Matth. 12, 43 30 Luc. 11, 52

10 atque *scripsi*: ac *V* uel *G* 22 bel latentis *V* 24 haeremo *V* 25 resurrectioni *G*: resurrectionis *V*

CCCXXI. 347. Qua dispensatione prouidentiae dei scripturae ueteris testamenti ex hebraeo in graecum eloquium translatae sint, ut uniuersis gentibus innotescerent.

CCCXXII. 348. De auctoritate septuaginta interpretum, quae saluo honore hebraei stili omnibus sit interpretibus praeferenda.

CCCXXIII. 349. Quid intellegendum sit de Nineuitarum excidio, cuius denuntiatio in hebraeo quadraginta dierum spatio tenditur, in septuaginta autem tridui breuitate concluditur.

CCCXXIIII. 350. De eo quod ait apostolus: omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur in corpus suum peccat.

[351. De scientiâ dei.

352. De trina uirtute.

353. De deo et creatura.

354. De loco dei.

355. De prouidentia dei.]

CCCXXV. 356. De eo quod scriptum est: et habitu inuentus ut homo.

356ᵃ. De alimentis.

CCCXXVI. 357. De eo quod dictum est: paenitet me hominem fecisse.

CCCXXVII. 358. De eo quod scriptum est: sexaginta sunt reginae et octoginta concubinae et adulescentulae, quarum non est numerus.

[359. De temporibus aeternis.]

CCCXXVIII. 360. De homine facto ad imaginem et similitudinem dei.

CCCXXVIIII. 361. De eo quod in euangelio ait: erunt in una domo diuisi duo aduersus tres et tres aduersus duo.

10 I Cor. 6, 18 19 Philipp. 2, 7 22 Gen. 6, 7 24 Cant. 6, 7 30 Luc. 12, 52

2 haebręo; *sed* a *del. m. 1 V* 15 uirtute *P infra in cap.*: unitate *G* 18 dei *om. G* 30 De de eo *V*

[362. De eo quod ait dominus: date, et dabitur uobis.

363. De caeco duce caeci.]

CCCXXX. 364. De magis Pharaonis.

CCCXXXI. 365. Aduersus mathematicos.

[366. De uerbo.]

[367. Quare filius dei in homine apparuit et spiritus in columba.]

CCCXXXII. 368. De eò quod scriptum est in euangelio: sine ipso factum est nihil; et de duabus praepositionibus.

CCCXXXIII. 369. De corpore domini post resurrectionem.

CCCXXXIIII. 370. De corpore animali et corpore spiritali.

CCCXXXV. 371. Vtrum singillatim a creatore deo corporum liniamenta formentur.

CCCXXXVI. 372. De animae quaestione.

CCCXXXVII. 373. Quod baptizati non a morte communi, sed a supplicio liberentur aeterno, a quo etiam primos homines dicit per domini sanguinem liberatos; et cur Dauid peccato remisso quod deus per prophetam fuerat minatus impleuerit; et de mysterio numeri uicennalis uel de supra scripta animae quaestione.

CCCXXXVIII. 374. Quae sint peccata nolentium.

CCCXXXVIIII. 375. De eo quod scriptum est: anima quaecumque peccauerit in manu superbiae, deum exacerbat et exterminabitur de populo suo.

CCCXL. 376. De eo quod scriptum est: non morientur patres pro filiis; et de eo quod ait: reddam peccata patrum in filios.

CCCXLI. 377. Quod exemplo domini temporalis contemnenda sit salus et quod in filiis Iob resurrectio commendetur, uel de sustinentia eiusdem Iob ac fine domini; uelumque templi non fuisse parietem, ut quidam uolunt.

1 Luc. 6, 38 9 Io. 1, 3 23 Num. 15, 30 27 Deut. 24, 16 28 Ex. 20, 5

21 suprascribtae *V* 25 exaceruat *V* 32 finem *V*

CCCXLII. 378. Quid amandum sit.
CCCXLIII. 379. De uera dilectione.
CCCXLIIII. 380. Quod qui fratrem diligit deum diligat, qui amat et ipsam dilectionem, quae ex deo est et deus est.
CCCXLV. 381. Quod ex ea forma, qua diligitur iustus, diligatur deus, quia non potest ea quae dilectionem excitat forma non diligi, eademque est deus, quia deus caritas est.
CCCXLVI. 382. De amante et quod amatur et amore.
CCCXLVII. 383. De nutrienda caritate.
CCCXLVIII. 384. Sermo de laude caritatis.

11 Expliciunt capitula incipit liber eiusdem *P*; expliciunt capitula subsequentis operis. incipit liber excerptorum de nonnullis opusculis $\overline{\text{sci}}$ augustini episcopi *Gv*

EVGIPPII
EXCERPTA EX OPERIBVS
S. AVGVSTINI.

I.

LIBER AD HIERONYMVM PRESBYTERVM DE SENTENTIA IACOBI, QVA DICIT: SI TOTAM QVIS LEGEM SERVAVERIT, OFFENDAT AVTEM IN VNO, FACTVS EST OMNIVM REVS; CVM IDEM DICAT: IN MVLTIS ENIM OFFENDIMVS OMNES. IN QVO LIBRO DE QVATTVOR VIRTVTIBUS, PRVDENTIA, TEMPERANTIA, FORTITVDINE, IVSTITIA DILIGENTISSIME DISPVTAVIT.

1 Quod ad te scripsi, honorande mihi in Christo frater Hieronyme, quaerens de anima humana, si nascentibus singulis nouae singulae nunc usque fiunt, ubi peccati uinculum contrahant, quod per sacramentum gratiae Christi etiam in infantibus recens natis non dubitamus esse soluendum, cum in non paruum uolumen procederet, nolui ulla alia onerare quaestione. sed quod urget acrius, multo minus est neglegendum. proinde quaero et per dominum obsecro ut exponas mihi quod multis existimo profuturum aut, si iam uel abs te uel aliquo expositum habes, dirigas nobis quomodo accipiendum sit quod in epistula apostoli Iacobi est: quicumque

6 Iac. 2, 10

Titulum cap. I., qui deest in omnibus codd. praeter Dt, apposui ex capitulis cod. M hieronimū *M* 12 scribsi *MV*; *sic ubique* hieronime *GMPTv* 16 non in *P*; non (*om.* in) *Gv* 17 procederet G^2; *m. 2 adscripsit*: antea scriptum erat produceret et alibi ita inueni. 18 urguet *GPv* 21 ab aliquo *DPT* 22 iacobi apostoli *DGPTv*

autem totam legem obseruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. quae res talis ac tanta est, ut quod hinc tibi non iam olim scripsi me multum paeniteat. de agenda namque praesenti uita quomodo ad uitam perueniamus aeternam, non de praeterita perscrutanda, quam penitus demergit obliuio, sicuti est illud quod de anima quaerendum putaui, haec uertitur quaestio. eleganter autem dictum esse narratur quod huic rei satis apte conuenit: cum quidam ruisset in puteum, ubi aqua tanta erat, ut eum magis exciperet ne moreretur, quam suffocaret ne loqueretur, accessit alius eoque uiso miserans ait: quomodo huc cecidisti? at ille: obsecro, inquit, quomodo hinc me liberes, non quomodo huc ceciderim quaere. ita quoniam fatemur et fide catholica tenemus de reatu peccati tamquam de puteo etiam paruuli infantis animam Christi gratia liberandam, satis est ei quod modum quo salua fiat nouimus, etiam si numquam quomodo in malum illud deuenerit nouerimus. sed ideo putaui esse quaerendum, ne forte ex illis opinionibus incarnationis animae aliquam teneamus incautius, quae liberandam prorsus animam paruuli contradicat, negans eam esse in isto malo. hoc igitur firmissime retento, quod anima paruuli de reatu peccati liberanda est, nec alio modo liberanda nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, si possumus etiam ipsius mali causam et originem nosse, uaniloquis non disputatoribus, sed litigatoribus paratius instructiusque resistimus; si autem non possumus, non quia latet miseriae principium ideo pigrescere debet misericordiae officium. aduersus eos autem qui sibi uidentur scire quod nesciunt hoc tutiores sumus, quod hanc ignorantiam nostram non ignoramus; aliud est enim quod

1 seruauerit *PTv*; *ante* s *ras. 2 litt. in P* 2 unum *D* 3 scripsissem G^2v 5 praescrutanda *MV* 7 eliganter *P* 9 eum] cum G^1v 10 suffucaret *MT* loquetur *T* 13 quaeras *DG PTv* 14 tamquam; a *prior m. 2 obducta in V* paruoli *DT*; *sic ubique* 15 quomodo dū quo *M* 19 aliqua *M* liberandā *V pr.*; *sed uirgula erasa*; liberanda *M* anima *T* 21 firmisse *T* 23 possimus D^1GPv 24 uaniloquiis D^1G^1v 27 misericordiae debet *DGPTv*

nescire malum est, aliud quod sciri uel non potest uel non opus est uel ad uitam quam quaerimus indifferens est. hoc uero quod de litteris apostoli Iacobi nunc requiro in hac ipsa qua uiuimus et, ut semper uiuamus, deo placere studemus actione uersatur. quomodo ergo intellegendum est, obsecro te: quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus? itane qui furtum fecerit, immo uero qui dixerit diuiti: hic sede, pauperi autem: tu sta illic, et homicidii et adulterii et sacrilegii reus est? quod si non est, quomodo qui in uno offendit factus est omnium reus? an illud quod dixit de diuite et paupere ad ista non pertinet, quorum si quis in uno offenderit, fiet omnium reus? sed recolendum est unde uenerit ista sententia et quae illam superiora pepererint quibusque conexa dependeant. fratres mei, nolite, inquit, in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriae. etenim si introierit in conuentu uestro uir aureum anulum habens in ueste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum qui indutus est ueste praeclara et dicatis: tu sede hic bene; pauperi autem dicatis: tu sta illic, aut: sede sub scabillo pedum meorum: nonne iudicastis apud uosmet ipsos et facti estis iudices cogitationum iniquarum? audite, fratres mei dilectissimi, nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide et heredes regni, quod promisit deus diligentibus se? uos autem exhonorastis pauperem; propter illum scilicet cui dictum est: tu sta illic, cum habenti anulum au-

15 Iac. 2, 1 sqq.

1 nescire — quod *om.* M^1 scire DG^1MTVv 3 iacobi apostoli *P* 6 ///seruauerit *P* 7 quis *M* 11 an illud — 13 reus *om. MV* dixi *DGPTv* 15 dependeat DGP^2Tv inquid *T* 17 conuento D^1M conuentum *PT* 18 uestrum *P* nostrum *T* 19 sordidu *MV* 22 scabello *GPv* 23 pedem *T* iudicatis *DGPTv* 24 iniquarum cogitationum v^1 27 repromisit *P*; re *add. m. 2*

reum dictum esset: tu sede hic bene. ac deinde sequitur eandem ipsam sententiam latius uersans et explicans: nonne, inquit, diuites per potentiam opprimunt uos et ipsi attrahunt uos ad iudicia? nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod inuocatum est super uos? si quidem legem perficitis regalem secundum scripturas: diliges proximum tuum sicut te ipsum, bene facitis; si autem personam accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores. uidete quemadmodum transgressores legis appellet qui dicunt diuiti: sede hic bene, et pauperi: sta illic. unde ne putarent contemtibile esse peccatum in hac una re legem transgredi secutus adiunxit: quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. qui enim dixit: non moechaberis, dixit et: non occides. quod si non occides, moechaberis autem, factus es transgressor legis; propter illud quod dixerat: redarguti a lege quasi transgressores. quae cum ita sint, consequens uidetur, nisi alio modo intellegendum ostendatur, ut qui dixerit diuiti: sede hic et pauperi: sta illic, huic honorem ampliorem quam illi deferens, et idolatres et blasphemus et adulter et homicida et ne, quod longum est, cuncta commemorem, reus omnium criminum iudicandus sit; offendens quippe in uno factus est omnium reus.

At enim qui unam uirtutem habet omnes habet, et qui unam non habet nullam habet. hoc si uerum est, confirmatur ista sententia. sed ego eam exponi uolo, non confirmari, quae

3 pro penitentiam *T* 4 adtrahunt *DPT* trahunt *Gv* 6 scripturas *MV*; *sic ubique*; scripturam *P* 8 facis *P* personas *DGPTv* 9 transgressores legis *P* 10 uide *T* quemammodum *V*; *sic ubique* 11 bene *om.* D^1GPTv 12 contemptibiles D^1T 15 dixerit P^1 nom *T* 16 occidis (moech.) *G MVv* moecharis *DGv* moecheris P^2T 17 leges T^1 18 redarguit D^1T 19 in alio *Gv* 20 dixit *Gv* hic P^2 *in ras.* 22 idolatris G^1 idolatra G^2Pv 24 est D^2MTV 27 confirmatû *V* 28 istã sententiã *M*

per se ipsam est apud nos omnium philosophorum auctoritatibus firmior. et illud quidem de uirtutibus et uitiis si ueraciter dicitur, non est consequens ut propter hoc omnia peccata sint paria. nam illud de inseparabilitate uirtutum, etsi forsitan fallor, tamen si uerum memini, quod uix memini, omnibus philosophis placuit, qui easdem uirtutes agendae uitae necessarias esse dixerunt. hoc autem de parilitate peccatorum soli stoici ausi sunt disputare contra omnem sensum generis humani. quam eorum uanitatem in Iouiniano illo, qui in hac sententia stoicus erat, in aucupandis autem et defensitandis uoluptatibus epicureus, de scripturis sanctis dilucidissime conuicisti. in qua tua suauissima et praeclarissima disputatione satis euidenter apparuit non placuisse auctoribus nostris, uel ipsi potius quae per eos locuta est ueritati, omnia paria esse peccata. quomodo autem fieri possit ut, etiam si hoc de uirtutibus uerum est, non tamen ideo cogamur fateri aequalitatem omnium peccatorum, quantum possum adiuuante domino aperire conabor. quod si effecero, approbabis; ubi causae defuero, tu supplebis. certe hinc persuadent qui unam uirtutem habuerit habere omnes et omnes deesse cui una defuerit, quod prudentia nec ignaua nec iniusta nec intemperans potest esse; nam si aliquid horum fuerit, prudentia non erit. porro si prudentia tunc erit, si et fortis et iusta et temperans sit, profecto ubi fuerit secum habet ceteras. sic et fortitudo imprudens esse non potest uel intemperans uel iniusta. sic temperantia necesse est ut prudens, fortis et iusta sit. sic iustitia non est, si non sit prudens, fortis et temperans. ita ubi uera est aliqua earum, et

11 Hieron. cont. Iouin. lib. II

1 ipsa G^2T omnibus D^2PT 2 de uitiis D^1GPTv 3 nonne T 6 necessarios V 7 dixerant M 8 stoichi *et* 10 stoichus MV sthoici T 9 iouiano G^1 10 accubandis G^1v accurandis G^3 defensandis (it *del.*) T 11 ephicurus MV 12 conuecisti T^1 14 loquuta MP sequuta V *pr.* 18 efficero $G^1MP^1V^1$ efficere V^2 20 haberet V^2 21 ignara V^2 23 defuerit $DGPv$ 24 fortes P^1 27 sicut DGv 28 ita et DGP^1v eorum P^1

aliae similiter sunt; ubi autem aliae desunt, uera illa non est, etiam si aliquo modo similis esse uideatur. sunt enim, ut scis, quaedam uitia uirtutibus aperta discretione contraria, ut imprudentia prudentiae; sunt autem quaedam tantum quia uitia sunt ideo contraria, quadam tamen specie fallaci similia, ut eidem prudentiae non imprudentia, sed astutia. nunc enim eandem dico astutiam, quae usitatius in malitiosis intellegi et uocari solet, et non sicut loqui nostra scriptura consueuit, quae saepe astutiam in bono ponit. unde est: astuti ut serpentes, et illud: ut det innocentibus astutiam. quamquam et apud illos Romanae linguae disertissimus dixerit: neque illi tamen ad cauendum dolus aut astutia deerat; astutiam ponens in bono. sed apud illos rarissimum, apud nostros autem frequentissimum est. itemque in partibus temperantiae apertissime contraria est effusio parsimoniae; ea uero quae tenacitas uulgo etiam dici solet, uitium est quidem; si tamen parsimoniae simile, non natura, sed fallacissima specie. item dissimilitudine manifesta contraria est iniustitia iustitiae; solet enim quasi imitari iustitiam uindicandi libido; sed uitium est. ignauia fortitudini perspicue contraria est; duritia uero distat natura, fallit similitudine. constantia pars quaedam uirtutis est; ab hac inconstantia longe abhorret et indubie contra sistit; pertinacia uero constantia dici affectat et non est, quia illa est uirtus, hoc uitium. ut ergo non iterum eadem commemorare necesse sit, exempli gratia ponamus aliquid unde possint cetera intellegi. Catilina, ut de

9 Matth. 10, 16 10 Prou. 1, 4 12 Sall. Cat. 26

1 daesunt *T* 2 similiter P^2 7 eadem *T* eam *DG* 11 dissertissimus *Gv* disertissimos *M* 12 neque enim *D* dolos G^1v 13 ponentes G^1v 14 frequentatissimum *Gv* ///temperantiae (in *eras.*) *P* 15 parsimonia (ea *om.*) *Gv* 16 aero V^1 etiam uulgo *DGPTv* 17 si *om. DGPTv* 19 enim *MV*: autem *DGPTv* emitari P^1 iustitia *M* 20 fortitudine DG^1P^1 perspicuae *GMVv* perspecue T^1 contria M^1; *corr. m. 2* 23 indubiae *TVv* indubio *P* 25 eandem DG^1P^1 26 inde P^1 catilena G^1

illo scripserunt qui nosse potuerunt, frigus, sitim, famem ferre poterat eratque patiens inediae, algoris, uigiliae supra quam cuiquam credibile est; ac per hoc suis et sibi magna praeditus fortitudine uidebatur. sed haec fortitudo prudens non erat: mala enim pro bonis eligebat; temperans non erat: corruptelis enim turpissimis foedabatur; iusta non erat: nam contra patriam coniurauerat; et ideo non fortitudo erat, sed duritia sibi ut stultos falleret nomen fortitudinis imponebat. nam si fortitudo esset, non uitium, sed uirtus esset; si autem uirtus esset, a ceteris uirtutibus tamquam inseparabilibus comitibus numquam relinqueretur. quapropter cum quaeritur etiam de uitiis, utrum et ipsa similiter et omnia sint ubi unum erit, aut nulla sint ubi unum non erit, laboriosum est id ostendere, propterea quia uni uirtuti duo uitia opponi solent, et quod aperte contrarium est et quod specie similitudinis adumbratur. unde illa Catilinae quia fortitudo non erat, quae secum uirtutes alias non habebat, facilius uidebatur. quod uero ignauia fuerit, ubi exercitatio quaslibet grauissimas molestias perpetiendi atque tolerandi supra quam cuiquam credibile est fuit, aegre persuaderi potest. sed forte acutius intuentibus ignauia apparet ipsa duritia, quia laborem bonorum studiorum, quibus uera adquiritur fortitudo, neglexerat. uerum tamen quia sunt audaces qui timidi non sunt, et rursus timidi a quibus absit audacia, cum sit utrumque uitium — quoniam qui uera uirtute fortis est, nec temere audet nec inconsulte timet —: cogimur fateri uitia plura esse uirtutibus. unde aliquando uitium uitio tollitur, ut amore laudis amor pecuniae;

1 cf. Sall. Cat. 5

1 scripserant P^1 2 inaediae *DMTV* 3 cuique D^1G praeditus magna *v* 5 elegebat DG^1P^1 6 corruptibilis DM^1; *sed* bi *eras. in M* faedabatur *MV* 7 patriam V^1 quatriam V^2 non *MV*: nec *DGPTv* 8 stultus $D^1G^1P^1$ 9 uirtus est *T* 12 ///omnia (*er.* et) *P* 16 catelinae *MV* catilenae DG^1 cantilenae v^1 20 est *om. Gv* fui aegre *T* persuadere $DG^1P^1T^1$ 21 ignaua *T* quia] quę D^1Gv labor est G^1v labores est G^3 23 audacis P^1 25 timere DP^1 26 cogemur *Gv* 27 tolletur DP^1 tollet G^1

aliquando unum cedit ut plura succedant; uelut qui ebriosus fuit, si modicum bibere tenacitate et ambitione didicerit. possunt etiam uitia cedere etiam uitiis succedentibus, non uirtutibus, et ideo plura sunt. uirtus uero quo una ingressa fuerit, quoniam secum ceteras ducit, profecto uitia cedent omnia quaecumque inerant; non enim omnia inerant, sed aliquando totidem, aliquando plura paucioribus uel pauciora pluribus succedebant.

Haec utrum ita se habeant diligentius inquirendum est. non enim et ista diuina sententia est, qua dicitur: qui unam uirtutem habuerit omnes habet, eique nulla est cui una defuerit, sed hominibus hoc uisum est multum quidem ingeniosis, studiosis, otiosis, sed tamen hominibus. ego uero nescio quemadmodum dicam, non dico uirum, a quo denominata dicitur uirtus, sed etiam mulierem, quae uiro suo seruat tori fidem, si hoc faciat propter praeceptum et promissum dei eique primitus sit fidelis, non habere pudicitiam aut eam nullam uel paruam esse uirtutem; sic et maritum, qui hoc quidem seruat uxori; et tamen sunt plurimi tales quorum sine aliquo peccato esse neminem dixerim, et utique illud qualecumque peccatum ex aliquo uitio uenit. unde pudicitia coniugalis in uiris feminisque religiosis cum procul dubio uirtus sit — non enim aut nihil aut uitium est — non tamen secum habet omnes uirtutes; nam si omnes ibi essent, nullum esset uitium; si nullum uitium, nullum omnino peccatum. quis autem sine aliquo peccato? quis ergo sine aliquo uitio, id est fomite quodam uel quasi radice peccati, cum clamet qui super pectus domini discumbebat: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est? neque hoc apud te agendum

28 I Io. 1, 8

2 bebere M^1V^1 bibere^t P^2 dedicerit DP 3 possunt itaque (*om.* etiam) $DGPTv$ 6 non — inerant *om.* M^1 15 uero V^1 16 thori GP^2Tv 17 aut eam] audiam G^1v aut iam G^3 aut ea P^2 19 quidem MV: idem $DGPTv$ 20 dixerit G^1v 23 tanem G^1 28 supra T 29 decipimus] seducimus D

est diutius, sed propter alios qui haec forte legerint dico. nam tu quidem in eodem ipso opere splendido contra Iouinianum etiam hoc de scripturis sanctis diligenter probasti. ubi etiam ex hac ipsa epistula, cuius uerba sunt quorum nunc intellectum requirimus, posuisti quod scriptum est: in multis enim offendimus omnes. non enim ait: offenditis, sed ait: offendimus, cum Christi loqueretur apostolus; et cum hoc loco dicat: quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus, ibi non in uno, sed in multis, nec quosdam, sed omnes dixit offendere. absit autem ut quisquam fidelis existimet tot milia seruorum Christi, qui ueraciter dicunt se habere peccatum, ne se ipsos decipiant et ueritas in eis non sit, nullam habere uirtutem, cum uirtus magna sit sapientia; dixit autem homini: ecce pietas est sapientia. absit autem ut dicamus tot ac tantos fideles et pios homines dei non habere pietatem, quam Graeci uel εὐσέβειαν uel expressius et planius θεοσέβειαν uocant. quid autem est pietas nisi dei cultus? et unde ille colitur nisi caritate? caritas enim de corde puro et conscientia bona et fide non ficta magna et uera uirtus est, quia ipsa est et finis praecepti. merito dicta est fortis sicut mors, siue quia nemo eam uincit sicut mortem siue quia in hac uita usque ad mortem est mensura caritatis; sicut dominus ait: maiorem hac caritatem nemo habet, quam ut animam suam quis ponat pro amicis suis; siue potius quia sicut mors animam auellit a sensibus carnis, sic caritas a concupiscentiis carnalibus. huic subseruit scientia, cum est utilis; nam sine illa inflat. quod

5 Iac. 3, 2 15 Iob. 28, 28 20 cf. I Tim. 1, 5 22 Cant. 8, 6 24 Io. 15, 13 28 cf. I Cor. 8, 1

1 diutius ag. est *DGPTv* 2 ipso *om.* D^1Gv iobianum P^1 4 epistola G^2PTv 7 xpō *DGv* et *om.* *M* 9 obseruauerit *P* unū *DP* 10 quorundā *P* 17 eusebian *DGMPTV* eusebiam *v* 18 plenius *DGPTv* theosebian *MTV* theosebiā *P* theusebian D^1Gv 19 inde G^1 illi P^1 21 fines M^1 23 morte *V* mansura *T* 24 hanc *DMP*^{1}*V* 26 auellet *DG* *MP*^{1}*Vv* 27 sic/// (ut *er.*) *M* 28 subruit $D^1G^1P^3v$ succūbit G^2

uero illa aedificando impleuerit, nihil ibi ista inane quod inflet inueniet. utilem porro scientiam definiendo monstrauit ubi cum dixisset: ecce pietas est sapientia, continuo subiunxit: abstinere uero a malis scientia est. cur ergo non dicimus qui hanc uirtutem habet habere omnes, cum plenitudo legis sit caritas? an quanto magis est in homine, tanto magis est uirtute praeditus; quanto autem minus, tanto minus inest uirtus, quia ipsa est uirtus; et quanto minus inest uirtus, tanto magis est uitium? ubi ergo illa plena et perfecta erit nihil ex uitio remanebit. proinde mihi uidentur stoici ideo falli quia proficientem hominem in sapientia nolunt omnino habere sapientiam, sed tunc habere cum ea fuerit omnino perfectus; non quia illum prouectum negant, sed nisi ex profundo quodam emergendo repente emicet in auras sapientiae liberas, nulla ex parte esse sapientem. sicut enim nihil interest ad hominem praefocandum, utrum aquam stadiis multis super se habeat altam an unum palmum uel digitum, sic illos qui tendunt ad sapientiam proficere quidem dicunt tamquam ab imo gurgitis surgentes in aerem, sed nisi totam stultitiam uelut opprimentem aquam proficiendo uelut emergendo euaserint, non habere uirtutem nec esse sapientes; ubi autem euaserint, mox habere totum nec quicquam stultitiae remanere: unde omnino nullum peccatum possit existere. haec similitudo, ubi stultitia uelut aqua et sapientia uelut aer ponitur, ut animus a praefocatione stultitiae tamquam emergens in sapientia repente respiret, non mihi uidetur satis adcommodata nostrarum scripturarum auctoritati; sed illa potius, ut uitium uel stultitia tenebris, luci autem uirtus uel sa-

6 cf. Rom. 13, 10

1 inflet] inplet G^1v inpleat G^2 2 difiniendo Pv^1 4 sci*entia M quur MP^2 qur P^1 5 ego G^1 6 plenitudinē G^1 7 quanta G^1 9 maius Gv est] inē P illa ergo P 10 fuerit $DGPTv$ uidetur G^1 11 stoichi M^1V sapientiam P^1 12 in ea $DGPTv$ 13 profectum P^1 17 altum v palmo uel digito (*om.* unum) T 19 surgentis P 22 totam $GPTv$ 23 ullum D^1GP^2Tv 26 sapientiam $DGPTv$ adcommoda D^1G^1Tv 27 auctoritate DG^1P^1v

pientia comparetur, quantum ista similia de corporalibus ad intellegibilia duci possunt. non itaque sicut de aquis in aerem surgens ubi earum summum transierit, repente quantum sufficit inspiratur, sed sicut de tenebris in lucem procedens paulatim egrediendo illuminatur. quod donec plenissime fiat, iam eum tamen dicimus tamquam de abditissima spelunca egredientem uicinia lucis afflatum, tanto magis, quanto magis propinquat egressui; ut illud quod in eo lucet sit utique ex lumine quo progreditur, illud autem quod adhuc obscurum est sit ex tenebris unde egreditur. itaque et non iustificabitur in conspectu dei omnis uiuens; et tamen iustus ex fide uiuit et induti sunt sancti iustitia, alius magis, alius minus; et nemo hic uiuit sine peccato, et hoc alius magis, alius minus; optimus autem est qui minimum.

Sed quid ago? tamquam oblitus cui loquar doctori similis factus sum, cum proposuerim quid abs te discere uelim. sed quia de peccatorum parilitate, unde in id quod agebam incidit quaestio, examinandam tibi sententiam meam promere statueram, iam eam tandem aliquando concludam. quia etsi uerum est eum qui habet unam omnes habere uirtutes, eum qui unam non habet nullam habere, nec sic peccata sunt paria; quia ubi uirtus nulla est nihil quidem rectum est, nec tamen ideo non est prauo prauius distortoque distortius; si autem, quod puto esse uerius sacrisque litteris congruentius, ita sunt animae intentiones ut corporis membra, non quod uideantur locis, sed quod sentiantur affectibus et aliud illuminatur amplius, aliud minus, aliud omnino caret lumine et tenebroso inumbratur obstaculo: profecto ita ut quisque inlustratione piae caritatis affectus est, in alio actu magis, in alio minus,

10 cf. Ps. 142, 2 11 cf. Abac. 2, 4 12 cf. Iob. 29, 14

5 progrediendo *DGPT* quod *om. P* plenisseme T^1 6 abditissimam *MV*; *sed* m *deleta in M* 8 egresui *v* eo *MP TV*: quo G^1v 12 maius *DMTV* 13 et nemo—minus *om. MV* maius *DT* 15 quod v^1 loquor *P* 16 uellem *DGv* 17 paralitate *T* 18 exanimandam *P* 20 qui *alterum om.* P^1 25 uideatur *MV* 26 affectionib; P^1 27 omni G^2v 28 quisquis *V*; is *a m. 2* 29 maius *D*

in alio nihil, sic dici potest habere aliam, aliam non habere, aliam magis minusue habere uirtutem. nam et maior est in isto caritas quam in illo recte possumus dicere; et aliqua in isto, nulla in illo, quantum pertinet ad caritatem quae pietas est; et in ipso uno homine quod maiorem habeat pudicitiam quam patientiam, et maiorem hodie quam heri, si proficit; et adhuc non habeat continentiam et habeat non paruam misericordiam. et ut generaliter breuiterque complectar quam de uirtute habeo notionem, quod ad recte uiuendum attinet: uirtus est caritas, qua id quod diligendum est diligitur; haec in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla est; plenissima uero quae iam non possit augeri, quamdiu hic homo uiuit, in nemine. quamdiu autem augeri potest, profecto illud quod minus est quam debet ex uitio est. ex quo uitio non est iustus in terra, qui faciat bonum et non peccauit; ex quo uitio non iustificabitur in conspectu dei omnis uiuens; propter quod uitium si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est; propter quod etiam quantumlibet profecerimus necessarium est nobis dicere: dimitte nobis debita nostra, cum iam omnia in baptismo dicta, facta, cogitata dimissa sint. uidet itaque qui recte uidet ubi et quando et unde speranda sit illa perfectio, cui non sit quod adici possit. si autem praecepta non essent, non utique esset ubi se homo certius inspiceret et uideret unde auerteretur, quo conaretur, quare gratularetur, quid precaretur. magna est ergo utilitas praeceptorum, si libero arbitrio tantum detur ut gratia dei amplius honoretur.

15 cf. III Reg. 8, 46 18 cf. I Io. 1, 8 20 Matth. 6, 12

1 dici potest] incipit et *GTv* 2 alius D^2MPV alius *post* magis *add.* *P* 5 quod] ut *T* 9 habeam *P* a *T* uidendum *P* 12 plenissime *P* posset G^1P^1v augere DP^1 13 homo] modo *T* 14 libet D^1G^1Pv 15 facit *T* peccabit *G* P^2v peccet DM^2T 18 decimus *M* seducimus *P* 19 proficerimus DGP^1 20 demitte *DP* 21 demissa DG^1v^1 sunt *MV* 22 sint *v* 23 dici G^1v 25 coronaretur *P* 26 praecaretur *M* libero] uero D^1 27 ut] et D^1G^1v gratiam *T*

Quae si ita se habent, unde fit omnium reus, si in uno offendat qui totam legem seruauerit? an forte quia plenitudo legis caritas est qua deus proximusque diligitur, in quibus praeceptis caritatis tota lex pendet et prophetae, merito fit omnium reus qui contra illam facit in qua pendent omnia? nemo autem peccat nisi aduersus illam faciendo, quia non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces et si quod est aliud mandatum in hoc sermone recapitulatur, in eo quod diliges proximum tuum tamquam te ipsum. dilectio proximi malum non operatur; plenitudo autem legis caritas. nemo autem diligit proximum nisi diligens deum, ut hoc quantum potest proximo impendat, quem diligit tamquam se ipsum, ut et ille diligat deum; quem si ipse non diligit, nec se nec proximum diligit. ac per hoc qui totam legem seruauerit, si in uno offenderit, fit omnium reus, quia contra caritatem facit, unde tota lex pendet. reus itaque fit omnium faciendo contra eam in qua pendent omnia. cur ergo non dicantur paria peccata? an forte quia magis facit contra caritatem qui grauius peccat, minus qui leuius, et hoc ipso admittit magis et minus quo fit quidem omnium reus? sed grauius peccans uel in pluribus peccans magis reus, leuius autem uel in paucioribus peccans minus reus: tanto maiore scilicet reatu, quanto amplius, tanto minore, quanto minus peccauerit; tamen etiam si in uno offenderit erit reus omnium, quia contra eam facit in qua pendent omnia. quae si uera sunt, eo modo et illud absoluitur quod ait homo etiam apostolicae gratiae: in multis enim offendimus omnes.

4 cf. Matth. 22, 40 6 Rom. 13, 9 sq.

3 quia *v* 5 reus omnium *T* pendet G^1 7 furaueris *V* 8 concupiscis P^1 9 diligis *GPv* 12 deum *om.* P^1 14 semet *P* 15 quia (a *del. m. 1*) *M* 17 caritatem] uirtutem *v* 18 eam] praeceptum *DGPTv* quo *GPTV*^{1}*v* quur *M ubique* 19 precepta *GPv* 21 ammittit *MTV* amittit *GPv* maius MP^2V^2 omnium quidem *Gv* 22 maius MV^2 25 erit *V*: est M^2 *sup. u.; om. DGPTv* 27 absolbitur V^1 obsoluitur P^1 28 enim] etiam *P*

offendimus enim, sed alius grauius, alius leuius, quanto quisque magis minusue peccauerit; tanto in peccato committendo maior, quanto in diligendo deo et proximo minor; et rursus tanto minor in peccati perpetratione, quanto maior in dei et proximi dilectione. tanto itaque plenior iniquitatis, quanto inanior caritatis; et tunc perfectissimus in caritate, quando nihil restat ex infirmitate. nec sane quantum arbitror putandum est leue esse peccatum in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi, si illam distantiam sedendi et standi ad honores ecclesiasticos referamus. quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesiae contemto paupere instructiore atque sanctiore? si autem de cotidianis consessibus loquitur, quis non hic peccat, si tamen peccat, nisi cum apud se ipsum intus ita iudicat ut ei tanto melior, quanto ditior ille uideatur? hoc enim uidetur significasse dicendo: nonne iudicastis apud uosmet ipsos et facti estis iudices cogitationum iniquarum?

Lex itaque libertatis, lex caritatis est de qua dicit: si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas: diliges proximum tuum sicut te ipsum, bene facitis. si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores. et post illam sententiam ad intellegendum difficillimam, de qua satis dixi quod dicendum putaui, eandem legem libertatis commemorans: sic, inquit, loquimini et sic facite, sicut per legem libertatis incipientes iudicari. et quoniam quid paulo ante dixerit nouit: quoniam in multis offendimus omnes, suggerit dominicam tamquam cotidianam cotidianis etsi leuioribus, tamen uulneribus medicinam. iudicium enim, inquit, sine misericordia illi qui

2 maius *DMPV*^{2} 3 quando *V*^{1} 7 tantum *MV* 8 acceptione/// (m *rasa*) *P* 9 nostri *om. DGPv* 11 elegi *P*^{1} honores *P*^{1} contempto *GPTv* 12 ac *G*^{2}*v* at *G*^{1} si] qui *M* cottidianis *DGv* 13 si tamen peccat *om. T* 14 quanto *v*^{1} 15 illi *MV* 16 iudica*tis *P* 20 diligis *DGP* 21 facitis regalē si *P*^{1} 23 intellegendam *D*^{2}*G*^{1}*P* 25 loquimini inquit *T* 30 sine m. inquit *T*

non fecit misericordiam. hinc enim et dominus: dimittite, inquit, et dimittetur uobis; date, et dabitur uobis. superexsultat autem misericordia iudicio. non dictum est: uincit misericordia iudicium; non enim est aduersa iudicio, sed superexsultat, quia plures per misericordiam colliguntur, sed qui misericordiam praestiterunt. beati enim misericordes, quia ipsorum miserebitur deus. et hoc utique iustum est ut dimittatur eis, quia dimiserunt, et detur eis, quia dederunt. inest quippe deo et misericordia iudicanti et iudicium miseranti. propter quod ei dicitur: misericordiam et iudicium cantabo tibi, domine; nam quisquis uelut nimium iustus iudicium sine misericordia quasi securus exspectat, iram iustissimam prouocat. quam timens ille dicit: ne intres in iudicio cum seruo tuo. unde dicitur populo contumaci: quid uultis mecum iudicio contendere? cum enim rex iustus sederit in throno, quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? quae igitur spes est, nisi superexsultet misericordia iudicio? sed erga illos qui misericordiam fecerunt ueraciter dicendo: dimitte nobis sicut et nos dimittimus, et sine murmuratione dando; hilarem enim datorem diligit deus. denique sanctus Iacobus iam ex isto loco de misericordiae operibus loquitur, ut quos uehementer illa sententia terruerat consoletur; cum admonet quomodo etiam peccata cotidiana, sine quibus hic non uiuitur, cotidianis remediis expientur, ne homo,

1 Luc. 6, 37 sq. 7 Matth. 5, 7 11 Ps. 100. 1 14 Ps. 142, 2 16 Hier. 2, 29 22 II Cor. 9, 7

1 dimitte P^1 3 superexaltat *DGPv* superexaltet *T* iudicium D^1Gv 5 superexaltat *DGPv* 8 demittatur *et* demiserunt DP^1 10 miserenti *DGv* 12 nam/// (si *eras.*) *P* nimius *MV* 13 misericordiam G^1 exspectat *V pr.*; s *rasa* 15 iudicium *DG* P^2v 16 iudicium G^1P^1 17 in *om. Gv* trono *MV* castus *T* 19 superexsultet V^1; *sed* s *altera rasa*; superexaltet *DGPv* misericordiam *Gv* 20 dicenda *v* demitte *DP* 21 debita nostra *post* nobis *add.* DGM^1PTv 25 ammonet *libri*

qui cum in uno offenderit fiat omnium reus in multis offendendo — quia in multis offendimus omnes — magnum aggerem reatus sui minutatim collectum ad tribunal tanti iudicis peruehat et eam quam non fecit misericordiam non inueniat, sed potius dimittendo atque donando mereatur sibi dimitti debita reddique promissa.

Multa dixi quibus tibi taedium fortassis inferrem, qui haec quae tamen approbas non exspectas discere, quia ea docere consuesti. si quid autem est in eis, quantum ad res ipsas pertinet — nam quali eloquio explicata sint non nimis curo — si quid ergo est in eis quod eruditionem offendat tuam, quaeso ut rescribendo admoneas et me corrigere non graueris. infelix est enim qui non tantos et tam sanctos tuorum studiorum labores et digne honorat et de his domino deo nostro, cuius munere talis es, gratias agit. unde cum libentius debeam a quolibet discere quod inutiliter ignoro quam promtius quoslibet docere quod scio, quanto iustius hoc abs te caritatis debitum flagito, cuius doctrina in nomine et adiutorio domini tantum in latina lingua litterae adiutae sunt, quantum numquam antea potuerunt. maxime tamen istam sententiam: quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus si quo alio modo melius exponi posse nouit dilectio tua, per dominum obsecro uti nobiscum communicare digneris.

1 fi*t; (a *rasa*) *P* multis enim D^1 3 aggere V^1 m *add. m. 2*; agere D^1 4 perueat GP^1 5 demittendo DP^1 dando *T* 7 fortasses $G^1P^1Tv^1$ fort. tedium *P* quia *P* 8 dicere G^1 9 consuisti DMP^1 10 curo si] curiosi $D^1G^1P^1v$ 12 ammoneas *libri* 13 tantus DP^1v^1 etiam sanctorum *T* 16 promptius *PTv* quodlibet *DGPv* 18 debitam V^1; *corr. m. 2*; debito (o *in litura*) *M* doctrine *v* in adiutorio D^1GP^1v 19 latinę linguae V^2 latino linguę *M* ecclesiasticae litterae *DG PTv* 20 ante P^1 tamen] ergo *DGPv* quicumque autem *DGPv* 23 ut *P* ut id D^2 24 cūmunicare *P*

II.

ITEM DE PRAEDICTIS QVATTVOR VIRTVTIBVS, QVAS IN SVPERIORI LIBRO DISTINXIT. IN LIBRO DE MORIBVS ECCLESIAE CATHOLICAE DISPVTANS AD VNVM EAS MANDATVM RETTVLIT CARITATIS.

2 Nihil igitur aliud est optimum hominis, cui haerere beatissimum sit, nisi deus. cui haerere certe non ualemus nisi dilectione. namque illud quod quadripertita dicitur uirtus ex ipsius amoris uario quodam affectu dicitur, ut temperantia sit amor integrum se praebens ei quod amatur, fortitudo amor facile tolerans omnia propter quod amatur, iustitia amor soli amato seruiens et propterea recte dominans, prudentia amor ea quibus adiuuatur ab eis quibus impeditur sagaciter seligens. sed hunc amorem non cuiuslibet, sed dei esse diximus, id est summi boni, summae sapientiae summaeque concordiae. quare definire etiam sic licet, ut temperantiam dicamus esse amorem deo se integrum incorruptumque seruantem, fortitudinem amorem omnia propter deum facile perferentem, iustitiam amorem deo tantum seruientem et ob hoc bene imperantem ceteris quae homini subiecta sunt, prudentiam amorem bene discernentem ea quibus adiuuatur in deum ab his quibus impediri potest.

Quid amplius de moribus disputem? si enim deus est summum hominis bonum, quod negari non potest, sequitur, quoniam summum bonum appetere est bene uiuere, ut nihil sit aliud bene uiuere quam toto corde, tota anima, tota mente diligere deum; a quo existit, ut incorruptus in eo amor atque integer custodiatur, quod est temperantiae, nullis frangatur

3 distincxit *P*; destinamus *v* 4 retulit *DGPTVv* 5 caritas *P*¹ 6 beatissimom *v*¹ 10 fortitudo — amatur *om. Gv* 13 amor *a *G* amor eis *G*³ 14 selegens *D*¹*Gv* se diligens *MV* 15 summęq; *P* 16 sic licet] scilicet *G*¹*T* ut et *DGv* 17 sese *DGPTv* 19 seru. t. deo *D* 20 hominis *D*¹*G*¹ 21 a quibus *D*¹*GPv* adiuuantur *MV*² 23 dei *G*¹*v* 24 non *om. G*¹ 25 ut—uiuere *om. T* ut] et *M pr.* 28 temperantia *v*

incommodis, quod est fortitudinis, nulli alii seruiat, quod est iustitiae, uigilet in discernendis rebus, ne fallacia paulatim dolusue subrepat, quod est prudentiae. haec est una perfectio, qua sola impetrat ut ueritatis sinceritate perfruatur. haec nobis testamento utroque concinitur, haec nobis hinc atque inde suadetur. diligamus igitur deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente quicumque ad uitam aeternam peruenire proposuimus. haec est, inquit saluator, uita aeterna, ut cognoscant te uerum deum et quem misisti Iesum Christum. aeterna igitur uita est ipsa cognitio ueritatis. quam ob rem quam peruersi atque praeposteri sunt qui se arbitrantur dei cognitionem tradere ut perfecti simus, cum perfectorum ipsa sit praemium. quid ergo agendum, nisi ut eum ipsum quem cognoscere uolumus prius sincera caritate diligamus?

III.

AN VIRTVTES, QVIBVS AD AETERNITATEM TENDITVR, DESITVRAE SINT CVM AD AETERNA PERDVXERINT. EX LIBRO DE TRINITATE XIIII INTER CETERA ET AD LOCVM.

Vtrum autem etiam tunc uirtutes, quibus in hac mortalitate 3
bene uiuitur, quia et ipsae incipiunt esse in animo, qui cum sine illis prius esset tamen animus erat, desinant esse cum ad aeterna perduxerint nonnulla quaestio est. quibusdam enim uisum est desituras et bonos animos sola beatos esse cognitione et scientia, hoc est contemplatione naturae; in qua nihil est melius et amabilius ea natura, quae creauit omnes ceteras instituitque naturas. cui regenti esse subditum si iustitia est, immortalis est omnino iustitia nec in illa esse beatitudine

8 Io. 17, 3

1 alia G^1 alio G^2v 3 subrepat *a:* subripiat *libri* 4 quae G^1P^2T 7 et *post* anima *add. P* 12 perfectissimus G^1MTV perfectissimos *D* perfectissimis P^1 13 praemia *M* 14 caritati D^1 17 An—perduxerint *om. MV* 18 aeternam perduxerunt *P* 19 et ad locum *om. Gv* 21 uiuitur bene *v* 24 bonus animus s. beatus DG^1 26 melius est *D* 27 essent subditę P^2 28 in *om. Pv*

desinet, sed talis ac tanta erit, ut perfectior et maior esse non possit. fortassis et aliae tres uirtutes, prudentia sine ullo iam periculo erroris, fortitudo sine molestia tolerandorum malorum, temperantia sine repugnatione libidinum erunt in illa felicitate: ut prudentiae sit nullum bonum deo praeponere uel aequare, fortitudinis ei firmissime cohaerere, temperantiae nullo defectu noxio delectari. nunc autem quod agit iustitia in subueniendo miseris, quod prudentia in praecauendis insidiis, quod fortitudo in perferendis molestiis, quod temperantia in cohercendis delectationibus prauis non ibi erit, ubi omnino nihil mali erit. ac per hoc ista uirtutum opera, quae huic mortali uitae sunt necessaria sicut fides, ad quam referenda sunt, in praeteritis habebuntur et aliam nunc faciunt trinitatem cum ea praesentia tenemus, aspicimus, amamus, aliam tunc factura sunt cum ea non esse, sed fuisse per quaedam eorum uestigia, quae praetereundo in memoria derelinquent, reperiemus; quia et tunc trinitas erit cum illud qualecumque uestigium et memoriter retinebitur et agnoscetur ueraciter et hoc utrumque tertia uoluntate iungetur.

IIII.

DE QVATTVOR AFFECTIONIBVS, QVAS A CICERONE PERTVRBATIONES, AB ALIIS PASSIONES APPELLATAS VERGILIVS HOMINI PROPTER CARNEM INESSE DIXIT, IN LIBRO XIIII DE CIVITATE DEI INTER CETERA SIC EXPONIT.

4 Aggrauamur autem corruptibili corpore et ipsius aggrauationis causam, non naturam substantiamque corporis, sed eius corruptionem scientes nolumus corpore expoliari, sed eius

2 tres *V*; t *add. m. 2* iam ullo *T* 5 facilitate *P* prudentia P^1 6 ei] et D^1G^1v sit G^3 adhaerere *P* 7 dilectari P^1 10 coercendis *Gv* choercendis *PT* nihil omnino *DGTv* 13 fiunt D^1 14 teneamus G^1 aspiciamus P^1 16 memoriam *MV* derelinquunt *D* 17 repperiemus G^1MP^1v repperimus *V* 18 agnoscitur P^1 et *DGPTv*: ut *MV* 19 iungitur *DGv* coniungatur P^1 21 ciceroni G^1 perturuationes V^1 22 passionib; *v* uirgilius *libri* 23 in *MV*: ex *DGPTv* 25 autem] ergo *DGPTv* 27 corpore] corrumpere et *MV*

immortalitate uestiri. et tunc enim erit, sed quia corruptibile non erit non grauabit. aggrauat ergo nunc animam corpus corruptibile et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. uerum tamen qui omnia mala animae ex corpore putant accidisse in errore sunt. quamuis enim Vergilius Platonicam uideatur luculentis uersibus explicare sententiam dicens:

igneus est illis uigor et caelestis origo
seminibus, quantum non noxia corpora tardant
terrenique hebetant artus moribundaque membra,

omnesque illas notissimas quattuor animi perturbationes, cupiditatem, timorem, laetitiam, tristitiam, quasi origines omnium peccatorum atque uitiorum uolens intellegi ex corpore accidere subiungat et dicat:

hinc metuunt cupiuntque dolent gaudentque nec auras
suspiciunt clausae tenebris et carcere caeco:

tamen aliter se habet fides nostra. nam corruptio corporis, quae aggrauat animam, non peccati primi est causa, sed poena. nec caro corruptibilis animam peccatricem, sed anima peccatrix fecit esse corruptibilem carnem. ex qua corruptione carnis licet existant quaedam incitamenta uitiorum et ipsa desideria uitiosa, non tamen omnia iniquae uitae uitia tribuenda sunt carni, ne ab his omnibus purgemus diabolum, qui non habet carnem. etsi enim diabolus fornicator uel ebriosus uel si quid huius modi mali est quod ad carnis pertinet uoluptatem non potest dici, cum sit etiam talium peccatorum suasor et instigator occultus, est tamen maxime superbus

2 Sap. 9, 15 8 Aen. 6, 730 sqq.

2 grauauit DG^1 adgrauabit P^1 3 depremit P^1 4 quia D^1G^1 5 accedisse DP^1 6 uirgilius D^1GMPTv 8 ollis G^2v 9 seminis DG^1T 10 terraeniq. MV bebetant V^1 11 omnesque — animi per *om.* G^1 12 originis T 13 accedere DT accidisse P^2 15 capiuntque M cupiunt P^2 dolentque P^2v aura P^2 16 suscipiunt $DGPT^2v$ suscipiant T^1 clausa P 18 poenę Gv 19 sed — carnem *om.* M^1; *add. m. 2 in marg.* 20 facit P^2 21 existunt P 22 uti adtribuenda G^1v 23 nec D diabulum D 24 fornicatur D^1P^1 26 uoluptates D^1GPTv dicere T

atque inuidus, quia illum uitiositas sic obtinuit, ut propter hanc esset in carceribus caliginosi huius aeris aeterno supplicio destinatus. haec enim uitia, quae tenent in diabolo principatum, carni tribuit apostolus, quam certum est diabolum non habere; dicit enim inimicitias, contentiones, aemulationes, animositates, inuidias opera esse carnis. quorum omnium malorum caput atque origo superbia est, quae sine carne regnat in diabolo. quis autem illo est inimicior sanctis? quis aduersus eos contentiosior et magis aemulus atque inuidus inueniatur? at haec omnia cum habeat sine carne, quomodo sunt ista opera carnis, nisi quia opera sunt hominis, quem, sicut dixi, nomine carnis appellat? non enim habendo carnem, quam non habet diabolus, sed uiuendo secundum se ipsum, hoc est secundum hominem factus est homo similis diabolo, quia et ille secundum se ipsum uiuere uoluit, quando in ueritate non stetit, ut non de dei, sed de suo mendacium loqueretur qui non solum mendax uerum etiam mendacii pater est. primus est quippe mentitus et a quo peccatum, ab illo coepit esse mendacium. cum ergo uiuit homo secundum hominem, non secundum deum, similis est diabolo.

Non ex carne tantum efficitur anima ut cupiat, metuat, laetetur, aegrescat, uerum etiam ex se ipsa his potest motibus agitari. interest autem qualis sit uoluntas hominis; quia si peruersa est, peruersos habet hos motus; si autem recta est, non solum inculpabiles uerum etiam laudabiles erunt. uoluntas est quippe in omnibus, immo omnes nihil aliud quam uoluntates sunt. nam quid est cupiditas et laetitia nisi uoluntas

5 cf. Gal. 5, 20 15 cf. Io. 8, 44

1 quae *DGPTv* 2 caliginosis G^2Tv calinosi G^1 3 distinatus DP^1 enim *MV*: autem *DGPTv* principatom T^1 4 diabolo D^2 6 operas *P* 8 inimiticior *DGPv* 9 inuenitur D^1Gv ad D^1P^1v 13 uidendum *M* 16 sed (de *om.*) G^1 mendacio D^1G^1V (o *ex* um *corr. m. 1*) 17 est *om. Gv* 18 peccato V^1 21 afficitur *DGPTv* 22 &grescat G^1 ex se ipsa *om.* P^1 se *om. D* potest] post *MV* 23 quia] quae D^2P^2T 24 peruersus P^1 modos G^1v 25 solus *M* inculbabiles G^1 inculpabilis D^1 27 laetia *V* uoluntases G^1

in eorum consensione quae uolumus? et quid est metus atque tristitia nisi uoluntas in dissensione ab his quae nolumus? sed cum consentimus appetendo ea quae uolumus, cupiditas, cum autem consentimus fruendo his quae uolumus, laetitia uocatur. itemque cum dissentimus ab eo quod accidere nolumus, talis uoluntas metus est; cum autem dissentimus ab eo quod nolentibus accidit, talis uoluntas tristitia est. et omnino pro uarietate rerum quae appetuntur atque fugiuntur sicut allicitur uel offenditur uoluntas hominis, ita in hos uel in illos affectus mutatur et uertitur. quapropter homo, qui secundum deum, non secundum hominem uiuit, oportet ut sit amator boni; unde fit consequens ut malum oderit. et quoniam nemo natura, sed quisquis malus est uitio malus est, perfectum odium debet malis qui secundum deum uiuit, ut nec propter uitium oderit hominem nec amet uitium propter hominem, sed oderit uitium et amet hominem; sanato enim uitio totum quod amare, nihil autem quod debeat odisse remanebit. nam cuius propositum est amare deum et non secundum hominem, sed secundum deum amare proximum sicut etiam se ipsum, procul dubio propter hunc amorem dicitur uoluntatis bonae, quae usitatius in scripturis sanctis caritas appellatur; sed amor quoque secundum easdem litteras sacras dicitur.

Nonnulli arbitrantur aliud esse dilectionem siue caritatem, aliud amorem; dicunt enim dilectionem accipiendam esse in bono, amorem in malo. sic autem nec ipsos auctores saecularium litterarum locutos esse certissimum est.

Recta itaque uoluntas est bonus amor et uoluntas peruersa malus amor. amor ergo inhians habere quod amatur cupiditas

13 cf. Ps. 138, 22

1 uolumus — dissensione *om.* P^1 2 uolumus P^1 5 accedere DG^1P^1 7 accedit DP^1 tristitiam (*om.* est) G^1 8 atque] aut quae P^1 9 allititur *M* 10 illos (*om.* in) *v* 12 amatur P^1 odiret D^1 quoniam] quod *v* 13 uitio malus est *om.* G^1 16 senato T^1 *post* uitio *add. v*: uitio malus ē 17 autem] enim DG^1P 22 sacras litteras *DGPTv* 26 loqnutos *MV* loquutus *D* locutus P^1 27 uoluntate *T* et — amor *om.* M^1 28 inihans *v* habere] ibi G^1

est; id autem habens atque fruens laetitia; fugiens quod ei aduersatur timor est; idque si acciderit sentiens tristitia est. proinde mala sunt ista, si malus amor est, bona, si bonus.

Verum his philosophis, quod ad istam quaestionem de animi perturbationibus attinet, iam respondimus in nono huius operis libro ostendentes eos non tam de rebus quam de uerbis cupidiores esse contentionis quam ueritatis. apud nos autem iuxta scripturas sanctas sanamque doctrinam ciues sanctae ciuitatis dei in huius uitae peregrinatione secundum deum uiuentes metuunt cupiuntque, dolent gaudentque, et quia rectus est amor eorum, istas omnes affectiones rectas habent: metuunt poenam aeternam, cupiunt uitam aeternam, dolent in re, quia ipsi in semet ipsis adhuc ingemescunt adoptionem exspectantes redemtionem corporis sui; gaudent in spe, quia fiet sermo qui scriptus est: absorpta est mors in uictoriam. item metuunt peccare, cupiunt perseuerare, dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis. ut enim metuant peccare audiunt: quoniam abundabit iniquitas, refrigescit caritas multorum; ut cupiant perseuerare audiunt quod scriptum est: qui perseuerauerit usque in finem hic saluus erit; ut doleant in peccatis audiunt: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est; ut gaudeant in operibus bonis audiunt: hilarem datorem diligit deus. item sicuti se infirmitas eorum firmitasque habuerit, metuunt temtari, cupiunt temtari, dolent in temtationibus, gaudent

15 I Cor. 15, 54 18 Matth. 24, 12 20 Matth. 10, 22 21 I Io. 1, 8 24 II Cor. 9, 7

2 accident *M* accederit *DP*^{1} 4 animae *Gv* 5 respondemus *P*^{1} nō *V*; no *add. m. 2*; nouo *G*^{1}*P*^{1} 7 contentiones *D*^{1}*G*^{1} 10 dolentq; *P*^{2} 12 cupiunt — aeternam *om. T* 13 in re] ire *D* qua *T* adhac *V* adoptione *M* 14 redemptionem *DGPTv* 15 absorta *libri* 16 uictoria *GPv* cupiunt — peccare *om. G*^{1} 17 metuunt *T*^{1} 18 habundauit *P*^{1} refrigescet *P*^{2}*T* 19 cupiunt *v*^{2} 22 decipimus *MV*: seducimus *DGPTv* 24 audiant *DP*^{1} 25 sicuti se *DGPTv*: sicut ipse *MV* 26 temptare *D*^{1} gaudent in temtationibus *om. v*

in temtationibus. ut enim metuant temtari audiunt: si quis praeoccupatus fuerit in aliquo delicto, uos qui spiritales estis instruite huius modi in spiritu mansuetudinis, intendens te ipsum, ne et tu temteris. ut autem cupiant temtari audiunt quendam uirum dei fortem ciuitatis dei dicentem: proba me, domine, et temta me; ure renes meos et cor meum. ut doleant in temtationibus uident Petrum flentem; ut gaudeant in temtationibus audiunt Iacobum dicentem: omne gaudium existimate, fratres mei, cum in temtationibus uariis incideritis.

Non solum autem propter se ipsos his mouentur affectibus uerum etiam propter eos quos liberari cupiunt et ne pereant metuunt et dolent si pereunt, gaudent si liberantur. illum quippe optimum et fortissimum uirum, qui in suis infirmitatibus gloriabatur, ut eum potissimum commemoremus qui in ecclesiam Christi ex gentibus uenimus, doctorem gentium in fide et ueritate, qui et plus omnibus suis coapostolis laborauit et pluribus epistulis populos dei, non eos tantum qui praesentes ab illo uidebantur uerum etiam illos qui futuri praeuidebantur instruxit; illum inquam uirum, athletam Christi, doctum ab illo, unctum de illo, crucifixum cum illo, gloriosum in illo, in theatro huius mundi, cui spectaculum factus est et angelis et hominibus, legitime magnum agonem certantem et palmam supernae uocationis in anteriora sectantem

1 Gal. 6, 1 6 Ps. 25, 2 8 cf. Matth. 26, 75 9 Iac. 1, 2 15 cf. II Cor. 12, 5 18 cf. I Cor. 15, 10 21 cf. Gal. 1, 12 II Cor. 1, 21 22 cf. Gal. 2, 20 23 cf. I Cor. 4, 9 25 cf. Philipp. 3, 14

1 metuunt P^1 audiant D 5 uirum quendam T 6 ciuitates T^1 *alterum* dei *om.* D domine] ā G 7 renos P 10 existimato G^1v^1 temptationes uarias D^1PT 11 incederitis DM^1V 13 liberare $DGPv$ 14 pereant D^1GPTv et gaudent $DGPTv$ liberentur D^1GP^2v 16 gloriatur $DGPTv$ 17 ecclesia DP doctorem — ueritate *om.* Gv 18 et qui MV 19 et a: ex *libri* epistolis $GPTv$ populus D^1P^1 20 illis D^1G^1 uidebantur MV 21 uerum Gv adhletam G 23 cuius G^1 qui G^2v 24 est *om.* v omnibus P magno agone D^1 G^2v 25 uocationes P^1

oculis fidei libentissime spectant gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, foris habentem pugnas, intus timorem, cupientem dissolui et esse cum Christo, desiderantem uidere Romanos, ut aliquem fructum habeat et in illis sicut et in ceteris gentibus, aemulantem Corinthios et ipsa aemulatione metuentem ne seducantur eorum mentes a castitate quae in Christo est, magnam tristitiam et continuum dolorem cordis sui de Israhelitis habentem, quod ignorantes dei iustitiam et suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti; nec solum dolorem uerum etiam luctum suum denuntiantem quibusdam qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam super immunditia et fornicationibus suis.

Hi motus, hi affectus de amore boni et de sancta caritate uenientes si uitia uocanda sunt, sinamus ut ea quae uere uitia sunt uirtutes uocentur. sed cum rectam rationem sequantur istae affectiones, quando ubi oportet adhibentur, quis eas morbidas seu uitiosas passiones audeat dicere? quam ob rem etiam ipse dominus in forma dei agere uitam dignatus humanam, sed nullum habens omnino peccatum adhibuit eas ubi adhibendas eas esse iudicauit. neque enim in quo uerum erat hominis corpus et uerus hominis animus falsus erat humanus affectus. cum ergo eius in euangelio ista referuntur, quod super duritia cordis Iudaeorum cum ira contristatus sit, quod dixit: gaudeo propter uos, ut credatis, quod Lazarum suscitaturus etiam lacrimas fuderit, quod concupi-

1 cf. Rom. 12, 15 2 cf. II Cor. 7, 5 3 cf. Philipp. 1, 23 4 cf. Rom. 1, 11 et 13 5 cf. II Cor. 11, 2 sq. 7 cf. Rom. 9, 2 8 cf. Rom. 10, 3 12 cf. II Cor. 12, 21 23 cf. Marc. 3, 5 24 Io. 11, 15 25 cf. Io. 11, 35

1 spectantem *libri* 2 timores *DGPTv* 3 desolui P^1 5 chorinthios *G* ipsam M^1 8 sui *DGPTv*: ei *MV* hisraelitis *T* 9 statuere *DGPTv* sint *T* essent *DGPv* 10 de quibusdam *DGPTv* 12 immunditiam DG^1MV; m *expunxit* V^1 14 uititia *v* sinamur D^1G^1 15 nationem G^1 16 affectiones—morbidas *om. M* affectiones G^2v: actiones DG^1PTV 17 eas tunc morbos G^2v audiat G^1 18 dei] serui G^2v dignatus est *MT* 19 nullam v^1 20 eas *om. DGPTv* 21 animus hominis DG^1Pv 22 cur *M* 23 duritiam DG^1P 24 dixerit *DGPTv* 25 lazarus *M* suscitaturum *T*

uerit cum discipulis suis manducare pascha, quod propinquante passione tristis fuerit anima eius, non falso utique referuntur. uerum ille hos motus certe dispensationis gratia ita cum uoluit suscepit animo humano, ut cum uoluit factus est homo. proinde, quod fatendum est, etiam cum rectas et secundum deum habemus has affectiones, huius uitae sunt, non illius quam futuram exspectamus. et saepe illis etiam inuiti cedimus; itaque aliquando, quamuis non culpabili cupiditate, sed laudabili caritate moueamur, etiam dum nolumus flemus. habemus ergo eas ex humanae condicionis infirmitate; non autem ita dominus Iesus, cuius et infirmitas fuit ex potestate. sed dum uitae huius infirmitatem gerimus si eas omnino nullas habeamus, tunc potius non recte uiuimus. uituperabat enim et detestabatur apostolus quosdam, quos etiam esse dixit sine affectione. culpauit etiam illos sacer psalmus; quibus ait: sustinui qui simul contristaretur, et non fuit. nam omnino non dolere dum sumus in hoc loco miseriae profecto, sicut quidam etiam apud saeculi huius litteratos sensit et dixit, non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore. quocirca illa quae ἀπάθεια graece dicitur, quae si latine posset impassibilitas diceretur, si ita intellegenda est — in animo quippe, non in corpore accipitur — ut sine his affectionibus uiuatur, quae contra rationem accidunt mentemque perturbant, bona plane et maxime optanda est, sed nec ipsa huius est uitae. non enim qualiumcumque hominum uox est, sed maxime piorum atque iustorum multumque sanctorum: si dixerimus quia peccatum non habe-

1 cf. Luc. 22, 15 2 cf. Matth. 26, 38 14 cf. Rom. 1, 31 15 Ps. 68, 21 19 cf. Tusc. 3, 6, 12 27 I Io. 1, 8

2 fuerat *P* feruntur G^1 3 motos P^1 certae *DGP*^{2} *T* 4 suscipit DP^1 5 cum fatendum (*om.* quod) P^1 confitendum P^2 7 speramus *DGPTv* cedemus *D* 9 moneamur P^1 10 ita] ait *T* 12 infirmitate *D* sic *MV* habemus D^2G M^2P^1v 16 *post* simul *add.* P^2 mecum 17 dolore G^1 loco] corpore *P* 18 litteratus G^1P sensi *M* 19 magna *om. T* contigit *PT* anima D^1GP 20 apathia *PT* aphatia G^1MVv aphathia *D* 21 possit *DGv* 23 uiuantur *D* 26 multumque iust. atq. sanctorum *DGPTv* 27 quoniam *DGPTv*

mus, nos ipsos seducimus et ueritas in nobis non est. tunc itaque ἀπάθεια ista erit quando peccatum in homine nullum erit. nunc uero satis bene uiuitur sine crimine; sine peccato autem qui se uiuere existimat non id agit ut peccatum non habeat, sed ut ueniam non accipiat.

V.

DE QVINQVE CORPORIS SENSIBVS ORATIO. EX LIBRO CONFESSIONVM DECIMO INTER CETERA ET AD LOCVM.

Domine, amo te; percussisti cor meum uerbo tuo, et amaui te. sed et caelum et terra et omnia quae in eis sunt ecce undique mihi dicunt ut te amem, nec cessant dicere omnibus, ut sint inexcusabiles. altius autem tu misereberis cui misertus eris et misericordiam praestabis cui misericors fueris: alioquin caelum et terra surdis loquuntur laudes tuas. quid autem amo, cum te amo? non speciem corporis nec decus temporis, non candorem lucis ecce istis amicum oculis, non dulces melodias cantilenarum omnimodarum, non florum et unguentorum et aromatum suauiolentiam, non manna et mella, non membra acceptabilia carnis amplexibus, non haec amo, cum amo deum meum. et tamen amo quandam lucem et quandam uocem et quendam odorem et quendam cibum et quendam amplexum, cum amo deum meum, lucem, uocem, odorem, cibum, amplexum interioris hominis mei, ubi fulget animae meae quod non capit locus et ubi sonat quod non rapit tempus et ubi olet quod non spargit flatus et ubi sapit quod non

11 cf. Rom. 1, 20

1 seseducimus V^1; *corr. m. 2* 2 ophatia *MV* 3 hominem *MV* 4 autem *MTV*: enim *DGPv* 7 oratio *om. GTv* 8 inter — locum *om. DGPTv* 12 inexcussabiles *P* miseratus *T* 13 misericordia *D* 14 terram *MV* surdi *M* locuntur *v* 16 nec candorem *v* amicum] amo cum *Gv* 17 medolias M^1V 17 omnimodorum P^1 unguentorum *GPV*^{2}*v* 18 suaueolentiam P^1T suauiolentia *D* 20 quendam *P* 21 quandam ampl. *T* 22 cum — amplexum *om.* G^1v 23 interiores *P* fulgit D^1G^1 25 sparget v^1

minuit edacitas et ubi haeret quod non diuellit satietas: hoc est quod amo, cum deum meum amo. et quid est hoc? interrogaui terram, et dixit: non sum; et quaecumque in eadem sunt idem confessa sunt. interrogaui mare et abyssos et reptilia animarum uiuarum, et responderunt: non sumus deus tuus; quaere super nos. interrogaui auras flabiles, et inquit uniuersus aer cum incolis suis: fallitur Anaximenes, non sum deus. interrogaui caelum, solem, lunam, stellas: neque nos sumus deus quem quaeris, inquiunt. et dixi omnibus his quae circumstant fores carnis meae: dicite mihi de deo meo, quod uos non estis, dicite mihi de illo aliquid. et exclamauerunt uoce magna: ipse fecit nos. interrogatio mea, intentio mea, et responsio eorum, species eorum. et direxi me ad me et dixi mihi: tu quis es? et respondi: homo. et ecce corpus et anima in me mihi praesto sunt, unum exterius et alterum interius; quid horum est unde quaerere debui deum meum, quem iam quaesiueram per corpus a terra usque ad caelum, quousque potui mittere nuntios radios oculorum meorum? sed melius quod interius; ei quippe renuntiabant omnes nuntii corporales praesidenti et iudicanti de responsionibus caeli et terrae et omnium quae in eis sunt dicentium: non sumus deus, et: ipse fecit nos. homo interior cognouit haec per exterioris ministerium: ego interior cognoui haec, ego, ego animus per corporis mei sensum. interrogaui mundi molem de deo meo, et respondit mihi: non ego sum, sed ipse

12 Ps. 99, 3

1 non *om.* G^1 diuellet *MV* deuellet *D* 3 quicumque *P* 4 item *D* abyssus *DG*^{1}*MV* abyssum *P* 6 quare P^1 aures *T* flauiles G^1MPV 7 cum V^1: eum V^2 fatetur G^1v anaximedes DG^1 amaxime* *P*: *om. v* 8 solem *om. Gv* lunam solem *PT* 9 simus P^1 10 foris *DPv* 15 presto *MPVv* 17 *inde a* iam *scriptura m. 1 in cod. V ita deleta est, ut uix legi possit; quae euanuerunt suppleuit m. alia* tamq^{s}siueram (*om.* iam) *T* 18 nuntius P^1 19 ei] et D^1G^1v renuntiabunt *M* nuntiabant *P* 20 corporis G^1v 21 dicentium *DGMPTV*^{1}: diceret iam V^2 22 et DG^1MPV: sed G^2Tv 23 per—haec *om.* TV^2 24 ego *alterum om.* D^1G^1 sensum corp. mei *DGPTv* 25 sum ego *Gv*

me fecit. nonne omnibus quibus integer sensus est apparet haec species? cur non omnibus eadem loquitur? animalia pusilla et magna uident eam, sed interrogare nequeunt; non enim praeposita est in eis nuntiantibus sensibus iudex ratio. homines autem possunt interrogare ut inuisibilia dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciant; sed amore subduntur eis et subditi iudicare non possunt. nec respondent ista interrogantibus nisi iudicantibus nec uocem suam mutant, id est speciem suam, si alius tantum uideat, alius autem uidens interroget, ut aliter illi appareat, aliter huic; sed eodem modo utrique apparens illi muta est, huic loquitur. immo uero omnibus loquitur; sed illi intellegunt qui eius uocem acceptam foris intus cum ueritate conferunt. ueritas enim dicit mihi: non est deus tuus caelum et terra.

ITEM EX LIBRO CONFESSIONVM X INTER CETERA ET AD LOCVM.

5ª Ecce quantum spatiatus sum in memoria mea quaerens te, domine, et non te inueni extra eam; neque enim aliquid de te inueni quod non meminissem ex quo didici te. nam ex quo didici te non sum oblitus tui. ubi enim inueni ueritatem, ibi inueni deum meum, ipsam ueritatem; quam ex quo didici non sum oblitus. itaque ex quo te didici manes in memoria mea et illic te inuenio, cum reminiscor tui et delector in te. hae sunt sanctae deliciae meae, quas donasti mihi misericordia tua respiciens paupertatem meam.

5 cf. Rom. 1, 20

2 quur *T*; *sic passim* in omnibus *Gv* 4 sensus G^1 5 homines—conspiciant *om.* G^1v ut *DMPT*: et V^2 6 amores abduntur V^2 9 tantam V^2 11 utrisque *P* mutam G^1 hic V^2 12 sed *DGPTv*: si *MV m. 1 et 2* intellegent D^1GP^1v 14 terra et caelum *DGPTv* 15 De isdem (hisdem *G*) quinque corporis sensibus oratio pulchra (pulcra *G*) atque prolixa *praemittunt DGPTv* inter—locum *om. DGPTv* 21 *ante* manes *add.* *P*: non sū oblitus itaq. ex quo te didici 22 dilector *P* 23 haec D^1GMPV qua* (s *rasa*) *G* 24 respicies *Gv*

Sed ubi manes in memoria mea, domine, ubi illic manes? quale cubile fabricasti tibi? quale sanctuarium aedificasti tibi? tu dedisti hanc dignationem memoriae meae ut maneas in ea; sed in qua eius parte maneas hoc considero. transcendi enim partes eius quas habent et bestiae, cum te recordarer, quia non ibi te inueniebam inter imagines rerum corporalium. et ueni ad partes eius, ubi commendaui affectiones animi mei; nec illic inueni te. et intraui ad ipsius animi mei sedem, quae illi est in memoria mea, quoniam sui quoque meminit animus; nec ibi tu eras: quia sicut non es imago corporalis nec affectio uiuentis, qualis est cum laetamur, contristamur, cupimus, metuimus, meminimus, obliuiscimur et quidquid huius modi est, ita nec ipse animus es, quia dominus deus animi tu es et commutantur haec omnia, tu autem incommutabilis manes super omnia et dignatus es habitare in memoria mea ex quo te didici. et quid quaero quo loco eius habites, quasi uero loca ibi sint? habitas certe in ea, quoniam tui memini ex quo te dedici, et in ea te inuenio cum recordor te.

Vbi ergo te inueni, ut discerem te? neque enim iam eras in memoria mea priusquam te inuenirem. ubi ergo te inueni, ut discerem te nisi in te supra me? et nusquam locus, et recedimus et accedimus, et nusquam locus. ueritas ubique praesides omnibus consulentibus te simulque respondes omnibus etiam diuersa consulentibus; liquide tu respondes, sed non liquide omnes audiunt. omnes unde uolunt consulunt, sed non semper quod uolunt audiunt. optimus minister tuus est qui non magis intuetur hoc a te audire quod ipse uoluerit, sed potius hoc uelle quod a te audierit.

2 illic cubile fabr. *P* quale sanct. — tibi *om. MV* 3 eam *T* 5 non te ibi *DGPv* 7 commendi P^1 10 est DG^1MVv 11 contristamur *om. Gv* 12 metuemus *D* quicquid *GPTv*; *sic ubique* 14 commutabuntur *Gv* 16 quo] quod G^1 inhabites *P* 19 neque — inuenirem *om.* P^1 20 inuenirem *MV*: discerem DGP^2Tv ubi — te *om. P* 21 et recedimus — locus *om.* G^1v recidimus *D* 22 praesedes DG^1MV 23 respondis DG^1MVv 24 respondis *DMV* 25 omnes — audiunt *om.* M^1 28 ad te *T*

Sero te amaui, pulchritudo tam antiqua et tam noua, sero te amaui! et ecce intus eras et ego foris, et ibi te quaerebam et in ista formonsa quae fecisti deformis irruebam; mecum eras, et tecum non eram et ea me tenebant longe a te, quae si in te non essent, non essent. uocasti et clamasti, et rupisti surditatem meam; coruscasti, splenduisti, et fugasti caecitatem meam; fragrasti, et duxi spiritum et anhelo tibi; gustaui, et esurio et sitio; tetigisti me, et exarsi in pacem tuam.

Cum inhaesero tibi ex omni me, nusquam erit mihi dolor et labor et uiua erit uita mea tota plena te. nunc autem quoniam quem tu imples subleuas eum, quoniam tui plenus non sum oneri mihi sum. contendunt laetitiae meae flendae cum laetandis maeroribus et ex qua parte stet uictoria nescio. contendunt maerores mei mali cum gaudiis bonis et ex qua parte stet uictoria nescio. hei mihi, domine, miserere mei; hei mihi! ecce uulnera mea non abscondo. medicus es, aeger sum; misericors es, miser sum. numquid non temtatio est uita humana super terram? quis uelit molestias et difficultates? tolerari iubes ea, non amari. nemo quod tolerat amat, etsi tolerare amat; quamuis enim gaudeat se tolerare, mauult tamen non esse quod toleret. prospera in aduersis desidero, aduersa in prosperis timeo; quis inter haec medius locus, ubi non sit humana uita temtatio? uae prosperitatibus saeculi semel et iterum a timore aduersitatis et a corruptione laetitiae! uae aduersitatibus saeculi semel et iterum ac tertio a desiderio prosperitatis, et quia ipsa aduersitas dura est et ne frangat tolerantiam! numquid non temtatio est uita humana super terram sine ullo interstitio?

17 Iob. 7, 1

1 tam (*om.* et) *P* 2 foras *Dv*^{1} 3 formosa *GM*^{2}*PTv* irroebam *V*^{2} 5 essem non essent *G*^{1}*v* 7 flagrasti *libri* 8 pace tua *Gv* 9 me nusquam] mentisquam *V*^{1} mente nusquam *G*^{2}*v* 12 onori *G*^{1} 13 erroribus *P*^{1} contendunt — nescio *om. M*^{1} meroris *D* memores *G*^{1}*v* mees *P*^{1} 14 meis bonis *P*^{2} ex *add. P*^{2} stet] ē. *P* 15 ei *DGPv* et *T* mihi *om. D*^{1} 18 uellit *DG*^{1}*P*^{1} tollerare *DG*^{2} 19 amare *D* 20 se] si *P*^{1} tollerare *DGT* mauult] mala uult *P*^{2} mallet *G*^{2}*v* 21 toleraret *G*^{2}*v* 25 ac *MV*: et *DG*^{2}*PTv*; *om. G*^{1} 27 ulla tristitia *G*^{1}*v*

Et tota spes mea non nisi in magna ualde misericordia tua. da quod iubes, et iube quod uis. imperas nobis continentiam; et cum scirem, ait quidam, quia nemo poterat esse continens nisi deus det, et hoc ipsum erat sapientiae scire cuius esset hoc donum. per continentiam quippe colligimur et redigimur in unum, a quo in multa defluximus; minus enim te amat qui tecum aliquid amat quod non propter te amat. o amor, qui semper ardes et numquam extingueris, caritas deus meus, accende me. continentiam iubes: da quod iubes, et iube quod uis.

Iubes certe ut contineam a concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum et ambitione saeculi. iussisti a concubitu et de ipso coniugio melius aliquid quam concessisti monuisti. et quoniam dedisti factum est, et antequam dispensator sacramenti fierem. sed adhuc uiuunt in memoria mea, de qua multa locutus sum, talium rerum imagines, quas ibi consuetudo mea fixit, et occursantur mihi uigilanti quidem carentes uiribus, in somnis autem non solum usque ad delectationem sed etiam usque ad consensionem factumque simillimum. et tantum ualet imaginis inlusio in anima mea in carne mea, ut dormienti falsa uisa persuadeant quod uigilanti uera non possunt. numquid tunc ego non sum, domine deus meus? et tamen tantum interest inter me ipsum et me ipsum intra momentum, quo hinc ad soporem transeo uel huc inde retranseo. ubi est tunc ratio, qua talibus suggestionibus resistit uigilans et, si res ipsae ingerantur, inconcussus manet?

3 Sap. 8, 21 11 cf. I Io. 2, 16

1 misericordiam tuam D^1P^1 3 quidem G^1v potest *DGPTv* 6 ticonentiam G^1 collegimus G^1v a *eras. in D* 7 qui—te amat *om.* G^1 9 ardis *D* extringueris P^1 accede P^1 accinge *MV* 10 continentiaṁ *V* 11 continentiam D^1 a concupiscentiam DV^1 12 iussisti et P^2 concupitu D^1 14 dispensatur D^1P^1 15 tui *ante* fierem *add. DGPTv* memoriam meam D^1 16 loquutus *MV* 17 finxit *Gv* carentis D^1 20 et *ante* in carne *add. DGPTv* 21 dormiente D^1G^1v persuadant $D^1G^1P^1$ 24 quod *DGPTv* saporem G^1v uel—retranseo *om. MV*

numquid clauditur cum oculis? numquid sopitur cum sensibus corporis? et unde etiam saepe in somnis resistimus nostrique propositi memores atque in eo castissime permanentes nullum talibus inlecebris adhibemus assensum? et tamen tantum interest, ut cum aliter accidit euigilantes ad conscientiae requiem redeamus ipsaque distantia reperiamus nos non fecisse quod tamen in nobis quoquo modo factum esse doleamus. numquid non potens est manus tua, deus omnipotens, sanare omnes languores animae meae atque abundantiore gratia tua lasciuos motus etiam mei soporis extinguere? augebis, domine, magis magisque in me munera tua, ut anima mea sequatur me ad te concupiscentiae uisco expedita, ut non sit rebellis sibi atque ut in somnis etiam non solum non perpetret istas corruptelarum turpitudines per imagines animales usque ad carnis fluxum, sed ne consentiat quidem. nam ut nihil tale uel tantulum libeat quantulum possit nutu cohiberi etiam in casto dormientis affectu non tantum in hac uita sed etiam in hac aetate non magnum est omnipotenti, qui uales facere supra quam petimus et intellegimus. nunc tamen quid adhuc sim in hoc genere mali mei dixi bono domino meo, exsultans cum tremore in eo quod donasti mihi et lugens in eo quod inconsummatus sum, sperans perfecturum te in me misericordias tuas usque ad pacem plenariam, quam tecum habebunt interiora et exteriora mea, cum absorpta fuerit mors in uictoriam.

Est alia malitia diei, quae utinam sufficiat ei. reficimus enim cotidianas ruinas corporis edendo et bibendo, prius-

18 cf. Eph. 3, 20 21 cf. Ps. 2, 11 24 cf. I Cor. 15, 54

2 saepe etiam *DGPTv* 4 adhibimus *D* 5 ut] et T^1 accedit P^1T consciae D^1 6 repperiamus *libri* 9 abundantiori *Gv* 10 lascibos M^1V^1 motos D^1 meis operis *MT* 11 me *om.* D^1 12 repellis G^1 14 corruptilarum *DV* corruptellarum P^1 animalis *D* 16 cohibere *DGv* 17 dormientes P^1 18 hac aetatem D^1 aetate hac *G* 19 et] aut *T* 20 male D^1P^1 malo G^1 pro malo *v* deo *Gv* 22 consummatus *DGv* 24 absorta *libri* 25 uictoria *Gv* 27 ędendo (ę *a m. 2*) *V*

quam escas et uentrem destruas cum occideris indigentiam satietate mirifica et corruptibile hoc indueris incorruptione sempiterna. nunc autem suauis est mihi necessitas et aduersus istam suauitatem pugno ne capiar, et cotidianum bellum gero in ieiuniis saepius, in seruitutem redigens corpus meum; et dolores mei uoluptate pelluntur. nam et fames et sitis quidam dolores sunt, urunt et sicut febres necant, nisi alimentorum medicina succurrat. quae quoniam praesto est ex consolatione munerum tuorum, in quibus nostrae infirmitati terra et aqua et caelum seruiunt, calamitas deliciae uocantur. hoc me docuisti, ut quemadmodum medicamenta sic alimenta sumturus accedam. sed dum ad quietem satietatis ex indigentiae molestia transeo, in ipso transitu mihi insidiatur laqueus concupiscentiae; ipse enim transitus uoluptas est et non est alius qua transeatur quo transire cogit necessitas. et cum salus sit causa edendi ac bibendi, adiungit se tamquam pedisequa periculosa iucunditas et plerumque praeire conatur, ut eius causa fiat quod salutis causa me facere uel dico uel uolo. nec idem modus utriusque est; nam quod saluti satis est delectationi parum est; et saepe incertum fit utrum adhuc necessaria corporis cura subsidium petat an uoluntaria cupiditatis fallacia ministerium suppetat. ad hoc incertum hilarescit infelix anima et in eo praeparat excusationis patrocinium, gaudens non apparere quid satis sit moderationi ualetudinis, ut obtentu salutis obumbret negotium uoluptatis. his tem-

1 Ibid. 53 5 cf. I Cor. 9, 27

1 distruas *D* 2 indueres P^1 incorruptionem G^1 3 et] ut G^1v 5 rediens G^1 6 polluuntur G^1v nam (*om.* et) *DGPTv* famis *D* 7 dolore P^1 febris P^1T negant *D* 9 munerum *om.* *T* 10 caelum (*om.* et) G^1P^1v calamitates P^1 calamitatis *Gv* diliciae DP^1T 12 cum *P* 13 modestia *Gv* transatu *P* 16 causae *T* ędendi V^2 dicendi *T* 17 pedisaequa *D* pedissequa *GPv* iocunditas *DGPTv* 18 salutes D^1 20 dilectationi D^2P^1 dilectioni *Gv* paruum P^1 21 uoluntariam DG^1 22 fallaciam *D* 24 gaudet *v* quod P^1v est *Gv* moderatione *DT* ualitudinis *GPTv* 25 ut—uoluptatis *om.* *Gv*

tationibus cotidie cogor resistere et inuoco dexteram tuam ⟨ad salutem meam⟩ et ad te refero aestus meos, quia consilium mihi de hac re non stat. audio uocem iubentis dei mei: non grauentur corda uestra in crapula et ebrietate. ebrietas longe est a me; misereberis ne appropinquet mihi. crapula autem nonnumquam subrepit seruo tuo; misereberis ut longe fiat a me. nemo enim potest esse continens, nisi tu des. multa nobis orantibus tribuis et quidquid boni antequam oremus accipimus, a te accipimus; et ut hoc postea cognosceremus, a te accepimus. ebriosus numquam fui, sed ebriosos a te factos sobrios ego noui; ergo a te factum est ut hoc non essent qui numquam fuerunt, a quo factum est ut hoc non semper essent qui fuerunt, a quo etiam factum est ut scirent utrique a quo factum est. audiui aliam uocem tuam: post concupiscentias tuas non eas et a uoluntate tua uetare. audiui et illam ex munere tuo quam multum amaui: neque si manducauerimus abundabimus, neque si non manducauerimus deerit nobis; hoc est dicere: nec illa res me copiosum facit nec illa aerumnosum. audiui et alteram: ego enim didici in quibus sum sufficiens esse et abundare noui et paenuriam pati noui. omnia possum in eo qui me confortat. ecce miles castrorum caelestium, non puluis quod sumus. sed memento, domine, quia puluis sumus, et de puluere fecisti

4 Luc. 21, 34 15 Eccli. 18, 30 17 I Cor. 8, 8 20 Philipp. 4, 11—13 24 cf. Ps. 102, 14 et Gen. 3, 19

1 conor *GPTv* 2 ad salutem meam *a*: *om. libri* aestos meus D^1 3 nondum *DGPTv* 4 grauantur G^1 5 miserieris D^1 6 subripit *GTv* 7 miseriberis *V* 8 des] dš G^2v tribues *DV* tribuas *v* 9 oraremus *DGPTv* accepimus G^1Tv accipemus *D* 10 accipimus *DMPV* 11 ebriosus DG^1P^1v factus sobrius DG^1v cognoui (*om.* ego) D^1Gv a te ergo *DGPv* 12 qui] quę *Gv* 13 hoc *om.* D^1 non semper *om.* P^1 15 uoluptate *P* 16 aliam DG^1Pv 17 manducaueritis G^1v abundauimus (hab. *P*) D^1G^1P 19 faciet DGP^2T haerumnosum *MV* 21 sum *om. D* essem *D* 22 noui *om.* D^1GTv

hominem; et perierat, et inuentus est. nec ille in se potuit, quia idem puluis fuit quem talia dicentem afflatu tuae inspirationis adamaui: omnia possum, inquit, in eo qui me confortat. conforta me ut possim; da quod iubes, et iube quod uis. iste se accepisse confitetur et quod gloriatur in domino gloriatur. audiui alium rogantem ut accipiat: aufer a me, inquit, concupiscentiam uentris; unde apparet, sancte deus meus, te dare quod cum imperas fieri fit. docuisti me, pater bone: omnia munda mundis, sed malum esse homini, qui per offensionem manducat; et omnem creaturam tuam bonam esse nihilque abiciendum quod cum gratiarum actione percipitur; et quia esca nos non commendat deo, et ut nemo nos iudicet in cibo aut potu, et ut qui manducat non manducantem non spernat et qui non manducat manducantem non iudicet. didici haec, gratias tibi, laudes tibi deo meo, magistro meo, pulsatori aurium mearum, inlustratori cordis mei: eripe me ab omni temtatione. non ego immunditiam obsonii timeo, sed immunditiam cupiditatis. scio Noe omne carnis genus, quod cibo esset usu, manducare permissum, Helian cibo carnis refectum, Iohannen mirabili abstinentia praeditum animalibus, hoc est locustis, in escam cedentibus non fuisse pollutum; et scio Esau lenticulae concupiscentia deceptum et Dauid propter aquae desiderium a se

1 cf. Luc. 15, 24 et 32 5 cf. I Cor. 1, 30. 31 7 Eccli. 23, 6 9 Rom. 14, 20 11 I Tim. 4, 4 13 I Cor. 8, 8 Coloss. 2, 16 14 Rom. 14, 3 20 cf. Gen. 9, 2 et 3 21 cf. III Reg. 17, 6 Matth. 3, 4 23 cf. Gen. 25, 34 24 cf. II Reg. 23, 15 sqq.

1 illa D^1G^1v 3 inquid D^1P^1T; *sic passim* 5 isti D^1 accipisse D 6 aliam V 7 auferam (*om.* a me) D concupiscentias $DGPTv$ 8 cum fit quod imperas fieri $DGPTv$ 12 actione] acceptione MV 13 ęsca V; ę *a m. 2* 14 aut *post* iudicet *add.* $DGPv$ in potu D^2PTv 15 spernet P 17 pulsatorium G^1 aurium *om.* G^1v meo v 18 illustratori V^2 inlustraturi D 19 ciborū *ante* obsonii *add.* P 20 quae $DGPTv$ in cibo (cibi P) $DGPTv$ usui $DGPTv$ 21 heliam *et* iohannem DGM^1PTV^2 22 abstinentiam D 23 concupiscentie G^1

ipso reprehensum et regem nostrum non de carne, sed de pane temtatum. ideoque et populus in heremo non quia carnes desiderauit, sed quia escae desiderio aduersus dominum murmurauit meruit improbari. in his ergo temtationibus positus certo cotidie aduersus concupiscentias manducandi et bibendi. non enim est quod semel praecidere et ulterius non attingere decernam, sicut de concubitu potui. itaque freni gutturis temperata relaxatione et constrictione tenendi sunt; et quis est, domine, qui non rapiatur aliquantum extra metas necessitatis? quisquis est, magnus magnificet nomen tuum. ego autem non sum, quia peccator homo sum; sed et ego magnifico nomen tuum et interpellat te pro peccatis meis qui uicit saeculum, numerans me inter infirma membra corporis sui, quia et imperfectum eius uiderunt oculi tui et in libro tuo omnes scribentur.

De inlecebra odorum non satago nimis: cum absunt non requiro, cum assunt non respuo, paratus eis etiam semper carere. ita mihi uideor; forsitan fallar. sunt enim et istae plangendae tenebrae, in quibus me latet facultas mea quae in me est, ut animus meus de uiribus suis ipse se interrogans non facile sibi credendum existimet, quia et quod inest plerumque occultum est, nisi experientia manifestetur; et nemo securus esse debet in ista uita, quae tota temtatio nominatur, utrum qui fieri potuit ex deteriore melior non fiat etiam de meliore deterior. una spes, una fiducia, una firma promissio, misericordia tua.

1 cf. Matth. 4, 3 2 cf. Num. 11 12 cf. Rom. 8, 34 13 cf. Io. 16, 33 15 cf. Ps. 138, 16 23 cf. Iob 7, 1

2 ideoq V^1 haeremo DV 3 carnis D^1P^1 5 positis MV positos D concupiscentiam $DGPTv$ 6 praecedere DG^1 8 relaxione P contrictione P 9 aliquantulum P extra metas] exstremas G^1 ad extremas G^2v 10 necessitates D^1G^1 12 interpello G^2v 15 omnia G^1v 16 oderum MV odiorum v 17 paratur G^2v eis *om.* P 18 uedeor T^1 fallor P 19 im me M^1V 22 manifestentur $D^1G^1P^1v^1$ 23 temtatione minatur MV^1; i *prior rasa in* V 24 utrumq; (*om.* qui) D deteriori P^1 de] ex $DGPTv$ 26 misericordiam tuam D^1

Voluptates aurium tenacius me implicauerunt et subiugauerunt; sed resoluisti et liberasti. nunc in sonis, quos animant eloquia tua cum suaui et artificiosa uoce cantantur, fateor, aliquantulum adquiesco, non quidem ut haeream, sed ut surgam cum uolo. at tamen cum ipsis sententiis, quibus uiuunt ut admittantur ad me, quaerunt in corde meo nonnullius dignitatis locum, et uix eis praebeo congruentem. aliquando enim plus mihi uideor honoris eis tribuere quam decet, dum ipsis sanctis dictis religiosius et ardentius sentio moueri animos nostros in flammam pietatis, cum ita cantantur, quam si non ita cantarentur, et omnes affectus spiritus nostri pro sui diuersitate habere proprios modos in uoce atque cantu, quorum nescio qua occulta familiaritate excitentur. sed delectatio carnis meae, cui mentem eneruandam non oportet dari, saepe me fallit, dum rationi sensus non ita comitatur, ut patienter sit posterior, sed tantum quia propter illam meruit admitti, etiam praecurrere ac ducere conatur. ita in his pecco non sentiens, et postea sentio. aliquando autem hanc ipsam fallaciam immoderatius cauens erro nimia seueritate, sed ualde interdum, ut melos omne cantilenarum suauium quibus Dauidicum psalterium frequentatur ab auribus meis remouere uelim atque ipsius ecclesiae; tutiusque mihi uidetur quod de Alexandrino episcopo Athanasio saepe mihi dictum commemini, qui tam modico flexu uocis faciebat sonare lectorem psalmi, ut pronuntianti uicinior esset quam canenti. uerum tamen cum reminiscor lacrimas meas, quas fudi ad cantus ecclesiae in primordiis recuperatae fidei meae, et nunc ipsum cum moueor

1 aureum D^1 autem *MV* implicauerant *et* subiugauerant *DPT* 2 liberasti me *DGPTv* sonas G^2v amant *T* 3 suaue D^1P suauia D^2 5 quibus] quibunt *P* ammittantur M^1V 8 honores P^1 tribue G^1 ipsi G^1v 9 ardentior G^1 12 haberent *P* proprius modus D^1 13 dilectio D^1G^1Pv 14 dare *DGv* 18 set *V* sentiunt G^1 20 mellos *D* omnes G^1PTv dauiticum *DGMPTV*^{2}*v* 21 remoueri *DGPTv* uellim *GP* 22 totiusquę G^1v 23 memini P^1 24 prononciante *D* 26 tuae *post* ecclesiae *add. P* 27 commoueor (*om.* cum) *DMT* commouear G^1Pv

non cantu, sed rebus quae cantantur, cum a liquida uoce et conuenientissima modulatione cantantur, magnam instituti huius utilitatem rursus agnosco. ita fluctuo inter periculum uoluptatis et experimentum salubritatis magisque adducor, non quidem inretractabilem sententiam proferens, cantandi consuetudinem approbare in ecclesia, ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgat. tamen cum mihi accidit ut me amplius cantus quam res quae canitur moueat, poenaliter me peccare confiteor et tunc mallem non audire cantantem. ecce ubi sum. flete mecum et pro me flete qui aliquid boni uobiscum intus agitis unde facta procedunt. nam qui non agitis, non uos haec mouent. tu autem, domine deus meus, exaudi, respice et uide et miserere et sana me, in cuius oculis mihi quaestio factus sum, et ipse est languor meus.

Restat uoluptas oculorum istorum carnis meae, de qua loquar confessiones, quas audiant aures templi tui, aures fraternae ac piae, ut concludamus temtationes concupiscentiae carnis, quae me adhuc pulsant ingemescentem et habitaculum meum quod de caelo est superindui cupientem. pulchras formas et uarias, nitidos et amoenos colores amant oculi: non teneant haec animam meam, teneat eam deus, qui fecit haec, bona quidem ualde; sed ipse est bonum meum, non haec. et tangunt me uigilantem totis diebus nec requies ab eis datur mihi, sicut datur a uocibus canoris, aliquando ab omnibus, in silentio. ipsa enim regina colorum lux ista perfundens cuncta quae cernimus, ubiubi per diem fuero multimodo lapsu blanditur mihi aliud agenti et eam non aduertenti; insinuat autem se ita uehementer, ut si repente subtrahatur

19 cf. II Cor. 5, 2

2 magna *P* 3 ita enim *T* 7 affectu *DGP* 10 metum G^1 11 fletet G^1 unde—agitis *om.* G^1 14 longuor *P* 17 audeant *D* 19 ingemiscentem *Dv* ad *post* et *add. M* 21 amoenus D^1 26 enim *eras. v* oculorum D^2P 27 ubiubi; *sed prius* ubi *del.* V^2; ubi D^1G^1v 28 labsu *MV* allapsu D^2T ea *P* aduertendi P^1

cum desiderio requiratur; et si diu absit, contristat animum. o lux, quam uidit Tobis, cum clausis istis oculis filium docebat uitae uiam et ei praeibat pede caritatis nusquam errans; aut quam uidebat Isaac praegrauatis et opertis senectute carneis luminibus, cum filios non agnoscendo benedicere, sed benedicendo agnoscere meruit; aut quam uidebat Iacob, cum et ipse prae grandi aetate captus oculis in filiis praesignata futuri populi genera luminoso corde radiauit et nepotibus suis ex Ioseph diuexas mystice manus non sicut pater eorum foris corrigebat, sed sicut ipse intus discernebat imposuit. ipsa est lux, una est et unum omnes qui uident et amant eam. at ista corporalis de qua loquebar inlecebrosa ac periculosa dulcedine condit uitam saeculi caecis amatoribus. cum autem et de ipsa laudare te norunt, deus creator omnium, assumunt eam in hymno tuo, non assumuntur ab ea in somno suo; sic esse cupio. resisto seductionibus oculorum, ne implicentur pedes mei quibus ingredior uiam tuam, et erigo ad te inuisibiles oculos, ut tu euellas de laqueo pedes meos. tu subinde euellis eos; nam inlaqueantur. tu non cessas euellere; ego autem crebro haereo in ubique sparsis insidiis, quoniam non dormies neque dormitabis qui custodis Israhel. quam innumerabilia uariis artibus et opificiis in uestibus, calciamentis, uasis et cuiuscemodi fabricationibus, picturis etiam diuersisque figmentis atque his usum necessarium atque moderatum et piam significationem longe transgredientibus addiderunt homines ad inlecebras oculorum, foras sequentes quod faciunt, intus relinquentes a quo facti sunt et exterminantes quod

2 cf. Tob. 4 4 cf. Gen. 27 6 cf. Gen. 48 et 49 17 cf. Ps. 24, 15 21 cf. Ps. 120, 4

2 uidebat *DGPTv* tobias *P* 4 isac *D* tis ac *T* 5 agnuscendo *D* benediceret V^1; t *rasa* 6 cum *om. T* 7 grandia *T* aetatem D^1 11 eam *om.* G^1v 13 cum] qui *DGPTv* 14 te laudare *P* assumant P^1 15 ymno *Gv* himno *D* 17 ingrediar P^1 inuisibilis oculus D^1 18 de euellis—autem *om.* G^1v 19 euelles *libri* 20 in] en D^1G^1Pv 21 custodes D^1 22 calcimentis G^1 23 cuiuscemodo G^1 huiuscemodi G^2v 24 hos P^1 25 pia D^1

facti sunt. at ego, deus meus et decus meum, etiam hinc tibi dico hymnum et sacrifico laudem sanctificatori meo, quoniam pulchra traiecta per animas in manus artificiosas ab illa pulchritudine ueniunt, quae super anima est, cui suspirat anima mea die ac nocte; sed pulchritudinum exteriorum operatores et sectatores inde trahunt approbandi modum, non autem inde trahunt utendi modum; et ibi est, et non uident eum, ut non eant longius et fortitudinem suam ad te custodiant nec eam spargant in deliciosas lassitudines. ego autem haec loquens atque discernens etiam istis pulchris gressum innecto; sed tu euellis, domine, euellis tu, quoniam misericordia tua ante oculos meos est.

VI.

DE SACRAMENTO MEDIATORIS AD PVRGATIONEM ANIMARVM. EX LIBRO CONFESSIONVM X AD LOCVM.

6 Tu es ueritas super omnia praesidens, at ego per auaritiam meam non amittere te uolui, sed uolui tecum possidere mendacium, sicut nemo uult ita falsum dicere, ut nesciat ipse quid uerum sit. itaque amisi te, quia non dignaris cum mendacio possideri. quem inuenirem qui me reconciliaret tibi? ambiendum mihi fuit ad angelos? qua prece, quibus sacramentis? multi conantes ad te redire neque per se ipsos ualentes, sicut audio, temtauerunt haec et inciderunt in desiderium curiosarum uisionum et digni habiti sunt inlusioni-

8 cf. Ps. 58, 10 12 cf. Ps. 25, 3

2 sanctifico *Gv* 3 pro anima *G¹v* arteficiosas *D* 4 pulcritudine *G* animas *DGPTv* 5 noctem *D¹* pulcritudinum *G¹V* pulchritudinem *P¹* 6 approbandi — trahunt *om. T* 8 ut] et *P* 9 dilitiosas *DP¹* 10 in istis *P* 11 (tu) euelles *D GP¹TVv* euelles (tu) *GP¹Tv* 12 oculus meus *D¹* lege *post* est *add. G¹* 13 *cap.* VII *DPT* 15 X] XI *MV* inter cetera et *ante* ad *add. DGPTv* 17 ammittere *P¹* 19 dignares *D¹* com *D¹P* 20 possidere *DG¹P¹* reconchiliaret *V¹* reconciliarit *D¹* 24 indigni *G¹v*

bus. elati enim te quaerebant doctrinae fastu, exerentes potius quam tundentes pectora, et adduxerunt sibi per similitudinem cordis sui conspirantes et socias superbiae suae potestates aeris huius, a quibus per potentias magicas deciperentur, quaerentes mediatorem per quem purgarentur, et non erat. diabolus enim erat transfigurans se in angelum lucis et multum inlexit superbam carnem quod carneo corpore ipse non esset. erant enim illi mortales et peccatores; tu autem, domine, cui reconciliari superbe quaerebant, immortalis et sine peccato. mediator autem inter deum et homines oportebat ut haberet aliquid simile deo, aliquid simile hominibus, ne in utroque hominibus similis longe esset a deo aut in utroque deo similis longe esset ab hominibus atque ita mediator non esset. fallax itaque ille mediator, quo per secreta iudicia tua superbia meretur indui, unum cum hominibus habet, id est peccatum; aliud uideri uult habere cum deo, ut quia carnis mortalitate non tegitur· pro immortali se ostentet. sed quia stipendium peccati mors est, hoc habet commune cum hominibus unde simul damnetur in mortem.

Verax autem mediator, quem secreta tua misericordia demonstrasti humilibus et misisti ut eius exemplo etiam ipsam discerent humilitatem, mediator ille dei et hominum homo Christus Iesus inter mortales peccatores et immortalem iustum apparuit: mortalis cum hominibus, iustus cum deo, ut quoniam stipendium iustitiae uita et pax est, per iustitiam coniunctam deo euacuaret mortem iustificatorum impiorum, quam cum illis uoluit habere communem. hic demonstratus est antiquis sanctis, ut ita ipsi per fidem futurae passionis eius sicut nos

3 cf. Eph. 2, 2 6 cf. II Cor. 11, 14 10 cf. I Tim. 2, 5

3 potestatis G^1 4 aeres D^1 deceperunt G^1v 6 diabulus D 7 superbiam G^1 9 reconchiliari V^1 reconciliare D^1G^1 10 autem *om.* T 12 a deo — esset *om.* G^1 14 quod D^1P^1 15 mereretur $GPTv$. indui D^2MP^1V: inludi D^1GP^1Tv haberet P^2 est *eras. in* v 18 communi T 19 damnatur D^1G^1v 20 tua *ante* demonstrasti *add.* T 21 exemplū P^2 dicerent P^1 22 illi D^1 23 mortalis D^1 27 hinc D^1 28 futurae — fidem *om.* MV

per fidem praeteritae salui fierent. in quantum enim homo, in tantum mediator; in quantum autem uerbum, non medius, quia aequalis deo et deus apud deum et simul unus deus. quomodo nos amasti, pater bone, qui filio tuo unico non pepercisti, sed pro nobis impiis tradidisti eum. quomodo nos amasti pro quibus ille non rapinam arbitratus esse aequalis tibi factus est subditus usque ad mortem crucis, unus ille in mortuis liber, potestatem habens ponendi animam suam et potestatem habens iterum sumendi eam; pro nobis autem tibi uictor et uictima, et ideo uictor, quia uictima; pro nobis tibi sacerdos et sacrificium, et ideo sacerdos, quia sacrificium, faciens nos tibi de seruis filios de te nascendo, nobis seruiendo. merito mihi spes ualida in illo est, quod sanabis omnes languores meos per eum qui sedet ad dexteram tuam et te interpellat pro nobis; alioquin desperarem. multi enim et magni sunt idem languores, multi sunt et magni; sed amplior est medicina tua. potuimus putare uerbum tuum remotum esse a coniunctione hominis et desperare de nobis, nisi caro fieret et habitaret in nobis.

VII.

ITEM DE EODEM SACRAMENTO. EX LIBRO DE CIVITATE DEI NONO INTER CETERA ET AD LOCVM.

7 Omnes homines quamdiu mortales sunt etiam miseri sint necesse est. quaerendus est medius, qui non solum homo uerum etiam deus sit, ut homines ex mortali miseria ad beatam immortalitatem huius medii beata mortalitas interueniendo per-

4 cf. Rom. 8, 32 6 cf. Philipp. 2, 6 7 cf. Ps. 87, 6 8 cf. Io. 10, 18 14 cf. Rom. 8, 34

1 fierint *T* 3 aequales P^1 deo *om. Gv* 4 boni D^1 5 amasti nos *DP* 6 est G^2v 9 autem *om. DGPTv* 11 sacerdus D^1 12 tibi nos *GPTv* tibi ñ D^1 14 sedit D^1P^1 15 disperarem DG^1Pv 16 idem *om.* G^1v ita *D* 18 homines D^1 disperare *DPv* 20 VIII *P* 22 inter—locum *om. G PTv* 24 quaerendum G^1 nō (n *add. m. 2*) *V* 25 homines etiam *GPTv* hominis etiam *D*

ducat. quem neque non fieri mortalem oportebat neque permanere mortalem. mortalis quippe factus est non infirmata uerbi diuinitate, sed carnis infirmitate suscepta. non autem permansit in ipsa carne mortalis, quam resuscitauit a mortuis, quoniam ipse est fructus mediationis eius, ut nec ipsi propter quos liberandos mediator effectus est in perpetua uel carnis morte remanerent. proinde mediatorem inter nos et deum et mortalitatem habere oportuit transeuntem et beatitudinem permanentem, ut per id quod transit congrueret morituris, ad id quod permanet transferret ex mortuis. boni igitur angeli inter miseros mortales et beatos immortales medii esse non possunt, quia ipsi quoque et beati et immortales sunt. possunt autem medii esse angeli mali, quia immortales sunt cum illis, miseri cum istis. his contrarius est qui aduersus eorum immortalitatem et miseriam et mortalis esse ad tempus uoluit et beatus in aeternitate persistere potuit; ac sic eos et immortales superbos et miseros noxios, ne immortalitatis iactantia seducerent ad miseriam, et suae mortis humilitate et suae beatitudinis benignitate destruxit in eis quorum corda per suam fidem mundans ab illorum immundissima dominatione liberauit. homo itaque mortalis et miser longe seiunctus ab immortalibus et beatis quid eligat medium per quod immortalitati et beatitudini copuletur? quod possit delectare in daemonum immortalitate miserum est; quod posset offendere in Christi mortalitate iam non est. ibi ergo cauenda est miseria sempiterna, hic mors timenda non est, quae non esse potuit sempiterna, et beatitudo amanda est sempiterna. ad hoc se quippe interponit medius immortalis et miser ut ad immortalitatem beatam transire non sinat, quoniam persistit

4 quem *T* 5 fructus (c *add. m. 2*) *V* 6 liberandus D^1G^1v 7 mediator est *P* 9 pro D^1 ad *add.* P^2 11 beatus D^1 beatis G^1 14 *post* est *add. DGPTv*: mediator bonus 15 miseria D^1 miser G^2v mortales D^1P^1 17 superuos D^1 miseros et *P* 18 seduceret G^2v humilitatem D^1V^1 19 distruxit *D* 22 qui diligat G^1v immortalitate D^1 23 beatitudine D^1T^1 posset *MV* 24 possit *DGPv* 25 mortalitatem D^1G^1 cauendum P^1 27 et beatitudo—sempiterna *om. T* 29 mortalitatem P^1

quod impedit, id est ipsa miseria. ad hoc se autem interposuit mortalis et beatus ut mortalitate transacta ex mortuis faceret immortales, quod in se resurgendo monstrauit, et ex miseris beatos, unde numquam ipse discessit. alius est ergo medius malus, qui separat amicos, alius bonus, qui reconciliat inimicos; et ideo multi sunt medii separatores, quia multitudo quae beata est unius dei participatione fit beata. cuius participationis priuatione misera multitudo malorum angelorum, quae se opponit potius ad impedimentum quam interponit ad beatitudinis adiutorium, etiam ipsa multitudine obstrepit quodam modo, ne possit ad illud unum beatificum perueniri. ad quod ut perduceremur, non multis, sed uno mediatore opus erat, et hoc eo ipso cuius participatione simus beati, hoc est uerbo dei non facto, per quem facta sunt omnia. nec tamen ob hoc mediator est, quia uerbum. maxime quippe immortale et maxime beatum uerbum longe est a mortalibus miseris; sed mediator per quod homo, eo ipso utique ostendens ad illud non solum beatum uerum etiam beatificum bonum non oportere quaeri alios mediatores, per quos arbitremur nobis peruentionis gradus esse moliendos, quia beatus et beatificus deus factus particeps humanitatis nostrae compendium praebuit participandae diuinitatis suae. neque enim nos a mortalitate et miseria liberans ad angelos immortales beatosque ita perducit, ut eorum participatione etiam nos immortales atque beati simus, sed ad illam trinitatem, cuius et angeli participatione beati sunt. ideo quando in forma serui ut mediator esset infra angelos esse uoluit, in forma dei supra

1 est *eras. in v* 2 et ex m. P^2Tv mortui P^1 4 beatus D^1 5 reconchiliat V^1 6 separatoris D^1G^2 7 participationes G^1 10 ipsam multitudinem Gv obstrepet P^1 11 peruenire D 13 sumus D^1v^1 14 quod T facta *om.* P 15 maxime — uerbum *om.* M^1 16 miseriis P^2 18 illum P^1 beatifico P 19 alius P^1 arbitramur $DGPv$ 20 peruentionibus grados MV moliendus G^1 23 angelus *et* beatusquae D^1 24 perducit ita D^1GPv in nos G^1 25 atque MV: et DGP Tv beatissimus D^1MV beatissimos G^1P^1 26 sint G^1 ut] quod G^1 qua G^2v

angelos mansit: idem in inferioribus uia uitae qui in superioribus uita. non enim uerum est quod idem Platonicus ait Platonem dixisse: nullus deus miscetur homini; et hoc praecipuum eorum sublimitatis ait esse specimen quod nulla attrectatione hominum contaminantur. ergo daemones contaminari fatetur, et ideo eos a quibus contaminantur mundare non possunt omnesque immundi pariter fiunt, et daemones contrectatione hominum et homines cultu daemonum.

EX LIBRO DE TRINITATE IIII. DE EODEM MEDIATORIS SACRAMENTO.

Quia igitur ad aeterna capessenda idonei non eramus sor- 7ª
desque peccatorum nos praegrauabant temporalium rerum amore contractae et de propagine mortalitatis tamquam naturaliter inolitae, purgandi eramus. purgari autem ut contemperaremur aeternis non nisi per temporalia possemus, qualibus iam contemperati tenebamur. sanitas enim a morbo plurimum distat, sed nisi medicina curationis in morbo congruat, non perducit ad sanitatem. inutilia temporalia decipiunt aegrotos, utilia temporalia suscipiunt sanandos et traiciunt ad aeterna sanatos. mens autem rationalis sicut purgata contemplationem debet rebus aeternis, sic purganda temporalibus fidem. dixit quidam illorum qui quondam apud Graecos sapientes habiti sunt: quantum ad id quod ortum est aeternitas ualet, tantum ad fidem ueritas. et profecto est uera sententia;

3 De deo Socr. p. 44 23 Plato Tim. p. 29 c Cic. Tim. 3

2 plantonicus P^1 5 adtractatione (att. *v*) G^1v adsectatione *P* contaminare P^1 6 fatentur P^1 7 omnisque *D* inmodi G^1 8 contractatione *D* contractione *P* Hic legendum titulum CCXXXIII usque ad finem tituli CCXL *add. MV* 9 *cap.* XVI *DG PTv*; *numero caret in MV* 10 *post* sacramento *add. T*: de fide qua credimus temporaliter gesta et ueritate quae reddit aeterna 12 praegrauant GP^2v praegrabant *D* 13 contracti *D* de *om. T* 15 per *add.* G^2 possumus *D* 16 tenebramur *T* 17 sed media curatio nisi morbo *DGPTv* 21 purgata DG^1v 22 et illorum P^2 condam *D* aput *V* 24 profectus G^1v

quod enim nos temporale dicimus, hoc ille quod ortum est appellauit. ex quo genere etiam nos sumus, non tantum secundum corpus sed etiam secundum animi mutabilitatem; non enim proprie uocatur aeternum quod aliqua ex parte mutatur. in quantum igitur mutabiles sumus, in tantum ab aeternitate distamus. promittitur autem nobis uita aeterna per ueritatem, a cuius perspicuitate rursus tantum distat fides nostra, quantum ab aeternitate mortalitas. nunc ergo adhibemus fidem rebus temporaliter gestis propter nos et per ipsam mundamur, ut etiam cum ad speciem uenerimus, quemadmodum succedet fidei ueritas, ita mortalitati succedat aeternitas. quapropter quoniam fides nostra fiet ueritas, cum ad id quod nobis credentibus promittitur uenerimus — promittitur autem nobis uita aeterna; et dixit ueritas, non quae fiet, sicut futura est fides nostra, sed quae semper est ueritas, quia ibi est aeternitas; dixit ergo ueritas: haec est autem uita aeterna ut cognoscant te unum uerum deum et quem misisti Iesum Christum — cum fides nostra uidendo fiet ueritas, tunc mortalitatem nostram commutatam tenebit aeternitas. quod donec fiat et ut fiat — quia rebus ortis accommodamus fidem credulitatis, sicut in aeternis speramus ueritatem contemplationis — ne fides mortalis uitae dissonaret a ueritate aeternae uitae, ipsa ueritas patri coaeterna de terra orta est, cum filius dei sic uenit, ut fieret filius hominis et ipse in se susciperet fidem nostram qua nos perduceret ad ueritatem suam, qui sic suscepit mortalitatem nostram, ut non amitteret aeternitatem suam. quantum enim ad id quod ortum est aeternitas ualet, tantum ad fidem ueritas. ita ergo nos

16 Io. 17, 3 23 cf. Ps. 84, 12

1 nos *om.* *T* temporalem *DT* 5 mutabilis *D* 7 perspicuitatem G^1 rursum *P* 10 ipsa G^1P^1v etiam *om.* *DGPTv* cum *om.* *MV* ueniremus *MV* 11 succedit DG^1PTv succidit G^1 mortalitate *D* succedit DG^1v 13 promittetur *D* 14 et] sicut G^2v 17 et uerum *DGPv* 21 crudelitatis P^1 22 ueritate *G* fidis D^1 mutalis *G* mutabilis DG^2P^1v 24 fierit *D* fiet *P* 25 exciperet GP^2Tv exciperit DP^1 26 suscipit *D* 27 ammitteret *PT* 28 erga *v*

purgari oportebat, ut ille nobis fieret ortus qui maneret aeternus, ne alter nobis esset in fide, alter in ueritate. nec ab eo quod orti sumus ad aeterna transire possemus, nisi aeterno per ortum nostrum nobis sociato ad aeternitatem ipsius traiceremur. nunc itaque illuc quodam modo secuta est fides nostra quo ascendit in quem credimus ortus, mortuus, resuscitatus, assumtus. horum quattuor duo priora noueramus in nobis; scimus enim homines et oriri et mori; duo autem reliqua, id est resuscitari et assumi, iuste in nobis futura speramus, quia in illo facta credidimus. itaque in illo quia et id quod ortum erat transiit ad aeternitatem, transiturum est et nostrum, cum fides peruenerit ad ueritatem. iam enim credentibus, ut in uerbo fidei manerent et inde ad ueritatem ac per hoc ad aeternitatem perducti a morte liberarentur, ita loquitur: si manseritis in uerbo meo, uere discipuli mei estis. et quasi quaererent: quo fructu? secutus adiunxit: et cognoscetis ueritatem. rursus quasi dicerent: quid prodest mortalibus ueritas? et ueritas, inquit, liberabit uos; unde nisi a morte, a corruptione, a mutabilitate? ueritas quippe immortalis, incorrupta, incommutabilis permanet; uera autem immortalitas, uera incorruptibilitas, uera incommutabilitas ipsa est aeternitas.

VIII.

EX LIBRO CONFESSIONVM PRIMO INTER CETERA ET AD LOCVM.

Da mihi, domine, scire et intellegere utrum prius sit in- 8
uocare te an laudare te, et scire te prius sit an inuocare te.

15 Io. 8, 31 sq.

2 nec *DP* 3 aeternam DG^1P^1v possimus DG^1MP^1V 5 traiceretur G^1v sequuta *MV* *post* est *ras. 5 fere litt. in V* 6 credidimus P^1 9 resuscitare *D* assummi *P* 10 credimus *DGPTv* 11 et *om. T* transit *DGPv* 14 ad mortem D^1 liberaremur *MV* 16 eritis *P* aliter estis P^2 *in mg.* sequutus *MV* adiunxit *MV*: ait *DGPTv* 17 et rursus *DGPTv* 18 liberauit DG^1P^1 20 incommutalis G^1 permaneret *v* 21 uera] aeterna *T* 23 *cap.* VIII *deest in omnibus libris praeter MV*

sed quis te inuocat nesciens te? aliud enim pro alio potest inuocare nesciens. an potius inuocaris ut sciaris? quomodo autem inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent sine praedicante? et laudabunt dominum qui requirunt eum. quaerentes enim inuenient eum et inuenientes laudabunt eum. quaeram te, domine, inuocans te et inuocem te credens in te; praedicatus enim es nobis. inuocat te, domine, fides mea, quam dedisti mihi, quam inspirasti mihi per humanitatem filii tui, per ministerium praedicatoris tui.

Et quomodo inuocabo deum meum, deum et dominum meum? quoniam utique in me ipsum eum inuocabo, cum inuocabo eum. et quis locus est in me, quo ueniat in me deus meus? quo deus ueniat in me, deus, qui fecit caelum et terram? itane, domine deus meus, est quicquam in me quod capiat te? an uero caelum et terra, quae fecisti et in quibus me fecisti, capiunt te? an quia sine te non esset quidquid est, fit ut quidquid est capiat te? quoniam itaque et ego sum, quid peto ut uenias in me qui non essem, nisi esses in me? non enim ego iam inferi, et tamen etiam ibi es. nam si descendero in infernum, ades. non ergo essem, deus meus, non omnino essem, nisi esses in me. an potius non essem, nisi essem in te, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia? etiam sic, domine, etiam sic. quo te inuoco, cum in te sim, aut unde uenias in me? quo enim recedam extra caelum et terram, ut inde in me ueniat deus meus, qui dixit: caelum et terram ego impleo? capiunt ergone te caelum et terra, quoniam tu imples ea? an imples et restat, quoniam non te capiunt? et quo refundis quidquid impleto caelo et terra restat ex te? an non opus habes ut quoquam continearis, qui contines omnia, quoniam quae imples continendo imples? non

3 cf. Rom. 10, 14 4 Ps. 21, 27 19 cf. Ps. 138, 8 22 cf. Rom. 11, 36 25 Hier. 23, 24

4 credent *a*: credunt *MV* 5 quaerentes *in ras. a m. 1 M* inuenient *a*: inueniunt *MV* 14 dn̄e *om. M pr.* 15 terram *MV* 16 quicquid *M* 17 quicquid M^2 quiquid *V* 19 discendero M^1 28 refundes *MV* quicquid M^2 29 ex te || exte M^1V^1; *del. m. 2 in ambobus*

enim uasa, quae te plena sunt, stabilem te faciunt, quia et si frangantur non effunderis. et cum effunderis super nos, non tu iaces, sed erigis nos, ⟨nec tu dissiparis, sed colligis nos⟩. sed qui imples omnia te toto imples omnia? an quia non possunt te totum capere omnia, partem tui capiunt et eandem partem simul omnia capiunt? an singulas singula et maiores maiora et minores minora capiunt? ergo est aliqua pars tua maior, aliqua minor. an ubique totus es et res nulla te totum capit?

Quid est ergo deus meus, quid, rogo, nisi dominus deus? quis enim dominus praeter dominum aut quis deus praeter deum nostrum? summe, optime, potentissime, omnipotentissime, misericordissime et iustissime, secretissime et praesentissime, pulcherrime et fortissime, stabilis et incomprehensibilis; incommutabilis, mutans omnia; numquam nouus, numquam uetus; innouans omnia et in uetustatem perducens superbos et nesciunt; semper agens, semper quietus; colligens et non egens; portans et implens et protegens; creans et nutriens et perficiens; quaerens, cum nihil desit tibi. amas nec aestuas; zelas et securus es; paenitet te et non doles; irasceris et tranquillus es; opera mutas nec mutas consilium; recipis quod inuenis et numquam amisisti; numquam inops et gaudes lucris; numquam auarus et usuras exigis. supererogatur tibi ut debeas, et quis habet quicquam non tuum? reddis debita nulli debens; donas debita nihil perdens. et quid diximus, deus meus, uita mea, dulcedo mea sancta, aut quid dicit aliquis, cum de te dicit? et uae tacentibus de te, quoniam loquaces muti facti sunt. quis mihi dabit adquiescere in te? quis dabit mihi ut uenias in cor meum et inebries illud, ut obliuiscar mala mea et unum bonum meum amplectar te? quid mihi

11 cf. Ps. 17, 32

3 nec—colligis nos *a*: *om.* *MV* 4 qui *a*: quae *MV* 14 inconprehensibilis *M* 16 perduces *M* 19 estuas *M* 24 reddis *a*: reddes *MV* 25 debes *M* dunans M^1 donans M^2 perdes *M*

es? miserere ut loquar. quid tibi sum ipse, ut amari te iubeas a me? et nisi faciam, irasceris mihi et minaris ingentes miserias. paruane ipsa est, si non amem te? hei mihi! dic mihi per miserationes tuas, domine deus meus, quid sis mihi. dic animae meae: salus tua ego sum. sic dic ut audiam. ecce aures cordis mei ante te, domine; aperi eas et dic animae meae: salus tua ego sum. curram post uocem hanc et apprehendam te. noli abscondere a me faciem tuam: moriar, ne moriar, ut eam uideam. angusta est domus animae meae, quo uenias ad eam: dilatetur abs te; ruinosa est: refice eam; habet quae offendant oculos tuos: fateor et scio; sed quis mundabit eam? aut cui alteri praeter te clamabo: ab occultis meis munda me, domine, et ab alienis parce seruo tuo?

VIIII.

DE TEMPORE, QVOD CVM HOMO METIRI VIDEATVR NON TAMEN POTEST COMPREHENDERE QVID SIT TEMPVS. EX LIBRO CONFESSIONVM XI INTER CETERA ET AD LOCVM.

9 Deus, dona hominibus uidere in paruo communes notitias rerum paruarum atque magnarum. sunt sidera et luminaria caeli in signis et in temporibus et in diebus et in annis; sunt uero; sed nec ego dixerim circuitum illius ligneolae rotae diem esse nec tamen ideo tempus non esse ille dixerit. ergo scire cupio uim naturamque temporis, quo metimur corporum motus et dicimus illum motum, uerbi gratia, tempore duplo esse diuturniorem quam istum. nam quaero quoniam dies dicitur non tantum mora solis super terram, secundum quod aliud est dies, aliud nox, sed etiam totius eius circuitus ab oriente

5 Ps. 34, 3 13 Ps. 18, 13 sq. 21 cf. Gen. 1, 14

11 offendant *a*: offendat *MV* 12 quid *M*¹ eam *om. M* preter *M* 15 *cap.* VIIII *deest in DGPTv* 16 mentiri *M*¹ 17 conprehendere *M* 22 sed *supra uers. a m. 1 M* rotae *V*: tae *M* 24 motus *a*: motis *MV*

usque orientem, secundum quod dicimus: tot dies transierunt; cum suis enim noctibus dicuntur tot dies nec extra reputantur spatia noctium. quoniam ergo dies expletur motu solis atque circuitu ab oriente usque ad orientem, quaero utrum motus ipse sit dies an mora ipsa, quanta peragitur, an utrumque. si enim primum dies esset, dies ergo esset, etiam si tanto spatio temporis sol cursum illum peregisset, quantum est horae unius. si secundum, non ergo esset dies, si ab ortu solis usque in ortum alterum tam breuis mora esset, quam est horae unius, sed uicies et quater circuiret sol ut expleret diem. si utrumque, nec ille appellaretur dies, si horae spatio sol totum suum gyrum circuiret, nec ille, si sole cessante tantum temporis praeteriret, quanto peragere sol totum ambitum de mane in mane assolet. non itaque nunc quaeram quid sit illud quod uocatur dies, sed quid sit tempus, quo metientes solis circuitum diceremus eum dimidio spatio temporis peractum minus quam solet, si tanto spatio temporis peractus esset, quanto peraguntur horae duodecim; et utrumque tempus comparantes diceremus illud simplum, hoc duplum, etiam si aliquando illo simplo, aliquando isto duplo sol ab oriente usque ad orientem circuiret. nemo ergo mihi dicat caelestium corporum motus esse tempora, quia et cuiusdam uoto cum sol stetisset ut uictoriosum proelium perageret, sol stabat, sed tempus ibat. per suum quippe spatium temporis, quod ei sufficeret, illa pugna gesta atque peracta est. uideo igitur tempus quandam esse distentionem; sed uideo an uidere mihi uideor? tu demonstrabis, lux ueritatis. iubes ut approbem, si quis dicat tempus esse motum corporis? non iubes. nam corpus nullum nisi in tempore moueri audio; tu dicis. ipsum autem corporis motum tempus esse non audio; non tu dicis. cum enim mouetur corpus, tempore metior quamdiu moueatur, ex quo moueri incipit donec desinat. et si non

22 cf. Ios. 10, 13

1 usque in *M* trasierunt *V*; n *a m. 2* 8 ortu *V*: tu *M* 11 appellarentur *M* 16 circuitu *MV* 18 quanto *a*: quantum *MV* 19 illum *MV* 31 metior *a*: motior *MV*

uidi ex quo coepit et perseuerat moueri, ut non uideam cum desinit, non ualeo metiri nisi forte ex quo uidere incipio, donec desinam. quod si diu uideo, tantummodo longum tempus esse renuntio, non autem quantum sit, quia et quantum cum dicimus collatione dicimus, uelut: tantum hoc quantum illud, aut: duplum hoc ad illud, et si quid aliud isto modo. si autem notare potuerimus locorum spatia, unde et quo ueniat corpus quod mouetur uel partes eius, si tamquam in torno mouetur, possumus dicere quantum sit temporis ex quo ab illo loco usque ad illum locum motus corporis uel partis eius effectus est. cum itaque aliud sit motus corporis, aliud quo metimur quamdiu sit, quis non sentiat quid horum potius tempus dicendum sit? nam etsi uarie corpus aliquando mouetur, aliquando stat, non solum ⟨motum eius sed etiam statum tempore metimur⟩. ergo nec praeterita nec praesentia nec praetereuntia tempora metimur et metimur tamen tempora.

Deus creator omnium: uersus iste octo syllabarum breuibus et longis alternat syllabis. quattuor itaque breues, prima, tertia, quinta, septima simplae sunt ad quattuor longas, secundam, quartam, sextam, octauam; hae singulae ad illas singulas duplum habent temporis; pronuntio et renuntio et ita est, quantum sentitur sensu manifesto. quantum sensus manifestus est, breui syllaba longam metior eamque sentio habere bis tantum. sed cum altera post alteram sonat, si prior breuis, longa posterior, quomodo tenebo breuem et quomodo eam longae metiens applicabo ut inueniam quod bis tantum habeat, quandoquidem longa sonare non incipit, nisi breuis sonare destiterit? ipsamque longam num praesentem metior, quando nisi finitam non metior? eius autem finitio

2 mentiri M^1 3 dio M 5 dicimus M illud a: illum MV 8 moueatur M 9 moueatur V; a *del. m. 1* 13 etsi a: si et MV uariae MV 14 motum—metimur a: *om.* MV 16 metitur et metitur M *pr.* 20 at MV 21 secundam a: secundum MV octabam MV 22 pronuntiatio M 24 breuis M 27 longe MV ut M^2V et M^1

praeteritio est. quid ergo est quod metior? ubi est qua metior breuis? ubi est longa quam metior? ambae sonuerunt, auolauerunt, praeterierunt, iam non sunt, et ego metior fidenterque respondeo, quantum exercitato sensu fiditur illam simplam esse, illam duplam, in spatio scilicet temporis; neque hoc possum nisi quia praeterierunt et finitae sunt. non ergo ipsas quae iam non sunt, sed aliquid in memoria mea metior quod infixum manet.

In te, anime meus, tempora metior. noli mihi obstrepere, quod est: noli tibi obstrepere turbis affectionum tuarum. in te, inquam, tempora metior; affectionem, quam res praetereuntes in te faciunt et cum illae praeterierint manet, ipsam metior praesentem, non ea quae praeterierunt ut fieret; ipsam metior cum tempora metior. ergo aut ipsa sunt tempora aut non tempora metior. quid cum metimur silentia et dicimus illud silentium tenuisse temporis quantum illa uox tenuit? nonne cogitationem tendimus ad mensuram uocis, quasi sonaret, ut aliquid de interuallis silentiorum in spatio temporis renuntiare possimus? nam et uoce atque ore cessante peragimus cogitando carmina et uersus et quemque sermonem motionumque dimensiones quaslibet et de spatiis temporum quantum illud ad illud sit renuntiamus, ⟨non aliter ac si ea sonando diceremus⟩. uoluerit aliquis edere longiusculam uocem et constituerit praemeditando quam longa futura sit egitque iste spatium temporis in silentio memoriaeque commendans coepit edere illam uocem, quae sonat donec ad propositum terminum perducatur: immo sonuit et sonabit; nam quod eius iam peractum est utique sonuit; quod autem restat sonabit; atque ita peragitur, dum praesens intentio futurum in praeteritum traicit, diminutione futuri crescente praeterito, donec consumtione futuri sit totum praeteritum.

1 quam *MV* 5 duplum *V*; um *a m. 2* 6 possum *a*: possunt *MV* 10 tibi] mihi *M pr.* tuam (ru *a m. 2*) *V*; ru *eras. in M* 18 spatio *a*: spatia *MV* 22 renuntiammus *M* non — diceremus *a*: *om. MV* 25 spatium tem *V in ras. a m. 1* 26 ędere *V*; ę *a m. 2* 27 sonauit *MV* 29 dum (u *a m. 2 in ras.*) *M* 30 deminutione *M*

Sed quomodo minuitur aut consumitur futurum quod nondum est? aut quomodo crescit praeteritum quod iam non est, nisi quia in animo qui illud agit tria sunt? nam exspectat et attendit et meminit, ut id quod exspectat per id quod attendit transeat in id quod meminerit. quis igitur negat ⟨futura⟩ nondum esse? sed tamen iam est in animo exspectatio futurorum. et quis negat praeterita iam non esse? sed tamen adhuc est in animo memoria praeteritorum. et quis negat praesens tempus carere spatio, quia in puncto praeterit? sed tamen perdurat attentio, per quam pergat abesse quod aderit. non igitur longum tempus futurum, quod non est, sed longum futurum longa exspectatio futuri est; neque longum praeteritum tempus, quod non est, sed longum praeteritum longa memoria praeteriti est. dicturus sum canticum quod noui: antequam incipiam, in totum exspectatio mea tenditur; cum autem coepero, quantum ex illo in praeteritum decerpsero, tenditur in memoria mea atque distenditur uita huius actionis meae in memoria propter quod dixi et in exspectatione propter quod dicturus sum. praesens tamen adest attentio mea, per quam traicitur quod erat futurum, ut fiat praeteritum. quod quanto magis agitur et agitur, tanto breuiata exspectatione prolongatur memoria, donec tota exspectatio consumatur, cum tota illa actio finita transierit in memoriam. et quod in toto cantico, hoc in singulis particulis eius fit atque in singulis syllabis eius; hoc in actione longiore, cuius forte particula est illud canticum; hoc in tota uita hominis, cuius partes sunt omnes actiones hominis; hoc in toto saeculo filiorum hominum, cuius partes sunt omnes uitae hominum. sed quoniam melior est misericordia tua super uitas, ecce distentio est uita mea et me suscepit dextera tua in domino meo

29 cf. Ps. 62, 4

4 et meminit et attendit *M* 6 futura *a*: *om. MV* 15 totum *a*: totam *MV* me attenditur *M* 16 illo *a*: illa *MV* tenditur et (*om.* in) *MV* 18 in memoriā *repet. m. 2 in marg. V* expectationem *MV* quod—sum *repet. m. 2 in marg. V* 22 consummatur M^1 30 meo *om. M*

mediatore filio hominis inter te unum et nos multos, in multis per multa, ut per eum apprehendam in quo et apprehensus sum et a ueteribus diebus colligar sequens unum, praeterita oblitus; non in ea quae futura et transitura sunt, sed in ea quae ante sunt non distentus, sed extentus, non secundum distentionem, ⟨sed secundum intentionem⟩ sequar ad palmam supernae uocationis, ubi audiam uocem laudis et contempler delectationem tuam ⟨nec uenientem⟩ nec praetereuntem. nunc uero anni mei in gemitibus et tu solacium meum, domine, pater meus aeternus es. at ego in tempora dissilui, quorum ordinem nescio, et tumultuosis uarietatibus dilaniantur cogitationes meae in intima uiscera animae meae, donec in te confluam purgatus et liquidus igne amoris tui. et stabo atque solidabor in te, in forma mea, ueritate tua, nec patiar quaestiones hominum, qui poenali morbo plus sitiunt quam capiunt, et dicunt: quid faciebat deus antequam faceret caelum et terram? aut quid ei uenit in mentem ut aliquid faceret, cum antea numquam aliquid fecerit? da illis, domine, bene cogitare quid dicant et inuenire quia non dicitur: numquam, ubi non est tempus. qui enim dicitur numquam fecisse ⟨quid aliud dicitur nisi nullo tempore fecisse?⟩ uideant itaque nullum tempus esse posse sine creatura et desinant istam uanitatem loqui. extendantur etiam in ea quae ante sunt et intellegant te ante omnia tempora aeternum creatorem omnium temporum neque ulla tempora tibi esse coaeterna nec ullam creaturam, etiam si est aliqua supra tempora.

Domine deus meus, quis ille sinus est alti secreti tui et quam longe inde me proiecerunt consequentia delictorum meorum! sana oculos meos et congaudeam luci tuae. certe si

7 cf. Philipp. 3, 14

6 sed—intentionem *a*: *om. MV* 8 nec uenientem *a*: *om. MV* 9 anni mei *M*: anime *V* 16 contra eos qui dicunt quid faciebat dñs antequam aliquid faceret *adnot. V in marg.* aliquid *ante* faceret *eras. in M* 20 quid—fecisse *a*: *om. MV* 28 proicerunt *MV* consequentiã *V* 29 certe—cui *om. M*¹; *add. m. 2 in mg. inf.*

est tam grandi scientia et praescientia pollens animus, cui cuncta praeterita et futura ita nota sint sicut mihi unum canticum notissimum, nimium mirabilis est animus iste atque ad horrorem stupendus, quippe quem ita non lateat quidquid peractum et quidquid reliquum saeculorum est, quemadmodum me non latet cantantem illud canticum quid et quantum eius abierit ab exordio, quid et quantum restet ad finem. sed absit ut tu, conditor uniuersitatis, conditor animarum et corporum, absit ut ita noueris omnia futura et praeterita: longe tu, longe mirabilius longeque secretius. neque enim sicut nota cantantis notumue canticum audientis exspectatione uocum futurarum et memoria praeteritarum uariatur affectus sensusque distenditur, ita tibi aliquid accidit incommutabiliter aeterno, hoc est uere aeterno creatori mentium. sicut ergo nosti in principio caelum et terram sine uarietate notitiae tuae, ita fecisti in principio caelum et terram sine distentione actionis tuae. qui intellegit confiteatur tibi, et qui non intellegit confiteatur tibi. o quam excelsus es! et humiles corde sunt domus tua. tu enim erigis elisos, et non cadunt quorum celsitudo tu es.

[DE MIRACVLIS QVAE MAGICIS ARTIBVS FIVNT. EX LIBRO DE TRINITATE III T. VII.

Hic uideo quid infirmae cogitationi possit occurrere, cur scilicet ista miracula etiam magicis artibus fiant. nam et magi Pharaonis similiter serpentes fecerunt et alia similia. sed illud amplius est admirandum, quomodo magorum illa potentia, quae serpentes facere potuit, ubi ad muscas minutissimas uentum est omnino defecit. scinifes enim musculae

18 cf. Ps. 145, 8

1 grandis M^2 scientia M^2: scientiae V et *om.* M^2V prescientia M^2 5 reliqum V reliqum M 7 aberit M 19 eriges MV 21 *capp. 10—24 desunt in MV* 23 infirmi P^1 posset T 25 magi; i *a m. 2 in ras.* P serpentis D^1 26 et *post* sed *add.* T ammirandum PT 28 sciniphes GTv

sunt breuissimae, qua tertia plaga superbus Aegyptius populus caedebatur. ibi certe deficientes magi dixerunt: digitus dei est hoc. unde et intellegi datur ne ipsos quidem transgressores angelos, aetherias potestates in imam istam caliginem tamquam in sui generis carcerem ab illius sublimis aetheriae puritatis habitatione detrusas, per quas magicae artes possunt quidquid possunt, ualere aliquid nisi data desuper potestate. datur autem uel ad fallendos fallaces, sicut in Aegyptios et in ipsos etiam magos data est, ut in eorum spirituum seductione uiderentur admirandi a quibus fiebant a dei ueritate damnandi; uel ad monendos fideles, ne tale aliquid facere pro magno desiderent, propter quod etiam nobis scripturae auctoritate sunt prodita; uel ad exercendam, probandam manifestandamque iustorum patientiam; neque enim parua uisibilium miraculorum potentia Iob cuncta quae habuit amisit, et filios et ipsam corporis sanitatem.

Nec ideo putandum est istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hanc uisibilium rerum materiam, sed deo potius, a quo haec potestas datur, quantum in sublimi et spiritali sede incommutabilis iudicat. nam et damnatis iniquis etiam in metallo seruit aqua et ignis et terra, ut faciant inde quod uolunt; sed quantum sinitur. nec sane creatores illi mali angeli dicendi sunt, quia per illos magi resistentes famulo dei ranas et serpentes fecerunt; non enim eas ipsi creauerunt. omnium quippe rerum, quae corporaliter uisibiliterque nascuntur, occulta quaedam semina in istis corporeis mundi huius elementis latent. alia sunt enim haec

2 Ex. 8, 19 15 cf. Iob 1 et 2

1 tertio G^1 superbos T^1 2 celebratur G^1v deficientis D^1 3 hoc] ł hic G^2 4 et *post* angelos *add.* G^2 *post* aetherias *add.* P^2 quondā ima ista D^1 manifestam T caligine D^1 6 buritatis G^1 7 non possunt *post* aliquid *add.* $DGPTv$ 8 et] sed DG 9 spī tuum T 11 ammonendos T fidelis D^1 nae G 13 probandamq; P^1 14 patientia D^1 praua G 18 nudum D 20 spiritalis T 22 ne T 23 creatoris v 24 resistentis D^1 non — creauerunt *om.* T 26 uisibiliterquae P^1 uisibiliter *om.* D^1 27 latent *om.* G^1

iam et conspicua oculis nostris ex fructibus et animantibus, alia uero illa occulta istorum seminum semina, unde iubente creatore produxit aqua prima natatilia et uolatilia, terra autem prima germina et prima sui generis animalia. neque enim tunc in huiusce modi fetus ita producta sunt, ut in eis quae producta sunt uis illa consumta sit; sed plerumque desunt congruae temperamentorum occasiones, quibus erumpant et species suas peragant. ecce enim breuissimus surculus semen est; nam conuenienter mandatus terrae arborem facit. huius autem surculi subtilius semen aliquod eiusdem generis granum est et huc usque nobis uisibile. iam uero etiam huius grani semen quamuis oculis uidere nequeamus, ratione tamen conicere possumus, quia nisi talis aliqua uis esset in istis elementis, non plerumque nascerentur et ex terra quae ibi seminata non essent, nec animalia tam multa nulla marium feminarumque commixtione praecedente siue in terra siue in aqua; quae tamen crescunt et coeundo alia pariunt, cum illa nullis coeuntibus parentibus orta sint. et certe apes semina filiorum non coeundo concipiunt, sed tamquam sparsa per terras ore decolligunt. inuisibilium enim seminum creator ipse creator est omnium rerum, quoniam quaecumque nascendo ad oculos nostros exeunt et ex occultis seminibus accipiunt progrediendi primordia et incrementa debitae magnitudinis distinctionemque formarum ab originalibus tamquam regulis sumunt. sicut ergo nec parentes dicimus creatores hominum nec agricolas creatores frugum, quamuis eorum extrinsecus adhibitis motibus ista creanda dei uirtus interius operetur: ita non solum malos sed nec bonos angelos fas est putare

3 cf. Gen. 1, 20 sqq.

1 iam (*om.* et) *PT* 3 *et* 4 primo *v* natalitia G^1P^1 et *om.* *T* 5 tunc (in *om.*) *DGv* foetus *P* fedus D^1Gv 7 erumpunt *et* peragunt *T* 8 preuissimus G^1 11 huius etiam *T* 12 tamen *DGv*: quidem *PT* 14 ex (*om.* et) *Tv* 16 conmistione DG^1 praecedentes P^1 17 tam *v* 20 colligunt *GT* 23 incremento D^1Gv debita *T* distinctionesque D^2T 24 originalibus *P* 25 sicut] sunt *T* 26 agriculas G^1 27 adhibetis D^1P^1 opereretur *P* 28 bonus D^1. putari P^2T

creatores, si pro subtilitate sui sensus et corporis semina rerum istarum nobis occultiora nouerunt et ea per congruas temperationes elementorum latenter spargunt atque ita et gignendarum rerum et accelerandorum incrementorum praebent occasiones. sed nec boni haec nisi quantum deus iubet, nec mali haec iniuste faciunt nisi quantum iuste ipse permittit. nam iniqui malitia uoluntatem suam habent iniustam, potestatem autem non nisi iuste accipiunt siue ad suam poenam siue ad aliorum uel poenam malorum uel laudem bonorum. itaque apostolus discernens interius deum creantem atque formantem ab operibus creaturae, quae admouentur extrinsecus, et de agricultura similitudinem adsumens ait: ego plantaui, Apollo rigauit; sed deus incrementum dedit. sicut ergo in ipsa uita nostra mentem iustificando formare non potest nisi deus, praedicare autem extrinsecus euangelium et homines possunt non solum boni per ueritatem sed etiam mali per occasionem: ita creationem rerum uisibilium deus interius operatur, exteriores autem operationes siue bonorum siue malorum uel angelorum uel hominum siue etiam quorumcumque animalium secundum imperium suum et a se impertitas distributiones potestatum et appetitiones commoditatum ita rerum naturae adhibet, in qua creat omnia, quemadmodum terrae agriculturam. quapropter ita non possum dicere angelos malos magicis artibus euocatos creatores fuisse ranarum atque serpentium, sicut non possum dicere homines malos segetis esse creatores, quam per eorum operam uidero exortam. sicut nec Iacob creator colorum in pecoribus fuit, quia bibentibus in conceptu matribus uariatas uirgas quas intuerentur

12 I Cor. 3, 6 16 cf. Philipp. 1, 18 27 cf. Gen. 30, 41

2 per] p P^1 3 latenter—incrementorum *om.* T et *om.* Gv 4 adcelerandorum DG^1P 5 occansiones D^1G^1 bona G^1 6 haec] nec Gv 7 malitiam D habet *et* accipit D^2 8 iustae T 9 illorum DGP 11 ammouentur T mouentur Gv 12 assumens G^2v 16 ueritate D^2 17 occansionem G^1P^2 21 distribuitiones G^1 potestatem T 24 angelus malus D^1 26 segitis G^1 opera G 27 creatur D^1 caelorum T qui P^1 28 concoeptu G conceptum D^1P uarias G^2v

apposuit. sed nec ipsae pecudes creatrices fuerunt uarietatis prolis suae, quia inhaeserat animae illarum discolor phantasia ex contuitu uariarum uirgarum per oculos impressa, quae non potuit nisi corpus quod sic affecto spiritu animabatur ex compassione commixtionis afficere, unde teneris fetuum primordiis discolore tenus aspergeretur. ut enim sic ex semet ipsis afficiantur uel anima ex corpore uel corpus ex anima, congruentes rationes id faciunt, quae incommutabiliter uiuunt in ipsa summa dei sapientia, quam nulla spatia locorum capiunt; et cum sit ipsa incommutabilis, nihil eorum quae uel mutabiliter sunt deserit, quia nihil eorum nisi per ipsam creatum est. ut enim de pecoribus non uirgae, sed pecora nascerentur fecit hoc incommutabilis et inuisibilis ratio sapientiae dei, per quam creata sunt omnia. ut autem de uarietate uirgarum pecorum color conceptorum aliquid duceret, fecit hoc anima grauidae pecudis per oculos affecta forinsecus et interius secum pro suo modulo formandi regulam trahens, quam de intima potentia sui creatoris accepit. sed quanta sit uis animae ad afficiendam atque mutandam materiam corporalem — cum tamen creatrix corporis dici non possit, quia omnis causa mutabilis sensibilisque substantiae omnisque modus et numerus et pondus eius, unde efficitur ut et sit et natura ita uel ita sit, ab intellegibili et incommutabili uita quae super omnia est existit et peruenit usque ad extrema atque terrena — multus sermo est neque nunc necessarius. uerum propterea factum Iacob de pecoribus commemorandum arbitratus sum, ut intellegeretur, si homo qui uirgas illas sic posuit dici non potest creator colorum in agnis et in haedis, nec ipsae matrum

1 pecodes DG^1 fuerint G^1P^1 fuerant G^2 uarietates D 2 phantassia//// P 3 oculus D^1 impraessa T quod DG Pv 4 affectu GPv sp̄s P 5 conpassione P qua passione Gv commixtiones D^1 adficeret G^2 6 colore D^1T aspergetur T 7 congruentiae D^2 8 rationis D^1 10 qui P^1 11 ipsū P^1 12 est *add. m. 2 in* P 14 quem T 15 conceptorum color T facit D^2 16 grauedae D^1 18 accipit G^1 uis sit T 21 substantia T 28 hedis (*om.* in) Gv

animae, quae conceptam per oculos corporis phantasiam uarietatis seminibus carne conceptis quantum natura passa est asperserunt, multo minus dici posse ranarum serpentiumque creatores angelos malos, per quos magi Pharaonis tunc illa fecerunt.

DE CAVSIS ORIGINALIBVS CREATVRARVM NATVRALIVM, QVAS MVNDO CREATOR INSERVIT. EX LIBRO III DE TRINITATE T. VIIII.

Sed ne de animalibus quasi diuersa ratio moueat, quod 11
habent spiritum uitae cum sensu appetendi quae secundum naturam sunt uitandique contraria, etiam hoc est uidere quam multi homines nouerint ex quibus herbis aut carnibus aut quarumque rerum quibuslibet sucis aut humoribus uel ita positis uel ita obrutis uel ita contritis uel ita commixtis quae animalia nasci soleant; quorum se quis tam demens audeat dicere creatorem? quid ergo mirum si quemadmodum potest nosse quilibet nequissimus homo unde illi uel illi uermes muscaeque nascantur, ita mali angeli pro subtilitate sui sensus in occultioribus elementorum seminibus norunt unde ranae serpentesque nascantur et haec per certas et notas temperationum opportunitates occultis motibus adhibendo faciunt creari, non creant? sed illa homines quae solent ab hominibus fieri non mirantur. quod si quisquam celeritates incrementorum forte miratur, quod illa animantia tam cito facta sunt, attendat quemadmodum et ista pro modulo facultatis humanae ab hominibus procurentur. unde enim fit ut eadem corpora citius uermescant aestate quam hieme, citius in calidioribus quam

1 conceptū *P* oculus D^1 2 carnem G^1 3 serpentumque *P* 7 inseruit *add. m. 2 in P* VIII *GTv*; *om. DP* 9 habent *P* (a *add. m. 2*) 11 hominis D^1 nouerunt P^1 12 quarumque *P* (cū *add. m. 2*) quilibet DG^1P^1v 15 auctorem *T* quemammodum *T* 16 uermis D^1P^1 17 muscequae P^1 nascuntur *P* 18 ocultoribus G^1 19 perceptas *DGv* 20 oportunitates *libri* 21 qui P^1 22 celeritatis G^1Pv celeritate D^1 23 fortem D^1 24 si *post* et *add.* DG^1Pc 25 ad eadem *v*

in frigidioribus locis? sed haec ab hominibus tanto difficilius adhibentur, quanto desunt sensuum subtilitates et corporum mobilitates in membris terrenis et pigris. unde qualibuscumque angelis uicinas causas ab elementis contrahere quanto facilius est, tanto mirabiliores in huius modi operibus eorum existunt celeritates. sed non est creator nisi qui principaliter ista format; nec quisquam hoc potest nisi ille, penes quem primitus sunt omnium quae sunt mensurae, numeri et pondera; et ipse est unus creator deus, ex cuius ineffabili potentatu fit etiam ut quod possent hi angeli, si permitterentur, ideo non possint, quia non permittuntur. neque enim occurrit alia ratio cur non potuerint facere minutissimas muscas qui ranas serpentesque fecerunt, nisi quia maior aderat dominatio prohibentis dei per spiritum sanctum; quod etiam ipsi magi confessi sunt dicentes: digitus dei est hoc. quid autem possint per naturam nec possint per prohibitionem et quid per ipsius naturae suae condicionem facere non sinantur homini explorare difficile est, immo uero impossibile nisi per illud donum dei, quod apostolus commemorat dicens: alii diiudicatio spirituum. nouimus enim hominem posse ambulare et neque hoc posse, si non permittatur; uolare autem non posse, etiam si permittatur. sic et illi angeli quaedam possunt facere, si permittantur ab angelis potentioribus ex imperio dei; quaedam uero non possunt nec si ab eis permittantur, quia ille non permittit a quo illis est talis naturae modus, qui etiam per angelos suos et illa plerumque non permittit quae concessit ut possint.

15 Ex. 8, 19 19 I Cor. 12, 10

1 omnibus *P* tanto] tam *v* 2 sensum P^1 subtilitatis *et* mobilitatis D^2P^1 3 in P^2T: et *Gv* 5 mirabilior (ius *D*) est DG^1P^1v 7 potem D^1 8 mensus et G^1 mensurae et G^2v 9 unus *om. T* crator *P* ineffabile *D* inineffabile G^1 potentia D^1 potentu *T* 10 possunt DP^1 11 permittantur P^1 12 quur *T* 18 explorarae *T* 25 illi DP^1 26 angelus D^1

DE SIMPLO SALVATORIS NOSTRI QVOD AD DVPLVM NOSTRVM CONCVRRIT ET CONGRVIT. EX LIBRO DE TRINITATE IIII CAPITVLO III.

Verum quod instat in praesentia, quantum donat deus, 12
edisserendum est, quemadmodum simplum domini et saluatoris nostri Iesu Christi duplo nostro congruat et quodam modo concinat ad salutem. nos certe, quod nemo christianus ambigit, et anima et corpore mortui sumus: anima propter peccatum, corpore propter poenam peccati, ac per hoc et corpore propter peccatum. utrique autem rei nostrae, id est et animae et corpori, medicina ex resurrectione opus erat, ut in melius renouaretur quod erat in deterius commutatum. mors autem animae impietas est et mors corporis corruptibilitas, per quam fit et animae a corpore abscessus. sicut enim anima deo deserente, sic corpus anima deserente moritur; unde illa fit insipiens, hoc exanime. resuscitatur ergo anima per paenitentiam et in corpore adhuc mortali renouatio uitae inchoatur a fide, qua creditur in eum qui iustificat impium, bonisque moribus augetur et roboratur de die in diem, cum magis magisque renouatur interior homo. corpus uero tamquam homo exterior, quanto est haec uita diuturnior, magis magisque corrumpitur uel aetate uel morbo uel uariis afflictionibus, donec ueniat ad ultimam quae ab hominibus mors uocatur. eius autem resurrectio differtur in finem, cum et ipsa iustificatio nostra perficietur ineffabiliter. tunc enim similes ei

18 cf. Rom. 4, 5 20 cf. II Cor. 4, 16 25 cf. I Io. 3, 2

5 siplus D^1 6 qđ qo$^{\text{v dā}}$ P; v *et* dā *a m. 2* 7 concinnat *libri*; ł c̄cinat ut insequenter liquebit G^3 *in mg.* 9 et *om. DG* 10 et *om. v* 11 medicinae P ex] et T 12 derius G^1 terius D^1 13 corruptilitas T 14 corporis P; is *a m. 2 in ras.* 15 deserentem G^1 16 sit P^1 exanimae DT 17 incoatur P 18 ad fidem DGv credetur D 19 roboratur *a*: renouatur *libri* 20 renouatur *a*: roboratur *libri*; laboratur G *pr.* 21 quantum D est *om.* G^1v 22 adflictionibus DP 23 ultimum P^1 hominibus T: omnibus $DGPv$ 24 cum *om.* T

erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. nunc uero quamdiu corpus quod corrumpitur adgrauat animam et uita humana super terram tota temtatio est, non iustificatur in conspectu eius omnis uiuens in comparatione iustitiae, qua aequabimur angelis, et gloriae, quae reuelabitur in nobis. de morte autem animae a morte corporis distinguenda quid plura commemorem, cum dominus in euangelica sententia utramque mortem cuiuis facile discernendam posuerit, ubi ait: sine mortuos sepelire mortuos suos? sepeliendum quippe corpus mortuum erat; sepultores autem eius per infidelitatem impietatis in anima mortuos intellegi uoluit, quales excitantur cum dicitur: surge qui dormis et exsurge a mortuis, et inluminabit te Christus. detestatur autem quandam mortem apostolus dicens de uidua: quae autem in deliciis agit uiuens mortua est. anima igitur iam pia, quae fuit impia, propter iustitiam fidei dicitur ex morte reuixisse atque uiuere. corpus autem non tantum moriturum propter animae abscessum qui futurus est, sed propter tantam infirmitatem carnis et sanguinis quodam loco in scripturis etiam mortuum dicitur loquente apostolo: corpus quidem, inquit, mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. haec uita ex fide facta est, quoniam iustus ex fide uiuit. sed quid sequitur? si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum ex mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis uiuificabit et mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. huic ergo duplae morti nostrae saluator

2 cf. Sap. 9, 15 Iob. 7, 1 3 cf. Ps. 142, 2 8 Matth. 8, 22 12 Eph. 5, 14 14 I Tim. 5, 6 20 Rom. 8, 10 sq. 22 Abac. 2, 4 Rom. 1, 17

1 sicut P^1 quamdiu] quando *Gv* 2 aggrauat *v* 3 est *om.* D^1 4 ęquabitur GP^1v 7 una *post* in *add. T* 8 discernendū D^2 10 sepultures D^1G^1 12 et *post* mortuis *om. D* 14 autem *om.* DG^1v aget P^1 17 tantum *om. T* abcessum *v* 18 tantū P^1 20 apostolum D^1 24 Christum *post* Iesum *add.* P^2T ex mortuis—Christum *om.* G^1 habitet G^2v 25 uiuificauit DG^1P 27 nobis *P*

impendit simplam suam et ad faciendam utramque resurrectionem nostram in sacramento et exemplo praeposuit et proposuit unam suam. neque enim fuit peccator aut impius, ut ei tamquam spiritu mortuo in interiore homine renouari opus esset et tamquam resipiscendo ad uitam iustitiae reuocari; sed indutus carne mortali et sola moriens, sola resurgens, ea sola nobis ad utrumque concinuit, cum in ea fieret interioris hominis sacramentum, exterioris exemplum. interioris enim hominis nostri sacramento data est uox illa pertinens ad mortem animae nostrae significandam non solum in psalmo uerum etiam in cruce: deus meus, deus meus, ut quid me dereliquisti? cui uoci congruit apostolus dicens: scientes quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut euacuetur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. crucifixio quippe interioris hominis paenitentiae dolores intelleguntur et continentiae quidam salubris cruciatus, per quam mortem mors impietatis perimitur, in qua nos non relinquit deus. et ideo per talem crucem euacuatur corpus peccati, ut iam non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, quia et interior homo si utique renouatur de die in diem, profecto uetus est antequam renouetur. intus namque agitur quod idem apostolus dicit: exuite uos ueterem hominem et induite nouum. quod ita consequenter exponit: quapropter deponentes mendacium loquimini ueritatem. ubi autem deponitur mendacium nisi intus, ut habitet in monte sancto dei qui loquitur ueritatem in corde suo?

11 Ps. 21, 1 Matth. 27, 46 12 Rom. 6, 6 19 cf. Rom. 6, 13 20 cf. II Cor. 4, 16 22 Eph. 4, 22 sqq. 26 cf. Ps. 14, 1 sq.

1 resuscitationem *T* 2 et *prius om.* DG^1v; et exemplo *om.* P^1 et proposuit *om.* *P* proposuit G^2T: p̄posuit DG^1v 4 in *om.* G^1v interiorem *D* hominem *D* homini *T* renouare DG^1P^1 5 resipiscendam *T* renouari G^1PTv renouare D^1 6 intus *D* 7 concinnuit PT^2 interiores D^1G^1 8 enim *om.* *T* 9 illa uox *T* 11 ut *ante* in *add.* *D* 12 uoce *D* 13 euacueretur *T* 15 doloris D^1G^1 17 perimetur *Pv* perhimetur D^1G^1 derelinquet D^2 19 arma *om.* *Gv* 21 renouatur *v pr.* 22 item *DGv* 25 inhabitet G^3T

resurrectio uero corporis domini ad sacramentum interioris resurrectionis nostrae pertinere ostenditur, ubi postquam resurrexit ait mulieri: noli me tangere; nondum enim ascendi ad patrem meum. cui mysterio congruit apostolus dicens: si autem resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est ad dexteram dei sedens; quae sursum sunt sapite. hoc est enim Christum non tangere nisi cum ascenderit ad patrem, non de Christo carnaliter sapere. iam uero ad exemplum mortis exterioris hominis nostri dominicae carnis mors pertinet, quia per talem passionem maxime hortatus est seruos suos, ut non timeant eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. propter quod dicit apostolus: ut suppleam quae desunt pressurarum Christi in carne mea. et ad exemplum resurrectionis exterioris hominis nostri pertinere inuenitur resurrectio corporis domini, quia discipulis ait: palpate et uidete, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere. et unus ex discipulis etiam cicatrices eius contrectans exclamauit dicens: dominus meus et deus meus! et cum illius carnis tota integritas appareret, demonstratum est in eo quod suos exhortans dixerat: capillus capitis uestri non peribit. unde enim primo: noli me tangere; nondum enim ascendi ad patrem meum? et unde antequam ascendat ad patrem a discipulis tangitur, nisi quia illic insinuabatur interioris hominis sacramentum, hic praebebatur exterioris exemplum? anne forte quisquam ita est absurdus atque auersus a uero, ut audeat dicere a uiris eum tactum antequam ascenderet, a mulieribus autem cum ascendisset? propter hoc

3 Io. 20, 17 5 Coloss. 3, 1 sq. 12 cf. Matth. 10, 28
13 Coloss. 1, 24 17 Luc. 24, 39 20 Io. 20, 28 22 Luc. 21, 18

3 muliere *D* 7 sursum] sur *T* 8 $\overline{\text{xpo}}$ *D* 10 pertenit *D* 11 ortatus *DGP*^{1}*v* 14 $\overline{\text{p}}$surarum *P*^{1} 17 carnem et ossa *P* 18 uiditis *D* 19 etiam et cicatricem *T* 20 dominus] dn̄s *D*^{1}*Gv* deus] dn̄s *Gv* illis *v* 21 ea *T* exortans *DGP* 22 capillos *G*^{1} 27 an *D*^{2} 29 cum autem *T* hoc] quod *P*

exemplum futurae nostrae resurrectionis in corpore, quod praecessit in domino, dicit apostolus: initium Christus, deinde qui sunt Christi. de corporis enim resurrectione illo loco agebatur, propter quam etiam dicit: transfigurabit corpus humilitatis nostrae conforme corpori gloriae suae. una ergo mors nostri saluatoris duabus mortibus nostris saluti fuit et una eius resurrectio duas nobis resurrectiones praestitit, cum corpus eius in utraque re, id est et in morte et in resurrectione, et sacramento interioris hominis nostri et exemplo exterioris medicinali quadam conuenientia ministratum est.

DE MEDIATORE AD MORTEM DIABOLO ET MEDIATORE AD VITAM CHRISTO IESV. EX EODEM LIBRO IIII T. X.

Deinde id ipsum quod mediator est, per quem reconciliamur 13
deo, sic indicat: ego, inquit, in eis et tu in me, ut sint consummati in unum. haec est uera pax et cum creatore nostro nobis firma conexio purgatis et reconciliatis per mediatorem uitae, sicut maculati et alienati ab eo recesseramus per mediatorem mortis. sicut enim diabolus superbus hominem superbientem perduxit ad mortem, ita Christus humilis hominem oboedientem reduxit ad uitam; quia sicut ille elatus cecidit et deiecit consentientem, sic iste humiliatus surrexit et erexit credentem. quia enim non peruenerat diabolus quo ipse perduxerat — mortem quippe spiritus in impietate gestabat, sed mortem carnis non subierat, quia nec indumentum susceperat — magnus homini uidebatur princeps in legionibus daemonum, per quos fallaciarum regnum exercet, sic hominem

2 I Cor. 15, 23 4 Philipp. 3, 21 15 Io. 17, 23

1 processit *D* 3 resurrectionem D^1 5 conformę corpore *P* 7 nostrę G^1v salutis G^2v resurrectionis P^1 8 utrāque rem P^1 et in morte *om.* D^1 9 et in sacr. D^2T 12 Ex eod. l. quarto. de mediatore *et cet.* *T* t. X *om.* *DT* 15 inquid *T* 16 consumati *T* unam T^1 creatorem n̄rum D^1 18 recesserimus P^1 21 eletus G^1; *om.* D^1 24 morte *D* 25 morte G^2v superbierat DG^1v 27 fallatiarum *Gv*

per elationis typhum potentiae quam iustitiae cupidiorem aut per falsam philosophiam magis inflans aut per sacra sacrilega inretiens, in quibus etiam magicae fallaciae curiosiores superbioresque animas deceptas inlusasque praecipitans subditum tenet, pollicens etiam purgationem animae per eas quas τελετὰς appellant, transfigurando se in angelum lucis per multiformem machinationem in signis et prodigiis mendacii.

DE FACILITATE LVDIFICATIONVM, QVIBVS HOMINES IMMVNDI SPIRITVS FALLVNT. EX EODEM LIBRO IIII T. XI.

14 Facile est enim spiritibus nequissimis per aeria corpora facere multa quae mirentur animae terrenis corporibus adgrauatae etiam melioris affectus. si enim corpora ipsa terrena nonnullis artibus et exercitationibus modificata in spectaculis theatricis tanta miracula hominibus exhibent, ut hi qui numquam talia uiderunt narrata uix credant, quid magnum est diabolo et angelis eius de corporeis elementis per aeria corpora facere quae caro miretur aut etiam occultis inspirationibus ad inludendos humanos sensus phantasmata imaginum machinari, quibus uigilantes dormientesque decipiat uel furentes exagitet? sed sicut fieri potest ut homo uita ac moribus melior spectet nequissimos homines uel in fune ambulantes uel multimodis motibus corporum multa incredibilia facientes nec ullo modo tale aliquid facere concupiscat nec eos propterea sibi

6 cf. II Cor. 11, 14

1 pro D^1 tiphum P^1 typum DG 2 sacra *om.* G^1Pv 3 sacrilegia G^1PTv magis inretiens P in *om.* $DGPv$ 5 subditas G^2v 6 telaetas DGv teleatas P (leatas *a m. 2 in ras.*) theleatas T appellans DG^1P^1 se *om.* G^1v pro D^1 7 in *post* et *add.* Gv mendacib; P^2 8 ex eod. lib. IIII. t. XI. de fac. *et cetera* T facillitate G^1 inmundi $DGPv$ 10 aerea P^1 11 merentur P^1 aggrauatae T 13 exertitationibus G^1v 14 theatrices D 16 aerea D^1P^1 18 inludendus D illudendum T inludendū P; ū *a m. 2 in ras.* imaginem T 19 machinare D 20 sicut] si T 21 expectet P; ex *a m. 2* nequissimus DP^1 uel in m. $DGPv$ multimodes T^1 multismotis D 23 eos *om.* T

praeponendos existimet: sic anima fidelis et pia non solum si uideat uerum etiam si propter fragilitatem carnis exhorreat miracula daemonum, non ideo tamen aut non se posse talia dolebit aut ob hoc illos meliores esse iudicabit, cum sint praesertim in societate sanctorum qui per uirtutem dei, cui cuncta subiecta sunt, et minime fallacia et multo maiora fecerunt, siue homines siue angeli boni.

DE FALSIS ET DECEPTORIIS PVRGATIONIBVS. EX EODEM LIBRO IIII T. XII.

Nequaquam igitur per sacrilegas similitudines et impias 15
curiositates et magicas consecrationes animae purgantur et reconciliantur deo, quia falsus mediator non traicit ad superiora, sed potius obsidens intercludit uiam per affectus, quos tanto maligniores quanto superbiores suae societati inspirat, qui non possunt ad euolandum pinnas nutrire uirtutum, sed potius ad demergendum pondera exaggerare uitiorum, tanto grauius anima ruitura, quanto sibi uidetur erecta sublimius.

DE HIS QVI SIBI PVRGATIONEM DE VIRTVTE PROPRIA POLLICENTVR. EX EODEM LIBRO IIII T. XV.

Sunt autem qui se putant ad contemplandum deum et 16
inhaerendum deo uirtute propria posse purgari; quos ipsa superbia maxime maculat. nullum enim uitium est, cui magis diuina lege resistitur et in quod magis accipiat dominandi ius ille superbissimus spiritus, ad ima mediator, ad summa inter-

1 praeponendo G^1v ipsae ponendo D 2 exorreat G^1 4 iudicauit D sit DG^1P 8 Ex eod. l. IIII. de falsis *et cetera* T 9 sci augustini episcopi *add.* P 10 nequaquam] sic nequaquam P hic quamquam G^1v sacrilegas legas T; legas *del. m. 1* 12 trahit Gv superiorē D 14 superiores DG^1Pv societatis D^2PT societates D^1 inspirant G^1v 15 pennas G^2P^2T 17 animae $DGPTv$ ruiturae DGP^2Tv uidentur G^2v erectae G^2v 18 Ex eod. l. IIII. de his *cetera* DGv 20 quidam *ante* qui *add.* G^3P^2 21 inherendo P^2 23 resistatur G^3 quo D maius PT 24 summam D

clusor, nisi occulte insidians alia uia deuitetur aut per populum deficientem, quod interpretatur Amalech, aperte saeuiens et ad terram repromissionis repugnando transitum negans per crucem domini, quae Moysi manibus extentis est praefigurata, superetur. hinc enim sibi purgationem isti uirtute propria pollicentur, quia nonnulli eorum potuerunt aciem mentis ultra omnem creaturam transmittere et lucem incommutabilis ueritatis quantulacumque ex parte contingere, quod christianos multos ex fide interim sola uiuentes nondum potuisse derident. sed quid prodest superbienti et ob hoc erubescenti lignum ascendere, de longinquo prospicere patriam transmarinam? aut quid obest humili de tanto interuallo non eam uidere in illo ligno, ad eam uenienti, quo dedignatur ille portari?

QVOD TESTIMONIA QVAEDAM VENTVRVM CHRISTVM PRAENVNTIAVERINT, QVAEDAM VENISSE TESTATA SINT. EX EODEM LIBRO T. XVIIII.

17 Ecce ad quod missus est filius dei, immo uero ecce quod est missum esse filium dei. quaecumque propter faciendam fidem, qua mundaremur, ad contemplandam ueritatem in rebus ortis ab aeternitate prolatis et ad aeternitatem relatis temporaliter gesta sunt, aut testimonia missionis huius fuerunt aut ipsa missio filii dei. at testimonia quaedam uenturum praenuntiauerunt, quaedam uenisse testata sunt. factum quippe creaturam per quem facta est omnis creatura, omnem creaturam testem habere oportebat. nisi enim multis missis praedicaretur unus, non multis dimissis teneretur unus. et

1 nisi aut *T* 2 difficientem *D* interpraetatur *DT* seuiens *libri* 3 promissionis *PT* 4 mosi *T* in manibus *P* extensis *T* 5 operitur D^1 iste D^1 6 potuerit D^1 7 incommotabilis *P* ueritate G^1 ueritates D^1 10 erubescente D^1 G^1v 11 conscendere D^2T 13 eum D^1Gv uenientem *D* quod DG^1 illi G^1 portare *D* 15 testa *P* sint *om.* G^1 17 es G^1P quid G^2 18 quicumque G^1 19 mundaramur *P pr.* contemplendam *T* 21 amissionis *G pr.* 22 ad DG P^1v sed *T* 23 factam *Gv* 24 quam *Gv* factae sunt omnes creaturae *T* 26 demissis DG^1P

nisi talia essent testimonia, quae paruis magna uiderentur, non crederetur, ut magnos faceret magnus qui ad paruos missus est paruus. incomparabiliter enim maiora filii dei facta sunt caelum et terra et omnia quae in eis sunt, quia omnia per ipsum facta sunt, quam signa atque portenta, quae in eius testimonium proruperunt.

ITEM DE EODEM MEDIATORIS SACRAMENTO. EX LIBRO DE CONSENSV EVANGELISTARVM PRIMO.

Quapropter cum sit ipse Christus sapientia dei, per quam 18 creata sunt omnia, cumque nullae mentes rationabiles siue angelorum siue hominum nisi participatione ipsius sapientes fiant, cui per spiritum sanctum, per quem caritas in cordibus nostris diffunditur, inhaeremus, quae trinitas unus deus est: consultum est diuina prouidentia mortalibus, quorum temporalis uita in rebus orientibus et occidentibus occupata tenebatur, ut eadem ipsa dei sapientia ad unitatem personae suae homine adsumto, in quo temporaliter nasceretur, uiueret, moreretur, resurgeret, congrua saluti nostrae dicendo et faciendo, patiendo et sustinendo fieret et deorsum hominibus exemplum redeundi, qui sursum est angelis exemplum manendi. nisi enim in animae rationalis natura temporaliter aliquid oriretur, id est inciperet esse quod non erat, numquam ex uita pessima et stulta ad sapientem atque optimam perueniret. ac per hoc cum rebus aeternis contemplantium ueritas perfruatur, rebus autem ortis fides credentium debeatur, purgatur homo per rerum temporalium fidem, ut aeternarum percipiat ueritatem. nam et quidam eorum nobilissimus philosophus Plato in eo

1 magni D^1 uidentur T 2 crederitur D crederentur T magnus D^1Gv magna P magnos Gv 5 portentia G^1 eis (*om.* in) D 9 sit *om.* D; esse G^1 esset (*om.* ipse) G^2v 10 rationales T rationabilis D^1 11 sapientis D^1 14 prudentia DGv 16 eandem D 18 moriretur G^1P salute D salutis P^1 et— patiendo *v in marg. inf.* 21 anima DGv rationali DG^1PTv orereretur T 23 optimum P^1 25 mortis T debetur G^2v 26 ut] uita G *pr.* 27 et *om.* T nobilis DGv

libro, quem Timaeum uocant, sic ait: quantum ad id quod ortum est aeternitas ualet, tantum ad fidem ueritas. duo illa sursum sunt, aeternitas et ueritas; duo ista deorsum, quod ortum est et fides. ut ergo ab imis ad summa reuocemur atque id quod ortum est recipiat aeternitatem, per fidem ueniendum est ad ueritatem. et quia omnia quae in contrarium pergunt per aliquid medium reducuntur et ab aeterna iustitia temporalis iniquitas nos alienabat, opus ergo erat media iustitia temporali, quae medietas temporalis esset de imis, iusta de summis, atque ita se nec abrumpens a summis et contemperans imis ima redderet summis. ideo Christus mediator dei et hominum dictus est inter deum immortalem et hominem mortalem deus et homo, reconcilians hominem deo, manens id quod erat, factus quod non erat. ipse est nobis fides in rebus ortis qui est ueritas in aeternis. hoc magnum et inenarrabile sacramentum, hoc regnum et sacerdotium antiquis per prophetiam reuelabatur, posteris eorum per euangelium praedicatur. oportebat enim ut aliquando in omnibus gentibus redderetur quod diu per unam gentem promittebatur. proinde qui prophetas ante descensionem suam praemisit, ipse et apostolos post ascensionem suam misit.

QVID PLATO POSSET, SI VIVENS INTERROGARETVR, DE CHRISTIANA RELIGIONE RESPONDERE. EX LIBRO DE VERA RELIGIONE.

19 Fidentissime dixerim pace horum omnium, qui eorum libros peruicaciter diligunt, christianis temporibus quaenam religio potissimum tenenda sit et quae ad ueritatem ac beatitudinem

1 Plat. Tim. p. 29 c Cic. Tim. 3 12 cf. I Tim. 2, 5

1 thimaeum *G* thimeum *DPv* 4 ab G^2 *in ras.* reuocaremur G^1PTv reuocarimur *D* 7 et *a*: *om. libri* 9 temporalis *DGTv* temporales P^1 que *Gv* 10 himis DG^1Pv assummis *DP* 14 ·c̄· *post* factus *add. P* 16 est *post* magnum *add. DGv* et *prius om.* DG^1P^1 18 aliquanto *D* 20 discensionem DP^1v 21 ipsi P^1 apostolus $DP^1T^1v^1$ apostoł *G* 22 possit *P* si uiuens possit *DGv*

uia non esse dubitandum. si enim Plato ipse uiueret et me interrogantem non aspernaretur, uel potius si quis eius discipulus eo ipso tempore quo uiuebat, cum sibi ab illo persuaderetur non corporeis oculis, sed pura mente ueritatem uideri; cui quaecumque anima inhaesisset, eam beatam fieri atque perfectam; ad quam percipiendam nihil magis impedire quam uitam libidinibus deditam et falsas imagines rerum sensibilium, quae nobis ab hoc sensibili mundo per corpus impressae uarias opiniones erroresque generarent; quam ob rem sanandum esse animum ad intuendam incommutabilem rerum formam et eodem modo semper se habentem atque undique sui similem pulchritudinem, nec distentam locis nec tempore uariatam, sed unum atque idem omni ex parte seruantem, quam non crederent esse homines, cum ipsa uere summeque sit; cetera nasci, occidere, fluere, labi, et tamen in quantum sunt ab illo aeterno deo per eius ueritatem fabricata constare; in quibus animae tantum rationali et intellectuali datum, ut eius aeternitatis contemplatione perfruatur atque afficiatur ex ea aeternamque uitam possit mereri; sed dum nascentium atque transeuntium rerum amore ac dolore sauciatur et dedita consuetudini huius uitae atque sensibus corporis inanibus uanescit imaginibus, inridet eos qui dicunt esse aliquid quod neque istis uideatur oculis nec ullo phantasmate cogitetur, sed mente sola et intellegentia cerni queat; cum haec ergo sibi a magistro persuaderentur, si ex eo quaereret ille discipulus, utrum, si quisquam exsisteret uir magnus atque diuinus, qui talia populis persuaderet credenda saltem, si uere percipere non ualerent, ut, si qui possent percipere, non prauis opinionibus multi-

2 de eius discipulis *P* 4 sed] semper *T* uidiri *D* uidere *Gv* 6 at G^1P^1 7 insensibilium *Gv* 8 hac D^1 impraesae DG^1 9 oppiniones *v* generent *DGP*^{1}*v* 11 se *om. T* suis G^2v 12 distantem *Gv* 13 unam DG^1P 14 crederint *D* sit cętera G^2 *in ras.* 17 datam *T* 18 affeciatur *D* efficiatur P^1v 19 meriri *D* merere G^1 20 consuetudine DG^1P 22 imaginibus] in manibus *T* 23 phantasmatae *T* phantasmae P^1 24 queant G^1 25 quaererent G^1 26 existerit P^1 27 saltim GT^1v si uir *Gv* sibi *P* si (*om.* uere) *T* ualeret *Gv* 28 paruis *DG*

tudinis implicati uulgaribus obruerentur erroribus, eum diuinis honoribus dignum iudicaret: responderet, credo, ille non posse hoc ab homine fieri nisi quem forte ipsa dei uirtus atque sapientia ab ipsa rerum natura exceptum nec hominum magisterio, sed intima inluminatione ab incunabulis inlustratum tanta honestaret gratia, tanta firmitate roboraret, tanta denique maiestate subueheret, ut omnia contemnendo quae praui homines cupiunt et omnia perpetiendo quae horrescunt et omnia faciendo quae mirantur genus humanum ad tam salubrem fidem summo amore atque auctoritate conuerteret; de honoribus uero eius frustra se consuli, cum facile possit existimari quanti honores debeantur sapientiae dei, qua gestante ille et gubernante pro uera salute generis humani magnum aliquid proprium et quod supra homines esset mereretur. quae si facta sunt, si litteris monumentisque celebrantur, si ab una regione terrarum, in qua sola unus colebatur deus et ubi talem nasci oportebat, per totum orbem terrarum missi electi uiri uirtutibus atque sermonibus diuini amoris incendia concitarunt; si confirmata saluberrima disciplina inluminatas terras posteris reliquerunt; et ne de praeteritis loquar, quae licet cuique non credere, si hodie per gentes populosque praedicatur: in principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum; hoc erat in principio apud deum; omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil; si ad hoc percipiendum, diligendum, perfruendum, ut anima sanetur et tantae luci hauriendae mentis acies conualescat, dicitur auaris: nolite uobis condere thesauros in terra, ubi tinea

22 Io. 1, 1—3 28 Matth. 6, 19—21.

1 implicati uulgaribus P^2T: tumultuosi (lti D) uulgi DGP^1v; si *a m. 2 in* G 2 iudicarent PT illi D 6 infirmitate D roborarit P^1 7 magestate G^1T 8 orrescunt T orriscunt D inhorrescunt P^2 9 miratur DP^1 11 facili P 12 existimare Gv quae DG^1P^1T 13 illo T 14 mererentur G^1v 15 monimentisque G^2v 19 sic P^2v confirma P^1 22 populusque DG^1 principium D 26 percipiendo DG^1 27 auriendae G^1 mentes D 28 abscondere P thesaurus D

et rubigo exterminat et ubi fures effodiunt et furantur; sed thesaurizate uobis thesauros in caelo, ubi neque tinea neque rubigo exterminat neque fures effodiunt; ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum; dicitur luxuriosis: qui seminat in carne de carne metet corruptionem; qui seminat in spiritu de spiritu metet uitam aeternam; dicitur superbis: qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur; dicitur iracundis: accepisti alapam, para et alteram maxillam; dicitur discordiosis: diligite inimicos uestros; dicitur superstitiosis: regnum dei intra uos est; dicitur curiosis: nolite quaerere quae uidentur, sed quae non uidentur; quae enim uidentur temporalia sunt; quae autem non uidentur aeterna sunt; postremo dicitur omnibus: nolite diligere mundum; quoniam ea quae in mundo sunt concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi; si haec per totum orbem iam populis leguntur et cum ueneratione libentissime audiuntur; si post tantum sanguinem, tantos ignes, tot cruces martyrum tanto fertilius et uberius usque ad barbaras nationes ecclesiae pullularunt; si tot iuuenum et uirginum milia contemnentium nuptias casteque uiuentium iam nemo miratur; quod cum fecisset Plato, usque adeo peruersam temporum suorum timuit opinionem, ut perhibeatur sacrificasse naturae, tamquam peccatum illud aboleretur; si haec sic accipiuntur, ut quomodo antea talia disputare, sic nunc contra disputare monstruosum sit; si tali pollicitationi atque sponsioni per

5 Gal. 6, 8 8 Luc. 14, 11 9 Matth. 5, 39 11 Ibid. 44 Luc. 17, 21 12 II Cor. 4, 18 15 I Io. 2, 15 et 16

1 exterminant G^2v furis D^1 effodiant P^1 et] ef G^1 3 tinea neque *om.* T exterminant G^2v 4 effodiant P^1 thesauros G^1 5 luxoriosis G^1P^1 9 accipisti D 11 dilegite D 13 sed—uidentur *om.* v 16 dilegire D 18 urbem D^1 22 pulularunt DG^1Pv 24 peruersa v persam G^1 25 perhibebatur v^1 26 ut *post* tamquam *add.* G^2 27 talia disputasse Gv 28 talia T pollicitatione *et* sponsione DGv

omnes terrarum partes, quas homines incolunt, sacra christiana traduntur; si haec cotidie leguntur in ecclesiis et a sacerdotibus exponuntur; si tundunt pectora qui haec implere conantur; si tam innumerabiles aggrediuntur hanc uiam, ut desertis diuitiis et honoribus huius mundi ex omni hominum genere uni deo summo totam uitam dicare uolentium desertae quondam insulae ac multarum terrarum solitudo compleatur; si denique per urbes atque oppida, castella, uicos, agrōs etiam uillasque priuatas in tantum aperte suadetur et appetitur a terrenis auersio et in unum deum uerumque conuersio, ut cotidie per uniuersum orbem humanum genus una paene uoce respondeat sursum cor habere se ad dominum: quid adhuc oscitamus crapulam hesternam et in mortuis pecudibus diuina eloquia perscrutamur? si quando autem ad disputationem uenitur, Platonico nomine ora crepitantia quam pectus uero plenum magis habere gestimus?

Qui ergo sensibilem istum mundum contemnere et animam uirtute purgandam summo deo subicere atque subiungere uanum aut malum putant, alia ratione refellendi sunt, si tamen cum his dignum est disputare. qui autem bonum et appetendum fatentur, cognoscant deum et cedant deo, per quem populis iam omnibus haec credenda persuasa sunt. quod utique ab ipsis fieret, si tantum ualerent; aut si non fieret, crimen inuidentiae uitare non possent. ergo cedant ei a quo factum est nec curiositate aut inani iactantia impediantur, quominus agnoscant quid intersit inter paucorum timidas coniecturas et manifestam salutem correctionemque populorum. illi enim si reuiuescerent, quorum isti nominibus

2 cottidie *Pv* 4 adgrediuntur *DGPv* 6 dedicare *D* 7 terrarum *om. T* 8 se *D* orbis D^1 9 pribatas T^1 tantam v^1 a *om. D* 11 cottidie *PTv* 12 respondeant *D* corda P^2 dominum] deum D^2GPv qui P^1 13 externam DG^1P mortuus G^1 16 gestemus G^1 17 sensibilim G^1 19 unum G^1v unam *D* 20 est dignum cum his *Gv* 21 et *prius del. m. 2 in G* dm̄ *D* 23 ab] ad *D* 24 fierent *DT* euitare *Gv* credant D^2 26 qui minus *Gv* 28 reuiuiscerent G^1P^2 nominibus] in (*om. D*) hominibus *DT*

gloriantur, et inuenirent refertas ecclesias, templa deserta, a cupiditate bonorum temporalium atque fluentium ad spem uitae aeternae et bona spiritalia et intellegibilia uocari et currere humanum genus, dicerent fortasse, si tales essent quales fuisse memorantur: haec sunt quae nos persuadere populis non ausi sumus et eorum potius consuetudini cessimus, quam illos in nostram fidem uoluntatemque traduximus. ita si hanc uitam illi uiri nobiscum rursus agere potuissent, uiderent profecto cuius auctoritate facilius consuleretur hominibus et paucis mutatis uerbis atque sententiis christiani fierent, sicut plerique recentiorum nostrorum temporum Platonici fecerunt; aut si hoc non faterentur nec facerent in superbia et inuidia remanentes, nescio utrum possent ad ea ipsa quae appetenda et desideranda esse dixerant cum istis sordibus uiscoque reuolare. nam tertio uitio curiositatis in percontandis daemonibus, quo isti maxime cum quibus nunc agitur pagani a christiana salute reuocantur, quia nimis puerile est, nescio utrum tales illi praepedirentur uiri.

Sed quoquo modo se habeat philosophorum iactantia, illud cuiuis intellegere facile est, religionem ab eis non esse quaerendam qui eadem sacra suscipiebant cum populis et de suorum deorum natura ac summo bono diuersas contrariasque sententias in scholis suis eadem teste multitudine personabant. quod si hoc unum tantum uitium christiana disciplina sanatum uidere-mus, ineffabili laude praedicandam esse neminem negare oporteret. haereses namque tam innumerabiles a regula christiani-

4 curre *P* talis D^1 6 populos G^1v et] sed G^2 consuetudine DG^1 7 illus D^1 10 mutas P^1 mutis P^2 motans *D* sentiis G^1v^1 11 recentiorem G^1 nostrorum] numerum G^1 numero *D* nimirum G^2v 12 *post* hoc *ras. 6 litt. in G* 13 siperbia G^1 remanentis D^1 14 dixeī *P* 15 ///uolare *P*; re *ras.* curiosităes *D* percunctandis G^2Pv 16 quos G^1v iste G^1 *om. D* maximae *T* nun *P* 17 ad xp̄ianā salutē *D* 18 ille G^1P^1 predirentur (pd. *D*) DG^1v 19 quo DG^1Pv 20 cuius *DTv* 21 quę G^1v suspiciebant *P* 22 bona *T* diuersa G^1 23 scolis *P* stolis *D* testem multitudinem DG^1 24 uiderimus *D* 26 heresis G^1v innumerabilis G^1

tatis auersae testes sunt non admitti ad communicanda sacramenta eos qui de patre deo et sapientia eius et munere diuino aliter sentiunt et hominibus persuadere conantur quam ueritas postulat. sic enim creditur et docetur, quod est humanae salutis caput, non aliam esse philosophiam, id est sapientiae studium, et aliam religionem, cum hi quorum doctrinam non approbamus nec sacramenta nobiscum communicant. quod in illis minus mirandum est qui eorum quoque sacramentorum ritu dispares esse uoluerunt; sicut nescio qui Serpentini qui appellantur, sicut Manichaei, sicut alii nonnulli. sed in illis magis animaduertendum hoc magisque praedicandum, qui paria sacramenta celebrantes, tamen quia sententia dispares sunt et errores suos animosius defendere quam cautius corrigere maluerunt, exclusi a catholica communione et a participatione quamuis parium sacramentorum propria uocabula propriosque conuentus non in sermone tantum sed etiam in superstitione meruerunt, ut Photiniani et Ariani multique praeterea; nam de his qui schismata fecerunt alia quaestio est. posset enim eos area dominica usque ad tempus ultimae uentilationis uelut paleas sustinere, nisi uento superbiae nimia leuitate cessissent et sese a nobis ultro separassent. Iudaei uero quamuis uni omnipotenti deo supplicent, sola tamen temporalia et uisibilia bona de illo exspectantes rudimenta noui populi ab humilitate surgentia in ipsis suis scripturis nimia securitate noluerunt aduertere atque ita in uetere homine remanserunt. quae cum ita sint, neque in confusione paganorum neque in purgamentis haereticorum neque in languore schismaticorum neque in caecitate Iudaeorum quaerenda religio est, sed apud eos solos

19 cf. Matth. 3, 12

1 auersi *D* ammitti *PT* amitti G^1 7 communicent P^2 nimis G^2v 11 qui—celebrantes *om. v* quia DG^1P 12 celebrantis *et* disparis D^1 13 difendere *T* 15 propriusque DG^1P^1 17 fotiniani *Gv* potiniani *P* arriani *libri* 18 scismata *v* 19 uentilationes D^1G^1 20 lenitate P^1 21 uni *om. D* 25 ueteri G^2v 26 in *alterum om.* G^1v 27 scismaticorum *v* schismatorum *T*

qui christiani catholici uel orthodoxi nominantur, id est integritatis custodes et recta sectantes.

Haec enim ecclesia catholica per totum orbem ualide lateque diffusa omnibus errantibus utitur ad prouectus suos et ad eorum correctionem, cum euigilare uoluerint. utitur enim gentilibus ad materiam operationis suae, haereticis ad probationem doctrinae suae, schismaticis ad documentum stabilitatis suae, Iudaeis ad comparationem pulchritudinis suae. alios ergo inuitat, alios excludit, alios relinquit, alios antecedit; omnibus tamen gratiae dei participandae dat potestatem, siue illi formandi sint adhuc siue reformandi siue recolligendi siue admittendi. carnales autem suos, id est uiuentes aut sentientes carnaliter, tamquam paleas tolerat, quibus in area frumenta tutiora sunt, donec talibus tegminibus exuantur.

QVAM CONGRVE HOMINIBVS SAPIENTIA DEI CHRISTVS HVMANITATE SVBVENERIT. ITEM EX EODEM LIBRO DE VERA RELIGIONE.

Nullo modo beneficientius consuluit generi humano, quam cum ipsa dei sapientia, id est unicus filius consubstantialis patri et coaeternus, totum hominem suscipere dignatus est et uerbum caro factum est et habitauit in nobis. ita enim demonstrauit carnalibus et non ualentibus intueri mente ueritatem corporeisque sensibus deditis quam excelsum locum inter creaturas habeat humana natura, quod non solum uisibiliter — nam id poterat et in aliquo aetherio corpore ad nostrorum aspectuum tolerantiam temperato — sed hominibus

20 cf. Io. 1, 14

1 quia *D* ortodoxi *DGv* orthodixi T^1 2 integritates G^1 3 enim] omnia *D* 4 prouectos $D^2G^1P^1$ 5 uigilare G^1v; eui *a m. 2 in ras. P* uoluerunt *D* gentibus D^1 6 operationes G^1 8 comparationem *T*: comprobationem *DPv* 11 ammittendi *T* amittendi *GPv* carnalis D^1 14 tegminibus *P*; t *et g a m. 2*; teominibus *T* 16 subueniret *Gv* 18 nulla T^1 beneficentius *T* beneficius G^2v beneficiis DG^1 genere *D* 20 hominum *v* 21 habitabit G^1 25 non id postea *D* aethereo *P* 26 tollerantiam *GTv*

in uero homine apparuit. ipsa enim natura suscipienda erat quae liberanda. et ne quis forte sexus a suo creatore se contemtum putaret, uirum suscepit, natus ex femina est. nihil egit ui, sed omnia suadendo et monendo, [licet ementes et uendentes flagellando eiecerit e templo. sed quid hoc aut quantum est, quamuis et daemones nolentes ab hominibus non sermone suasionis, sed ui potestatis eiecerit?] uetere quippe seruitute transacta tempus libertatis inluxerat et opportune iam homini suadebatur atque salubriter quam libero esset creatus arbitrio. miraculis conciliauit fidem deo, qui erat, passione homini, quem gerebat. itaque loquens ad turbas ut deus nuntiatam sibi matrem negauit; et tamen, ut euangelium loquitur, puer parentibus subditus erat; doctrina enim deus apparebat, aetatibus homo. item aquam in uinum conuersurus ut deus dicit: recede a me, mulier; mihi et tibi quid est? nondum uenit hora mea. cum autem uenisset hora, qua ut homo moreretur, de cruce cognitam matrem commendauit discipulo, quem prae ceteris diligebat. satellites uoluptatum diuitias perniciose populi appetebant: pauper esse uoluit; honoribus et imperiis inhiabant: rex fieri noluit; carnales filios magnum bonum putabant: tale coniugium prolemque contemsit; contumelias superbissime horrebant: omne genus contumeliarum sustinuit; iniurias intolerabiles esse arbitrabantur: quae maior iniuria quam iustum innocentemque damnari? dolores corporis execrabantur: flagellatus atque cruciatus est; mori metuebant: morte multatus est; ignominiosissimum mortis genus crucem putabant: crucifixus est;

4 cf. Retract. 1, 13, 6 11 cf. Matth. 12, 48 13 cf. Luc. 2, 51 15 Io. 2, 4 17 cf. Io. 19, 26 sq.

3 contentum G^1 suscipit D^1T ex *om.* G^1P^1 5 eiecit *DGPv* de *DGPv* hoc quid *T* 7 suasiones *et* potestates G^1 ueteri *DP* 8 seruituti *D* oportune *DGPv* 9 esse *T* 10 reconciliauit *D* 11 passioni *D* passionē *P* regebat *DGP*^{1}*v* 13 subtitus G^1 doctrinam *D* 17 quia G^1 moriretur G^1P 18 sattelitis DG^1 19 adpetebant *DG* adpetebat P^1 20 inhihabant G^1P^1 23 sustenuit *D* 25 dampnari G^1 dolorē *Gv* dolore *D* execrebantur T^1

omnia quae habere cupientes non recte uiuebamus carendo uilefecit; omnia quae uitare cupientes ab studio deuiabamus ⟨ueritatis⟩ perpetiendo deiecit. non enim ullum peccatum committi potest nisi dum appetuntur ea quae ille contemsit aut fugiuntur quae ille sustinuit. tota itaque uita eius in terris per hominem, quem suscipere dignatus est, disciplina morum fuit. resurrectio uero eius a mortuis nihil hominis perire naturae, cum omnia salua sunt deo, satis indicauit, et quemadmodum cuncta seruiant creatori suo siue ad uindictam peccatorum siue ad hominis liberationem quamque facile corpus animae seruiat, cum ipsa subicitur deo. quibus perfectis non solum nulla substantia malum est, quod fieri numquam potest, sed etiam nullo malo afficitur, quod fieri per peccatum et uindictam potuit. et haec est disciplina naturalis christianis minus intellegentibus plena fide digna, intellegentibus autem omni errore purgata.

Iam uero ipse totius doctrinae modus partim apertissimus partim similitudinibus in dictis, in factis, in sacramentis ad omnem animae instructionem exercitationemque accommodatus quid aliud quam rationalis disciplinae regulam impleuit? nam et mysteriorum expositio ad ea dirigitur quae apertissime dicta sunt; et si ea tantum essent quae facillime intelleguntur, nec studiose quaereretur nec suauiter inueniretur ueritas. neque si essent in scripturis sacramenta et in sacramentis non essent signacula ueritatis, satis cum cognitione actio conueniret. nunc uero quoniam pietas timore inchoatur, caritate perficitur, populus timore constrictus tem-

2 diuiabamus G^1 3 ueritatis *a*: *om. libri* perendo P^1 iecit G^1P^1 elegit G^2v 4 quae—fugiuntur v^2 *in marg. inf.* 5 sustenuit *D* uita eius *T* 6 disciplinam horum *T* 7 nihilominus DG^1Pv 9 quemammodum *DT* siue—peccatorum *om. Gv* 13 modo efficitur G^2P^1v 14 *ante* et haec *add.* P^1 heri; *expunxit m. 2* ad haec *D* 15 autem *om. D* 17 potius DGP^1v 18 *post* partim *add.* T^1: apertissimis param; *del. m. 2* 20 impliuit *D* 21 expositi G^1 22 facillimae D^1T 24 scribturis *DT* sacramenta *T*: *om. DGPv*

pore seruitutis in uetere lege multis sacramentis onerabatur. hoc enim utile talibus erat ad desiderandam gratiam dei, quae per prophetas uentura canebatur. quae ubi uenit ab ipsa dei sapientia homine assumto et in libertatem uocati sumus, pauca sacramenta saluberrima constituta sunt, quae societatem christiani populi, hoc est sub uno deo liberae multitudinis continerent. multa uero quae populo Hebraeo, hoc est sub eodem uno deo compeditae multitudini imposita erant, ab actione remota sunt, in fide atque interpretatione manserunt; ita nec seruiliter alligant, sed exercent liberaliter animum.

ARGVIT VOLVPTVOSOS, CVRIOSOS, SVPERBOS. EX EODEM LIBRO DE VERA RELIGIONE.

21 Nego esse quemquam istorum qui nihil colendum existimant, qui non aut carnalibus gaudiis subditus sit aut potentiam uanam foueat aut aliquo spectaculo delectatus insaniat. ita nescientes diligunt temporalia, ut inde beatitudinem expectent. his autem rebus, quibus quisque beatus uult effici, seruiat necesse est, uelit nolit; nam quocumque duxerint sequitur, et quisquis ea uisus fuerit auferre posse metuitur. possunt autem auferri ista et scintilla ignis et aliqua parua bestiola; postremo, ut omittam innumerabiles aduersitates, tempus ipsum auferat necesse est omnia transeuntia. itaque cum omnia temporalia mundus iste concludit, omnibus mundi partibus seruiunt qui propterea putant nihil colendum esse ne seruiant. uerum tamen quamquam in hac rerum extremitate miseri iaceant, ut uitia sua sibi dominari patiantur uel libidine uel superbia

1 ueteri G^2v legem D^1 honerabatur DP^1 2 utili tabus G^1 utilitatis v utilitatib; DP 3 quae] at G^2v ab *om.* G^2v; ad D ipsam D 4 et *libri*: a quo a libertate T 5 et *ante* pauca *add.* G^2v 7 haebreo T 9 renouata P^2 10 set P^2 se et DGv 11 uoluptuosus DP^1T^1 curiosos *om.* P^1 superbus P^1 15 uanum DG^1P^1 aliquando expectaculo Gv specta saeculo (sae *add. m. 2*) D dilectatus P 16 expetent D^2Tv expetenti G^1 18 quoque G^1 20 oferri T auferre DGP^1v 21 aduersitatis DG^1 26 sibi *a m. 2 in ras.* P domina T

uel curiositate damnati uel duobus horum uel omnibus: quamdiu sunt in hoc stadio uitae humanae, licet eis congredi et uincere, si prius credant quod intellegere nondum ualent et non diligant mundum; quoniam omne quod in mundo est, sicut diuinitus dictum est, concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi. hoc modo tria illa sunt notata; nam concupiscentia carnis uoluptatis infimae amatores significat, concupiscentia oculorum curiosos, ambitio saeculi superbos. triplex etiam temtatio in homine, quem ueritas ipsa suscepit, cauenda monstrata est. dic, inquit temtator, lapidibus istis ut panes fiant. at ille unus et solus magister: non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo dei. ita enim domitam docuit esse oportere cupiditatem uoluptatis, ut nec fami cedendum sit. sed forte dominationis temporalis fastu decipi poterat qui carnis uoluptate non potuit; omnia ergo mundi regna monstrata sunt et dictum est: omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me. cui responsum est: dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies. ita calcata superbia est. subiecta est autem extrema etiam curiositatis inlecebra; non enim ut se de fastigio templi praecipitaret urgebat nisi causa tantum aliquid experiendi. sed neque hic uictus est. et ideo sic respondit, ut intellegeremus non opus esse ad cognoscendum deum temtationibus uisibiliter diuina explorare molientibus: non temtabis, inquit, dominum deum tuum. quam ob rem quisquis intus dei uerbo pascitur, non quaerit in ista heremo uoluptatem; qui uni deo tantum subiectus est, non quaerit in monte, id est in terrena elatione

4 I Io. 2, 16 11 Matth. 4, 1—10 et Luc. 4, 2—12

1 hominibus G^1P^1 2 sum *v* studio P^2 3 intellere *P* non *T* 4 omnem *D* 7 notata sunt *DGPv* et *post* nam *add.* P^2 8 uoluntatis P^1 infirmę P^1 amatoris G^1P^1 significet P^1 9 curiosus *et* superbus DG^1P^1 10 cauendū P^1 11 inquid G^1 at ille] ait illi G^2v 12 solu' *P* solo pane *P* 15 decepi *D* 16 uoluptatem D^1 uoluntate P^2 17 prostratis *T* 19 ille T^1 20 incelebra *T* 21 se *om.* *Gv* praecipitarit G^1 precipitare *P* 23 intelligerimus G^1

iactantiam; quisquis aeterno spectaculo incommutabilis ueritatis adhaerescit, non per fastigium huius corporis, id est per oculos praecipitatur, ut temporalia et inferiora cognoscat.

QVOD MELIVS SIT AB HOMINE QVAM A VITIO VINCI. EX EODEM LIBRO DE VERA RELIGIONE.

22 Nos in terra laboramus et cum magno dedecore superamur ab omnibus quae nos commouere ac perturbare potuerint. itaque nolumus ab hominibus uinci et iram non possumus uincere. qua turpitudine quid execrabilius dici potest? fatemur hominem hoc esse quod nos sumus, qui tametsi habeat uitia non est tamen ipse uitium. quanto igitur honestius homo nos uincit quam uitium? quis autem dubitet immane uitium esse inuidentiam? qua necesse est torqueatur et subiciatur qui non uult in rebus temporalibus uinci. melius est ergo ut homo nos uincat quam inuidentia uel quodlibet aliud uitium.

Sed nec ab homine uinci potest qui uitia sua uicerit. non enim uincitur nisi cui eripitur ab aduersario quod amat. qui ergo id amat solum quod amanti eripi non potest, ille indubitanter inuictus est nec ulla cruciatur inuidia. id enim diligit ad quod diligendum et percipiendum quanto plures uenerint, tanto eis uberius gratulatur. diligit enim deum ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente; et diligit proximum tamquam se ipsum. non illi ergo inuidet ut sit quod ipse est; immo adiuuat etiam quantum potest. nec potest amittere proximum, quem diligit tamquam se ipsum, quia neque in se ipso ea diligit quae oculis subiacent aut ullis aliis corporis sensibus; ergo apud se ipsum habet quem diligit

1 speculo *T* 3 hos oculos *D* osoculos G^1 hosculos *v* praecipipitatur *P* cognuscat *D* 4 quod] quia GP^1 7 qui D^1 9 turpidine G^1 turbidine *v* exercibilius DG^1 15 quolibet *v* 17 homini G^1v 18 ad *ante* ab *add.* G^1 uersario G^1 19 eripere G^1v 20 cruciatus P^1 21 p̄cipiendum P^1 24 ille *DP* inuidit DG^1P^1 26 ammittere *T* 27 quem G^1P^1

tamquam se ipsum. ea est autem regula dilectionis, ut quae sibi uult bona prouenire et illi uelit, quae accidere sibi mala non uult et illi nolit. hanc uoluntatem erga omnes homines seruat; nam erga neminem operandum est malum et dilectio proximi malum non operatur. diligamus ergo, ut praeceptum est, etiam inimicos nostros, si uere inuicti esse uolumus. non enim per se ipsum quisquam hominum inuictus est, sed per illam incommutabilem legem, cui quicumque seruiunt soli sunt liberi; sic enim eis quod diligunt auferri non potest; quae res una inuictos facit et perfectos uiros. nam si uel ipsum hominem homo dilexerit non tamquam se ipsum, sed tamquam iumentum aut balneas aut auiculam pictam uel garrulam, id est ut ex eo aliquid temporalis uoluptatis aut commodi capiat, seruiat necesse est non homini, sed, quod est turpius, tam foedo et detestabili uitio, quo non amat hominem sicut homo amandus est. quo uitio dominante usque ad extremam uitam uel potius mortem perducitur. sed ne sic quidem ab homine homo diligendus est, ut diliguntur carnales fratres uel filii uel coniuges uel quique cognati aut affines aut ciues; nam et ista dilectio temporalis est. itaque ad pristinam perfectamque naturam nos ipsa ueritas uocans praecipit ut carnali consuetudini resistamus, docens neminem aptum esse regno dei qui non istas carnales necessitudines oderit. neque hoc cuiquam inhumanum uideri debet. magis enim est inhumanum non amare in homine quod homo est, sed amare quod filius est; hoc est enim non in eo amare

2 cf. Tob. 4, 15 4 Rom. 13, 10 6 cf. Matth. 5, 44 23 cf. Luc. 9, 60. 62 et 14, 26

2 uellit G^1v^1 accedere DP^1 malo DP^1 6 noster D^1 9 auferi T 10 inuictus P^1 si] se D 12 balnea G^1v auincula v uictam Gv 13 uoluntatis P^1 15 foeto G^1 quod v amandus DGv; ab P^2; b *in ras. 4 litt.* homine P^2; *om.* DGv 16 amandū P^2 ad *om.* P 17 ne] nec $DGPv$ si v 19 quinque T ut adfines v 21 praecepit Gv 22 consuetudine DG^1T consuetudinis P^1 23 aptum] acceptum P^1 regnū P^1 necessetudines T^1 necessitudinis v 24 oderet DG^1P^1 uidere G^1 decet $DGPv$

illud quod ad deum pertinet, sed amare illud quod ad se pertinet. quid ergo mirum, si ad regnum non peruenit qui non communem, sed priuatam rem diligit? immo utrumque, ait quispiam; immo illud unum, dicit deus. dicit enim uerissime ueritas: nemo potest duobus dominis seruire; nemo enim potest perfecte diligere quo uocamur, nisi oderit unde reuocamur. uocamur autem ad perfectam naturam humanam, qualem ante peccatum nostrum deus fecit; reuocamur autem ab eius dilectione, quam peccando meruimus. quare oderimus oportet, unde ut liberemur optamus. oderimus ergo temporales necessitudines, si aeternitatis caritate flagramus. diligat homo proximum tamquam se ipsum. certe enim sibi ipse nemo est pater aut filius aut affinis aut aliquid huius modi, sed tantum homo. qui ergo diligit aliquem tamquam se ipsum, hoc in eo debet diligere quod sibi ipse est. corpora uero non sunt quod nos sumus; non ergo in homine corpus est expetendum aut desiderandum. ualet ad hoc etiam quod praeceptum est: ne concupiscas rem proximi tui. quapropter quisquis in proximo aliud diligit quam sibi ipse est, non eum diligit tamquam se ipsum. ipsa igitur natura humana sine carnali condicione diligenda est, siue sit perficienda siue perfecta. omnes sub uno deo patre cognati sunt qui eum diligunt et faciunt uoluntatem ipsius, et inuicem sibi sunt et patres, cum sibi consulunt, et filii, cum sibi obtemperant, et fratres maxime, quia eos unus pater testamento suo ad unam hereditatem uocat.

Quapropter cur iste non sit inuictus hominem diligendo, cum in eo nihil praeter hominem diligat, id est creaturam dei ad eius imaginem factam, nec ei possit deesse perfecta natura,

5 Matth. 6, 24 18 Ex. 20, 17

3 priuatim DG^1 4 ait] aut G^1v 7 uocamur (*om.* re) DG naturam ad perf. G^1P^1 ad nat. perf. DG^2v 8 nostram G^1v 10 quam rem v oderemus P^1 inde ut G^2 ut inde v optemus v oderemus D 11 ergo *om.* P^1 temporalis D aeternitates DG^1P^1 13 ipsi G^2v adfines P^1 14 tantummodo D 19 ipse *in ras. a m. 2* G 22 cogniti P^1 24 fili D 29 pactam T posse; e *a m. 2 in ras.* P

quam diligit, cum ipse perfectus est? sicut enim uerbi gratia, si quisquam diligat bene cantantem, non hunc aut illum, sed tantum bene cantantem quemlibet, cum sit cantator ipse perfectus, ita uult omnes tales esse, ut tamen non ei desit quod diligit, quia ipse bene cantat. nam si cuiquam inuidet bene cantanti, non iam illud diligit, sed laudem aut aliquid aliud quo bene cantando uult peruenire, et potest ei minui uel auferri, si et alius bene cantauerit. qui ergo inuidet bene cantanti, non amat bene cantantem; sed rursus qui eo indiget, non cantat bene. quod multo accommodatius de bene uiuente dici potest, quia et inuidere nulli potest; quo enim perueniunt bene uiuentes, tantundem est omnibus nec minus fit, cum plures habuerint. et potest esse tempus, quo bonus cantator cantare non decenter queat et indigeat uoce alterius, qua sibi exhibeatur quod diligit; tamquam si alicubi conuiuetur ubi eum cantare turpe sit, sed deceat audire cantantem. bene uiuere autem semper decet. quare quisquis hoc diligit et facit, non solum non inuidet imitantibus, sed eis se praebet libentissime atque humanissime, quantum potest; nec eis tamen indiget. nam quod in illis diligit, in se ipso habet totum atque perfectum. ita cum diligat proximum tamquam se ipsum, non inuidet ei, quia nec sibi ipsi; praestat ei quod potest, quia et sibi ipsi; non eo indiget, quia nec se ipso; tantum deo indiget, cui adhaerendo beatus est. nemo autem illi eripit deum. ille ergo uerissime atque certissime inuictus homo est qui cohaeret deo, non ut ab eo aliquid boni extra mereatur, sed cui nihil aliud quam ipsum adhaerere deo bonum est. hic uir quamdiu est in hac uita, utitur amico ad rependendam gratiam, utitur

3 cantatur *D* 5 inuidit DP^1v cantante G^1P^1 cantantem *D* 6 illū G^2 quod G^1 q̄d *D* 7 auferre P^1 8 talius *D* 8 inuidit DG^1P^1v cantantē *D* 10 adcommodatius *D* G^1P^1v dici] dicipi *D* decipi G^1 quia — potest *in marg. inf. v* 11 enim] eum *Gv* prę̨ueniunt G^2v 13 quod *D* cantor *T* 14 queat] quae ait *D* qua sibi] quasi *T* exibeatur *T* 15 conuiuitur *P* turpos sit *D* 16 sep̨ *P* 18 humanisse *v* 22 quia] qui G^1P^1v ipse G^1 potet *P* 24 illi *D* 25 uirissime P^1

inimico ad patientiam, utitur quibus potest ad beneficientiam, utitur omnibus ad beniuolentiam. et quamquam temporalia non diligat, ipse recte utitur temporalibus et pro eorum sorte hominibus consulit, si aequaliter non potest omnibus. quare si aliquem familiarium suorum promtius quam quemlibet alloquitur, non eum magis diligit, sed ad eum habet maiorem fiduciam et apertiorem temporis ianuam. tractat enim tempori deditos tanto melius, quanto ipse minus obligatus est tempore. cum itaque omnibus quos pariter diligit prodesse non possit, nisi coniunctioribus prodesse malit, iniustus est. animi autem coniunctio maior est quam locorum aut temporum, quibus in hoc corpore iungimur; sed ea maxima est quae omnibus praeualet. non ergo iste affligitur morte cuiusquam, quoniam qui toto animo deum diligit, nouit nec sibi perire quod deo non perit. deus autem dominus est et uiuorum et mortuorum. non cuiusquam miseria miser est, quia nec cuiusquam iniustitia fit iniustus. et ut nemo illi iustitiam et deum, sic nemo aufert beatitudinem. et si quando forte alicuius periculo uel errore uel dolore commouetur, usque ad illius auxilium aut correctionem aut consolationem, non usque ad suam subuersionem ualere patitur. in omnibus autem officiosis laboribus futurae quietis certa expectatione non frangitur. quid enim ei nocebit qui bene uti etiam inimico potest? eius enim praesidio atque munimento inimicitias non pertimescit, cuius praecepto et dono diligit inimicos. huic uiro in tribulationibus parum est non contristari, nisi etiam gaudeat, sciens quod tribulatio patientiam operatur, patientia probatio-

26 Rom. 5, 3 sqq.

1 beneficentiam G^2Tv 2 beneuolentiam DP 3 diligit Gv 5 familiarum D prumptius DP 6 alliquitur G^1 8 deditus P deditis DGv 9 omnibus] minime DGv 10 coniuctioribus T 11 lucorum T 12 iungitur G gignimur T 14 diligere D^2 quod DPT: qui Gv 16 nec] ne P 17 ut *om.* G^1v 18 aufret D si *om.* P^1 20 consulationem P 21 offitiosis P 22 expectationem G^1 enim *om.* DGv 24 monimento DG^1P^1 inimititias PT 25 uero P 26 paruū P^1 27 *post* patientia *et* probatio *add.* P: autem

nem, probatio spem, spes autem non confundit; quoniam caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. quis huic nocebit? quis hunc subiugabit? homo, qui prosperis rebus proficit, asperis quid profecerit discet. cum enim mutabilium bonorum adest copia, non eis confidit; sed cum subtrahuntur, agnoscitur utrum eum non ceperint, quia plerumque cum adsunt nobis putamus quod non ea diligamus; sed cum abesse coeperint, inuenimur qui simus. hoc enim sine amore nostro aderat, quod sine dolore discedit. uidetur ergo uincere cum uincatur qui superando ad id peruenit quod cum dolore amissurus est; et uincit cum uinci uideatur, quisquis cedendo ad id peruenit quod non amittit inuitus.

Quem delectat ergo libertas, ab amore mutabilium rerum liber esse appetat; et quem regnare delectat, uni omnium regnatori deo subditus haereat plus eum diligendo quam se ipsum. et haec est perfecta iustitia, qua potius potiora et minus minora diligimus; sapientem animam atque perfectam talem diligat qualem illam uidet, stultam non talem, sed quia esse perfecta et sapiens potest; quia nec se ipsum debet stultum diligere. nam qui se diligit stultum non proficit ad sapientiam; nec fiet quisque qualis cupit esse, nisi se oderit qualis est. sed donec ad sapientiam perfectionemque ueniatur, eo animo ferat stultitiam proximi, quo suam ferret, si stultus esset et amaret sapientiam. quapropter si et ipsa superbia uerae libertatis et ueri regni umbra est, etiam per ipsam nos commemorat diuina prouidentia quid significemus uitiosi et quo debeamus redire correcti. iam uero cuncta spectacula et omnis illa quae appellatur curiositas quid aliud quaerit quam de rerum cognitione

3 data G^1 5 proficerit P^2 discit $DGPv$ 6 eis] in eis G^2v 7 coeperint T 9 inuenimus $DGPv$ quid G^1v nostro] *om.* D; non GP^1v 10 sine] cum v discedet T 12 uinci P^1 14 dilectat P^1 15 regnari P^1 dilectat P^1 regnaturi D 16 eum] enim v 19 illa D illum G^1 uidit G^1 20 se *om.* v 21 profecit P^1 fiat G^1P 25 quāpropter D libertates et uere D 26 ipsa G^1v 27 significemur GPv quod G^1 debemus G^1v 28 uero *om.* T

laetitiam? quid ergo admirabilius, quid speciosius ipsa ueritate, ad quam spectator omnis peruenire se cupere confitetur, cum uehementer ne fallatur inuigilat?

QVOD DEI LEX ALTA QVAEDAM DISCIPLINA SIT. EX LIBRO II DE ORDINE INTER CETERA ET AD LOCVM.

23 Cum omnes cernerem studiosissime ac pro suis quemque uiribus deum quaerere, sed ipsum de quo agebamus ordinem non tenere, quo ad illius ineffabilis maiestatis intellegentiam peruenitur, oro uos, inquam, si, ut uideo, multum diligitis ordinem, ne nos praeposteros et inordinatos esse patiamini. quamquam enim occultissima ratio se demonstraturam polliceatur nihil praeter diuinum ordinem fieri, tamen si quempiam ludi magistrum audiremus conantem docere puerum syllabas, quem prius litteras nemo docuisset, non dico ridendum tamquam stultum, sed uinciendum tamquam furiosum putaremus, non ob aliud, opinor, nisi quod docendi ordinem non teneret. at multa talia et imperitos, quae a doctis reprehendantur ac derideantur, et dementes homines, quae nec stultorum iudicium fugiunt, facere nemo ambigit; et tamen etiam ista omnia quae fatemur esse peruersa non esse praeter diuinum ordinem alta quaedam et a multitudinis uel suspicione remotissima disciplina se ita studiosis et deum atque animas tantum amantibus animis manifestaturam esse promittit, ut non nobis summae numerorum possint esse certiores.

Haec autem disciplina ipsa dei lex est, quae apud eum fixa et inconcussa semper manens in sapientes animas quasi transcribitur, ut tanto se sciant uiuere melius tantoque sublimius,

1 ammirabilius *DT* amirabilius G^1v^1 2 spectatur *D* 5 et inter c. *Gv* 6 cernerent *D* 9 sicut *D* 11 demonstratur *D* G^1 demonstret G^2v pollitiatur G^1 14 primo *DGP* dicor *T* 15 uiciendum G^1 16 quod *om. v* 17 at] ad *P* 18 deridantur *v* 19 nomo *T* 21 multitudines D^1 multis G^2v 23 animantibus G^1 manifestatus adesse $D(?)G^1v$ 26 transscribitur *GTv*

quanto et perfectius eam contemplantur intellegendo et uiuendo custodiunt diligentius. haec igitur disciplina eis qui illam nosse desiderant simul geminum ordinem sequi iubet, cuius una pars uitae, altera eruditionis est. adulescentibus ergo studiosis eius ita uiuendum est, ut a ueneriis rebus, ab inlecebris uentris et gutturis, ab immodesto corporis cultu et ornatu, ab inanibus negotiis ludorum, a torpore somni atque pigritiae, ab aemulatione, obtrectatione, inuidentia, ab honorum potestatumque ambitionibus, ab ipsius etiam laudis immodica cupiditate se abstineant; amorem autem pecuniae totius suae spei certissimum uenenum esse credant; nihil eneruiter faciant, nihil audacter; in peccatis autem suorum uel pellant omnino iram uel ita frenent, ut sit pulsae similis; neminem oderint, nulla uitia non curare uelint; magnopere obseruent cum uindicant, ne nimium sit, cum ignoscunt, ne parum; nihil puniant quod non ualeat ad melius, nihil indulgeant quod uertat in peius; suos putent omnes in quos sibi potestas data fuerit; ita seruiant, ut eis dominari pudeat, ita dominentur, ut eis seruire delectet. in alienorum autem peccatis molesti non sint inuito. inimicitias uitent cautissime, ferant aequissime, finiant citissime. in omni uero contractu atque conuersatione cum hominibus satis est seruare unum hoc uulgare prouerbium: nemini faciant quod pati nolunt. rempublicam nolint administrare nisi perfecti. perfici autem uel intra aetatem senatoriam festinent uel certe intra iuuentutem. sed quisquis sero se ad ista conuerterit, non arbitretur nihil sibi esse praeceptum: nam ista utique facilius decocta aetate

2 nosesse G^1 3 seq̄; D 4 uita T adoliscentibus P 5 beneriis D uenereis v 6 guttoris D inmoderato DG Pv culto D^1 ornato D^1G^1Pv 7 innanibus G^1 negutiis D pigritia G^2v 8 ęmultatione T inuidientiae P^2 10 tutius D 11 ineruiter DG^1 12 audaciter PT autdacter G^1 13 frenant P^1 14 uellint DG^1P^1 15 minimum P 16 at P^1 17 putant v quo G^1 18 eius D^1 19 delectat G^1 20 non sint $DGPv$: sunt T inuido D inuitio v 23 nimine D rempuplicam P^1 24 aministrare D perfici] perfecti T 26 conuerteret DG^1P^1 27 decoctae D decocte G^1

seruabit. in omni autem uita, loco, tempore amicos aut habeant aut habere instent. obsequantur dignis etiam non hoc expectantibus; superbos minus curent, minime sint. apte congruenterque uiuant; deum colant, cogitent, quaerant fide, spe, caritate subnixi; optent tranquillitatem atque certum cursum studiis suis omniumque sociorum et sibi quibusque possunt mentem bonam pacatamque uitam.

Sequitur ut dicam quomodo studiosi erudiri debeant, qui sicut dictum est uiuere instituerunt. ad discendum item necessario dupliciter ducimur, auctoritate atque ratione; tempore auctoritas, re autem ratio prior est. aliud est enim quod in agendo anteponitur, aliud quod pluris in appetendo aestimatur. itaque quamquam bonorum auctoritas imperitae multitudini uideatur esse salubrior, ratio uero aptior eruditis, tamen quia nullus hominum nisi ex imperito peritus fit, nullus autem imperitus nouit qualem se debeat praebere docentibus et quali uita esse docibilis possit, euenit ut omnibus bona magna et occulta discere cupientibus non aperiat nisi auctoritas ianuam. quam quisque ingressus sine ulla dubitatione uitae optimae praecepta sectatur, per quae cum docilis factus fuerit, tum demum discet et quanta ratione praedicta sint ea ipsa quae secutus est ante rationem, et quid sit ipsa ratio, quam post auctoritatis cunabula firmus et idoneus iam sequitur atque comprehendit; et quid intellectus, in quo uniuersa sunt, uel ipse potius uniuersa; et quid praeter uniuersa uniuersorum

1 loca G^1v longo *D* amicus DG^1P^1 2 habiant G^1 hebere G^1 3 spectantibus *Gv* superb. *D* superbi G^1 superbis ne G^2v current *Gv* apti *v* 4 dō *D* cogitant P^1 5 optant *v* tranquillitate *DT* 6 sibi] siue GP^1v 7 peceatamque *T* peccatamque *v* 8 erudire *Gv*; ri debeant *a m. 2 in ras. P* 9 instituerent v^1 11 re *om. D* ratione priorem (*om.* est) *D* aliud — aestimatur *a m. 2 in marg. inf. P* 12 plures G^1v apetendo *Gv* 13 multitudine DG^1T 15 peritos *et* imperitos *D* 17 docilis esse *DGv* esse docibi *a m. 2 in ras. P* bonā *D* 19 uita *Dv* 20 per] pro G^1v 21 praedita G^2P 24 conprehenditur *T* 25 *ante* et *add. DGPv* uniuersorum uniuersorum *om.* DGP^1v

principium. ad quam cognitionem in hac uita peruenire pauci, ultra quam uero etiam post hanc uitam nemo progredi potest. qui autem sola auctoritate contenti bonis tantum moribus rectisque uotis constanter operam dederint, aut contemnentes aut non ualentes disciplinis liberalibus atque optimis erudiri, beatos eos quidem, cum inter homines uiuunt, nescio quomodo appellem; tamen inconcusse credo, mox ut hoc corpus reliquerint, eos quo bene magis minusue uixerunt, eo facilius aut difficilius liberari. auctoritas autem partim diuina est partim humana; sed uera, firma, summa ea est quae diuina nominatur. in qua metuenda est aeriorum animalium mira fallacia, quae per rerum ad istos sensus corporis pertinentium quasdam diuinationes nonnullasque potentias decipere animas facillime consuerunt aut peritur arum fortunarum curiosas aut fragilium cupidas potestatum aut inanium formidolosas miraculorum. illa ergo auctoritas diuina dicenda est, quae non solum in sensibilibus signis transcendit omnem humanam facultatem, sed et ipsum hominem agens ostendit ei quo usque se propter ipsum depresserit; et non teneri sensibus, quibus uidentur illa miranda, sed ad intellectum iubet euolare, simul demonstrans et quanta hic possit et cur haec faciat et quam parui pendat. doceat enim oportet et factis potestatem suam et humilitate clementiam et praeceptione naturam. quae omnia sacris quibus initiamur secretius firmiusque traduntur, in quibus bonorum uita facillime non disputationum ambagibus, sed mysteriorum auctoritate purgatur. humana uero auctoritas plerumque fallit; in eis tamen iure uidetur excellere

2 ultramD^1 4 uocis *D* contemnentis *D* 7 inconcusso P^1 inquonasse *D* 8 minus (*om.* ue) DG^1P^1v 9 dificilius *D* liberare *G* laborare P^1v est *add.* P^2 10 firma *om.* *DGPv* summae atq̄ (*om.* ea est quae) *D* 14 perituram *v* perituraurum D^2 furtunarum G^1v; *om.* *T* 15 cupiditas G^1Pv 19 ipsum propter *G* depressit *D* 21 q̄ue tanta (*om.* et) *D* possint *Gv* faciant GP^1v 22 pendant P^1 23 humilitatem DG^2 P^1v 24 initia G^1v initio G^3 infirmiusque *P* 25 dispotationum *D* combagibus P^1 26 misteriorum *DP* ministeriorum *Gv*

qui, quantum imperitorum sensus capit, multa dant indicia doctrinarum suarum et non uiuunt aliter quam uiuendum esse praecipiunt. quibus si aliqua etiam fortunae munera accesserint, quorum appareant usu magni contemtuque maiores, difficillimum omnino est ut eis quisque uiuendi praecepta dantibus credens recte uituperetur.

QVOD AMORE SE SEQVENTIBVS DEVS AVCTORITATIS VIAM SEPTEMPLICITER MVNIVERIT. EX LIBRO DE MORIBVS ECCLESIAE CATHOLICAE.

24 Quaeramus quemadmodum sit homini uiuendum. beate certe omnes uiuere uolumus; beatus autem neque ille dici potest qui non habet quod amat, qualecumque sit, neque qui habet quod amat, si noxium sit, neque qui non amat quod habet, etiam si optimum sit. nam et qui appetit quod adipisci non potest cruciatur; et qui adeptus est quod appetendum non esset fallitur; et qui non appetit quod adipiscendum esset aegrotat. nihil autem istorum animo contingit sine miseria: nullus igitur illorum beatus est. quartum restat ubi beata uita inueniri queat, cum id quod est hominis optimum et amatur et habetur. quid est enim aliud quod dicimus frui nisi praesto habere quod diligis? praesto ergo esse nobis debet optimum nostrum, si beate uiuere cogitamus. nam quisquis quod se ipso est deterius sequitur, fit et ipse deterior. oportet autem omnem hominem id quod optimum est sequi; sed tale esse debet quod non amittat inuitus. quippe nemo potest confidere de tali bono quod sibi eripi posse sentit, etiam si reti-

1 quae G^1v indica G^1 ad *post* indicia *add.* G^1P^1 2 taliter DG^1Pv 3 furtunae G^1v 4 maioris D^2G^1v 5 quisquis P 7 amores sequente D auctoritatē suā P 8 ex eodem P 10 beatae DT beati GP^1v 12 qualecumque — quod amat *add. m. 2 in marg.* G 13 h. et quod P 14. 15. 16 qui] quae G^1 14 adepisci *et* 16 adepiscendum D 16 apetit P 17 isto DGv 18 igitur] autem P quarum G^1v quantum P beate G^2v 19 inueniri (*om.* uita) G^1 uiuere G^2v quaeat D^1 23 est] eius G^1 deteriur D^1 25 ammittat P

nere id amplectique uoluerit. quisquis autem de bono quo fruitur non confidit, in tanto timore amittendi beatus esse quis potest? quis uero dubitet hominem sapientem si sequi satis putauerimus, auferri nobis etiam repugnantibus posse? deus igitur restat, quem si sequimur, bene, si assequimur, non tantum bene sed etiam beate uiuimus. secutio ergo dei est beatitatis appetitus, consecutio ipsa beatitas. sed quo pacto sequimur quem non uidemus? aut quomodo uidemus, qui non solum homines sed etiam insipientes homines sumus? confugiendum est igitur ad eorum praecepta quos sapientes fuisse probabile est, ut in lucem ueritatis aciem titubantem uelut ramis humanitatis opacata inducat auctoritas. quam uiam nobis deus et patriarcharum segregatione et legis uinculo et prophetarum praesagio et suscepti hominis sacramento et apostolorum testimonio et martyrum sanguine et gentium occupatione muniuit; quare ratiunculas nostras diuinis submittamus affatibus.

Audiamus ergo quem finem bonorum nobis, Christe, praescribas, quo nos summo amore tendere iubes. diliges, inquit, dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua. quid uis amplius? et Paulus: diligentibus, inquit, deum omnia procedunt in bonum. dicit etiam ipse dilectionis modum: quis ergo nos separabit a caritate Christi? et cetera; et post pauca: certus sum enim quia neque mors neque uita et reliqua. si ergo nulla res ab eius caritate nos

19 Deut. 6, 5 et Matth. 22, 37 22 Rom. 8, 28 24 Rom. 8, 35 25 Rom. 8, 38

3 seque G^1 4 auferre G^1v 5 asequimur P assequemur Gv 6 uiuemus D 7 appeditus D^1 beatitas] beatitatis D^1 pacio T 8 uedemus P^1 9 sumus homines T 10 quo D 12 opagata D^1 oppacata P inducant D auctoris D 14 homines D^1T 15 apostolū D^1 testimonia P^1 martirum P 16 muniunt D rariunculas D 19 iubis D^1 diligis DP^1 21 et *om.* T 23 etiam] enim D 24 caretate D Christi] dei P 26 nos *om.* P

separat, quid esse non solum melius sed etiam certius hoc bono potest? nemo nos inde separat minando mortem; id ipsum enim quod diligimus deum mori non potest, nisi dum non diligit deum, cui mors ipsa est non diligere deum, quod nihil est aliud quam ei quicquam in diligendo atque sequendo praeponere. nemo inde separat pollicendo uitam; nemo enim ab ipso fonte separat aquam pollicendo. non separat angelus; non enim est angelus, cum inhaeremus deo, nostra mente potentior. non separat uirtus; si illa uirtus hic nominata est, quae aliquam potestatem in hoc mundo tenet, toto mundo est omnino sublimior mens inhaerens deo; sin illa uirtus dicta est, quae ipsius animi nostri rectissima affectio est, si in alio est, fauet ut coniungamur deo; si in nobis est, ipsa coniungit. non separant instantes molestiae; hoc enim leuiores eas sentimus, quo ei a quo nos separare moliuntur artius inhaeremus. non separat promissio futurorum; nam et quidquid boni futurum est, certius promittit deus et nihil est ipso deo melius, qui iam profecto bene sibi inhaerentibus praesens est.]

X.

DE PRINCIPIO GENESIS. ITEM EX LIBRO CONFESSIONVM XII AD LOCVM.

Nemo iam mihi molestus sit dicendo mihi: non hoc sensit Moses quod tu dicis, sed hoc sensit quod ego dico. si enim mihi diceret: unde scis hoc sensisse Mosen quod de his uer-

1 quid — separat *om.* *Gv* non solum *in marg. add.* P^2 2 separat inde *P* inde] unde *v* 3 deo *Gv* 4 cui] cum G^2v dilegere *D* deum *om.* *Gv* 5 in *om.* *P* 7 angelos *D* 8 inheremos v^1 dm̄ *D* 11 inherendo *T* sin] si in *P* 12 sin (*om.* in) DG^1v alia G^2v 14 seperant *D* hoc] eo G^2v 16 non] nos G^1 promisio *P* 18 *post* est *add.* *P*: n̄ separat altitudo neq; ꝑfundū. Si haec uerba scilicet altitudinem uel ꝑfundita 20 de *om.* *T* genesi *T* 21 inter cetera et *ante* ad *add.* *DGPTv* 22 dicendum *D* 23 *et* 24 moyses *et* moysen *DGv* moises *P* dices *MV* 24 dicerit *D*

bis eius eloqueris? aequo animo ferre deberem et responderem fortasse quae superius respondi uel aliquanto uberius, si esset durior. cum uero dicit: non hoc sensit ille quod tu dicis, sed quod ego dico, neque tamen negat quod uterque nostrum dicit utrumque uerum esse: o uita pauperum deus meus, in cuius sinu non est contradictio, plue mihi mitigationes in cor, ut patienter tales feram. qui non mihi hoc dicunt quia diuini sunt et in corde famuli tui uiderunt quod dicunt, sed quia superbi sunt nec nouerunt Mose sententiam, sed amant suam, non quia uera est, sed quia sua est. alioquin et aliam ueram pariter amarent, sicut ego amo quod dicunt, quando uerum dicunt, non quia ipsorum est, sed quia uerum est; et ideo iam nec ipsorum est, quia uerum est. si autem ideo ament illud quia uerum est, iam et ipsorum est et meum est, quoniam in commune omnium est ueritatis amatorum. illud autem quod contendunt non hoc sensisse Mosen quod ego dico, sed quod ipsi dicunt, nolo, non amo; quia etsi ita est, tamen ista temeritas non scientiae, sed audaciae est, nec uisus, sed typhus eam peperit. ideoque, domine, tremenda sunt iudicia tua, quoniam ueritas tua nec mea est nec illius, sed omnium nostrum quos ad eius communionem publice uocas, terribiliter admonens nos ut eam nolimus habere priuatam, ne priuemur ea. nam quisquis id quod tu omnibus ad fruendum proponis sibi proprie uindicat et suum uult esse quod omnium est, a communi propellitur ad sua, hoc est a ueritate ad mendacium; qui enim loquitur in mendacium, de suo loquitur.

26 Io. 8, 44

1 loqueris D^1G^1Pv loquaeris T respondere D^1T 2 aliquando DG^1v 3 ille sensit $DGPTv$ 4 ut. uerum nostrum D^1 ut. uerum noster G^1v 5 utrumque] totumque D^1G^1v uerum *om.* D^1v 6 corde P 8 uederunt D^1 sed] se P 9 moyse G^1P^1 mosi T moysi G^2P^2v myose D^1 10 sed] se P uera D^1 11 uero D^1G^1 12 *alterum* est *om.* T 13 uirum D ideo] deo D^1G^1v amant T 14 *alterum* est *om.* D^1G^1PTv 19 tyfus V typus G^2Pv tipus D^2 tempus D^1 eū P pperit D^1 20 alius M^1 aut illius *ante* sed *add.* G^3 21 nostrorum DG^1Pv communione V 22 amonens D nolemus D^2MTV habire D^1 25 commune G^1P^1 suam D^1P 26 in MV: *om.* $DGPTv$

attende, iudex optime deus, ipsa ueritas, attende quid dicam contradictori huic, attende; coram te enim dico et coram fratribus meis, qui legitime utuntur lege usque ad finem caritatis. attende et uide quid ei dicam, si placet tibi; hanc enim uocem huic refero fraternam et pacificam: si ambo uidemus uerum esse quod dicis et ambo uidemus uerum esse quod dico, ubi, quaeso, id uidemus? nec ego utique in te nec tu in me, sed ambo in ipsa quae supra mentes nostras est incommutabili ueritate. cum ergo de ipsa domini dei nostri luce non contendamus, cur de proximi cogitatione contendimus, quam sic uidere non possumus, ut uidetur incommutabilis ueritas, quando si ipse Moses apparuisset nobis atque dixisset: hoc cogitaui, nec sic eam uideremus, sed crederemus? non itaque supra quam scriptum est unus pro altero inflatur aduersus alterum. diligamus dominum deum nostrum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente nostra, et proximum nostrum sicut nosmet ipsos. propter duo praecepta caritatis sensisse Mosen quidquid in illis libris sensit nisi crediderimus, mendacem faciemus dominum, cum de animo conserui aliter quam ille docuit opinamur. iam uide quam stultum sit in tanta copia uerissimarum sententiarum, quae de illis uerbis erui possunt, temere affirmare quam earum Moyses potissimum senserit et perniciosis contentionibus ipsam offendere caritatem, propter quam dixit omnia cuius dicta conamur exponere.

3 cf. I Tim. 1, 8 14 cf. I Cor. 4, 6 15 cf. Deut. 6, 5 et Matth. 22, 37

5 uocem D^2 (*in mg.*) *MV*: uoluntatem D^1G^1PTv paucificam *T* *ante* si *add. P*: uocem 6 uitemus D^1 quod] quae P^1 dico D^1P dicis — quod *om.* D^1Gv 7 quaero P^1 uidimus D^1 inuidemus (*om.* id) *P* 13 ea *T* uiderimus *D* 16 et *post* corde *add.* G^3PT anima et ex *DGPTv* nostra] nam G^1v 17 *post* nos *ras. 3 litt. in V* propter] p. quae G^3T 18 moysen *DGPv* moisen *T* quicquid *GPv* 22 erui] serui *MV* timere D^1G^1 moysei *MV* 24 quam] q; iam V^2

XI.

ITEM DE EODEM PRINCIPIO, QVOD MAGIS PROSIT MVLTIPLEX SENSVVM PROLATIO, SI NON SIT CONTRA FIDEM. EX LIBRO CONFESSIONVM XII AD LOCVM.

Sicut enim fons in paruo loco uberior est pluribusque riuis 26
in ampliora spatia fluxum ministrat quam quilibet eorum riuorum, qui per multa locorum ab eodem fonte deducitur, ita narratio dispensatoris tui sermocinaturis pluribus profutura paruo sermonis modulo scatet fluenta liquidae ueritatis, unde sibi quisque uerum quod de his rebus potest, hic illud, ille illud, per longiores loquellarum anfractus trahat. alii enim cum haec uerba legunt uel audiunt, cogitant deum quasi hominem aut quasi aliquam mole immensa praeditam potestatem nouo quodam et repentino placito extra se ipsum tamquam locis distantibus fecisse caelum et terram, duo magna corpora supra et infra, quibus omnia continerentur. et cum audiunt: „dixit deus: fiat illud, et factum est illud", cogitant uerba concepta, finita, sonantia temporibus atque transeuntia, post quorum transitum statim existere quod iussum est ut existeret; et si quid forte aliud hoc modo ex familiaritate carnis opinantur. in quibus adhuc paruulis animalibus, dum isto humillimo genere uerborum tamquam materno sinu eorum gestatur infirmitas, salubriter aedificatur fides, qua certum habeant et teneant deum fecisse omnes naturas, quas eorum sensus mirabili uarietate circuminspicit. quorum si quispiam

1 *cap.* XXVI *DGPTv* 2 de] ex *DGPTv* 3 fidelem *T* 5 paruulo co P^1 6 quelibet G^1 7 que G^1 locarum *D* eodem] eorum *P* 8 dispensata oris G^2v sermocinatoris *D* sermocinatoribus *P* sermone G^2v 9 modolo G^1 scatet ^{et} (et *a m. 2*) *P* 11 loquillarum *D* amfractus *T* 13 aliqua *MV* molem *DGTv* inmensā D^1 immense G^1v potestate D^2G^3T 14 ipsam *DG Tv* 15 dua *MV* magno *v* 16 contenerentur *D* conterentur G^1 17 f. illud] f. lux P^2 et—illud *om. v* 18 concepta *MV*: coepta DGP^1Tv et finita *DGPTv* temporalib. *MV* 19 corum *P* existeret P^2 22 sine *T* 23 infirmatas *T* 25 circuminsp. —uilitatem *a m. 2 in marg. inf. M* circumspicit *DGPTv*

quasi uilitatem dictorum aspernatus extra nutritorias cunas superba inbecillitate se extenderit, heu! cadet miser et, domine deus, miserere ne implumem pullum conculcent qui transeunt uiam, et mitte angelum tuum, qui eum reponat in nido, ut uiuat donec uolet.

Alii uero, quibus haec uerba non iam nidus, sed opacata frutecta sunt, uident in eis latentes fructus et uolitant laetantes et garriunt scrutantes et carpunt eos; uident enim, cum haec uerba legunt uel audiunt, tua, deus, aeterne stabili permansione cuncta praeterita et futura tempora superari nec tamen quicquam esse temporalis creaturae quod tu non feceris, cuius uoluntas, quia id est quod tu, nullo modo mutata uel quae antea non fuisset, exorta uoluntate fecisti omnia: non de te similitudinem tuam formam omnium, sed de nihilo dissimilitudinem informem, quae formaretur per similitudinem tuam recurrens in te unum pro captu ordinato, quantum cuique rerum in suo genere datum est, et fierent omnia bona ualde, siue maneant circa te siue gradatim remotiore distantia per tempora et locos pulchras uariationes faciant aut patiantur. uident haec et gaudent in luce ueritatis tuae, quantulum hic ualent. et alius eorum intendit in id quod dictum est: in principio fecit deus et resipiscit sapientiam principium, quia et loquitur ipsa nobis. alius itidem intendit in eadem uerba et principium intellegit exordium rerum conditarum et sic accipit in principio fecit, ac si diceretur: primo fecit. atque in eis qui intellegunt in principio quod in sapientia fecisti caelum et terram, alius eorum ipsum caelum et terram

1 in *ante* dictorum *eras. in M* conas *V* curas *P* 2 tu *post* et *add. D^2P* 3 miserire D^1 quae G^1v 6 uerba *om. Gv* opaca *GPTv* opaga *D* 7 fructecta *T* eius D^2 8 carpiunt *P* 9 tua] tuum G^1 tuum est G^2v aeterna D^1G^1 est stabile G^1 10 et futura *om.* D^1 superare G^1v 15 dissimilitudine *v* in forma MP^1V 18 remotiora *P* 19 locus DP^1 loca *v* pulcras *D* uariationes *a*: narrationes DMP^2 *TVv* 22 respicit *Pv* 23 loquetur *v* aliud D^1v ididem P^1 26 qui] *om. T*; quae *v* 27 fecit *P* alius—terram *om.* T^1 hoc ipsum *v*

creabilem materiam caeli et terrae sic esse credit cognominatam, alius iam formatas distinctasque naturas, alius unam formatam eandemque spiritalem caeli nomine, aliam informem corporalis materiae terrae nomine. qui autem intellegunt in nominibus caeli et terrae adhuc informem materiam, de qua formaretur caelum et terra, nec ipsi uno modo intellegunt, sed alius unde consummaretur intellegibilis sensibilisque creatura, alius tantum unde sensibilis moles ista corporea sinu grandi continens perspicuas promtasque naturas; nec illi uno modo qui iam dispositas digestasque creaturas caelum et terram uocari hoc loco credunt, sed alius inuisibilem atque uisibilem, alius solam uisibilem, in qua luminosum caelum suspicimus et terram caliginosam quaeque in eis sunt.

At ille qui non aliter accipit in principio fecit quam si diceretur: primo fecit, non habet quomodo ueraciter intellegat caelum et terram, nisi materiam caeli et terrae intellegat, uidelicet uniuersae, id est intellegibilis corporalisque creaturae. si enim iam formatam uelit uniuersam, recte ab eo quaeri poterit, si hoc primo fecit deus, quid fecerit deinceps; et post uniuersitatem non inueniet ac per hoc audiet inuitus: quomodo illud primo, si postea nihil? cum uero dicit primo informem, deinde formatam, non est absurdus, si modo est idoneus discernere quid praecedat aeternitate, quid tempore, quid electione, quid origine: aeternitate, sicut deus omnia; tempore, sicut flos fructum; electione, sicut fructus florem; origine, sicut sonus cantum. in his quattuor primum et ultimum quae commemoraui difficillime intelleguntur, duo media

1 materiarum *MV* credidit *P* 2 unum T^1 4 nominae D^1 5 omnibus D^2P^1 materia *ex* materie *correctum P* 6 terrā *P* id *post* modo *add. DPTv* 7 consumaretur *P* sensiblisque *P* 8 molis *D* 9 prumtasque *D* prumptasque P^1 proptasque *T* 10 degestasque P^1 11 uisibilem atque inuisibilem *T* adque *P* 13 suscipimus *Pv* 15 primum D^1v 17 corruptibilisque *T* 18 formata *et* uniuersa *v* 19 potest *D* 21 primum inf. D^1 22 formatū D^2 absordus P^1 modo] quomodo D^1P^1v 23 aeternitati D^1 25 tempora *v* elictione *D* 26 sonos D^1

facillime. namque rara uisio est et nimis ardua conspicere, domine, aeternitatem tuam incommutabiliter mutabilia facientem ac per hoc priorem. quis deinde sic acutum cernat animo, ut sine labore magno dinoscere ualeat quomodo prior sit sonus quam cantus? ideo quia cantus est formatus sonus et esse utique aliquid non formatum potest, formari autem quod non est non potest. sic est prior materies quam id quod ex ea fit: non ideo prior, quia ipsa efficit, cum potius fiat; nec prior interuallo temporis; neque enim priore tempore sonos edimus informes sine cantu et eos posteriore tempore in formam cantici coaptamus aut fingimus sicut ligna, quibus arca, uel argentum, quo uasculum fabricatur. tales quippe materiae tempore etiam praecedunt formas rerum, quae fiunt ex eis. at in cantu non ita est. cum enim cantatur, auditur sonus eius, non prius informiter sonat et deinde formatur in cantum. quod enim primo utcumque sonuerit, praeterit nec ex eo quicquam reperies quod resumtum arte componas; et ideo cantus in sono suo uertitur, qui sonus eius materies eius est. idem quippe formatur ut cantus sit, et ideo, sicut dicebam, prior materies sonandi quam forma cantandi: non per faciendi potentiam prior: neque enim sonus est cantandi artifex, sed cantanti animae subiacet ex corpore de quo cantum faciat; nec tempore prior: simul enim cum cantu editur; nec prior electione: non enim potior sonus quam cantus, quando quidem cantus est non tantum sonus uerum etiam speciosus sonus; sed prior est origine, quia non cantus formatur ut sonus sit, sed sonus formatur ut cantus sit. hoc exemplo qui potest

2 incommutabilia (*om.* mutabilia) *v* 3 priore D^1 atutum *M* ac*tum (u *ras.*) *D* acuto P^2 4 ///agnoscere (*om.* magno) *M* denoscere DP^1 8 prior *om. P* quia—prior *in marg. inf.* P^2 ipse P^2v fecit *v* 9 tempore *om.* P^1 10 sonus *Dv* informis D^1v canto D^1 11 furmam *D pr.* 12 archa *v* 14 at] sed *P in ras.* cantum *DMV* 15 eius] est *T* 16 canticum *P* 17 repperies *libri* 18 qui] quia *P* 20 priore *D* 21 perficiendi (*om.* per) *DPTv* popotentiam *V pr.* potentia *DMPv* 22 cantandi *MVv* 23 canto *Dv* 24 *post* sonus *add.* D^2: uerum etiam speciosus 25 uerum—sonus *om. MV* sonus *om. D*

intellegat materiam rerum primo factam et appellatam caelum et terram, quia inde facta sunt caelum et terra; nec tempore primo factam, quia formae rerum exerunt tempora, illa autem erat informis iamque in temporibus simul animaduertitur; nec tamen de illa narrari aliquid potest nisi uelut tempore prior sit, cum pendatur extremior — quia profecto meliora sunt formata quam informia — et praecedatur aeternitate creatoris, ut esset de nihilo unde aliquid fieret.

In hac diuersitate sententiarum uerarum concordiam pariat ipsa ueritas et deus noster misereatur nostri, ut legitime lege utamur, praecepti fine, pura caritate. ac per hoc si quis quaerit ex me quid horum Moses tuus ille famulus senserit, non sunt hi sermones confessionum mearum; si tibi non confiteor, nescio; et scio tamen illas ueras esse sententias exceptis carnalibus, de quibus quantum existimaui locutus sum: quos tamen bonae spei paruulos haec bona uerba libri tui non territant, alta humiliter et pauca copiose. sed omnes, quos in eis uerbis uera cernere ac dicere fateor, diligamus nos inuicem pariterque diligamus te dominum deum nostrum, fontem ueritatis, si non uanam, sed ipsam sitimus; eundemque famulum tuum, scripturae huius dispensatorem, spiritu tuo plenum ita honoremus, ut hoc eum te reuelante cum haec scriberet attendisse credamus, quod in eis maxime et luce ueritatis et fruge utilitatis excellit.

Ita cum alius dixerit: hoc sensit quod ego, et alius: immo illud quod ego, religiosius me arbitror dicere: cur non utrum-

2 terram (nec) *DV*; m *expunxit m. 1 in V* 3 rurum T^1 exseꝝ *T* exerum *v* 5 narrare D^1PT uelud *P* 6 com (o *ex* u *corr.*) *D* profectu *D* 7 informa *DP* praecedetur *P* praeceditur *v* aeternitatē *P* 9 sententia *post* diuersitate *add. D* condiam (*om.* cor) *T* pareat *D* 10 miseriatur D^1 lege *om. D*; legē *P* 11 utamur (uta *a m. 2 in ras.*) *D* ac] hac *D* 12 moyses *PTv* 13 hii *MVv* 14 nestio D^1 15 loquutus *MV* 16 paruolis D^1 bona *om. DPTv* 17 cupiose *D* 19 dominum *om. DPTv* 20 uana D^2T 21 scriptore D^1 22 honeremus D^1 relante D^1 24 utilitatis] uti (ut *M*) litteris *MV* 25 cum aliis P^1 26 relegiosius *D*

que potius, si utrumque uerum est? et si quid tertium et si quid quartum et si quid omnino aliud uerum quispiam in his uerbis uidet, cur non illa uidisse credatur per quem deus unus sacras litteras uera et diuersa uisuris multorum sensibus temperauit? ego certe, quod intrepidus de meo corde pronuntio, si ad culmen auctoritatis aliquid scriberem, sic mallem scribere, ut quod ueri quisque de his rebus capere posset mea uerba resonarent, quam ut unam ueram sententiam ad hoc apertius ponerem, ut excluderem ceteras, quarum falsitas me non posset offendere. nolo itaque, deus meus, tam praeceps esse, ut hoc illum uirum de te meruisse non credam. sensit ille omnino in his uerbis atque cogitauit, cum ea scriberet, quidquid hic ueri potuimus iuuenire et quidquid nos non potuimus aut nondum potuimus et tamen in eis inueniri potest.

Postremo, domine, qui deus es et non caro et sanguis, si quid homo minus uidit, numquid et spiritum tuum bonum, qui deducet me in terram rectam, latere potuit quidquid eras in eis uerbis tu ipse reuelaturus legentibus posteris, etiam si ille per quem dicta sunt unam fortassis ex multis ueris sententiam cogitauit? quod si ita est, si igitur illa quam cogitauit ceteris excelsior, nobis autem, domine, aut ipsam demonstras aut quam placet alteram ueram, ut siue nobis hoc quod etiam illi homini tuo, siue aliud ex eorundem uerborum occasione patefacias, tu tamen pascas, non error inludat.

18 cf. Ps. 142, 10

2 aliud omnino *DPTv* quis (*om.* piam) *T* in *om. D* 3 quur *DM* illa] i. omnia *DTv* omnia illa *P* ꝙ quem D^1 quę *v* 5 intrepitus D^1 7 uere *D* carpere *P* possit *D* 9 huc *D* 11 uerum *D* 12 ea* *P* 13 hic *om. D* uere *D* 14 nondum possumus *v* 15 inuenire *DP* 16 es et] esset *v* 17 quis *P* uidet *DPTv* 18 deducit P^1v lętare *v* 19 eis] his *v* si ille — sententiam *om. D pr.* 20 uiris *DTv* 21 si ig. MP^1V: sit ig. DP^2Tv illam *MV* 23 demonstrans *v* demonstra *T* 25 parcas *D*

XII.

ITEM DE PRINCIPIO LIBRI GENESIS. PRINCIPIVM LIBRI GENESIS AD LITTERAM.

Omnis diuina scriptura bipertita est secundum id quod 27
dominus significat dicens scribam eruditum in regno dei similem esse patri familias proferenti de thesauro suo noua et uetera, quae duo etiam testamenta dicuntur. in libris autem omnibus sanctis intueri oportet quae ibi aeterna intimentur, quae facta narrentur, quae futura praenuntientur, quae agenda praecipiantur uel moneantur. in narratione ergo rerum factarum quaeritur utrum omnia secundum figurarum tantummodo intellectum accipiantur an etiam secundum fidem rerum gestarum asserenda et defendenda sint. nam non esse accipienda figuraliter nullus christianus dicere audebit attendens apostolum dicentem: omnia autem haec in figura contingebant in illis, et illud quod in Genesi scriptum est: et erunt duo in carne una, magnum sacramentum commendantem in Christo et in ecclesia. si ergo utroque modo illa scriptura scrutanda est, quomodo dictum est praeter allegoricam significationem: in principio fecit deus caelum et terram? utrum in principio temporis, an quia primo omnium, an in principio, quod est uerbum dei unigenitus filius? et quomodo possit ostendi deum sine ulla sui commutatione operari mutabilia et temporalia? et quid significetur nomine caelum et terram, utrum spiritalis corporalisque creatura

5 cf. Matth. 13, 52 15 I Cor. 10, 11 17 Gen. 2, 24 18 cf. Ephes. 5, 32

2 Principium libri (primi *add.* D^2) de genesi ad litteram *DPTv*; et quod sp̄s dī supferebatur sup aquas *add.* *P* 4 biperdita G^1 5 eruditum *om.* *P* 6 nouo *G* 7 autem *add.* P^2 *supr. uers.* 8 omniub;* *V* (u *ras.*) 9 narrantur G^1 10 moniantur D^1P^1 11 tanto modo DG^1 15 haec autem G^1 16 illis (*om.* in) *T* genisi *D* 18 ecclesiam $D^1G^1P^1$ 19 scrudanda D^1 alligoricam *D* allegoriam G^1 22 in *eras.* *in P* 24 operarū V^2 operarari *P* operi *v* 25 caeli et terrae *DGP Tv* utrum—terrae *om.* T^1

caeli et terrae uocabulum acceperit an tantummodo corporalis, ut in hoc libro de spiritali tacuisse intellegatur atque ita dixisse caelum et terram, ut omnem creaturam corpoream superiorem atque inferiorem significare uoluerit? an utriusque informis materia dicta est caelum et terra, spiritalis uidelicet uita sicuti esse potest in se, non conuersa ad creatorem — tali enim conuersione formatur atque perficitur; si autem non conuertatur, informis est — corporalis autem si possit intellegi per priuationem omnis corporeae qualitatis, quae apparet in materia formata, cum iam sunt species corporum siue uisu siue alio quolibet sensu corporis perceptibiles? an caelum intellegendum est creatura spiritalis ab exordio quo facta est perfecta illa et beata semper, terra uero corporalis materies adhuc imperfecta? quia terra, inquit, erat inuisibilis et incomposita, et tenebrae erant super abyssum; quibus uerbis uidetur informitatem significare substantiae corporalis. an utriusque informitas his etiam posterioribus uerbis significatur, corporalis quidem eo quod dictum est: terra erat inuisibilis et incomposita; spiritalis autem eo quod dictum est: tenebrae erant super abyssum, ut translato uerbo tenebrosam abyssum intellegamus naturam uitae informem, nisi conuertatur ad creatorem, quo solo modo formari potest ut non sit abyssus, et inluminari ut non sit tenebrosa? et quomodo dictum est: tenebrae erant super abyssum? an quia non erat lux, quae si esset, utique super esset et tamquam superfunderetur, quod tunc fit in creatura spiritali, cum conuertitur ad incommutabile atque incorporale lumen, quod deus est?

1 acciperit *DG*¹*MV* tantummodū *v* 2 spiritale *G*¹*P*¹ 4 utri*sque (u *ras.*) *D* 5 terram *DPV pr.* spiritales *G*¹*P*¹ 7 conuersatione *D*¹*G*¹*v* 8 corporis *G*¹ 10 materea *D*¹ uisus *DG*¹*P*¹*v* 11 perceptabiles *G*¹*v* 12 qua *v pr.* 14 ininperfecta *MV* 15 abissum *D* 17 utri*sque (u *ras.*) *D* 18 autem *post* terra *add. T* 20 arant *P* 21 tenebrosū *P* 22 solum *T* 23 formare *T* abisus *D* 25 quia non erat *add. D*² *in ras.* 26 superfunderet *DG*¹*MPTV* 27 incummutabile *D*¹ incommutabilem *MV* incorporalem *G*¹*V* incorporali *M* incorruptabile *T* 27 est deus *DGTv*

Et quomodo: et dixit deus: fiat lux? utrum temporaliter an in uerbi aeternitate? et si temporaliter, utique mutabiliter; quomodo ergo possit intellegi hoc dicere deus nisi per creaturam? ipse quippe est incommutabilis. et si per creaturam dixit deus: fiat lux, quomodo est prima creatura lux, si erat iam creatura, per quam deus diceret: fiat lux? an non est lux prima creatura, quia iam dictum erat: in principio fecit deus caelum et terram? et poterat per caelestem creaturam uox fieri temporaliter atque mutabiliter, qua diceretur: fiat lux. quod si ita est, corporalis lux facta est ista, quam corporeis oculis cernimus, dicente deo per creaturam spiritalem, quam deus iam fecerat, cum in principio fecit caelum et terram: fiat lux, eo modo, quo per talis creaturae interiorem et occultum motum diuinitus dici potuit: fiat lux. an etiam corporaliter sonuit uox dicentis dei: fiat lux, sicut corporaliter sonuit uox dicentis dei: tu es filius meus dilectus? et hoc per creaturam corporalem, quam fecerat deus, cum in principio fecit deus caelum et terram, antequam fieret lux, quae in hac sonante uoce facta est. et si ita est, qua lingua sonuit ista uox dicente deo: fiat lux? quia nondum erat linguarum diuersitas, quae postea facta est in aedificatione turris post diluuium. quaenam lingua erat una et sola, qua deus locutus est: fiat lux, et quis erat quem oportebat audire atque intellegere, ad quem uox huius modi proferretur? an haec absurda carnalisque cogitatio est atque suspicio? quid ergo dicemus? an id quod intellegitur in sono uocis, cum dicitur: fiat lux, non autem ipse corporeus sonus, hoc bene accipitur esse uox dei? et utrum hoc ipsum ad naturam pertineat uerbi eius, de quo

17 Matth. 3, 17 22 cf. Gen. 11, 7

1 dixit (*om.* et) *D* 3 dn̄ (s *a m. 2*) *D*: deo G^1Pv dei *T* 5 quomo *P* est] est ergo *T* ergo est *P* 7 fia *P* 9 temporalis temporaliter *P* 14 tales *Gv* creaturas G^2v 16 dicentes D^1 19 hanc G^1 sonante *om. P* 20 uox ista *DGPTv* 22 quae iam P^2 23 loquutus *MV* 24 at *P* 25 haec *om. P* 26 dicimus DGP^1v 27 intellegimus *P* diceretur *DGPv* 29 ipsud *MV* perteneat *D*

dicitur: in principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum? cum enim de illo dicitur: omnia per ipsum facta sunt, satis ostenditur et lux per ipsum facta, cum dixit deus: fiat lux. quod si ita est, aeternum est quod ait deus: fiat lux, quia uerbum dei, deus apud deum, filius unicus dei, patri coaeternus est, quamuis deo haec in aeterno uerbo dicente creatura temporalis facta sit. cum enim uerba sint temporis, cum dicimus quando et aliquando, aeternum tamen est uerbo dei quando fieri aliquid debeat, et tunc fit quando fieri debuisse in illo uerbo est, in quo non est quando et aliquando, quoniam totum illud uerbum aeternum est.

Et quid est lux ipsa, quae facta est? utrum spiritale quid an corporale? si enim spiritale, potest ipsa esse prima creatura iam hoc dicto perfecta, quae primo caelum appellata est, cum dictum est: in principio fecit deus caelum et terram; ut quod dixit deus: fiat lux, et facta est lux, eam reuocante ad se creatore conuersio eius facta atque inluminata intellegatur. et cur ita dictum est: in principio fecit deus caelum et terram, et non dictum est: in principio dixit deus: fiat caelum et terra, et facta sunt caelum et terra, sicut de luce narratur: dixit deus, fiat lux, et facta est lux? utrum prius uniuersaliter nomine caeli et terrae comprehendendum erat et commendandum quod fecit deus, et deinde per partes exequendum quomodo fecit, cum per singula dicitur: dixit deus, id est quia per uerbum suum fecit quidquid fecit?

1 Io. 1, 1 et 3

1 erat *ante* apud *om. Gv* 3 satis—facta G^3: *om. libri* 5 quod] quo *D* lux *om. D* 6 deo patri *PT* q̄oaeternus *D* 8 temporalia *P* 9 uerbū *DP*^{2} 10 debuisset in *MV*; t et i *a m. 2 in V* 13 spiritalis *GPv* quid—spiritale *om. D*^{1}*GP*^{1}*v* 14 creatura esse prima *P* 17 ut] et *D* 18 reuocante *et* creatore G^3: reuocantem *et* creatorem *libri* 19 intellegitur *D*^{1}*G*^{1}*v* 21 terram *D* 22 terram *DMV* 23 caelū *P* 24 quod] quae *P* q̄ *D* cum *Gv* 25 exequendo *D* 26 est *om. D*^{1}

An cum primum fiebat informitas materiae siue spiritalis siue corporalis, non erat dicendum: dixit deus: fiat, quia formam uerbi semper patri cohaerentis, quo sempiterne dicit deus omnia, neque sono uocis neque cogitatione tempora sonorum uoluente, sed coaeterna sibi luce a se genitae sapientiae non imitatur imperfectio, cum dissimilis ab eo quod summe ac primitus est informitate quadam tendit ad nihilum; sed tunc imitatur uerbi formam semper atque incommutabiliter patri cohaerentem, cum et ipsa pro sui generis conuersione ad id quod uere ac semper est, id est ad creatorem suae substantiae, formam capit et fit perfecta creatura? ut in eo quod scriptura narrat: dixit deus: fiat, intellegamus dei dictum incorporeum [in natura uerbi eius coaeterni reuocantis ad se imperfectionem creaturae, ut non sit informis, sed formetur secundum singula, quae per ordinem exequitur? in qua conuersione et formatione, qua pro suo modo imitatur deum uerbum, hoc est dei filium semper patri cohaerentem plena similitudine et essentia pari, qua ipse et pater unum sunt, non autem imitatur hanc uerbi formam, si auersa a creatore informis et imperfecta remaneat, propterea filii commemoratio non ita fit, quia uerbum, sed tantum quia principium est, cum dicitur: in principio fecit deus caelum et terram; exordium quippe creaturae insinuatur adhuc in informitate imperfectionis. fit autem filii commemoratio, quod etiam uerbum est, in eo quod scriptum est: dixit deus: fiat, ut per id quod principium est insinuet exordium creaturae existentis ab illo adhuc imperfectae, per id autem quod

18 cf. Io. 10, 30

3 forma G^1 formam uerbi (m u *et* bi *a m. 2 in ras.*) D 5 uoluentem D^1G^1Tv uoluentes $Ppr.$ coaeternā P 6 imitatur (imi *a m. 2 in ras.*) D inperfecio P 7 summae TV 8 imitator G^1 10 id (*om.* est) D^1 11 sit G^1 13 in natura—*p.* 145, 23 trinitatis agnoscimus *desunt in MV* reuocantis (re *a m. 2*) D: prouocantis GPv 15 execuntur P 18 similitudinem G^1 pari] patri P quia DP 19 hac D^1 haec Gv 20 fili P^1 23 in *om.* GP 24 fili DG^1P cummemoratio D^1 25 quid D^1 et dixit $DGPv$ 26 creturae P 27 existens $Ppr.$ quod] q; D^2

uerbum est insinuet perfectionem creaturae reuocatae ad eum, ut formaretur inhaerendo creatori et pro suo genere imitando formam sempiterne atque incommutabiliter inhaerentem patri, a quo statu hoc est quod ille.

Non enim habet informem uitam uerbum filius, cui non solum hoc est esse quod uiuere sed etiam hoc est uiuere quod est sapienter ac beate uiuere. creatura uero quamquam spiritalis et intellectualis uel rationalis, quae uidetur esse illi uerbo propinquior, potest habere informem uitam: quia non sicut hoc est ei esse quod uiuere, ita hoc uiuere quod sapienter ac beate uiuere. auersa enim a sapientia incommutabili stulte ac misere uiuit, quae informitas est. formatur autem conuersa ad incommutabile lumen sapientiae, uerbum dei; a quo enim extitit ut sit utcumque ac uiuat, ad illum conuertitur ut sapienter ac beate uiuat. principium quippe creaturae intellectualis est aeterna sapientia; quod principium manens in se incommutabiliter nullo modo cessaret occulta inspiratione uocationis loqui ei creaturae, cui principium est, ut conuerteretur ad id ex quo esset, quod aliter formata ac perfecta esse non possit. ideoque interrogatus quis esset respondit: principium, quia et loquor uobis. quod autem filius loquitur, pater loquitur, quia patre loquente dicitur uerbum, quod filius est, aeterno more, si more dicendum est, loquente deo uerbum coaeternum. inest enim deo benignitas summa et sancta et iusta et quidam non ex indigentia, sed ex beneficientia ueniens amor in opera sua. propterea priusquam scriberetur: dixit deus: fiat lux, praecessit scriptura dicens: et spiritus dei superferebatur super aquam: quia

21 Io. 8, 25

2 emitando *D* 4 quid D^1 6 et *ante* etiam *add. G* ei uiuere *GPv* et uiuere *D* 7 uera *P* 9 uerbo] uero D^1G^1v 10 (esse) qua G^1 quam D^1Pv ꝙ D^2 11 incommutabile G^1 12 formator D^1 autem *om.* D^1G^1v 13 sapientiam *T* 14 exsistit *P* uiuit G^1 17 nollo D^1 18 creatore D^1 20 posset *D* 21 quia] qui *Gv* et *om. P* 23 quid D^1 aeterno] et nono *v* more si *om.* G^1 24 qo aeternum *P* benignitatis D^1G^1 26 ꝑterea *P* 28 ferebatur *v* aquas *P*

siue aquae nomine appellare uoluit totam corporalem materiam, ut eo modo insinuaret unde facta et formata sint omnia, quae in suis generibus iam dinoscere possumus, appellans aquam, quia ex humida natura uidemus omnia in terra per species uarias formari atque concrescere; siue spiritalem uitam quandam ante formam conuersionis quasi fluitantem: superferebatur utique spiritus dei, quia subiacebat scilicet bonae uoluntati creatoris quidquid illud erat quod formandum perficiendumque inchoauerat; ut dicente deo in uerbo suo: fiat lux, in bona uoluntate, hoc est in beneplacito eius pro modo sui generis maneret quod factum est. et ideo dictum est quod placuerit deo, scriptura dicente: et facta est lux; et uidit deus lucem quia bona est: ut quemadmodum in ipso exordio inchoatae creaturae, quae caeli et terrae nomine propter id quod de illa perficiendum erat commemorata est, trinitas insinuatur creatoris — nam dicente scriptura: in principio fecit deus caelum et terram intellegimus patrem in dei nomine et filium in principii nomine, qui non patri, sed per se ipsum creatae primitus ac potissimum spiritali creaturae et consequenter etiam uniuersae creaturae principium est; dicente autem scriptura: et spiritus dei superferebatur super aquam, completam commemorationem trinitatis agnoscimus —] ita et in conuersione atque perfectione creaturae, ut rerum species digerantur, eadem trinitas insinuetur, uerbum dei scilicet et uerbi generatio, cum dicitur: dixit deus, et sancta bonitas, in qua deo placet quidquid ei pro suae naturae

1 matream D^1 3 appellens D^1 8 uolontati (ntati *a m. 2*) *D* uolentati T^1 quicqđ G^1 10 uolontate *D* bono placito *DP* 11 manerit *D* 12 placueret G^1 14 exhordio *T* 19 in *ante* nomine *add. D* patri G^3: patris DG^1PTv per G^3: et D^1G^1v; *om. PT* creatae] creaturae (ur *a m. 2*) *D* 23 cognoscimus *D* 24 conuersionē *D* conuersatione P^2 (*in ras.*) *v* conuersationem G^1 in *post* atque *add. Gv* perfectionē *D* ut] utrum (*om.* rerum) *P* 25 degerantur *D* digeratur *v* insinuatur *libri* 26 generator $G^1P^2Tv^2$ generatur $DG^1P^1v^1$ dicetur G^1 27 qua *a*: quo *libri*

modulo perfectum placet, cum dicitur: uidit deus quia bonum est.

Sed cur commemorata prius quamuis imperfecta creatura postea commemoratur spiritus dei, prius dicente scriptura: terra autem erat inuisibilis et incomposita et tenebrae erant super abyssum, ac deinde inferente: et spiritus dei superferebatur super aquam? an quia egenus atque indigus amor ita diligit, ut rebus quas diligit subiciatur, propterea cum commemoraretur spiritus dei, in quo sancta eius beniuolentia dilectioque intellegitur, superferri dictus est, ne facienda opera sua per indigentiae necessitatem potius quam per abundantiam beneficientiae deus amare putaretur? cuius rei memor apostolus dicturus de caritate supereminentem uiam demonstraturum se ait; et alio loco: supereminentem, inquit, scientiae caritatem Christi. cum ergo sic oporteret insinuare spiritum dei ut superferri diceretur, commodius factum est, ut prius insinuaretur aliquid inchoatum cui superferri diceretur; non enim loco, sed omnia superante ac praecellente potentia.

Ita etiam rebus ex illa inchoatione perfectis atque formatis uidit deus quia bonum est; placuit enim quod factum est in ea benignitate, qua placuit ut fieret. duo quippe sunt propter quae amat deus creaturam suam, ut sit et ut maneat. ut esset ergo quod maneret, spiritus dei ferebatur super aquam; ut autem maneret, uidit deus quia bonum est. et quod de luce dictum est, hoc et de omnibus: manent enim

14 I Cor. 12, 31 15 Eph. 3, 19

1 modolo *D* 3 quur *DPT* quorum memorata (*om.* cur) *MV* cummemorata *D* 6 inferentem G^1v 8 aegenus *MV* indiguus *v* 9 cum *om.* DP^1 memoraretur *Gv* 10 beneuolentia *PT* 11 necessitate D^1 12 habundantiam *T* abundantiae *M* 13 memorat *T* dicturus (i *ras.*) *D* 16 ut] et *MV* 17 ferri—cui *in ras.* M^1 superferre G^1 cūmodius *P* 21 enim *om. P* 23 sit] fit V^2 24 superferebatur P^2T 25 deus *om. Gv* bona *DGPTv* 26 de *prius om. T* et *alterum om. GPTv* manet *T* manentē G^1 manente D^1v

quaedam supergressa omnem temporalem uolubilitatem in amplissima sanctitate sub deo, quaedam uero secundum sui temporis modos, dum per decessionem successionemque rerum temporalium saeculorum pulchritudo contexitur.

XIII.

CONTRA EOS QVI DICVNT: NVMQVID IBI FVIT MOYSES, QVANDO FECIT DEVS CAELVM ET TERRAM, VT CREDATVR EI? EX LIBRO DE CIVITATE DEI XI INTER CETERA ET AD LOCVM.

Visibilium omnium maximus mundus est, inuisibilium 28
omnium maximus deus est; sed mundum esse conspicimus, deum esse credimus. quod autem deus fecerit mundum nulli potius credimus quam ipsi deo. ubi eum audimus? nusquam interim nos melius quam in scripturis sanctis, ubi dixit propheta eius: in principio fecit deus caelum et terram. numquidnam ibi fuit iste propheta, quando fecit deus caelum et terram? non; sed ibi fuit sapientia dei, per quam facta sunt omnia, quae in animas etiam sanctas se transfert, amicos dei et prophetas constituit eisque opera sua sine strepitu intus enarrat. locuntur eis quoque angeli dei, qui semper uident faciem patris uoluntatemque eius quibus oportet annuntiant. ex his unus erat iste propheta, qui dixit et scripsit: in principio fecit deus caelum et terram; qui tam idoneus testis est, per quem deo credendum sit, ut eodem spiritu dei,

19 cf. Matth. 18, 10

1 quidam D^1 supergressam *DMTV* bolubilitatem V^1 2 uero] ergo *DGPv* 3 modo D^1G^1v descessionem P^1 discessionem G^1v cessionem *T* 4 temporalium *MV*: *om. DGPTv* saeculariū *P* pulcritudo *DP* 5 *cap.* XXVIII *DPT* XXVIIII *G* VIIII *v* 6 moses *T* 7 terra *T* ut—ei *om.* P^1 8 XII *P* inter—locum *om. DGPTv* 10 est deus *v* 12 audiuimus P^1 13 melios D^1 14 deus *om. Gv* 16 non *om. T* quem *T* 17 transfert (ert *a m. 2*) *D* amicus G^1 amicas G^2v 19 ennarrat G^1 narrat *P* loquuntur G^1PT 20 uoluntateque D^1 21 his] eis *D* 23 testes P^1 est] et $D^1G^1P^1$ credendom T^1 sit] sic *T*

quo haec sibi reuelata cognouit, etiam ipsam fidem nostram futuram tanto ante praedixerit. sed quid placuit aeterno deo tunc facere caelum et terram, quae antea non fecisset? qui hoc dicunt si mundum aeternum sine ullo initio et ideo nec a deo factum uideri uolunt, nimis auersi sunt a ueritate et letali morbo impietatis insaniunt. exceptis enim propheticis uocibus mundus ipse ordinatissima sua mutabilitate et mobilitate et uisibilium omnium pulcherrima specie quodam modo tacitus et factum se esse et non nisi a deo ineffabiliter atque inuisibiliter magno et ineffabiliter atque inuisibiliter pulchro fieri se potuisse proclamat.

XIIII.

QVOD CALVMNIANTES DE MVNDI TEMPORE REFELLI POSSINT DE MVNDI LOCO. DE EODEM LIBRO XI INTER CETERA ET AD LOCVM.

29 Cum igitur unum mundum ingenti quidem mole corporea, finitum tamen et loco suo determinatum et operante deo factum esse dicant, quod respondent de infinitis extra mundum locis cur in eis ab opere deus cesset, hoc sibi respondeant de infinitis ante mundum temporibus cur in eis ab opere deus cessarit. et sicut non est consequens ut fortuito potius quam ratione diuina deus non alio, sed isto in quo est loco mundum constituerit, cum pariter infinitis ubique patentibus nullo excellentiore merito posset hic eligi, quamuis eandem diuinam rationem qua id factum est nulla possit humana comprehendere natura: ita non est consequens ut deo aliquid existi-

2 tanto *om.* *T* quid] quidquid M^1V 5 uidere G^1 6 laetali *DGMVv* 7 mobilitate] motabilitate *Gv* mobilitate et *om.* *T* 8 pulcherema D^1 12 *cap.* XXVIIII *DPT* 13 tempori G^1 refelle G^1 refalli *v* 14 inter — locum *om.* *GPTv* 17 locum G^1 18 dicunt D^1Gv quid D^1 19 respondent *D* 20 in] ab *MV* 21 cessaret *DP* fortuitu *DGP* fortuita *T* 23 com G^1 patientibus *v* 24 posset] p. et D^1GP^1v possit D^2 hoc G^2v elegi *GMP*^{1}*V* 25 qua] quia *P* posset *T* 26 exsistimemus *MV*

memus accidisse fortuitum, quod illo potius quam anteriore tempore condidit mundum, cum aequaliter anteriora tempora per infinitum retro spatium praeterissent nec fuisset aliqua differentia, unde tempus tempori eligendo praeponeretur. quod si dicunt inanes esse hominum cogitationes, quibus infinita imaginantur loca, cum locus nullus sit praeter mundum, respondetur eis isto modo, inaniter homines cogitare praeterita tempora uacationis dei, cum tempus nullum sit ante mundum.

Si enim recte discernuntur aeternitas et tempus, quod tempus sine aliqua mutabilitate non est, in aeternitate autem nulla mutatio est, quis non uideat quod tempora non fuissent, nisi creatura fieret, quae aliquid aliqua motione mutaret? cuius motionis et mutationis cum aliud atque aliud quae simul esse non possunt cedit atque succedit, in breuioribus uel productioribus morarum interuallis tempus sequeretur. cum igitur deus, in cuius aeternitate nulla est omnino mutatio, creator sit temporum et ordinator, quomodo dicatur post temporum spatia mundum creasse non uideo, nisi dicatur ante mundum iam aliquam fuisse creaturam, cuius motibus tempora currerent. porro si litterae sacrae maximeque ueraces ita dicunt in principio fecisse deum caelum et terram, ut nihil antea fecisse intellegatur, quia hoc potius in principio fecisse diceretur, si quid fecisset ante cetera cuncta quae fecit, procul dubio non est mundus factus in tempore, sed cum tempore. quod enim fit in tempore, et post aliquod fit et ante aliquod tempus: post id quod praeteritum est, ante id quod futurum est. nullum autem posset esse praeteritum, quia nulla erat creatura, cuius mutabilibus motibus ageretur.

1 accedisse G^1v accessisse MV quid D^1 2 mundum *om.* D^1Gv 3 fuisse D^1G^1Pv 4 tempore G^1 tempora P elegendo P quid D^1 8 *uerba* uacationis dei *et quae secuntur desunt in D, cum quaterniones VI. VII. VIII. intercederint.* uocationis MVv 13 motione] mutatione P 15 caedit PTv 16 productoribus v 20 aliqua M 21 current G^1v 23 ante P^2 *in ras.* 24 fecisset] fecisse G^1P^1 27 ante (et *om.*) MP^2V 28 possit GPv

cum tempore autem factus est mundus, si in eius condicione factus est mutabilis motus, sicut uidetur se habere etiam ordo ille primorum sex uel septem dierum, in quibus mane et uespera nominantur, donec omnia quae his diebus fecit deus sexto perficiantur die septimoque in magno mysterio dei uacatio commendetur: qui dies cuius modi sint aut perdifficile nobis aut impossibile est cogitare, quanto magis dicere.

Videmus quippe istos dies notos non habere uesperam nisi de solis occasu nec mane nisi de solis exortu; illorum autem priorum tres dies sine sole peracti sunt, qui die quarto factus refertur. et primitus quidem lux dei uerbo facta atque inter ipsam et tenebras deus separasse narratur et eandem lucem uocasse diem, tenebras autem noctem. sed qualis illa sit lux et quo alternante motu qualemque uesperam et mane fecerit, remotum est a sensibus nostris nec ita ut est intellegi a nobis potest; quod tamen sine ulla haesitatione credendum est. aut enim aliqua lux corporea est siue in superioribus mundi partibus longe a conspectibus nostris siue unde sol postmodum accensus est, aut lucis nomine significata est sancta ciuitas in sanctis angelis et spiritibus beatis, de qua dicit apostolus: quae sursum est Hierusalem mater nostra aeterna in caelis; ait quippe et alio loco: omnes enim uos filii lucis estis et filii diei, non sumus noctis neque tenebrarum; si tamen et uesperam diei huius et mane aliquatenus congruenter intellegere ualeamus, quoniam scientia creaturae in comparationem scientiae creatoris quodam modo uesperascit itemque lucescit et mane fit, cum et ipsa refertur ad laudem dilectionemque creatoris,

21 Gal. 4, 26 22 I Thess. 5, 5

2 motabilis *v* se *om. T* 4 deus fecit *PTv* 5 sexto *add. P*^{1} *in marg.* perficientur *v* 6 uocatio *P*^{1}*v* 7 aut etiam impossibile *PTv* 8 notus *P*^{1} 10 priores *PTv* 11 uerbo dei *PTv* 12 eadem *MV* 13 nocte *MV* lux sit *P* 14 quod *v* alterante *T* mota *V*^{2} 19 significatū *v* 20 spiritalibus *P* 24 noctis^{r} *V*; r *a m. 2* 25 diei *PTv*: die *MV* (*cf. Ind. ad Cyprianum ed. Hartel*) 26 scientia] scientiae *MV* comparationem *MTV*: conparatione *Pv*

nec in noctem uergitur, ubi non creator creaturae dilectione relinquitur. denique scriptura cum illos dies dinumeraret ex ordine, nusquam interposuit uocabulum noctis; non enim ait alicubi: facta est nox, sed: facta est uespera et factum est mane, dies unus; ita dies secundus et ceteri. cognitio quippe creaturae in se ipsa decoloratior est, ut ita dicam, quam cum in dei sapientia cognoscitur uelut in arte qua facta est; ideo uespera, quae nox congruentius dici potest; quae tamen, ut dixi, cum ad laudandum et amandum refertur creatorem, recurrit in mane. et hoc cum facit in cognitione sui ipsius, dies unus est; cum in cognitione firmamenti, quod inter aquas inferiores et superiores caelum appellatum est, dies secundus; cum in cognitione terrae ac maris omniumque gignentium, quae radicibus continuata sunt terrae, dies tertius; cum in cognitione luminarium maioris et minoris omniumque siderum, dies quartus; cum in cognitione omnium ex aquis animalium natatilium atque uolatilium, dies quintus; cum in cognitione omnium animalium terrenorum atque ipsius hominis, dies sextus.

Cum uero in die septimo requiescit deus ab omnibus operibus suis et sanctificat eum, nequaquam est accipiendum pueriliter, tamquam deus laborauerit operando, qui dixit, et facta sunt, uerbo intellegibili et sempiterno, non sonabili et temporali. requies dei requiem significat eorum qui requiescunt in deo, sicut laetitia domus laetitiam significat eorum qui laetantur in domo, etiam si non eos domus ipsa, sed alia

22 Ps. 148, 5

1 uergitur P^2 *in ras.* 2 relinquetur *P* denumeraret *v* 5 facta *v* 6 cognitio] cogitatio P^1v 7 quam P^2 *in ras.* cum *om. MV* 8 qua] quae *v* ideoq; *v* quae—potest *om. T* quae *MV*: quā *P* (ā *in ras. a m. 2*); *om. v* 10 cognitionem *PT* 11 ipsius P^2 *in ras. 20 fere litt.* ipsius—cognitione *om. v* cognitionem *MPTV* firmamenti—inter P^2 *in marg.* 12 *post* inter *add. v*: ipsos dies unus est. Cum in cognitione 13 cognitionem *MV* 15 luminariū P^2 *in ras.* luminaris *v* 17 natalium P^1 uolatilium] uolaium *v* 24 et requies *PTv* 25 domos *P*

res aliqua laetos facit; quanto magis, si eadem domus pulchritudine sua faciat laetos habitatores, ut non solum eo loquendi modo laeta dicatur, quo significamus per id quod continet id quod continetur; sicut „theatra plaudunt“ „prata mugiunt“, cum in illis homines plaudant, in his boues mugiant; sed etiam illo quo significatur per efficientem id quod efficitur, sicut laeta epistula dicitur, significans eorum laetitiam quos legentes efficit laetos. conuenientissime itaque, cum deum requieuisse prophetica narrat auctoritas, significatur requies eorum qui in illo requiescunt et quos facit ipse requiescere; hoc etiam hominibus, quibus loquitur et propter quos utique conscripta est, promittente prophetia, quod etiam ipsi post bona opera, quae in eis per eos operatur deus, si ad illum prius in ista uita per fidem quodam modo accesserint, in illo habebunt requiem sempiternam; hoc enim et sabbati uacatione et praecepto legis in ueteri dei populo figuratum est.

XV.

QVOD LVCIS NOMINE ETIAM ANGELI SIGNIFICATI ATQVE CREATI POSSINT INTELLEGI. EX EODEM LIBRO XI INTER CETERA ET AD LOCVM.

30 Vbi de mundi constitutione sacrae litterae locuntur, non euidenter dicitur utrum uel quo ordine creati sint angeli; sed si praetermissi non sunt, uel caeli nomine ubi dictum est: in principio fecit deus caelum et terram, uel potius lucis huius de qua loquor significati sunt. non autem esse praetermissos hinc existimo, quod scriptum est requieuisse deum in die septimo ab omnibus operibus suis quae fecit,

1 (*et* 2) laetus P^1; *ante* l. *ras. 9 litt.* pulcritudine *v* 3 dicantur *v* quo] quod *P* 5 plaudunt *et* mugiunt *P* his] illis *v* boues] uobes *V* 6 in illo P^1T 9 profetica *et* 12 profetia *P* 11 conscribta *V* 13 et *ante* per *add. v* 15 enim (*om.* et) *Pv* 16 uetere *Tv* 17 *cap.* XXX *PT* 18 lucis] lucas T^1 19 inter—locum *om. T* 21 loquuntur *PT* 22 sunt *Pv* 23 si *om.* P^1v 26 exsistimo *V* 27 in *om.* P^1v

cum liber ipse ita sit exorsus: in principio fecit deus caelum et terram, ut ante caelum et terram nihil aliud fecisse uideatur. cum ergo a caelo et terra coeperit atque ipsa terra, quam primitus fecit, sicut scriptura consequenter eloquitur, inuisibilis et incomposita nondumque luce facta utique tenebrae fuerint super abyssum, id est super quandam terrae et aquae indistinctam confusionem — ubi enim lux non est, tenebrae sint necesse est — deinde omnia creando disposita sint, quae per sex dies consummata narrantur: quomodo angeli praetermitterentur, tamquam non essent in operibus dei, a quibus in die septimo requieuit? opus autem dei esse angelos hic quidem etsi non praetermissum, non tamen euidenter expressum est; sed alibi hoc sancta scriptura clarissima uoce testatur. nam et in hymno trium in camino uirorum cum praedictum esset: benedicite omnia opera domini dominum, in exsecutione eorundem operum etiam angeli nominati sunt; et in psalmo canitur: laudate dominum de caelis, laudate eum in excelsis; laudate eum omnes angeli eius; laudate eum omnes uirtutes eius; laudate eum sol et luna; laudate eum omnes stellae et lumen; laudate eum caeli caelorum et aquae, quae super caelos sunt, laudent nomen domini; quoniam ipse dixit, et facta sunt; ipse mandauit, et creata sunt. etiam hic apertissime a deo factos esse angelos diuinitus dictum est, cum eis inter cetera caelestia commemoratis infertur ad omnia: ipse dixit, et facta sunt. quis porro audebit opinari post omnia ista quae sex diebus enumerata sunt angelos factos? sed etsi quisquam ita desipit, redarguit istam uanitatem illa scriptura paris auctoritatis, ubi deus dicit: quando facta sunt sidera, laudauerunt me uoce magna omnes angeli mei. iam

15 Dan. 3, 34 sqq. 17 Ps. 148, 1 sqq. 30 Iob. 38, 7

3 a *om. PTv* caelum et terram *P* 6 fuerunt *P* 16 etiam etiam *V pr.* 19 omnes angeli — eum *om. P* 20 eius P^2 *in ras.* 21 eum *om. v* 22 caelo *T* 24 etiam] etiam et *Pv* 25 factus P^1 29 dissipit *v* sedarguit *v*

ergo erant angeli, quando facta sunt sidera; facta sunt autem quarto die. numquidnam ergo die tertio factos esse dicemus? absit. in promtu est enim quid illo die factum sit: ab aquis utique terra discreta est et distinctas sui generis species duo ista elementa sumserunt et produxit terra quidquid ei radicitus inhaeret. numquidnam secundo? ne hoc quidem; tunc enim firmamentum factum est super aquas superiores caelumque appellatum est; in quo firmamento quarto die facta sunt sidera. nimirum ergo si ad istorum dierum opera dei pertinent angeli, ipsi sunt illa lux, quae diei nomen accepit, cuius unitas ut commendaretur, non est dictus dies primus, sed dies unus; nec alius est dies secundus aut tertius aut ceteri, sed idem ipse unus ad implendum senarium uel septenarium numerum repetitus est propter ⟨senariam uel⟩ septenariam cognitionem: senariam scilicet operum, quae fecit deus, et septimam quietis dei. cum enim dixit deus: fiat lux, facta est lux; si recte in hac luce creatio intellegitur angelorum, profecto facti sunt participes lucis aeternae, quod est ipsa incommutabilis sapientia dei, per quam facta sunt omnia, quem dicimus unigenitum dei filium, ut ea luce inluminati, qua creati, fierent lux et uocarentur dies participatione incommutabilis lucis et diei, quod est uerbum dei, per quod et ipsi et omnia facta sunt. lumen quippe uerum, quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, hoc inluminat et omnem angelum mundum, ut sit lux non in se ipso, sed in deo: a quo si auertitur angelus, fit immundus, sicut sunt omnes qui uocantur immundi spiritus, nec iam lux in domino, sed in se ipsis tenebrae, priuati participatione lucis aeternae. mali enim nulla natura est, sed amissio boni mali nomen accepit.

23 Io. 1, 9

2 ergo *om.* *Pv* factus P^1 dicimus *Pv* 3 promptum *T* quod *v pr.* 4 distincta *P* 5 sumpserunt *Pv* 6 ne] nec *v* 10 quae] qui *PV* 14 senariam uel *a*: *om.* *libri* septinariam *v* 16 facta] et facta *PTv* 24 inluminauit *v* 26 lux sit *Tv* 30 ammissio *T*

XVI.

CONTRA EOS QVI DICVNT OB HOC FACTVM ESSE MVNDVM, VT ANIMAE, QVAE PECCAVERANT PRIVS, IN EO INCLVDERENTVR: VBI ET ORIGENEM ERRASSE PROBAT CONTRA LIBROS IPSIVS, QVI APPELLANTVR *ΠΕΡΙ ἈΡΧΩΝ*. EX EODEM LIBRO XI INTER CETERA ET AD LOCVM.

Sed multo est mirandum amplius, quod etiam quidam qui 31
unum nobiscum credunt omnium rerum esse principium ullamque naturam, quae non est quod deus est, nisi ab illo conditore esse non posse, noluerunt tamen istam causam fabricandi mundi tam bonam ac simplicem bene ac simpliciter credere, ut bonus deus conderet bona et essent post deum quae non essent quod est deus, bona tamen, quae non faceret nisi bonus deus. sed animas dicunt non quidem partes dei, sed factas a deo peccasse a conditore recedendo et diuersis progressibus pro diuersitate peccatorum a caelis usque ad terras diuersa corpora quasi uincula meruisse; et hunc esse mundum eamque causam mundi fuisse faciendi, non ut conderentur bona, sed ut mala cohiberentur. hinc Origenes iure culpatur; in libris enim, quos appellat *περὶ ἀρχῶν*, id est de principiis, hoc sensit, hoc scripsit. ubi plus quam dici potest miror hominem in ecclesiasticis litteris tam doctum et exercitatum non attendisse primum quam hoc esset contrarium scripturae huius tantae auctoritatis intentioni, quae per omnia opera dei subiungens: et uidit deus, quia bonum est, completisque omnibus inferens: et uidit deus omnia quae fecit, et ecce bona ualde, nullam aliam causam faciendi mundi intellegi uoluit, nisi ut bona fierent a bono deo. ubi si nemo

25 Gen. 1, 4 26 Ibid. 31

1 *cap.* XXXI *PT* XXXII *v* 3 prius peccauerant (unt *v*) *PTv* 4 urigenem M^1 contra] ex *PT* secundum *v* libris *PT* 5 peri (petri *T*) archon *MPTVv* item ex (*om.* eodem) *v* libro] l. de ciuitate dei *PTv* 6 inter — locum *om. PTv* 8 illamque *M* 9 illa T^1 11 mundum *Pv* 12 deus *om. v* 14 par*es *P*; t *rasa.* 19 origenis *v* 21 scribsit *V* 26 inferret *P* 28 uolunt *v*

peccasset, tantummodo naturis bonis esset mundus ornatus et plenus; et quia peccatum est, non ideo cuncta sunt impleta peccatis, cum bonorum maior numerus in caelestibus suae naturae ordinem seruet; nec mala uoluntas quia naturae ordinem seruare noluit, ideo iusti dei leges omnia bene ordinantis effugit; quoniam sicut pictura cum colore nigro loco suo posito, ita uniuersitas rerum, si quis possit intueri, etiam cum peccatoribus pulchra est, quamuis per se ipsos consideratos sua deformitas turpet. deinde uidere debuit Origenes et quicumque ita sapiunt, si haec opinio uera esset, mundum ideo factum ut animae pro meritis peccatorum suorum tamquam ergastula, quibus poenaliter includerentur, corpora acciperent, superiora et leuiora quae minus, inferiora uero et grauiora quae amplius peccauerunt, daemones, quibus deterius nihil est, terrena corpora, quibus inferius et grauius nihil est, potius quam homines etiam bonos habere debuisse. nunc uero ut intellegeremus animarum merita non qualitatibus corporum esse pensanda, aerium pessimus daemon; homo autem, et nunc licet malus longe minoris mitiorisque malitiae et certe ante peccatum, tamen luteum corpus accepit. quid autem stultius dici potest quam istum solem, ut in uno mundo unus esset, non decori pulchritudinis uel etiam saluti rerum corporalium consuluisse artificem deum, sed hoc potius euenisse, quia una anima sic peccauerat, ut tali corpore mereretur includi? ac per hoc si contigisset ut non una, sed duae, immo non duae, sed decem uel centum similiter aequaliterque peccassent, centum soles haberet hic mundus? quod ut non fieret, non opificis prouisione mirabili ad rerum corporalium salutem decoremque consultum est, sed contigit potius tanta unius animae progressione peccantis, ut sola corpus tale mereretur.

3 maior] longe maior *PTv* suae P^1 *in ras.* 5 ordinantes *P* 7 posita *v* 8 et pulchra *v* 9 origenis *v* 12 paenaliter *P* 17 intellegerimus *V* 18 aereum *PTv* pessimus] pensemus *P* 21 istum] per istum P^1 22 decori] de corpore *v* pulchritudine *v* soluti *P* 23 consoluisse *P* 25 si] sic *M* 26 peccassent—decoremque *om. MV* 28 prouisionem G^1 salute *P* 29 contingit G^1P^1 30 progressionem *MV*

non plane animarum, de quibus nesciunt quid loquantur, sed eorum ipsorum qui talia sapiunt multum longe a ueritate et merito est cohercenda progressio.

XVII.

ITEM DE EODEM ERRORE ET DE IGNE AETERNO. EX LIBRO RESPONSIONIS AD CONSVLTA OROSI PRESBYTERI INTER CETERA ET AD LOCVM.

Vsque adeo igitur in eo quod ex nihilo fecit uoluntas non 32
nihil dicitur, ut ipsa praecipue commendetur. nam cui dicitur: subest tibi enim cum uoles posse, siue adsit unde fiat siue non adsit, sat est uoluntas ubi summa est potestas. quomodo ergo in eo quod de nihilo creatur, uoluntas creantis nihil esse perhibetur, cum propterea de nihilo creari aliquid possit, quia uoluntas creantis etiam sine materia sibi sufficit? quod si forte non solum animam, sed nullam omnino creaturam uolunt fateri ex nihilo factam, ideo quoniam quidquid deus fecit uoluntate fecit, quae uoluntas utique non est nihil, respiciant unde secundum corpus factus sit homo. certe enim, sicut scriptura testatur, cum de limo uel de puluere terrae deus fecit, uoluntate fecit, procul dubio uoluntate fecit; nec tamen uoluntas dei puluis aut limus est. sicut ergo in eo quod ex limo factum est, quamuis uoluntate sit factum, non est uoluntas limus, ita in eo quod ex nihilo factum est, quamuis uoluntate sit factum, non est uoluntas nihil. iam uero quod dolendum addidisti, ex Priscilliani haeresi ad errorem Origenis apud uos homines fuisse delapsos nec ab illa peste potuisse sanari, nisi et ipsa medicina morbidum aliquid

10 Sap. 12, 18

2 qui talia] qualia *P* 4 *cap.* XXXII *T* XXXIII *v* XXII *P* 5 errore orig et *P* 6 inter—locum *om. PTv* 10 enim tibi *PTv* 11 non adsit] nota sit *P* 18 respiciant *a*: respiciat *libri* 20 uoluntate fecit *MV*: *om. PTv* et *ante* procul *add. PTv* 21 uolutas *P* 25 prisciliani *MVv* 26 originis P^1V^1 delabsos *V* delapsus P^1 27 ipsi *v*

intulisset, non est quidem dolor iste culpandus; ueritas enim debuit, non falsitas pellere falsitatem; nam hoc mutare est malum, non euitare. uerum tamen quia de ipso deo, creaturarum omnium conditore, hoc est de ipsa coaeterna et incommutabili trinitate ab eis qui ad uos libros Origenis attulerant id traditum esse commemoras quod ueritas habet; contra quam ueritatem Priscillianus Sabellianum antiquum dogma restituit — ibi ipse pater, qui filius, qui et spiritus sanctus perhibetur — hoc iste peior, quod etiam de anima sentit, ut non eam propriam uelit habere naturam, sed de ipso deo tamquam particulam defluere et tam deformiter inquinari atque in deterius commutari cum Manichaeis audeat affirmare: non parum boni ex libris illis prouincia uestra percepit in ea re maxime, in qua capitaliter erratur: de creatore quippe, non de creatura tam falsa et tam nefaria sentiuntur. siue ergo in hanc fidem qui deuiauerant restituti sunt siue qui eam nondum nouerant illarum disputationum lectione didicerunt, hoc se gaudeant didicisse quod sanum est. quod autem et in eis erroris est quamquam te cognouisse iam uideam, tamen quemadmodum contra talia disseratur ibi melius discere poteris, ubi error ipse et olim exortus est et non olim proditus.

Quantum possum tamen etiam ego commoneo ut de diaboli angelorumque eius correptione et in pristinum statum reparatione sapere nihil audeas; non quia diabolo et daemoniis inuidemus et eo modo quasi uicem maliuolentiae rependimus, cum illi non ob aliud nisi inuidentiae stimulis agitati nostra itinera quibus in deum tendimus perturbare conentur; sed quia ultimae sententiae summi et ueracissimi iudicis ex nostra praesumtione nihil addere debemus. ipse enim se similibus

5 a uos *T*; duos *v* adtulerunt P^2 7 priscillanus *T* priscillianus *ł* sabellianus *P* (*ł a m. 2*) 8 ibi *MV*: ubi *PTv* 9 hoc] in hoc *v* hoc est *P* quo *Pv* sentit] ita sentit *PTv* 10 uellet *Pv* 12 in] inde *T* manicheis *PTv* manichaeus *MV* 13 non] num P^1 14 capitulariter *v* 22 de *om. MV* 23 correptione *MV*: correctione *PTv* 24 daemonibus *PTv* 25 eo] in eo *P* uice maleuolentiae *P* 29 praesumptione *PTv*

eorum esse dicturum praedixit: ite in igne aeterno, qui paratus est diabolo et angelis eius; nec mouere debet ut hoc loco aeternum pro diuturno accipiamus quod alibi scriptum est: in aeternum et in saeculum saeculi. latinus quippe interpres noluit dicere: in aeternum et in aeternum aeterni; sed quoniam id quod αἰὼν graece dicitur et saeculum et aeternum interpretari potest, commodius alii interpretes transtulerunt: in saeculum et in saeculum saeculi. sed non dictum est ubi dictum est: ite in ignem aeternum; non enim dictum est αἰῶνα, sed αἰώνιον. quod si a saeculo declinatum esset, saeculare latine diceretur, non aeternum, quod nemo umquam interpres ausus est dicere. quapropter licet latine saeculum cum aliquo fine intellegatur, aeternum uero nisi id quod sine fine est non soleat appellari, αἰὼν autem graece aliquando ⟨aeternum, aliquando⟩ saeculum significare intellegatur: tamen quod ex hoc nomine deriuatur et appellatur αἰώνιον ipsi Graeci, quantum extimo, non solent intellegere nisi id quod non habet finem. nos autem siue αἰῶνα siue αἰώνιον non solemus dicere nisi aeternum; sed αἰῶνα dicimus et saeculum, αἰώνιον autem non nisi aeternum. quamuis quidam aeternum etiam aeternale audeant dicere, ne latinae linguae deesse uideatur ab eodem nomine deriuatio. et fortasse quidem secundum morem scripturarum inueniant isti aliquid etiam αἰώνιον dictum quod sine fine non sit; sicut deus in libris ueteris testamenti assidue dicit: hoc uobis erit legitimum aeternum; quod graecus habet αἰώνιον, cum de talibus sacramentis eo modo saepe praeciperet, quae

1 Matth. 25, 41 4 Ps. 9, 6 25 Ex. 28, 43 Leu. 16, 34

1 ignem aeternum *PTV*² 3 diurno *MV* 6 aeon *libri* 7 et in saeculum et in aeternum *Pv* 8 interpraetes *T* 9 *ante* saeculi *add. v*: et in 10 aeona *libri* aeonion *PTv* iaeonion *MV* 15 aeon *MPTV*: aeno *v* grecae *T* aeternum aliquando *a*: *om. libri* 16 intellegitur *v* 17 aeonion *MPTV*: aeon *v* extimo *V*: existimo *PTv* 19 aeonion *PTv*: aenion *V* 21 aeternum *MV*: interdum *PTv* audiant *P*¹ 22 deriuato *P*¹*v* 25 assiduae *T* 26 legittimum *P* aeoniona in *v*

finem fuerant habitura. quae si diligentius dicta intellegantur, ea fortasse quae illis sacramentis significabantur finem non erant habitura. ita enim, ne longius abeam, dicimus aeternum deum, non utique duas istas breuissimas syllabas, sed quod eis significatur; dixit apostolus tempora aeterna priora et antiqua, quod in graeco legitur *πρὸ χρόνων αἰωνίων*; ad Titum enim scribens ait: spem uitae aeternae, quam promisit non mendax deus ante tempora aeterna. cum autem retrorsum tempora a constitutione mundi habere uideantur initium, quomodo sunt aeterna, nisi quia aeterna dixit quae ante se non habent ullum tempus? sed quisquis prudenter aduertit quod dictum est: ite in ignem aeternum illud esse dictum quod non habet finem, a contrario probat eo ipso loco euangelico de uita aeterna, quam iusti accepturi sunt; non enim ipsa habet finem. ita enim conclusit: sic ibunt illi in ambustionem aeternam, iusti autem in uitam aeternam: in utroque graecus *αἰώνιον*. si misericordia nos prouocat credere non futurum impiorum sine fine supplicium, quid de praemio iustorum crediturі sumus, cum in utraque parte eodem loco, eadem sententia, eodem uerbo praenuntietur aeternitas? an iterum etiam iustos ex illa sanctificatione et uita aeterna in peccatorum immunditiam atque in mortem relapsuros esse dicemus? absit hoc a christianae fidei sanitate. utrumque igitur sine fine dictum est aeternum, hoc est *αἰώνιον*, ne, cum diaboli poenas dolemus, et de regno Christi dubitemus. postremo si aeternum et aeternale, hoc est *αἰὼν* et *αἰώνιον* sub utroque intellectu in scripturis poni

5 cf. II Tim. 1, 9 7 Tit. 1, 2 15 Matth. 25, 46

3 abeā P 4 istas duas PTv sillabas P 6 pro chrona MV²v p. chorona P p. chronaon T aenion M 7 enim *om.* T 9 retrorsum PTv: rursum V sursum M uidebantur v 11 habet T 13 a] e v 14 euangelicę P 15 ipsa] et ipsa PTv 17 aeonion PTV: habet aeonion v 19 quid] qui P 20 in *om.* Pv 21 pronuntietur P iustus P 22 sanctione MTV et T: *om.* MPVv uitae aeternae Pv 23 relabsuros V dicimus P a christ. fidei hoc v 25 diabolo v

solet, aliquando sine fine, aliquando cum fine, quid de illis prophetae uerbis responsuri sumus ubi scriptum est: uermis eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur? qualiscumque poena significata sit nomine uermis atque ignis, certe si non morietur nec extinguetur, sine fine praedicta est.

XVIII.

QVOMODO ACCIPIENDVM SIT: OMNIS CREATVRA INGEMESCIT ET PARTVRIT VSQVE ADHVC. EX EODEM LIBRO RESPONSIONIS AD OROSIVM PRESBYTERVM.

Porro de sole et luna ceterisque sideribus quod caelestia 33
sint corpora uidemus, quod animata sint non uidemus. de diuinis hoc libris legatur, et credimus; nam testimonium ex apostoli epistula, quod ab eis dici solere posuisti, etiam de solis hominibus dici potest, quoniam in unoquoque homine omnis creatura non uniuersaliter, sicut est caelum et terra et omnia quae in eis sunt, sed generatim quodam modo: quia rationalis in illo est, quam uel probantur habere angeli uel creduntur, et ut ita dicam sensualis, qua et bestiae non carent; utuntur enim sensibus et sensualibus motibus ad appetenda utilia et uitanda contraria; et uitalis priuata sensu, qualis aduerti in arboribus potest. nam et in nobis sine sensu nostro fiunt corporis incrementa et capilli nec cum praeciduntur sentiunt, et tamen crescunt. iam uero ipsa corporalis creatura euidentius apparet in nobis; quae licet ex terra facta atque

2 Es. 66, 24 8 Rom. 8, 22

2 uermes *v* 4 qualescumque P^1 5 nec] non *v* 6 praedicata *MV* 7 *cap.* XXXIII *PT* 8 ingemiscit *T*; i *altera ex* e *corr.* 9 *post* adhuc *add. P*: et illud in iob stellę non sunt mundę in conspectu eius et uerum non esse quod ait cęcus inluminatus peccatores deus non exaudit. Item 10 responsionis *om. P* presbiterum *P* prespiterum *v* pbro *M* 12 animati *V* anima *M* 14 epistola *Pv* 15 dici *MV*: intellegi *PTv* 16 uniuersalitas P^1 18 angeli habere *Pv* 21 uitando *P* 22 nostro] non *v*; *om. P*

formata sit, tamen illic ex omnibus huius corporei mundi elementis quaedam particulae ad temperiem ualetudinis. nam et calore membra uegitantur, qui est ab igne, cuius etiam lux per oculos emicat, et aere uenarum discursus, quas arterias uocant, atque spiramenta pulmonis implentur, et humor nisi esset, nulla sputamenta confluerent uitamque absumeret siccitas. nam et ipse sanguis humido lapsu alias uenas replens quasi riuis et fluminibus per cuncta diffunditur. ita nullum est creaturae genus, quod non in homine possit agnosci. ac sic omnis creatura in eo congemescit et dolet, reuelationem filiorum dei exspectans; quae per corporis etiam resurrectionem etsi non in omnibus hominibus, omnis tamen a corruptionis seruitute liberabitur, quia et singulis omnis est; et si quo alio modo melius potest idem locus apostolicarum litterarum intellegi: non tamen ex isdem uerbis consequens est ut solem et lunam et sidera congemescere credamus, donec in saeculi fine a corruptionis seruitute liberentur. sane quoniam dixi: „de diuinis legatur, et credimus", ne te forsitan fallat quod de libro sancti Iob proferre assolent qui haec asserunt; ubi scriptum est: quomodo erit homo iustus coram domino? uel quomodo se mundabit natus ex muliere? si lunae praecepit, et non lucet, nec stellae sunt mundae ante eum: quanto magis homo putredo et filius hominis uermis. hinc enim uolunt intellegi et rationalem spiritum habere stellas et mundas non esse a peccato, sed ideo in caelis esse, quia maiorem uel meliorem locum minor culpa promeruerit. non pro auctoritate diuina istam

10 cf. Ibid. 23 20 Iob 25, 4 sqq.

1 illi *P* huius *om. T* 2 temperiaem *V*; a *deleuit m. 1* ualitudinis *Pv* 3 uegetantur P^2Tv 4 uenarum] uenenum v^1 5 umor v^1 6 confluerint P^1 7 ipsae P^1 umido Tv^1 labsu *MV* lapso P^1 9 in *add.* P^2 10 omnes *P* congemiscit T^2v^2 13 quia et] quasi *v* in singulis *v* 15 hisdem *MTV* eisdem *Pv* 16 congemiscere Vv^2 17 finē *P* quoniam dixi] quod dixit *T* 18 diuinis libris *PTv* 19 libris *v* hassolent *v* 21 se mundabit] mundus *v* ex] de *Tv* 22 praecipit *PTv* stillae *MV* 23 mogi. P^1 putredo homo *T* 26 meliorem] minorem *Pv*

sententiam recipiendam esse existimo; non enim ea ipse Iob enuntiauit, cui singulare quodam modo testimonium diuinitus perhibetur, quod non peccauerit labiis suis ante dominum, sed unus ex eis amicis, qui consolatores malorum dicti sunt omnes et diuina sententia reprobati. sicut autem in euangelio quamuis uerum sit omnino quod dicta sint, non tamen omnia quae dicta sunt uera esse creduntur, quoniam multa a Iudaeis falsa et impia dicta esse uerax euangelii scriptura testatur: sic in hoc libro, ubi multae personae locutae esse narrantur, non solum quid dicatur, sed a quo etiam dicatur considerandum est, ne passim quae in sancto libro quolibet scripta sunt recipientes cogamur fateri, quod absit, uera et iusta fuisse quae marito sancto mulier insipiens suggerebat, ut aliquid aduersum deum loquens ab illa intolerabili poena moriendo liberaretur. quod non ideo dixerim, quia illi amici a domino reprobati et ab ipso sancto dei seruo merito culpati nihil ueri loqui potuerunt, sed quia non omnia quae locuti sunt uera putanda sunt. quamuis ergo aduersum Iob nihil uerum dixerint, potest tamen etiam ex eorum uerbis aliquam sanam sententiam in testimonium ueritatis assumere qui nouit sapienter dicta discernere. sed quando inquirentes probari nobis aliquid uolumus testimonio sanctorum eloquiorum, non nobis dicatur credendum esse etiam quod in euangelio scriptum est, si forte euangelista eum hoc dixisse commemorat cui fides habenda non est. nam dictum est illic a Iudaeis domino Christo: nonne uerum dicimus, quia Samaritanus es et daemonium habes? quam uocem tanto amplius detestamur, quanto nobis Christus est carior; emissam tamen esse a Iudaeis dubitare non possumus qui

3 Iob. 1, 22 4 Iob. 16, 2 13 cf. Iob. 2, 9 26 Io. 8, 48

1 exsistimo *V* eam *T* ipsa P^1 2 nuntiauit *MV* 3 dominum] deum *P* 4 eis] eius *v* amicus *T* 6 uera sint *v* quod] quae *v* sunt *Pv* 7 credantur *P* 9 loquutae *MV* 11 passim] per has *Pv* 14 aduersus *Pv* intolerabile P^1 17 quia] quę *P* 18 loquuti *MV* sunt *Tv*: sint *MPV* 22 testimoniū *P* 29 qui] quia *Pv*

euangelicam narrationem uerissimam credimus: ita nec euangelistae derogamus fidem scribentis et Iudaei uocem blasphemantis horremus. nec solum impiis et nefandis hominibus, sed nec ipsis in fide paruulis atque adhuc rudibus et indoctis, qui forte ibi loquentes commemorantur, tamquam canonicae auctoritati accommodamus fidem. neque enim quia ille cuius caeci nati oculos dominus aperuerat ait: scimus quia peccatores deus non exaudit, ideo istam sententiam pro euangelica auctoritate sic debemus accipere, ut ipsis in euangelio uerbis domini resistamus, qui eum qui dixit: domine, propitius esto mihi peccatori, magis iustificatum descendisse de templo quam pharisaeum iustitias suas commemorantem atque iactantem diuina uoce firmauit. nec suscenseat iste recens illuminatus in carne, quod eum diximus in suae fidei tirocinio, quando adhuc quis esset qui eum sanauerat nesciebat, minus circuminspectam protulisse sententiam, quia peccatores deus non exaudit, cum ipsi apostoli prae ceteris electi et domini lateribus cohaerentes eiusque ore pendentes multa reperiantur improbanda dixisse quae commemorare prolixum est, ita ut beatus Petrus de quibusdam uerbis suis non solum reprehendi, sed etiam satanas appellari meruerit. quamquam in comparatione iustitiae dei, si nec sancti in caelis angeli iusti esse dicantur, non mihi uidetur importuna sententia; non quia ut hoc essent a iustitia lapsi sunt, sed quia facti sunt et deus non sunt tantumque spiritalis luminis habere non possunt, quantum habet ille a quo facti sunt. ibi enim summa iustitia, ibi summa sapientia: et hoc deus est, de quo dictum est: soli sapienti deo. sed

7 Io. 9, 31 10 Luc. 18, 13 20 cf. Matth. 16, 23 28 Rom. 16, 27

2 scribentes T^1 scribendis *v* 4 atque *om. Pv* adhuc] huc *T* 5 chanonicae *MV* 6 auctoritate T^1 7 dominus *om. v* aparuerat P^1 11 discendisse *v* 13 iacentem *T* succenseat *Tv* suo censeat *P* 14 inluminatus *PTv* diximus *om. v* 15 tyrocinio *MV* 16 circumspectam *PTv* 19 repperiantur *P* commemorari *v* 20 ut] et P^1 22 si] sic *v* ne sanctis P^1 24 labsi *V* 26 ille] ipse *T* 27 ubi enim P^2T

alia quaestio est, quantum iustitiae ipsius capiant angeli quantumque non capiant; cuius enim participatione iusti sunt, eius comparatione nec iusti sunt. sed alia est, ut dixi, ista quaestio, alia de sideribus et sole et luna, utrum uel rationales habeant spiritus in his conspicuis corporibus lucidis; quae corpora qui dubitant, quid sit omnino corpus ignorant. neque ista multum ad nos pertinent, ut ea summo studio indagare curemus quae remota sunt a sensibus nostris et ab intellectu infirmitatis humanae nec in ipsis scripturis ita posita, ut nobis eorum sit mandata cognitio. immo uero ne praecipiti suspicione in fabulas sacrilegas irruamus, clamat scriptura diuina: altiora te ne quaesieris et fortiora te ne scrutatus fueris; sed quae tibi praecepit dominus, illa cogita semper: ut magis in istis temeraria praesumtio quam cauta ignoratio culpanda uideatur. certe ait apostolus: siue sedes siue dominationes siue principatus siue potestates; esse itaque sedes, dominationes, principatus, potestates in caelestibus apparatibus firmissime credo et differre inter se aliquid indubitata fide teneo. sed quo me contemnas, quem magnum putas esse doctorem, quaenam ista sint et quid inter se differant nescio; nec ea sane ignorantia periclitari me puto sicut inoboedientia, si domini praecepta neglexero; et ideo puto spiritu dei per auctores nostros, scriptores sanctorum eloquiorum, non tam exposita, sed raptim tacta atque perstricta, ut si cui forte tali quales nos non sumus, per altiorem reuelationem aliquid huius modi fuerit demonstratum, non se inferiores fuisse credat eos per quos nobis canonicarum scripturarum sancta praeconia mini-

12 Eccli. 3, 21 sq. 16 Coloss. 1, 16

1 iustitia P^1 3 eius — sunt *add.* P^2 *in marg. inf.* 4 questio *V* 6 ignorat *V* 8 nostris sensibus *v* 10 praecipiti] praecepti *v* 14 in *a*: *om. libri* teneraria v^1 praesumptio *PTv* 15 cauta] cuncta *P* 16 siue principatus — dominationes *om. MV* 17 potestatis P^1 siue dominationes *Gv* 18 siue principatus *P* et potestates *GPv* 19 deferre *v* indubitate T^1 23 spiritu *a*: spiritum *libri* 25 perscribta *MV* tale *v* 26 nos *om. Pv* modo P^1 28 chanonicarum *V*

strata sunt. quantum enim quisque sciendo profecerit, infra illas se litteras inueniet, quas deus tamquam firmamentum supra omnia humana corda constituit.

XVIIII.

EX LIBRO DE HAERESIBVS. DE ERRORE ORIGENIS.

34 Aliòs autem Origenianos continuo subiciens Epiphanius: „Origeniani“ inquit „alii, qui etiam et Adamanti tractatoris, qui et mortuorum resurrectionem repellunt, Christum autem creaturam et spiritum sanctum introducentes; paradisum autem et caelos et alia omnia alligorizantes.“ haec quidem de Origene Epiphanius; sed qui eum defendunt, unius eiusdemque substantiae esse dicunt docuisse patrem et filium et spiritum sanctum neque resurrectionem reppulisse mortuorum, quamuis eum et in istis conuincere studeant qui eius plura legerunt. sed sunt huius Origenis alia dogmata, quae catholica ecclesia omnino non recipit, in quibus nec ipsum falso arguit nec potest ab eius defensoribus falli: maxime de purgatione et liberatione ac rursus post longum tempus ad eadem mala reuolutione rationalis uniuersae creaturae. quis enim catholicus christianus doctus uel indoctus non uehementer exhorreat eam quam dicit purgationem malorum, id est etiam eos qui hanc uitam in flagitiis et facinoribus et sacrilegiis atque impietatibus quamlibet maximis finierunt, ipsum etiam postremo diabolum et angelos eius quamuis post longissima tempora purgatos atque liberatos regno dei lucique restitui, et rursus post longissima tempora omnes, qui liberati sunt, ad haec mala

1 proficerit *v* 2 se *om. TV* 4 *cap.* XXXIIII *PT* XXXV *v* 5 ex] item ex *GPTv* originis P^1 6 orieni///anos *P* subiacens *P* ephiphanius *MV pr.* epifanius *Pv* 7 Adamanti] amanti *P* tractoris M^1V tracturis P^1 9 paradissum *MV pr.* paradysum *Pv* 10 allegorizantes *P* origine *P* 13 repulisse *PTv* 14 plurale egerant P^1 plurale generis v^1 15 sunt] dš *v* 16 recipit] ore cepit P^1 ipsum̄ *V*; r *a m. 2* 20 christianos P^1 uel doctus (*om.* indoctus) *Pv* doctus *om. T* 21 etiam *om. Pv* 22 sacrilegis P^1 23 finierint *P* 25 adque P^1 regni T^1

denuo relabi et reuerti, et has uices alternantes beatitudinum et miseriarum rationabilis creaturae semper fuisse, semper fore? de qua uanissima impietate aduersum philosophos, a quibus ista didicit Origenes, in libris de ciuitate dei diligentissime disputaui.

XX.

CONTRA EOS QVI REVOLVTIONIS CIRCVITVS INDVXERVNT. EX LIBRO DE CIVITATE DEI XII INTER CETERA ET AD LOCVM.

Quapropter quod nos modo quaerimus post quinque milia 35 et quod excurrit annorum, possent et posteri etiam post annorum sescenties milies eadem curiositate requirere, si in tantum haec mortalitas hominum exoriendo et obcubando et imperita perseueraret infirmitas. potuerunt et qui fuerunt ante nos ipsis recentibus hominis creati temporibus istam mouere quaestionem. ipse denique primus homo uel postridie uel eodem die, posteaquam factus est, potuit inquirere cur non ante sit factus; et quandocumque antea factus esset, non uires tunc alias et alias nunc uel etiam postea ista de initio rerum temporalium controuersia reperiret.

Hanc autem se philosophi mundi huius non aliter putauerunt posse uel debere dissoluere nisi ut circuitus temporum inducerent, quibus eadem semper fuisse nouata atque repetita in rerum natura atque ita deinceps fore sine cessatione asseuerarent uolumina uenientium et praetereuntium saeculorum, siue

4 de ciu. dei XXI.

1 relaui MT^1V 2 rationalis *T* rationales *Pv* 4 dedicitur *P* origenis *v* originis P^1 5 *post* disputaui *add. Gv*: id est in duodecimo 6 *caput XX excipit cap. XXI in GPv* *cap.* XXXV *T* XXXVI *P* 7 rouolucionis P^1 8 inter—locum *om. PTv* 10 quot *MV* currit *v* 11 sexcenties *Tv* sexcentiis P^1 miliis P^1 13 perseueret P^1v 14 ipsi* *P*; s *rasa.* homines *P* 15 post tridie *MPTV* post pridie *v* 17 sit P^2 *in ras.*; *om. v* 19 controuersiā *P* repperiret *libri* 20 se *om. P* potauerunt P^1 21 uel *om. v* 22 (*et* 23) adque *P*

in mundo permanente isti circuitus fierent siue certis interuallis oriens et occidens mundus eadem semper quasi noua, quae transacta et uentura sunt, exhiberet. a quo ludibrio prorsus immortalem animam, etiam cum sapientiam perceperit, liberare non possunt euntem sine cessatione ad falsam beatitudinem et ad ueram miseriam sine cessatione redeuntem. quomodo enim uera beatitudo est, de cuius numquam aeternitate confiditur, dum anima uenturam miseriam aut imperitissime in ueritate nescit aut infelicissime in beatitudine pertimescit? at si ad miserias numquam ulterius reditura ex his ad beatitudinem pergit, fit ergo aliquid noui in tempore quod finem non habet temporis. cur non ergo et mundus, cur non et homo factus in mundo, ut illi nescio qui falsi circuitus a falsis sapientibus fallacibusque comperti in doctrina sana tramite recti itineris uitentur? nam quidam et illud quod legitur in libro Salomonis, qui uocatur ecclesiastes: quid est quod fuit? ipsum quod erit. et quid est quod factum est? ipsum quod fiet; et non est omne recens sub sole. qui loquetur et dicet: ecce hoc nouum est: iam fuit in saeculis quae fuerunt ante nos, propter hos circuitus in eadem redeuntes et in eadem cuncta reuocantes dictum intellegi uolunt; quod ille aut de his rebus dixit, de quibus superius loquebatur, hoc est de generationibus aliis euntibus, aliis uenientibus, de solis anfractibus, de torrentium lapsibus, aut certe de omnium rerum generibus, quae oriuntur atque occidunt. fuerunt enim homines ante nos, sunt et nobiscum, erunt et post nos; ita quaeque animantia uel arbusta. monstra quoque ipsa, quae inusitata

16 Eccle. 1, 9 sq.

1 in *eras. P*; *om. T* 2 mundos *P* 4 perciperit *MV* 7 uera *om. v* 8 animam P^1 imperitissimi P^1 9 beatudine *v* 10 at] et *v* ad] at P^1 11 noui] noui non *MPVv* 12 quur *MP* ergo non *T* 13 qui] quem *v* 14 falsi *v* coperti *v* comuerti *P* doctrinas/// a tramite *P* (an *ras.*) 15 recte T^1 quidem *v* 19 loquitur *MPVv* dicit T^1 20 saeculi *v* 21 hos] hoc *Pv* 24 gerationibus *P* 25 labsibus *V* 27 erunt (*om.* et) P^1v itaque quę *v*

nascuntur, quamuis inter se diuersa sint et quaedam eorum semel facta narrentur, tamen secundum id quod generaliter miracula et monstra sunt utique et fuerunt et erunt nec recens et nouum est, ut monstrum sub sole nascatur. quamuis haec uerba quidam sic intellexerunt, tamquam in praedestinatione dei iam facta fuisse omnia sapiens ille uoluisset intellegi et ideo nihil recens sub sole esse. absit autem a recta fide ut his Salomonis uerbis illos circuitus significatos esse credamus, quibus illi putant sic eadem temporum temporaliumque rerum uolumina repeti, ut uerbi gratia sicut isto saeculo Plato philosophus in urbe Atheniensi et in ea schola quae Academia dicta est discipulos docuit, ita per innumerabilia retro saecula multum quidem prolixis interuallis, sed tamen certis et idem Plato et eadem ciuitas et eadem schola idemque discipuli repetiti et per innumerabilia deinde saecula repetendi sint. absit, inquam, ut nos ita credamus. semel enim Christus mortuus est pro peccatis nostris; surgens iam non moritur, mors ei ultra non dominabitur et nos post resurrectionem semper cum domino erimus, cui modo dicimus quod sacer admonet psalmus: tu, domine, seruabis nos et custodies nos a generatione hac et in aeternum. satis autem istis existimo conuenire quod sequitur: in circuitu impii ambulant, non quia per circulos, quos opinantur, eorum uita est recursura, sed quia modo talis est erroris eorum uia, id est falsa doctrina.

Quid autem mirum est, si in his circuitibus errantes nec aditum nec exitum inueniunt, quia genus humanum atque ista nostra mortalitas nec quo initio coepta sit sciunt nec

18 cf. Rom. 6, 9 20 Ps. 11, 8 sq.

4 (*et* 7) solae T^1 5 praedistinatione *P* 6 fuissent *Pv* uoluisset *v* 7 esse sub sole *PTv* 9 ille P^1 11 phylosophus *P* scola *Pv* 12 achademia *P* 14 certis] artis *v* 15 repeti *P* per] per inter *v* 16 sunt *v* ita *V*: ista *PTv* 17 mortuos P^1 est mortuus *v* 21 in (et *om.*) *PTv* 22 exsistimo *V* 23 ambulant *MPVv*: ambulabunt *T* circulos] circuitus *v* 26 est autem mirum *v* 27 adytum *MV* 28 ista nostra] istarum *Pv* initiū P^1

quo fine claudatur? quando quidem altitudinem dei penetrare non possunt, qua, cum ipse sit aeternus et sine initio, ab aliquo tamen initio exorsus est tempora et hominem, quem numquam antea fecerat, fecit in tempore, non tamen nouo et repentino, sed immutabili aeternoque consilio. quis hanc ualeat altitudinem inuestigabilem inuestigare et inscrutabilem scrutari, secundum quam deus hominem temporalem, ante quem nemo umquam hominum fuit, non mutabili uoluntate in tempore condidit et genus humanum ex uno multiplicauit? quando quidem psalmus ipse cum praemisisset atque dixisset: tu, domine, seruabis nos et custodies nos a generatione hac et in aeternum, ac deinde percussisset eos, in quorum stulta impiaque doctrina nulla liberationis et beatitudinis animae seruatur aeternitas, continuo subiciens: in circuitu impii ambulabunt — tamquam ei diceretur: quid ergo tu credis, sentis, intellegis? numquidnam existimandum est subito placuisse hominem facere, quem numquam antea infinita retro aeternitate fecisset, cui nihil noui accidere potest, in quo mutabile aliquid non est? — continuo respondit ad ipsum deum loquens: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. sentiant, inquit, homines quod putant et quod eis placet opinentur et disputent: secundum altitudinem tuam, quam nullus hominum potest nosse, multiplicasti filios hominum. ualde quippe altum est et semper fuisse et hominem, quem numquam fecerat, ex aliquo tempore primum facere uoluisse nec consilium uoluntatemque mutasse.

2 qua] quam *Pv* 3 alico *P* quem] quae T^1 7 perscrutari *PTv* 8 quem] quam *Pv* hominum umquam *Pv* 9 multiplicat P^1v 12 et *om. T* eos *om. v* 14 subiecens *P* 15 ambulabunt *TV*: ambulant *Pv* 16 exsistimandum *V* 18 cui] cum *v* accedere P^1 21 filius P^1 22 disputant *v* 23 nullos T^1 24 multiplicas *T* filius P^1 25 et *prius add.* P^2 *in litura* faceret *v* 27 *sequitur cap. XXII in GPv*

XXI.

CONTRA ID QVOD DICITVR: VNDE DIABOLO PRIMVM VOLVNTAS MALA, CVM BONVS A DEO CREATVS ESSET? ITEM EX EODEM LIBRO DE CIVITATE DEI XII AD LOCVM.

Deus, qui summe est atque ob hoc ab illo facta est omnis 36
essentia, quae non summe est — quia neque illi aequalis esse deberet, quae de nihilo facta esset, neque ullo modo esse posset, si ab illo facta non esset — nec ullorum uitiorum offensione uituperandus et omnium naturarum consideratione laudandus est.

Proinde causa beatitudinis angelorum bonorum ea uerissima reperitur, quod ei adhaerent qui summe est. cum uero causa miseriae malorum angelorum quaeritur, ea merito occurrit, quod ab illo qui summe est auersi ad se ipsos conuersi sunt qui non summe sunt: et hoc uitium quid aliud quam superbia nuncupatur? initium quippe omnis peccati superbia. noluerunt ergo ad illum custodire fortitudinem suam et qui magis essent, si ei qui summe est adhaererent, se illi praeferendo id quod minus est praetulerunt. hic primus defectus et prima inopia primumque uitium eius naturae, quae ita creata est, ut nec summe esset et tamen ad beatitudinem habendam eo qui summe est frui posset, a quo auersa non quidem nulla, sed tamen minus esset atque ob hoc misera fieret. huius porro malae uoluntatis causa efficiens si quaeratur, nihil inuenitur. quid est enim quod facit uoluntatem malam, cum ipsa faciat opus malum? ac per hoc mala uoluntas efficiens est operis mali, malae autem uoluntatis efficiens

16 Eccli. 10, 13 17 cf. Ps. 58, 10

1 *cap.* XXXV *P* XXXVI *Tv* 2 dicunt *T* prima *Pv* 3 esset] sit *Pv* item] tertium *P*; *om. v* 4 ad locum *om. PTv* 6 summae *MPV* 9 uituperandos *P* 11 cause *v* 12 repperitur *libri* adhaerent] aderant P^1 causae *MV* 14 ad] a *T* 16 omnis *om. v* superbia] s. nuncupatur *Pv* (nun *ex* non *corr.* P^2) 18 adhaerent P^1 20 uitium] initium *MV* 22 ē· auersa *P* 23 ob] ab *v* 25 facet P^1 uoluntate *MV* 26 ac] hac *P*

nihil est: quoniam si res aliqua est, aut habet aut non habet uoluntatem aliquam; si habet, aut bonam profecto habet aut malam: si bonam, quis ita desipiat ut dicat quod bona uoluntas faciat uoluntatem malam? erit enim, si ita est, bona uoluntas causa peccati, quo absurdius putari nihil potest. si autem res ista, quae putatur facere uoluntatem malam, ipsa quoque habet uoluntatem malam, etiam eam quae fecerit res consequenter interrogo atque, ut sit aliquis inquirendi modus, causam primae malae uoluntatis inquiro. non est enim prima uoluntas mala, quam fecit uoluntas mala, sed illa prima est quam nulla fecit. nam si praecessit qua fieret, illa prior est quae alteram fecit. si respondetur quod eam nulla res fecerit et ideo semper fuerit, quaero utrum in aliqua natura fuerit. si enim in nulla fuit, omnino non fuit; si autem in aliqua, uitiabat eam et corrumpebat eratque illi noxia ac per hoc bono priuabat: et ideo in mala natura uoluntas mala esse non poterat, sed in bona, mutabili tamen, cui uitium hoc nocere posset. si enim non nocuit, non utique uitium fuit: ac per hoc nec mala uoluntas fuisse dicenda est. porro si nocuit, bonum auferendo uel minuendo utique nocuit. non igitur esse potuit sempiterna uoluntas mala in ea re, in qua bonum naturale praecesserat, quod mala uoluntas nocendo posset adimere. si ergo non erat sempiterna, quis eam fecerit quaero. restat ut dicatur quod ea res fecerit malam uoluntatem, in qua nulla uoluntas fuit. haec utrum superior sit requiro an inferior an aequalis. sed superior utique melior: quomodo ergo nullius ac non potius bonae uoluntatis? hoc idem profecto et aequalis: duo quippe quamdiu sunt pariter uoluntatis bonae, non facit alter in altero uoluntatem malam. relinquitur ut inferior res, cui nulla uoluntas est, fecerit angelicae naturae,

1 si *om.* *v* 2 aliquam uoluntatem *PTv* 5 qđ absordius *P* 6 res ista] resistat *Pv* qui *P* 7 mala *v* eam *T*: ea *M* *PVv* 8 modos P^1 modis v^1 9 causa *P* 11 qua] quę *P* 12 ea *Pv* 16 priuat *MV* 18 ac] hac *P* 19 fuisset P^1 23 fecerat *v* 26 sed si superior *PTv* ergo *om.* *v* 27 profecto] et perfecti *v* 29 relinquetur P^1v 30 inferiores (*om.* res) P^1v est *om.* *v* faceret P^1v

quae prima peccauit, uoluntatem malam. sed etiam res ipsa, quaecumque est inferior usque ad infimam terram, quoniam natura et essentia est, procul dubio bona est habens modum et speciem suam in genere atque ordine suo. quomodo ergo res bona efficiens est uoluntatis malae? quomodo, inquam, bonum est causa mali? cum enim se uoluntas relicto superiore ad inferiora conuertit, efficitur mala, non quia malum est quo se conuertit, sed quia peruersa est ipsa conuersio: idcirco non res inferior uoluntatem malam facit, sed rem inferiorem praue atque inordinate, ipsa quia facta est, appetiuit. si enim aliqui duo aequaliter affecti animo et corpore uideant unius corporis pulchritudinem, qua uisa unus eorum ad inlicite fruendum moueatur, alter in uoluntate pudica stabilis perseueret, quid putamus esse causae ut in illo fiat, in illo non fiat uoluntas mala? quae illam res fecit in quo facta est? neque enim pulchritudo illa corporis; nam eam non fecit in ambobus, quando quidem amborum non dispariliter occurrit aspectibus. an caro intuentis causa est? cur non et illius? an uero animus? cur non utriusque? ambos enim et animo et corpore aequaliter affectos praediximus. an dicendum est alterum eorum occulta maligni spiritus suggestione temtatum, quasi non eidem suggestioni et qualicumque suasioni propria uoluntate consenserit? hanc igitur consensionem, hanc malam quam male suadenti adhibuit uoluntatem quae in eo res fecerit quaerimus. nam ut hoc quoque impedimentum ab ista quaestione tollatur, si eadem temtatione ambo temtentur et unus ei cedat atque consentiat, alter idem qui fuerat perseueret, quid aliud apparet nisi unum noluisse, alterum uoluisse a castitate deficere? unde nisi propria uoluntate, ubi eadem

2 ad *om. v* 5 aefficiens *T* 6 bona P^1 causam P^1 10 maliqui *T* 12 qua uisa unus] quamuis animus *v* unius *T* 13 perseueret stabilis *Pv* 15 quae — est *v in marg. inf.* quae] q *P* facit *v* 16 ea *v* 17 dispariter *P* 18 (*et* 19) quur *MPTv* 19 utrisque *MV* 20 affectos] aff. fuisse *PTv* est *om. Pv* 21 eorum *om. v* 22 eadem suggestione P^1v suassioni *T* suasione P^1 26 temptatione *Pv* 27 al*ter *P* (i *erasa*) q$\overset{i}{/\!/}$ *P*; i *a m. 2* perseueraret *MV* 28 apperet *T*

fuerat in utroque corporis et animi affectio, amborum oculis pariter uisa est eadem pulchritudo, ambobus pariter institit occulta temtatio? propriam igitur in uno eorum uoluntatem malam res quae fecerit scire uolentibus, si bene intueantur, nihil occurrit. si enim dixerimus quod ipse eam fecerit, quid erat ipse ante uoluntatem malam nisi natura bona, cuius auctor deus, qui est immutabile bonum? qui ergo dicit eum qui consensit temtanti atque suadenti, cui non consentit alius, ad inlicite utendum pulchro corpore, quod uidendo ambobus pariter affuit, cum ante illam uisionem ac temtationem similes ambo animo et corpore fuerint, ipsum sibi fecisse uoluntatem malam, quia utique bonus ante uoluntatem malam fuerit, quaerat cur eam fecerit, utrum quia natura est an quia ex nihilo facta est, et inueniet uoluntatem malam non ex eo esse incipere quod natura est, sed ex eo quod de nihilo facta natura est. nam si natura causa est uoluntatis malae, quid aliud cogimur dicere nisi a bono fieri malum et bonum esse causam mali? si quidem natura bona fit uoluntas mala. quod unde fieri potest ut natura bona quamuis mutabilis, antequam habeat uoluntatem malam, faciat aliquid mali, hoc est ipsam uoluntatem malam?

Nemo igitur quaerat efficientem causam malae uoluntatis: non enim est efficiens, sed deficiens, quia nec illa effectio, sed defectio. deficere namque ab eo quod summe est ad id quod minus est hoc est incipere habere uoluntatem malam. causas porro defectionum istarum, cum efficientes non sint, ut dixi, sed deficientes, uelle inuenire tale est, ac si quisquam uelit uidere tenebras uel audire silentium, quod tamen utrumque nobis notum est, neque illud nisi per oculos neque hoc nisi per aures, non sane in specie, sed in speciei priuatione. nemo ergo ex me scire quaerat quod me nescire scio, nisi forte ut nescire discat quod sciri non posse sciendum est. ea quippe

4 quae] quas *MV* 5 quid] qđ P^1 8 consentit *MV*: consensit *PTv* 12 quia] qui *PTv* mala *P* 13 quur *PT* 18 causa *v* 19 mutabiles T^1 20 habeatur *P* 27 uelit] uellet P^2T 29 notum] totum *v* 30 sani P^1 32 dicat *v* scire P^1Tv

quae non specie, sed in eius priuatione sciuntur, si dici aut intellegi potest, quodam modo nesciendo sciuntur, ut sciendo nesciantur. cum enim acies oculi corporalis currit per species corporales, nusquam tenebras uidet nisi ubi coeperit non uidere. ita etiam non ad aliquem alium sensum, sed ad solas aures pertinet sentire silentium, quod tamen nullo modo nisi non audiendo sentitur. sic species intellegibiles mens quidem nostra intellegendo conspicit, sed ubi deficiunt nesciendo condiscit: delicta enim quis intellegit?

Hoc scio, naturam dei numquam, nusquam, nulla ex parte posse deficere et ea posse deficere quae ex nihilo facta sunt. quae tamen quanto magis sunt et bona faciunt — tunc enim aliquid faciunt — causas habent efficientes; in quantum autem deficiunt et ex hoc mala faciunt — quid enim tunc faciunt nisi uana? — causas habent deficientes. itemque scio, in quo fit mala uoluntas, id in eo fieri quod si nollet non fieret, et ideo non necessarios, sed uoluntarios defectus iusta poena consequitur. deficitur enim non ad mala, sed male, id est non ad malas naturas, sed ideo male, quia contra ordinem naturarum ab eo quod summe est ad id quod minus est. neque enim auri uitium est auaritia, sed hominis peruerse amantis aurum iustitia derelicta, quae incomparabiliter auro debuit anteponi; nec luxuria uitium est pulchritudinis suauium corporum, sed animae peruerse amantis corporeas uoluptates neglecta temperantia, qua rebus spiritaliter pulchrioribus et incorruptibiliter suauioribus coaptamur; nec iactantia uitium est laudis humanae, sed animae peruerse amantis laudari ab hominibus spreto testimonio conscientiae; nec superbia uitium

9 Ps. 18, 13

1 in specie *PTv* scientur *MV* 4 corporalis P^1 ceperit *v* 5 alium aliquem *Pv* 6 quod] quo *MV* 7 intellegibilis P^1 10 nusquam *om. v* 15 itemque scio] item questio *v* 17 defectos P^1v 18 malam *MVv* malum *P* 20 qđqđ summe *P* 23 luxoria *PT* est *om.* P^1v pulchritudinis *MV*: pulchrorum *PTv* suauiumque *PTv* 24 amantes P^1 uoluntates *P* 25 neclecta P^1T pulcrioribus *v* 27 laudes P^1 amantes P^1v

est dantis potestatem uel ipsius etiam potestatis, sed animae peruerse amantis potestatem suam potentioris iustiore contemta. ac per hoc qui peruerse amat cuiuslibet naturae bonum, etiam si adipiscatur, ipse fit in bono malus et miser meliore priuatus.

Cum ergo malae uoluntatis efficiens naturalis uel, si dici potest, essentialis nulla sit causa — ab ipsa quippe incipit spirituum mutabilium malum, quo minuitur atque deriuatur naturae bonum, nec talem uoluntatem facit nisi defectio, qua deseritur deus, cuius defectionis etiam causa utique deficit —: si dixerimus nullam esse efficientem causam etiam uoluntatis bonae, cauendum est ne uoluntas bona bonorum angelorum non facta, sed deo coaeterna esse credatur. cum ergo ipsi facti sint, quomodo non illa facta esse dicetur? porro quia facta est, utrum cum ipsis facta est an sine illa fuerunt prius? sed si cum ipsis, non dubium quod ab illo facta sit a quo et ipsi; simulque ut facti sunt, ei a quo facti sunt amore, cum quo facti sunt, adhaeserunt; eoque sunt isti ab illorum societate discreti, quod illi in eadem bona uoluntate manserunt, isti ab ea deficiendo mutati sunt mala scilicet uoluntate hoc ipso, quod a bona defecerunt, a qua non defecissent, nisi utique uoluissent. si autem boni angeli fuerunt prius sine uoluntate bona eamque in se ipsi deo non operante fecerunt, ergo meliores a se ipsis quam illo facti sunt? absit. quid enim erant sine bona uoluntate nisi mali? aut si propterea non mali, quia nec mala uoluntas eis inerat — neque enim ab ea quam nondum coeperant habere defecerant — certe nondum tales, nondum tam boni quam esse cum bona uolun-

1 potestates P^1v 2 potentiores P^1T^1 contenta P^1v 3 peruersae *MTV* 4 adipiscator *v* ipsi P^1 malis *T* 7 spiritalium *P* minuetur P^1v deriuatur *MVv* (*cf. Vict. Vit. II 73; Oros. IIII 6, 35*): deprauatur P^2T 8 quae *T* 9 causam *M* utiq. utique *MV*; *corr. in V m. 2, in M m. 1* defecit P^1v 13 sint] sunt *v* 14 fuerint *P* fuerant *v* 15 ab *om. v* 16 a quo facta *Pv* 17 societati *v* 20 qua] quo *MV* 21 noluissent MP^1V 22 in se] sine *MV* 23 ipsi *T* illo *MV*: ab illo *PTv* 25 uoluntastas *V*; *corr. m. 2* inherat *P* enim] ea *v* 26 quam] quia *v*

tate coeperunt. at si non potuerunt se ipsos facere meliores quam ille eos fecerat quo nemo melius quicquam facit, profecto et bonam uoluntatem, qua meliores essent, nisi operante adiutorio creatoris habere non possent. et cum id egit eorum uoluntas bona ut non ad se ipsos qui minus erant, sed ad illum qui summe est conuerterentur eique adhaerentes magis essent eiusque participatione sapienter beateque uiuerent, quid aliud ostenditur nisi uoluntatem bonam quamlibet bonam inopem fuisse in solo desiderio remansuram, nisi ille qui bonam naturam ex nihilo sui capacem fecerat, ex se ipso faceret implendo meliorem, prius faciens excitando auidiorem? nam et hoc discutiendum est, si boni angeli ipsi in se fecerunt uoluntatem bonam, utrum aliqua eam an nulla uoluntate fecerunt. si nulla, utique nec fecerunt; si aliqua, utrum mala an bona? si mala, quomodo potuit esse mala uoluntas bonae uoluntatis effectrix? si bona, iam ergo habebant. et istam quis fecerat nisi ille qui eos cum bona uoluntate, id est cum amore casto, quo illi adhaerent, creauit, simul eis et condens naturam et largiens gratiam? unde nisi bona uoluntate, hoc est dei amore, numquam sanctos angelos fuisse credendum est. isti autem qui cum boni creati essent, tamen mali sunt — mala propria uoluntate, quam bona natura non fecit, nisi cum a bono sponte defecit, ut mali causa non sit bonum, sed defectus a bono — aut minorem acceperunt amoris diuini gratiam quam illi qui in eadem perstiterunt aut, si utrique boni aequaliter creati sunt, istis mala uoluntate cadentibus illi amplius adiuti ad eam beatitudinis plenitudinem, unde se numquam casuros certissimi fierent, peruenerunt, sicut iam in libro quem sequitur iste tractauimus. confitendum est

29 de ciu. dei XI 13

1 at] aut *v* ipso *v* miliores P^1 2 eos ille *PTv* 3 quam *T* 6 summae *V* summi P^1v 7 beataeque *MV* 9 remansura *v* 11 fecerat *v* abidiorem *V* 13 eum P^1 an] a *T* 15 esse potuit *T* 17 quis] qui *MV* 18 ille P^1 adhaererent *T* 19 nisi] si P^1v sine P^2 23 a *om. T* sint *T* 24 acceperunt *MV* 25 persteterunt *P* utrumque *MV* 27 adiute *v* 28 cassuros P^1 certissime *v* 29 quem] qui *M* tractabimus *v*

igitur cum debita laude creatoris non ad solos sanctos homines pertinere uerum etiam de sanctis angelis posse dici quod caritas dei diffusa sit in eis per spiritum sanctum, qui datus est eis; nec tantum hominum, sed primitus praecipueque angelorum bonum esse quod scriptum est: mihi autem adhaerere deo bonum est. hoc bonum quibus commune est, habent et cum illo cui adhaerent et inter se sanctam societatem et sunt una ciuitas dei eademque uiuum sacrificium eius uiuumque templum eius. cuius pars, quae coniungenda immortalibus angelis ex mortalibus hominibus congregatur, et nunc mortaliter peregrinatur in terris uel in eis qui morte obierunt secretis animarum receptaculis sedibusque requiescit.

XXII.

DE DIABOLVM AB IPSO PRIMORDIO CREATVRAE A SVO CREATORE PER SVPERBIAM APOSTATASSE. EX LIBRO DE GENESI AD LITTERAM XI INTER CETERA ET AD LOCVM.

37 Quando ergo deiecerit superbia diabolum, ut naturam suam bonam praua uoluntate peruerteret, scriptura non dicit; ante tamen factum fuisse et ex hac eum homini inuidisse ratio manifesta declarat. in promtu est enim omnibus haec intuentibus non ex inuidentia superbiam nasci, sed ex superbia potius inuidentiam. non autem frustra putari potest ab initio temporis diabolum superbia cecidisse nec fuisse ullum antea tempus, quo cum angelis sanctis pacatus uixerit et beatus, sed ab ipso primordio creaturae a suo creatore apostatasse,

3 cf. Rom. 5, 5 5 Ps. 72, 28

5 autem *om.* P^1v 7 adherente (*om.* et) *T* so&ietatem *T* 11 mortaliter *MV*: mutabiliter *Pv* motabiliter *T* 12 sedibusquae *T* sedibus P^1v *sequitur cap. XX in Gv* 13 *cap.* XXXVII *PT* 14 de *MV*: *om. PTv* 15 apostatasse] apostasse (*sic*) quę de supbia nascitur inuidentia per quam extitit homicida *P* 16 inter —locum *om. PTv* 18 non] nostra *v* 20 promptu *Tv* 21 inuidia *T* 22 inuidentia *v* 23 caecidisse *PV* 24 sanctis angelis *v* 25 ab *om. v*

ut illud quod dominus ait: ille homicida erat ab initio et in ueritate non stetit utrumque ab initio intellegamus, non solum quod homicida fuit sed etiam quod in ueritate non stetit. et homicida quidem ab illo initio, ex quo homo potuit occidi: non potuit autem occidi antequam esset qui occideretur. ab initio ergo homicida diabolus, quia ipse occidit hominem primum, ante quem nullus hominum fuit. in ueritate autem non stetit, et hoc ab initio, ex quo ipse creatus est, qui staret, si stare uoluisset.

XXIII.

QVALITER INTELLEGENDVM SIT ILLVD ESAIAE: QVOMODO CECIDIT DE CAELO LVCIFER ET CETERA. ITEM EX EODEM LIBRO XI.

Quod ergo putatur numquam diabolus in ueritate stetisse, 38
numquam cum angelis beatam duxisse uitam, sed ab ipso suae condicionis initio cecidisse, non sic accipiendum est ut non propria uoluntate deprauatus, sed malus a bono deo creatus putetur: alioquin non ab initio cecidisse diceretur: neque enim cecidit, si talis factus. sed factus continuo se a luce ueritatis auertit superbia tumidus et propriae potestatis delectatione corruptus, unde beatae atque angelicae uitae dulcedinem non gustauit, quam non utique acceptam fastidiuit, sed nolendo accipere deseruit et amisit. proinde nec sui casus praescius esse potuit, quoniam sapientia pietatis est fructus. ille autem continuo impius, consequenter et mente caecatus non ex eo quod acceperat cecidit, sed ex eo quod acciperet, si subdi

1 Io. 8, 44

1 illud] illud eius *v* erit *T* 3 etiam in (*om.* quod) *T* 5 autem potuit *PTv* qui] quod *v* 7 ante quam G^1MP^1TVv 8 initio] icio *P* 9 staret] stare P^1v 10 *cap.* XXXVIII *PT* 12 caecidit *MV* item *om. P* 13 XI] XI de genesi ad litteram *PTv* 14 quod] quomodo *v* 16 caecedisse *V* 18 putatur P^1 caecidisse *MV* 19 caecedit *V* tales P^1 est factus *PTv* 20 propiae *T* dilectatione P^1 22 fastidium *v* 25 caecus *PT* 26 caecidit *PV* acceperet V^1 accepat M^1 (at *in* it *corr. m. 2*) acceperat *Pv*

uoluisset deo: quod profecto quia noluit, et ab eo quod accepturus erat cecidit et potestatem illius sub quo esse noluit non euasit factumque in illo est pondere meritorum ut nec iustitiae possit lumine delectari nec ab eius sententia liberari.

Quod ergo per Esaiam prophetam in eum dicitur: quomodo cecidit de caelo lucifer mane oriens, contritus est in terram qui mittebat ad omnes gentes? tu autem dixisti sensu tuo: in caelum ascendam, super sidera caeli ponam thronum meum, sedebo in monte excelso super montes excelsos, qui sunt ad aquilonem; ascendam super nubes, ero similis altissimo; nunc autem ad inferos descendes et cetera, quae in figura regis uelut Babylonis in diabolum dicta intelleguntur, plura in eius corpus conueniunt, quod etiam de humano genere congregat, et in eos maxime qui ei per superbiam cohaerent apostatando a mandatis dei. sicut enim qui erat diabolus homo dictus est, ut in euangelio: inimicus homo hoc fecit, ita qui homo erat diabolus dictus est, ut rursus in euangelio: nonne ego uos duodecim elegi et unus ex uobis diabolus est? et sicut corpus Christi, quod est ecclesia, dicitur Christus — sicut illud est: uos Abrahae semen estis, cum paulo superius dixisset: Abrahae dictae sunt promissiones et semini eius; non dicit: et seminibus, tamquam in multis, sed tamquam in uno: et semini tuo, quod est Christus; et iterum: sicut enim corpus unum est et membra habet multa, omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum est corpus, ita et Christus — eo modo etiam corpus diaboli, cui caput est dia-

6 Es. 14, 12—15 18 Matth. 13, 28 20 Io. 6, 70 22 Galat. 3, 29 23 Ibid. 16 26 I Cor. 12, 12

2 caecidit *PVv* 7 caecedit *V* 11 montem *T* excelso] excelsum *T* 12 ab aquilone *T* 14 quae in figura *om. v* regi *v* babylonis *T* 16 ei] et *v* haec *P* per *om. Pv* superbia *v* 17 apostando *T* 18 ut *om. v* 19 qui] que *v* erat *om. v* 20 ego] ergo *v* 22 illud est] illud et *v* 29 cui] c *in litura a m. 2 V*

bolus, id est ipsa impiorum multitudo maximeque eorum qui a Christo uel de ecclesia sicut de caelo decidunt, dicitur diabolus et in ipsum corpus figurate multa dicuntur, quae non tam capiti quam corpori membrisque conueniant. itaque lucifer, qui mane oriebatur et cecidit, potest intellegi apostatarum genus uel a Christo uel ab ecclesia, quod ita conuertitur ad tenebras amissa luce, quam portabat, quemadmodum qui conuertuntur ad deum a tenebris ad lucem transeunt, id est qui fuerunt tenebrae fiunt lux.

Item in figura principis Tyri per Hiezechielem prophetam in diabolum dicta intelleguntur: tu es signaculum similitudinis et corona decoris; in deliciis paradisi dei fuisti, omni lapide pretioso ornatus es et cetera, quae non tam in ipsum principem spiritum nequitiae quam in corpus eius dicta conueniunt. paradisus enim dicta est ecclesia, sicut legitur in cantico canticorum: hortus conclusus, fons signatus, puteus aquae uiuae, paradisus cum fructu pomorum. inde ceciderunt uel aperta et corporali separatione omnes haeretici, uel occulta et spiritali, quamuis in ea corporaliter esse uideantur, omnes conuersi ad uomitum suum, cum post remissionem peccatorum paululum ambulassent in uia iustitiae, in quibus facta sunt posteriora deteriora prioribus, et quibus expediebat non cognoscere uiam iustitiae quam cognoscentibus retrorsum reflecti a tradito sibi

11 Ezech. 28, 12 et 13 16 Cant. 4, 12 et 13 20 cf. Prou. 26, 11 23 cf. II Petr. 2, 21 et 22

2 $\overset{\text{eorum}}{\overline{\text{xpo}}}$ uel *v* de caelo *om. v* decedunt P^1 3 in *om. MV* figuratae *V* 4 conueniunt *PT* 5 caecidit *MV* 6 ecla *M* 7 ad] a *P* quā admodum P^1 8 deum] dominum *P* tenebras P^1V^2 ad lucem] a lucem *M* 9 *uerba inde a* fiunt lux *usque ad finem capitis rescripta sunt a m. 2 in V; scriptura m. 1 fere euanuit* lux fiunt *PTv* 10 in *om. P* Hiezechiel *T* Ezechielem *Pv* 11 es *om. Pv* 12 deliciis *P*; i *erasa* paradysi V^2v; *om. P* 13 a lapide M^1 14 ipso *MV* spirituum *v* 16 ecclesia] et ecclesia *Tv* ortus *Pv* 17 et fons *v* 18 caeciderunt *MPV* 19 separationem V^2 21 remissione *M* paulolum *v* 23 et] ex *P* 24 se flecti *v*

sancto mandato. hanc pessimam generationem dominus describit, cum dicit spiritum nequam exire ab homine et cum aliis septem redire, in domo quam mundatam iam inuenerat intrare, ut sint nouissima hominis illius peiora prioribus. tali enim generi hominum, quod iam factum est corpus diaboli, possunt haec uerba congruere: a die qua creatus es tu cum cherub, id est cum sede dei, quae interpretatur multiplicata scientia; et posui te in monte sancto dei, hoc est in ecclesia — unde est: et exaudiuit me de monte sancto suo — fuisti in medio lapidum flammeorum, id est sanctorum spirituum feruentium, lapidum uiuorum; ambulasti sine uitio tu in diebus tuis, ex quo die creatus es tu, donec inuenta sunt delicta tua in te.

XXIIII.

CONTRA EOS QVI DICVNT, CVR CREAVERIT DEVS HOMINEM, QVEM PECCATVRVM ESSE PRAESCIEBAT. ITEM EX EODEM LIBRO XI DE GENESI AD LITTERAM.

39 Si ergo quaeritur cur deus temtari permiserit hominem, quem temtatori consensurum esse praesciebat, altitudinem quidem consilii eius penetrare non possum et longe supra uires meas hoc esse profiteor. est ergo aliqua causa fortassis occultior, quae melioribus sanctioribusque reseratur illius gratia potius quam meritis eorum; sed tamen, quantum uel donat sapere uel sinit dicere, non mihi uidetur magnae laudis futurum fuisse hominem, si propterea posset bene uiuere, quia nemo male uiuere suaderet, cum et in natura posse et in

2 Matth. 12, 43—45 7 Ezech. 28, 14 et 15 10 Ps. 3, 5

1 scribit *P*; s *a m. 2* 3 domo *MV*: domum *PTv* mundam *v* 4 iam *om. T* intrare] et intrare *P* nouissimi *P* 7 est tu *MV* (*a m. 1 et 2*) cerubin *Gv* 8 interpraetatur *M* 12 spiritum *MP* V^2v 15 *cap.* XXXVIIII *PT* XL *v* 16 quur *M* 17 praescie *M* praescierat *T* item *om. PTv* 20 temptatore *v* 21 possumus *P* supra] super *P* 22 confiteor *PTv* 24 donant *T*

potestate haberet uelle non consentire suadenti, adiuuante tamen illo qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. cur itaque temtari non sineret quem consensurum esse praesciebat, cum id facturus esset propria uoluntate per culpam et ordinandus esset illius aequitate per poenam, ut etiam sic ostenderet animae superbae ad eruditionem futurorum sanctorum, quam recte ipse uteretur animarum uoluntatibus etiam malis, cum illae peruerse uterentur naturis bonis?

Nec arbitrandum est quod esset hominem deiecturus iste temtator, nisi praecessisset in anima hominis quaedam elatio comprimenda, ut per humiliationem peccati quam de se falso praesumserit disceret. uerissime quippe dictum est: ante ruinam exaltatur cor et ante gloriam humiliatur; et huius forte hominis uox est in psalmo: ego dixi in abundantia mea: non mouebor in saeculum. deinde expertus iam quid mali habeat superba praesumtio propriae potestatis et quid boni adiutorium gratiae dei: domine, inquit, in uoluntate tua praestitisti decori meo uirtutem, auertisti autem faciem tuam, et factus sum conturbatus. sed siue illud de hoc homine siue de alio dictum est, extollenti se tamen animae et nimium tamquam de propria uirtute praefidenti etiam experimento poenae fuerat demonstrandum quam bene non se habeat facta natura, si a faciente recesserit. hinc enim etiam maxime commendatur quale bonum sit deus, quando nulli ab eo recedenti bene est,

2 Iac. 4, 6 13 Prou. 16, 18 15 Ps. 29, 7 et 8

1 habere (*om.* uelle) *v* 3 gratiam dat *Pv* temptare P^1 5 aequitatē *P* 7 sanctorum] omnium sanctorum *P* 8 uoluptatibus *v* ille *Tv* peruersae *V* uteretur P^1v 10 deiectoros P^1 12 humilationem V^1 humilatione *M* falsa (*om.* se) *v* 13 praesumpserit *PTv* 14 ruina *PV* gloria *P* humiliabitur *v* 16 habundantia *Pv* 17 iam expertus *PTv* praesumptio *PTv* 18 bonum *V* inquid *Pv* 20 autem *om. PTv* a me *post* tuam *add.* M^2PTv 21 conturuatus *V* sed si uel M^1V 22 extollente *v* 24 bene non *MV*: non bene *PTv* 25 faciemte V^2 commendatus *v*

quia et qui gaudent in mortiferis uoluptatibus, esse sine dolorum timore non possunt, et qui omnino malum desertionis suae maiore superbiae stupore non sentiunt, miseriores prorsus apparent, ut, si nolunt recipere medicinam talia deuitandi, ualeant ad exemplum, quo possint talia deuitari. sicut enim apostolus Iacobus dicit: unusquisque temtatur a concupiscentia sua abstractus et inlectus; deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum autem cum consummatum fuerit, generat mortem. unde sanato superbiae tumore resurgitur, si uoluntas, quae ante experimentum defuit, ut permaneretur cum deo, saltem post experimentum adsit, ut redeatur ad deum.

Sic autem quidam mouentur de hac primi hominis temtatione, quod eam fieri permiserit deus, quasi nunc non uideant uniuersum genus humanum diaboli insidiis sine cessatione temtari. cur et hoc permittit deus? an quia probatur et exercetur uirtus et est palma gloriosior non consensisse temtatum quam non potuisse temtari, cum etiam ipsi, qui deserto creatore eunt post temtatorem, magis magisque tentent eos qui in uerbo dei permanent praebeantque illis contra cupiditatem deuitationis exemplum et incutiant contra superbiam timorem pium? unde dicit apostolus: intendens te ipsum, ne et tu temteris. mirum est enim quantum ista humilitas, qua subdimur creatori, ne tamquam eius adiutorio non egentes de nostris uiribus praesumamus, per scripturas omnes diuinas cura cōntinua commendatur. cum ergo etiam per iniustos iusti ac per impios pii proficiant, frustra dicitur:

6 Iac. 1, 14 et 15 23 Galat. 6, 1

1 qui *PTv*: *om. MV* uoluntatibus *P* 2 et P^2 *in rasura* 3 maiores *P* 4 uolunt P^2 diuitandi *P* 5 ualeant *om. v* talia] alia *v* 8 conciperit M^1V 10 resurgetur P^1 12 saltim PT^2v 14 sic] si *PTv* primo P^1 16 diaboli *P*; i *prior a m. 2* 17 quur *P* 20 temtet *MV* temptant *P* 21 dei *om. v* praebentque T^1 22 copiditatem P^1 deuiationis *P* 25 quas abdimur *V* 28 et iusti *P*; et *add. m. 2 supr. uers.* ac P^2 *in ras.* proficiunt *P*

non crearet deus quos praesciebat malos futuros. cur enim non crearet quos praesciebat bonis profuturos, ut et utiles eorum bonis uoluntatibus exercendis admonendisque nascantur et iuste pro sua mala uoluntate puniantur?

Talem, inquiunt, faceret hominem, qui nollet omnino peccare. ecce nos concedimus meliorem esse naturam, quae omnino peccare nolit. concedant et ipsi non esse malam naturam, quae sic facta est, ut posset non peccare, si nollet, et iustam esse sententiam, qua punita est quae uoluntate, non necessitate peccauit. sicut ergo ratio uera docet meliorem esse creaturam, quam prorsus nihil delectat inlicitum, ita ratio uera nihilo minus docet etiam illam bonam esse, quae habet in potestate inlicitam delectationem, si extiterit, ita cohibere, ut non solum de ceteris licitis recteque factis uerum etiam de ipsius prauae delectationis cohibitione laetetur. cum ergo haec natura bona sit, illa melior, cur illam solam et non utramque potius faceret deus? ac per hoc qui parati erant de illa sola deum laudare, uberius eum debent laudare de utraque; illa quippe est in sanctis angelis, haec in sanctis hominibus. qui autem sibi partes iniquitatis elegerunt laudabilemque naturam culpabili uoluntate deprauarunt, non quia praesciti sunt ideo creari minime debuerunt; habent enim et ipsi locum suum, quem in rebus impleant pro utilitate sanctorum. nam deus nec iustitia cuiusquam recti hominis eget; quanto minus iniquitate peruersi?

Quis autem sobria consideratione dicat: melius non crearet quem praesciebat ex alterius iniquitate posse corrigi, quam crearet etiam quem praesciebat pro sua iniquitate debere damnari? hoc est enim dicere: melius non esset qui alterius malo bene utendo misericorditer coronaretur, quam esset etiam

1 quur *MT* 2 profuturis *P* 3 ammonendisque *PTVv* 4 iustae *T* iusti *v* 5 qui] quo *P pr.* 6 meliores *v* natura *v* 7 nollet P^2 ipse P^1 12 nihilhominus *v* bonum *v* 13 inlicitum P^1T^1 14 licitis P^2 *in rasura* 15 dilectationis *P* 17 ac] hac *P* 19 illa *add.* P^2 *in marg.* 20 partis *MV* iniquitates P^1 eligerunt *MV* laudibilemque *v* 23 ipse P^1 25 aeget *T* 27 corrige P^1 28 creare *v* quem] quā *P*

malus, qui pro suo merito iuste puniretur. cum enim ratio certa demonstrat duo quaedam non aequalia bona, sed unum superius, alterum inferius, non intellegunt tardi corde, cum dicant: utrumque tale esset, nihil se aliud dicere quam: solum illud esset. ac sic cum aequare quaerunt genera bonorum, numerum minuunt et immoderate augendo unum genus alterum tollunt. quis autem hoc audiret, si dicerent: quoniam excellentior sensus est uidendi quam audiendi, quattuor oculi essent et aures non essent? ita si excellentior est creatura illa rationalis, quae sine ullius poenae comparatione, sine ulla superbia deo subditur, alia uero in hominibus ita creata est, ut in se dei beneficium non possit agnoscere nisi alterius uidendo supplicium, ut non altum sapiat, sed timeat, id est non de se praefidat, sed confidat in deum: quis recte intellegens dicat: „talis esset ista qualis illa“ nec uideat se nihil aliud dicere quam: „non esset ista, sed sola esset illa“? quod si inerudite atque insipienter dicitur, cur ergo non crearet deus etiam quos malos futuros esse praesciebat, uolens ostendere iram et demonstrare potentiam suam et ob hoc sustinens in multa patientia uasa irae, quae perfecta sunt in perditionem, ut notas faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, quae praeparauit in gloriam? sic enim qui gloriatur non nisi in domino gloriatur, cum cognoscit non suum, sed illius esse non solum ut sit, uerum etiam ut non nisi ab illo bene sibi sit a quo habet ut sit. nimis itaque importune dicitur: non essent quibus deus tantam beneficientiam misericordiae suae tribueret, si aliter esse non possent, nisi essent et hi in quibus uindictae iustitiam demonstraret.

Cur enim non utrique potius essent, quando in utrisque et bonitas dei et aequalitas iure praedicatur? at enim si deus

13 cf. Rom. 11, 20 18 cf. Rom. 9, 22 et 23 22 cf. II Cor. 10, 17

2 aequali P^1 4 dicunt *MPTv* se] si P^1; *om. v* 5 illum *T* quaerunt *MV*: uolunt *PTv* 6 agendo *MV* 7 hoc *MV*: hos *PTv* 9 excellensior *T* 12 posset *Pv* 14 praefidat] praesumat *P* 19 et et ob *v* 20 perfecte P^1 22 parauit *T* 23 glorietur *Pv* 26 tantū *P* beneficentiam *Pv* 27 tribuerit P^1 28 iustitia *v* 30 aequitas *PTv* a*t *P*; i *rasa*

uellet, etiam isti boni essent. quanto melius hoc deus uoluit, ut quod uellent essent; sed boni infructuose, mali autem impune non essent et in eo ipso aliis utiles essent. sed praesciebat quod eorum futura esset uoluntas mala. praesciebat sane et, quia falli non potest eius praescientia, ideo non ipsius, sed eorum est uoluntas mala. cur ergo eos creauit quos tales futuros esse praesciebat? quia sicut praeuidit quid mali essent facturi, sic etiam praeuidit de malefactis eorum quid boni esset ipse facturus. sic enim eos fecit, ut eis relinqueret unde et ipsi aliquid facerent quo, quidquid etiam culpabiliter eligerent, illum de se laudabiliter operantem inuenirent; a se quippe habent uoluntatem malam, ab illo autem et naturam bonam et iustam poenam, sibi debitum locum, aliis exercitationis adminiculum et timoris exemplum.

Sed posset, inquit, etiam ipsorum uoluntatem in bonum conuertere, quoniam omnipotens est. cur ergo non fecit? quia noluit. cur noluerit penes ipsum est; debemus enim non plus sapere quam oportet sapere. puto tamen paulo ante satis nos ostendisse non parui boni esse rationabilem creaturam etiam istam, quae malorum comparatione cauet malum. quod genus bonae creaturae utique non esset, si omnium malas uoluntates in bonum deus conuertisset et nulli iniquitati poenam debitam infligeret; ac sic non esset nisi solum illud genus, quod nulla uel peccati uel supplicii malorum comparatione proficeret. ita uelut aucta numerositate excellentioris generis ipsorum generum bonorum numerus minueretur.

Ergo, inquiunt, est aliquid in operibus dei quod alterius malo indigeat, quo proficiat ad bonum? itane obsurduerunt

17 cf. Rom. 12, 3

2 non infructuose *T* 3 inpuni P^2 utile P^1v 6 eos *om. v* 8 malefactis *MV*: malis factis *PTv* 9 relinqueretur P^2 10 ipse *v* faceret *v* quicquid *Tv* quid P^1 14 amminiculum *PTV* aminiculum *v* 15 inquid P^1Tv 17 paenes *PTV* 19 rationalem *PTv* 20 comparationem *MV* cauet (c *in litura a m. 2*) *V* 22 deus in bonum *T*; deus *om.* P^1 24 nullo *PTV* suplici P^1 25 uelud *P* excellentiores *Pv* 26 numerus] numerum *v*; *om. P* minueret *v* 28 obsorduerunt P^1v

et excaecati sunt homines nescio quo studio contentionis, ut non audiant uel uideant quibusdam punitis quam plurimi corrigantur? quis enim paganus, quis Iudaeus, quis haereticus non hoc in domo sua cotidie probet? uerum cum uenitur ad disputationem inquisitionemque ueritatis, nolunt aduertere sensus suos homines, ex quo opere diuinae prouidentiae in eos ueniat imponendae commotio disciplinae, ut, si non corriguntur qui puniuntur, eorum tamen exemplo ceteri metuant ualeatque ad eorum salutem iusta pernicies aliorum. num enim malitiae illorum uel nequitiae deus auctor est, de quorum iusta poena consulit, quibus hoc modo consulendum esse constituit? non utique; sed cum eos uitiis propriis malos futuros esse praesciret, non eos tamen creare destitit, utilitati deputans eorum quos in hoc genere creauit, ut ad bonum proficere nisi malorum comparatione non possent. si enim non essent, nulli rei utique prodessent. parumne boni actum est, ut sint qui certe illi generi utiles sint? quod genus quisquis non uult ut sit, nihil aliud agit nisi ut ipse in eo non sit. magna opera domini, exquisita in omnes uoluntates eius. praeuidet bonos futuros et creat; praeuidet malos futuros et creat, se ipsum ad fruendum praebens bonis, multa munera suorum largiens et malis, misericorditer ignoscens, iuste ulciscens, itemque misericorditer ulciscens, iuste ignoscens, nihil metuens de cuiusquam malitia, nihil indigens de cuiusquam iustitia, nihil sibi consulens nec de operibus bonorum et bonis consulens etiam de poenis malorum. cur ergo non permitteret temtari hominem illa temtatione prodendum, conuincendum, puniendum, cum superba concupiscentia

19 Ps. 110, 2

1 contentiones v^1 4 probet *om.* *v* conuenitur (*om.* cum) *v* 5 inquitionemque *v in marg.* 7 ueniant *v* 8 exemplū *v* 10 enim] etiam *Pv* illorum *MV*: eorum *PTv* 11 consolendum *V* 13 utilitate v^1 17 utiles sunt *PTv* 18 ipsi P^1 19 exquaesita *MV* 20 praeuidit P^2 22 munera *MPV*: munerum *T* numerum *v* 23 iuste ulciscens — ignoscens *om.* *v* 24 ignoscent P^1 malitia — cuiusquam *om.* P^1v 26 consolens P^1 27 illam V^2 28 puendum M^1V^1; *corr. m. 2* superbia P^1

propriae potestatis quod conceperat pareret suoque fetu confunderetur iustoque supplicio a superbiae atque inoboedientiae malo posteros deterreret, quibus ea conscribenda et annuntianda parabantur?

Si autem quaeritur cur potissimum per serpentem diabolus temtare permissus sit, iam hoc significandi gratia factum esse quem non admoneat scriptura tantae auctoritatis tantis diuinitatis documentis agens in prophetando, quantis effectis iam mundus impletus est? non quo diabolus aliquid ad instructionem nostram significare uoluerit, sed cum accedere ad temtandum non posset nisi permissus, num per aliud posset nisi per quod permittebatur accedere? quidquid igitur serpens ille significauit, dei prouidentiae tribuendum est, sub qua et ipse diabolus suam quidem habet cupiditatem nocendi, facultatem autem non nisi quae datur uel ad subuertenda ac perdenda uasa irae uel ad humilianda siue probanda uasa misericordiae. natura itaque serpentis unde sit nouimus: produxit enim terra in uerbo dei omnia pecora et bestias et serpentes; quae uniuersa creatura habens in se animam uiuam, inrationabilem, uniuersae rationali creaturae siue bonae siue malae uoluntatis lege diuini ordinis subdita est. quid ergo mirum, si per serpentem aliquid agere permissus est diabolus, cum daemonia in porcos intrare Christus ipse permiserit?

Magis de ipsa natura diaboli scrupulosius quaeri solet; quam totam quidam haeretici offensi molestia malae uoluntatis eius alienare conantur a creatura summi et ueri dei et alterum

17 cf. Gen. 1, 20—26 23 cf. Matth. 8, 32

1 propria *P* conciperat *MV* faetu *V* foetu *P* 2 suplicio *P* 4 paranda *v* 6 temptari *P* permisisset (*om.* sit) *v* hoc *om. Pv* 7 tantis] tantae *T* tante *P* (e *a m. 2 in ras.*) 8 profetando *v* 9 quo] quod *P* ad *om. v* 10 accederet *PT* 12 mittebatur *v* 13 dei *MV*: ei *T* eius *v* et P^2 *sup. uers.* qua] quo *v* et *om.* P^1v 14 quidem] quippe P^1v 16 humilanda *MV* 18 *post* dei *ras. 8—9 litterarum in P* peccora *P* 19 inrationalem *P* 20 uniuerse *V* rationale P^1 22 per *PTv*: *om. MV* 23 $\overline{\text{xps}}$ ipse p P^2 *in rasura* 25 quidem *PT* molestiã *Pv* 26 creatura] creatoris P^1v

ei dare principium, quod sit contra deum. non enim ualent intellegere omne quod est, in quantum aliqua substantia est, et bonum esse et nisi ab illo uero, a quo omne bonum est, esse non posse; malam uero uoluntatem inordinate moueri bona inferiora superioribus praeponendo; atque ita factum esse ut rationalis creaturae spiritus sua potestate propter excellentiam delectatus tumesceret superbia, per quam caderet a beatitudine spiritalis paradisi et inuidentia contabesceret. in quo tamen bonum est hoc ipsum, quod uiuit et uiuificat corpus siue aerium, sicut ipsius diaboli uel daemonum spiritus, siue terrenum, sicut hominis anima cuiusuis, etiam maligni atque peruersi. ita dum nolunt aliquid quod deus fecerit propria uoluntate peccare, ipsius dei substantiam dicunt primo necessitate et post inexpiabiliter uoluntate corruptam atque peruersam. sed de istorum dementissimo errore alias iam multa diximus.

In hoc autem opere quaerendum est secundum sanctam scripturam quid de diabolo dicendum sit. primum utrum ab initio ipsius mundi sua potestate delectatus abstiterit ab illa societate et caritate, qua beati sunt angeli, qui fruuntur deo, an aliquo tempore in sancto coetu fuerit angelorum etiam ipse pariter iustus et pariter beatus. nonnulli enim dicunt ipsum ei fuisse casum a supernis sedibus, quod inuiderit homini facto ad imaginem dei. porro autem inuidia sequitur superbiam, non praecedit; non enim causa superbiendi est inuidia, sed causa inuidendi superbia. cum igitur superbia sit amor excellentiae propriae, inuidia uero sit odium felicitatis alienae, quid unde nascatur satis in promtu est; amando enim quisque excellentiam suam uel paribus inuidet, quod ei

3 uero] uero deo *PTv* 6 esse] est *v* creatura *v* 7 superbiam P^1 8 paradysi *v* 10 aereum *P* aerius *v* 11 maligne P^1 12 uolunt *v* 14 expiabiliter *v* 18 primo PT^2v promo T^1 19 dilectatus *P* 23 ei *om. v* inuideret *v* 24 autem *om. P* inuidiam *V pr.*; *corr. m. 1* sequitur *om. v* 25 praecidit P^1 26 sit superbia *P* 27 amore *T* inuidię *P* 28 unde P^2 *in rasura* promptu *Tv* 29 inuidit P^1

coaequentur, uel inferioribus, ne sibi coaequentur, uel superioribus, quod eis non coaequetur. superbiendo igitur inuidus, non inuidendo quisque superbus est.

Merito initium omnis peccati superbiam scriptura definiuit dicens: initium omnis peccati superbia. cui testimonio non inconuenienter aptatur etiam illud quod apostolus ait: radix omnium malorum est auaritia, si auaritiam generalem intellegamus, qua quisque appetit aliquid amplius quam oportet propter excellentiam suam et quendam propriae rei amorem. cui sapienter nomen latina lingua indidit, cum appellauit priuatam, quod potius a detrimento quam ab incremento dictum elucet; omnis enim priuatio minuit. unde itaque uult eminere superbia, inde in angustias et in egestatem contruditur, cum a communi ad proprium damnoso sui amore redigitur. specialis est autem auaritia, quae usitatius appellatur amor pecuniae, cuius nomine apostolus per speciem genus significans uniuersalem auaritiam uolebat intellegi dicendo: radix omnium malorum est auaritia. hac enim et diabolus cecidit, qui utique non amauit pecuniam, sed propriam potestatem. proinde peruersus sui amor priuat sancta societate turgidum spiritum eumque coartat miseria iam per iniquitatem satiari cupientem. hinc alio loco cum dixisset: erunt enim homines se ipsos amantes, continuo subiecit: amatores pecuniae, ab illa generali auaritia, cuius superbia caput est, ad hanc specialem descendens, quae propria hominum est. neque enim essent etiam homines amatores pecuniae, nisi eo se putarent excellentiores, quo ditiores. cui

5 Eccli. 10, 13 7 I Tim. 6, 10 23 II Tim. 3, 2

1 uel—coaequentur *om.* P^1v 2 coequentur P^1 7 radix] r. enim *P* 8 aliquid *om.* P^1v 9 propter *om. v* et] sed P^1 12 dicta *P* minuitur *v* 13 inde angustias *MV* egestatemque (*om.* et in) *PTv* 14 concluditur P^2 sui (i *in ras. a m. 1*) *V* 15 est *om. T* qua *T* 18 est malorum *v* hac] ha*c *P* p hanc *v* 19 caecedit *V* 20 proprium P^1 22 sociari *v* 23 erant *P* 25 capud P^1 26 etiam P^2 *in marg.* 27 excenlenciores *P* quo] ac *v*

morbo contraria caritas, quae non quaerit quae sua sunt, id est non priuata excellentia laetatur; merito ergo et non inflatur. hi duo amores, quorum alter sanctus, alter immundus, alter socialis, alter priuatus, alter communi utilitati consulens propter supernam societatem, alter etiam rem communem in potestatem propriam redigens propter arrogantem dominationem, alter subditus, alter aemulus deo, alter tranquillus, alter turbulentus, alter pacificus, alter seditiosus, alter ueritatem laudibus errantium praeferens, alter quoquo modo laudis auidus, alter amicalis, alter inuidus, alter hoc uolens proximo quod sibi, alter subicere proximum sibi, alter propter proximi utilitatem regens proximum, alter propter suam, praecesserunt in angelis, alter in bonis, alter in malis, et distinxerunt conditas in genere humano ciuitates duas sub admirabili et ineffabili prouidentia dei cuncta quae creat administrantis, alteram iustorum, alteram iniquorum. quarum etiam quadam temporali commixtione peragitur saeculum, donec ultimo iudicio separentur et altera coniuncta angelis bonis in regno suo uitam consequatur aeternam, altera coniuncta angelis malis in ignem cum rege suo mittatur aeternum.

1 cf. I Cor. 13, 5 et 4

1 quae *prius om.* *PTv* 2 et *om.* *v* inflantur *v* 3 amores] amatores *P* sanctus] s. est *Tv* s. et *P* alter] et alter *v* inmundus (mundus *v*) est *Pv* 4 utilitate *P* 7 subditur *MV* aemulos P^1v^1 8 turbolentus *P* turbilentus T^1 9 quoquomodo *V* (uo *expunxit m. 2*) quomodo *P* comodę *v* laudis] laudibus *MV* 10 proximum *P* 11 propter *om.* *v* 12 utilitatum *T* utilitati *v* 13 *post* angelis *add.* *v*: alter in angelis distincxerunt *P* 14 ammirabili *TVv* amirabili *Pv* 16 quaedam *T* 18 (*et* 19) alterā coniunctā *Pv*

XXV.

DE DECIMATIONE LEVI IN LVMBIS ABRAHAE. EX LIBRO DE GENESI X AD LITTERAM.

Quamuis nullius hominis anima sit in lumbis patris sui, secundum carnem tamen in lumbis Abrahae constitutum Leui decimatum et ibi constitutum secundum carnem Christum non decimatum. secundum rationem quippe illam seminalem ibi fuit Leui, qua ratione per concubitum uenturus erat in matrem; secundum quam rationem non ibi erat Christi caro, quamuis secundum ipsam ibi fuerit Mariae caro. quapropter nec Leui nec Christus in lumbis Abrahae secundum animam, secundum carnem uero et Leui et Christus: sed Leui secundum concupiscentiam carnalem, Christus autem secundum solam substantiam corporalem. cum enim sit in semine et uisibilis corpulentia et inuisibilis ratio, utrumque cucurrit ex Abraham uel etiam ex ipso Adam usque ad corpus Mariae, quia et ipsum eo modo conceptum et exortum est. Christus autem uisibilem carnis substantiam de carne uirginis sumsit, ratio uero conceptionis eius non a semine uirili, sed longe aliter ac desuper uenit. proinde secundum hoc quod de matre accepit etiam in lumbis Abrahae fuit. ille est ergo decimatus in Abraham qui, licet secundum carnem tantum, sic tamen fuit in lumbis eius, quemadmodum in sui patris ipse Abraham, id est qui sic est natus de patre Abraham, quemadmodum de suo patre natus est Abraham, per legem scilicet in membris repugnantem legi mentis et inuisibilem concupiscentiam,

1 *cap.* XL *P* XLI *Gv*; *coniunctum est cum cap.* LXXXVIII *in T* 2 in—Abrahae *om. T* genesi (de *om.*) *MTV* 3 littera *MTV* X] decimam *T* 4 nullius] in nullius *V* suis *v* 5 lumbi P^1 7 illa *MV* 9 matrem *V*; m *deleuit m. 1* 10 ibi] sibi *P* fuerat *Pv* 11 abra *P* 13 secudum *P* 14 **uisibilis *P* (in *eras.*) 17 conceptum ē et *v* 18 carne] carnem *MV* 22 tantum] natus tantum *Pv* 23 eius *om. P* in sui—quemadmodum *om.* T^1 suis (*om.* patris) *P* ipse] etiam ipse PT^2 etiam ipsi *v* 24 pratre *P* ℔abraham *T* 25 in] et in *P*

quamuis eam casta et bona iura nuptiarum non sinant ualere, nisi quantum ex ea possunt generi substituendo prospicere. non autem et ille ibi decimatus est cuius caro inde non feruorem uulneris, sed materiem medicaminis traxit. nam cum ipsa decimatio ad praefigurandam medicinam pertinuerit, illud in Abrahae carne decimabatur quod curabatur, non illud unde curabatur. eadem namque caro non Abrahae tantum, sed ipsius primi terrenique hominis simul habebat et uulnus praeuaricationis et medicamentum uulneris: uulnus praeuaricationis in lege membrorum repugnante legi mentis, quae per omnem inde propagatam carnem seminali ratione quasi transcribitur; medicamentum autem uulneris in eo quod inde sine opere concupiscentiali in sola materie corporali per diuinam conceptionis formationisque rationem de uirgine assumtum est propter mortis sine iniquitate consortium et sine falsitate resurrectionis exemplum. [quapropter quod anima Christi non sit ex traduce animae illius primae praeuaricatricis, puto quod etiam ipsi qui animarum traducem defendunt consentiant: per semen quippe concumbentis patris transfundi etiam semen animae uolunt, a quo genere conceptionis Christus alienus est; et quod in Abraham si secundum animam fuisset, etiam ipse decimatus esset: non esse autem decimatum scriptura testatur, quae hinc quoque sacerdotium eius a leuitico sacerdotio distinguit.

An forte dicent: „sicut potuit ibi esse secundum carnem et ⟨non⟩ decimari, cur non etiam secundum animam sine decimatione potuerit?“ hic respondetur, quia utique simplicem ani-

22 cf. Heb. 7, 6

1 ea *Vv* castā et bonā *P* nubtiarum T^2 sinent *v* 3 illi *P* 5 declimatio *T* praefiguranda medicina *P* 6 habrae *P* quod curabatur — curabatur *om.* T^1 7 eandem *T* eademque (*om.* nam) *Pv* 9 et medicamentum — praeuaricationis *om. V* medicamento *P* praeuaritationis *T* 10 repugnantem legem *P* 11 propagatum *P* 13 conpiscentiali *P* materiae *PVv* per diuinam *et quae secuntur om. Gv* 16 *quae uncinis inclusi solus exhibet T* 19 transfudi *T pr.* 26 non *a*: *om. T* animam *a*: anima *T*

mae substantiam incrementis augeri corporalibus nec illi putauerunt qui eam corpus existimant, quorum in parte sunt maxime qui eam ex parentibus creari opinantur. proinde in corporis semine potest esse uis inuisibilis, quae incorporaliter numeros agit, non oculis, sed intellectu discernenda ab ea corpulentia, quae uisu tactuque sentitur. et ipsa quantitas corporis humani, quae utique modulum seminis incomparabiliter excedit, satis ostendit posse inde aliquid sumi quod non habeat illam uim seminalem, sed tantum corporalem substantiam, quae diuinitus non de propagine concumbentium in carnem Christi assumta atque formata est. hoc autem de anima quis ualeat affirmare, quod utrumque habeat, et materiem seminis manifestam et rationem seminis occultam? sed quid laborem in re, quae persuaderi uerbis nemini forsitan potest, nisi tantum ac tale ingenium sit, quod possit loquentis praeuolare conatum nec totum exspectare a sermone? breuiter itaque colligam: si potuit et de anima fieri quod cum de carne diceremus, forsitan intellectum sit, ita est de traduce anima Christi, ut non secum labem praeuaricationis attraxerit; si autem sine isto reatu non posset inde esse, non est inde. iam de ceterarum animarum aduentu utrum ex parentibus an desuper sint uincant qui potuerint; ego adhuc inter utrosque ambigo et moueor, aliquando sic, aliquando autem sic, saluo eo dumtaxat, ut uel corpus esse animam uel aliquam corpoream qualitatem siue coaptationem, si ita dicenda est quam Graeci ἁρμονίαν uocant, ⟨non credam⟩ nec quolibet ista garriente me crediturum esse confidam adiuuante deo mentem meam.]

9 tantū (ū *in ras. a m. 2*) *T* 10 diuinitus (us *in ras. a m. 2*) *T* 17 quod *a*: quot *T* 26 armonian *T* non credam *a*: *om. T* 27 garientem *T pr.* (m *del. m. 1*)

XXVI.

DE LIGNO SCIENTIAE BONI ET MALI. EX LIBRO VIII DE GENESI AD LITTERAM INTER CETERA ET AD LOCVM.

41 Sequitur ut uideamus de ligno scientiae dinoscendi bonum et malum. prorsus et hoc lignum erat uisibile et corporale sicut arbores ceterae. quod ergo lignum esset non est dubitandum, sed cur hoc nomen acceperit requirendum. mihi etiam atque etiam consideranti dici non potest quantum placeat illa sententia, non fuisse illam arborem cibo noxiam — neque enim qui fecerat omnia bona ualde in paradiso instituere aliquid mali — sed malum fuisse homini transgressionem praecepti. oportebat autem ut homo sub domino deo positus alicunde prohiberetur, ut ei promerendi dominum suum uirtus esset ipsa oboedientia, quam possum uerissime dicere solam esse uirtutem omni creaturae rationali agenti sub dei potestate, primumque esse et maximum uitium tumoris ad ruinam sua potestate uelle uti, cuius uitii nomen est inoboedientia. non esset ergo unde se homo dominum habere cogitaret atque sentiret, nisi ei aliquid iuberetur. arbor itaque illa non erat mala, sed appellata est scientiae dinoscendi bonum et malum, quia si post prohibitionem ex illa homo ederet, in illa erat praecepti futura transgressio, in qua homo per experimentum poenae disceret quid interesset inter oboedientiae bonum et inoboedientiae malum. proinde et hoc non in figura dictum, sed uere quoddam lignum accipiendum; cui non de fructu uel pomo, quod indidem nasceretur, sed ex ipsa re nomen impositum est, quae illo contra uetitum tacto fuerat secutura.

2 cf. Gen. 2, 16 et 17 10 cf. Gen. 1, 31

1 *cap.* XL *T* XLI *P* XLII *Gv* 2 VIII] *om. MPV*; XI *Tv* 3 littera *MV* inter—locum *om. PTv* 5 erit *T* 7 acciperit *V* mihi] m. autem *PTv* 10 instituerit *T* constitueret *v* constituerit *P* 11 homine T^1 12 aliunde *v* 15 uirtutem *V*; em *in ras. a m. 2* 16 sui *P* 17 nomen] non P^2 19 nisi] ni P^1 21 quia si] quasi *v* 22 trangressio *P* 23 interesse P^1 interest *v* 24 inobentiae *P* in *om.* P^1 25 accipiendum est P^2T 26 de pomo *P*; de *add. m. 2* inde *Pv* 27 tactū *v*

XXVII.

ITEM DE EODEM LIGNO. EX EODEM LIBRO VIII DE GENESI AD LITTERAM.

Si aliquid mali esset lignum illud, unde prohibuit hominem 42
deus, eius ipsius mali natura uenenata uideretur ad mortem. quia uero ligna omnia in paradiso bona plantauerat qui fecit omnia bona ualde, nec ulla ibi natura mali erat, quia nusquam est mali ulla natura: quod diligentius, si dominus uoluerit, disseremus, cum de illo serpente dicere coeperimus. ab eo ligno, quod malum non erat, prohibitus est, ut ipsa per se praecepti conseruatio bonum illi esset et transgressio malum; nec potuit melius et diligentius demonstrari quantum malum sit sola inoboedientia, cum ideo reus iniquitatis factus est homo, quia eam rem tetigit contra prohibitionem, quam si non prohibitus tetigisset, non utique peccasset. nam qui dicit uerbi gratia: „noli tangere hanc herbam“ si forte uenenosa est, mortemque praenuntiat, si tetigerit, sequetur quoque mors contemtorem praecepti; sed etiam si nemo prohibuisset atque ille tetigisset, nihilo minus moreretur: illa quippe res congrua saluti uitaeque eius non esset, siue inde uetaretur siue non uetaretur. item cum quisque prohibet eam rem tangi, quae non quidem tangenti, sed illi qui prohibuit obesset — uelut si quisquam in alienam pecuniam misisset manum prohibitus ab eo cuius erat illa pecunia — ideo esset prohibito peccatum, quia prohibenti poterat esse damnosum. cum uero illud tangitur quod nec tangenti obesset, si non prohiberetur, nec cuiquam

6 cf. Gen. 1, 12

1 *cap.* XLII *P* XLIII *Gv*; *om. T* 2 VIII] decimo *MTV* undecimo *v*; *om. P* genesi (de *om.*) *MV* 5 eius *om. v* mala P^2 uenenatam *V* uenenatum *PTv* 7 ullu P^1 11 praecepti P^2 *in ras.* 12 demonstrare *v* 14 quia] qui *v* 15 nam qui] numquid *v* dicit] dicitur *T* igitur *v* 16 erbam *Pv* 17 praenuntians *T* sequitur *PTv* 18 precepit *T* 19 nihilo minus] n. utique *P Tv* moriretur *v* quippe *PT*: ũtiq. quippe (*om.* res) *v* quoque *MV* 20 salute Pv^1 24 illa *om. v* 25 dāpnosum *P* damnum *v* 26 ne cuiquam *Tv*

alteri quandolibet tangeretur, quare prohibitum est, nisi ut ipsius per se bonum oboedientiae et ipsius per se malum inoboedientiae monstraretur? denique a peccante nihil aliud appetitum est nisi non esse sub dominatione, quando illud admissum est, in quo ne admitteretur sola deberet iussio dominantis attendi. quae si sola attenderetur, quid aliud quam dei uoluntas attenderetur? quid aliud quam dei uoluntas amaretur? quid aliud quam dei uoluntas humanae uoluntati praeponeretur? dominus quidem cur iusserit, uiderit; faciendum est a seruiente quod iussit, et tunc forte uidendum est a promerente, cur iusserit. sed tamen ut causam iussionis huius non diutius requiramus, si haec ipsa magna est utilitas homini quod deo seruit, iubendo deus utile facit quidquid iubere uoluerit, de quo metuendum non est, ne iubere quod inutile est possit.

Nec fieri potest ut uoluntas propria non grandi ruinae pondere super hominem cadat, si eam uoluntati superioris extollendo praeponat. hoc expertus est homo contemnens praeceptum dei et ex hoc experimento didicit quid interesset inter bonum et malum, bonum scilicet oboedientiae, malum autem inoboedientiae, id est superbiae, contumaciae, peruersae imitationis dei et noxiae libertatis. hoc autem in quo ligno accidere potuit, ex ipsa re, ut iam supra dictum est, nomen accepit. malum enim nisi experimento non sentiremus, quia nullum esset, si non fecissemus. neque enim ulla natura mali est, sed amissio boni hoc nomen accepit. bonum quippe incommutabile deus est; homo autem, quantum ad eius naturam, in qua eum deus condidit, pertinet, bonum est quidem, sed non incommutabile ut deus. mutabile autem bonum, quod

3 a *om.* *v* 4 esse] esset *P* 5 ammissum *V* amissum *PTv* amitteretur *PVv* debueret *P* 6 dominantes P^1 attenderetur—uoluntas *om.* P^1v 8 humani *P* 10 seruienti P^1 iussit] sit *v* et] ut *V* 16 uoluntatis P^1V 17 extollenda *P* 18 est *om.* *v* 19 ex *V*: *om.* *PTv* experimentū P^1 20 scilicet] sc. et *P* 21 id est inoboedientiae *v* 22 in] dein *v* accedere P^1 24 enim] autem *Pv* 25 ulla] illa *V* malum *T* 27 in quantum *v* eius] ius *V*

est post incommutabile bonum, melius bonum fit, cum bono incommutabili adhaeserit amando atque seruiendo rationali et propria uoluntate. ideo quippe et haec magni boni natura est, quia et hoc accepit, ut possit summi boni adhaerere naturae; quod si noluerit, bono se priuat, et hoc ei malum est, unde per iustitiam dei etiam cruciatus consequitur. quid enim tam iniquum quam ut bene sit desertori boni? neque ullo modo fieri potest ut ita sit, sed aliquando amissi superioris boni non sentitur malum, cum habetur quod amatum est inferius bonum. sed diuina iustitia est, ut qui uoluntate amisit quod amare debuit, amittat cum dolore quod amauit, dum naturarum creator ubique laudetur. adhuc enim est bonum quod dolet amissum bonum; nam nisi aliquod bonum remansisset in natura, nullus boni amissi dolor esset in poena. cum autem sine mali experimento placet bonum, id est ut, antequam boni amissionem sentiat, eligat tenere ne amittat, supra omnes homines praedicandus est. sed hoc nisi cuiusdam singularis laudis esset, non illi puero tribueretur, qui ex genere Israhel factus Hemmanuhel nobiscum deus, reconciliauit nos deo hominum et dei homo mediator; uerbum apud deum, caro apud nos; uerbum caro inter deum et nos. de illo quippe propheta dicit: priusquam sciat puer bonum aut malum, contemnet malitiam, ut eligat bonum. quomodo quod nescit aut contemnit aut eligit, nisi quia haec duo sciuntur aliter per prudentiam boni, aliter per experientiam mali? per prudentiam boni malum scitur, etsi non

18 cf. Matth. 1, 23 20 cf. I Tim. 2, 5 cf. Io. 1, 1 et 14 22 Es. 7, 16

1 incommutabilem *V*; *corr. m. 1* 2 *ab* incommutabili *incipit quaternio VIIII in D* adhaeret *Pv* adherit D^1 rationale D^1 rationabili *T* 4 accipit *D* 5 ei] et (t *ex* i *corr.*) *D* 6 per] super *T* 7 desertore *P* 8 ita] ista *Dv* sint *v* amisissi *D* 9 bono D^1 non non *T* 10 uoluptate P^1 12 creatur D^1 13 dolit D^1 remansissit D^1 14 null*us (i *ras.*) *DP* 16 tenire D^1 19 emanuhel *D* emanuel *Pv* reconchiliauit *V*; h *expunxit m. 1* 20 mediatur D^1 21 caro ap.] caro autem ap. D^1 *PTv* 22 s*ciat (i *ras.*) *D* aut] at *v* 23 contemnit *D* 24 elegit *P* haec] hac D^1v 26 prudentia (*om.* per) *v*

sentitur; tenetur enim bonum, ne amissione eius sentiatur malum. item per experientiam mali scitur bonum, quoniam quid amiserit sentit cui de bono amisso male fuerit. priusquam sciret ergo puer per experientiam aut bonum, quo careret, aut malum, quod boni amissione sentiret, contemsit malum, ut eligeret bonum, id est, noluit amittere quod habebat, ne sentiret amittendo quod amittere non debebat: singulare exemplum oboedientiae; quippe qui non uenit facere uoluntatem suam, sed uoluntatem eius a quo missus est; non sicut ille qui elegit facere uoluntatem suam, non eius a quo factus est. merito sicut per unius inoboedientiam peccatores constituti sunt multi, ita et per unius oboedientiam iusti constituuntur multi; quia sicut in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur.

Frustra autem nonnulli acute obtusi sunt, cum requirunt, quomodo potuerit appellari lignum dinoscentiae boni et mali, antequam in eo transgressus esset homo praeceptum atque ipsa experientia dinosceret quid interesset inter bonum, quod amisit, et malum, quod admisit. lignum enim tale nomen accepit, ut eo secundum prohibitionem non tacto caueretur quod eo contra prohibitionem tacto sentiretur. neque enim iquia inde contra praeceptum manducauerunt, ideo factum est llud lignum dinoscentiae boni et mali, sed utique etiam si oboedientes essent et nihil inde contra praeceptum usurpassent,

8 cf. Io. 6, 38 11 cf. Rom. 5, 19 13 I Cor. 15, 22

1 amissio D^1P^1v sentiat v 2 quoniam] quod v 3 quid] qui D^1P^1v sensit P amissio v mali v 4 experientia (*om.* per) T quo] quod D^1PV 5 ammissione P amissio D^1v 6 elegeret T eligerit D^1 7 nec sentire T debeat P^1 8 qui *om.* T; *post* qui *ras. 2 litt. in* D 9 uoluntate meus T 10 eligit DP^2 11 peccatoris D^1 13 constituentur T (*et* 14) omnis D^1 15 obtunsi P obliti v 16 appellare DP 18 ipsa] in ipsa P^2 *sup. uers.* dinoscerit D 19 admisit] amisit P talē P 20 accipit D non *om.* D^1P^1v (*et* 21) tactu D^1 caueritur *et* 21 senteritur D 21 quod P^2 *in ras.* 22 inde quia v pactum v 23 dignum (d *in* l *corr.*) DP 24 oboedientis D^1

id recte uocaretur quod ibi eis accideret, si usurpassent. quemadmodum si uocaretur arbor saturitatis, quod inde possent homines saturari, numquid, si nemo accessisset, ideo nomen illud esset incongruum, quando quidem cum accederent et saturarentur, tunc probarent quam hoc recte arbor illa uocaretur?

Et quomodo, inquiunt, intellegeret homo quod ei dicebatur lignum dinoscentiae boni et mali, quando ipsum malum quid esset omnino nesciebat? hoc qui sapiunt, parum attendunt quemadmodum a contrariis notis sic pleraque intellegantur ignota, ut etiam uerba rerum, quae non sunt, cum in loquendo interponuntur, nullus caliget auditor. hoc enim quod omnino non est, nihil uocatur; et has duas syllabas nemo non intellegit, qui latine audit et loquitur. unde nisi cum sensus intuetur id quod est, et eius priuatione quid etiam non sit agnoscit? sicut inane cum dicitur, intuendo corporis plenitudinem priuatione eius tamquam contraria quid dicatur inane intellegimus; sicut audiendi sensu non solum de uocibus uerum etiam de silentio iudicamus. sic ex uita, quae inerat homini, posset eius cauere contrarium, id est uitae priuationem, quae mors uocatur; et ipsam causam, qua perderet quod amabat, id est quodlibet factum suum, quo fieret ut amitteret uitam, quibuslibet syllabis appellaretur — quemadmodum latine cum dicitur peccatum uel malum — tamquam signum eius intellegeret quod mente discerneret. nos enim quomodo in-

1 uocaritur D^1 ibi] ubi D^1Pv accederet *V* acciderit *D* ursurpassent *P* 2 uocaritur D^1 saturitates D^1 quid D^1 3 possint *D* hominis D^1 accessissit D^1 ideo] idoneo *T* 4 acciderent *D* accerent P^1 6 uocaritur D^1 7 intellegeret] elegeret *T* 8 dinuscientiae D^1 10 contraris P^1 12 interponantur *V* ullus *MV* calliget D^2P^1 calligit D^1 14 non *om. MV* qui] quia D^2 et *om.* P^1 cum] con *P* 15 intueretur *P* priuationē *P* 16 agnuscit D^1 sicut] sic et *DPTv* inanem D^1 17 plenitudinem] pulchritudinem *MV* contrariam D^1 18 inane inane MV^1; *correxit m. 2 in V* sensum *PT* sensus *D* 20 possit *D* 21 perderit *D* 22 quo] quod D^1Pv amitterit D^1 23 quibus (*om.* libet) *v* 24 intellegerit *et* 25 discernerit *D*

tellegimus cum dicitur resurrectio, quam numquam experti sumus? nonne quia sentimus quid sit uiuere, eius rei priuationem uocamus mortem, unde reditum ad id quod sentimus resurrectionem appellamus? et si quo alio nomine in quacumque lingua id ipsum appellatur, menti utique signum insinuatur in uoce loquentium, quo sonante agnoscat quod etiam sine signo cogitaret. mirum est enim quemadmodum rerum, quas habet, amissionem etiam inexperta natura deuitet. quis enim pecora docuit deuitationem mortis nisi sensus uitae? quis enim paruulum puerum adhaerescere baiulo suo, si eum fuerit ex alto iacere minitatus? quod ex quodam tempore incipit, sed tamen antequam aliquid huius modi expertus sit. sic ergo illis primis hominibus iam uita erat dulcis, quam profecto amittere deuitabant, idque ipsum quibuscumque modis uel sonis significantem deum intellegere poterant; nec aliter eis posset persuaderi peccatum, nisi prius persuaderetur eos ex illo facto non esse morituros, id est illud quod habebant et se habere gaudebant non amissuros: unde suo loco loquendum est. aduertant itaque, si quos mouet, quomodo potuerunt intellegere inexperta nominantem uel minantem deum, et uideant nos omnium inexpertorum nomina non nisi ex contrariis, quae iam nouimus, si priuationum sunt, aut ex similibus, si specierum sunt, sine ullo aestu dubitationis agnoscere.

1 expertissumus D^1 4 resurregtionem P quo] quod MV 5 id] in id DPv appellaturi v mentiq. P^1 mentis v 6 angnoscat P 7 cogitarit D^1 8 habit D^1 9 peccora P deuitatione V 10 enim MV: *om.* $DPTv$ paruolum D uaiulo MV baiolo Dv 11 minutatus V minatus Tv incipit P^2 *in rasura* 13 iam] tam D^1PT 14 profectu (u *ex* o *corr.*) D 15 sonis] personis v significante D 16 eis] eius $Dpr.$ possent P possit D persuadere DPv 17 morituros D^1P^1 18 se] si D^1 gaudibant D^1 amissurus D^1P 19 mouit D 20 potuerint DTv nominante *et* minante P^2T 21 deum] domino T 23 specerum D^1 dubitacione P^1 24 agnuscere D^1

XXVIII.

DE BIPERTITO OPERE PROVIDENTIAE DEI ET IN IPSO HOMINE EADEM GEMINA DIVINI MODERAMINIS OPERATIONE. EX LIBRO VIII DE GENESI AD LITTERAM.

Hinc iam in ipsum mundum uelut in quandam magnam 43
arborem rerum oculus cogitationis attollitur atque in ipso quoque gemina operatio prouidentiae reperitur, partim naturalis, partim uoluntaria: naturalis quidem per occultam dei administrationem, qua etiam lignis et herbis dat incrementum; uoluntaria uero per angelorum opera et hominum: secundum illam primam caelestia superius ordinari inferiusque terrestria, luminaria sideraque fulgere, diei noctisque uices agitari, aquis terram fundatam interlui atque circumlui, aerem altius superfundi, arbusta et animalia concipi et nasci et crescere, senescere, occidere et quidquid aliud in rebus interiore naturalique motu geritur; in hac autem altera signa dari, doceri et disci, agros coli, societates administrari, artes exerceri et quaeque alia siue in superna societate agantur siue in hac terrena atque mortali, ita ut bonis consulatur et per nescientes malos; inque ipso homine eandem geminam prouidentiae uigere potentiam: primo erga corpus naturalem scilicet eo motu, quo fit, quo crescit, quo senescit; uoluntariam uero, quo illi ad uictum, tegumentum curationemque consulitur. similiter erga

1 *cap.* XLI *T* XLIII *DP* XLIIII *Gv* 3 eadem] de eadem *P* deuino D^1 5 ipsum (*om.* in) *P* uelud *P* uel *v* 6 oculos D^2 *P* 7 prouidentia *T* repperitur *Tv* partem D^1Pv 8 uoluntariae *v* 9 qua (a *in ras. a m. 2*) *D* q; *P* 10 et *om. T* 11 ordinare *D* 12 sidereaque *v* noctisque que (*corr. m. 1*) *D* uicis D^1 agitare *DPV* 13 atque] aque *P* 14 concepi *P* senesci et *v* 16 motu] modo *D* geritur] generetur *Dv* docere dari *v* discere *v* 17 exerciri D^1 exercere *v* 18 aguntur *DPTv* 19 consolatur *DV* nestientes D^1 20 inquae *V* inque in D^1P gemina D^1 prouidentiā *P* 21 ergo *v* naturale *MPV* naturalis *T* naturali *D* naturale ē *v* motu] modo D^1 22 senescit] renascit *Pv* quod (illi) D^2MPV qua i. *T* 23 creacionemque *P* consolitur *D* consuletur *P*

animam naturaliter agitur, ut uiuat, ut sentiat; uoluntarie uero, ut discat, ut consentiat. sicut autem in arbore id agit agricultura forinsecus, ut illud proficiat quod geritur intrinsecus, sic in homine secundum corpus ei quod intrinsecus agit natura seruit extrinsecus medicina. itemque secundum animam, ut natura beatificetur intrinsecus, doctrina ministratur extrinsecus. quod autem ad arborem colendi neglegentia, hoc ad corpus medendi incuria, hoc ad animam discendi segnitia; et quod ad arborem humor inutilis, hoc ad corpus uictus exitiabilis, hoc ad animam persuasio iniquitatis. deus itaque super omnia, qui condidit omnia et regit omnia, omnes naturas bonus creat, omnes uoluntates iustus ordinat. quid ergo abhorret a uero, si credamus hominem ita in paradiso constitutum, ut operaretur agriculturam, non labore seruili, sed honesta animi uoluptate? quid enim hoc opere innocentius uacantibus et quid plenius magna consideratione prudentibus?

XXVIIII.

QVOD AETERNA DIVINITAS NEC PER TEMPVS NEC PER LOCVM MOTA MOVEAT CREATVRAM. EX LIBRO DE GENESI AD LITTERAM VIII.

44 Dicimus itaque summum ipsum, uerum, unum ac solum deum patrem et filium et spiritum sanctum, id est deum uerbumque eius et utriusque spiritum, trinitatem ipsam neque confusam neque separatam, deum, qui solus habet immortali-

1 et senciat (*om.* ut) *D* uoluntariae *DTVv* uonluntaria *P* 3 agricoltura V^1 4 hominem *D* quod] q; *P* 5 itemqui *P* 6 natura] in natura *P* beatificitur D^1 ministretur *V* 7 neclegentia *P* 9 umor *DP* 10 hoc] ho *P* iniquitates *D* 11 omnis D^1 12 bonas D^1 13 aborret *P* a] at *P* uiro D^1 14 labori *P* seruile D^1 15 onesta *T* uoluntate *T* 16 uocantibus *P* 18 *cap.* XLII *Tv* XLIIII *DP* 19 diuinitate D^1 locus *T* 20 mota] mutata *v* creatura D^1V littera VIII *V* 23 sanctum *om.* D^1 25 deum] dm̄ *ex* qm̄ *corr. m. 1 V*

tatem et lucem habitat inaccessibilem, quem nemo hominum uidit nec uidere potest, nec locorum uel finito uel infinito spatio contineri nec temporum uel finito uel infinito uolumine uariari. neque enim est in eius substantia, qua deus est, quod breuius sit in parte quam in toto, sicut necesse est esse quae in locis sunt, aut fuit in eius substantia quod iam non est, uel erit quod nondum est, sicut in naturis, quae possunt temporis mutabilitatem pati.

Hic autem incommutabili aeternitate uiuens creauit omnia simul, ex quibus currerent tempora et implerentur loca temporalibusque et localibus rerum motibus saecula uoluerentur. in quibus rebus quaedam spiritalia, quaedam corporalia condidit, formans materiam, quam nec alius nec nullus, sed omnino ipse informem ac formabilem instituit, ut formationem suam non tempore, sed origine praeueniret. spiritalem autem creaturam corporali praeposuit, quod spiritalis tantummodo per tempora mutari posset, corporalis autem per tempora et locos. exempli enim gratia per tempus mouetur animus uel reminiscendo quod oblitus erat uel discendo quod nesciebat uel uolendo quod nolebat; per locos autem corpus uel a terra in caelum uel a caelo in terram uel ab oriente ad occidentem uel si quo alio simili modo. omne autem, quod mouetur per locum, non potest nisi et per tempus simul moueri. at non omne, quod mouetur per tempus, necesse est etiam per locum moueri. sicut ergo substantiam, quae mouetur per tempus et

1 cf. I Tim. 6, 16

1 habitet *v* habet D^1P hominem *v* 2 neq; *v* uidire D^1 finitio *T* 3 spacium *D* continere D^1P^1 nec] nunc D^1 uolumini *P* 4 uariare D^1 substantia] potentia *P* 5 quod] quo *T* breuius *a*: breuis *libri* in parte sit *v* sicut] sit *v* 6 localis (*om.* in *et* sunt) *v* 8 motabilitatem P^1 pati *om.* P^1 9 autem *MV*: ergo *DPTv* incommutabile D^1 10 current *MV* 12 condedit *D* 13 ullus *DPTv* 15 praeuenirit D^1 17 posset] potest *DPv* non posset *MV* (non *eras. in M*) 20 loca M^2V^2 locus D^1P locū *v* 21 occidentem (cciden *a m. 2 in ras.*) *D* occidente* (m *rasa*) *P* 22 omne] oīa *P* mouitur D^1 23 et *om. DPv* at] aut *v* 24 necesse—tempus *om.* M^1V

locum, praecedit substantia, quae tantum per tempus, ita ipsam praecedit illa quae nec per locum nec per tempus. ac per hoc sicut per tempus et locum mouet corpus ipse tantum per tempus motus conditus spiritus, ita per tempus mouet conditum spiritum ipse nec per tempus nec per locum motus non conditus spiritus. sed spiritus creatus mouet se ipsum per tempus, et per tempus ac locum corpus; spiritus autem creator mouet se ipsum sine tempore ac loco, mouet conditum spiritum per tempus sine loco, mouet corpus per tempus et locum.

Quocirca quisquis intellegere conatur quemadmodum aeternus, uere aeternus et uere immortalis atque incommutabilis deus, ipse nec per locum nec per tempus motus moueat temporaliter et localiter creaturam suam, non eum puto posse assequi, nisi prius intellexerit quemadmodum anima, hoc est spiritus creatus non per locum, sed tantum per tempus motus, moueat corpus per tempus et locum. si enim quod in se ipso agitur capere nondum potest, quanto minus illud quod supra est? affecta quippe anima carnalium sensuum consuetudine etiam cum corpore se ipsam per locum moueri putat, dum id per locum mouet. quae si possit diligenter inspicere tamquam cardines membrorum corporis sui quemadmodum articulatim dispositi sint, a quibus initia motionum nitantur, inueniet ea quae per spatia locorum mouentur nisi ab eis quae loco fixa sunt non moueri. non enim mouetur solus digitus, nisi manus fixa sit, a cuius articulo uelut immoto cardine moueatur. sic tota palma ab articulo cubiti, sic cubitus ab articulo humeri, humerus ab scapula commouetur; stantibus utique cardinibus, quibus motio nitatur, it per loci

1 praecidit *D* substantiam P^1 substantie *v* 6 non *eras. in P* 8 mouet conditum — loco *om. v* 11 quicirca D^1 12 *prius* uere *om. v* 14 puto] potu D^1; *om. v* potuisse *v* 17 se] semet *P* 18 ipse *v* capire D^1 20 se ipsam cum corpore *DGPTv* mouere *D* 21 posset *libri* 22 cardinis D^1 23 a *om.* D^1v mu..tionum (ta *ras.*) *D* 25 loca P^1 sint P^1 mouentur *v* 26 a *om.* D^1P^1 27 cubiti] cubitis D^1P^1v 28 umeri umerus *DPT* 29 nititur *Dv* it] id D^1P^1V ut *v*

spatium quod mouetur. sic plantae in talo est articulus, quo stante mouetur; sic cruris in genu et totius pedis in coxa; et nullus membri motus omnino est, quem uoluntas mouet, nisi ab aliquo articuli cardine, quem nutus eiusdem uoluntatis primitus figit, ut ab eo quod loci spatio non mouetur agi ualeat quod mouetur. denique nec in ambulando pes leuatur, nisi alius fixus totum corpus ferat, donec ille qui motus est a loco, unde fertur, ad locum, quo fertur, immoto articulo sui cardinis innitatur. porro si in corpore nullum membrum per locum uoluntas mouet nisi ab eo membri articulo, quem non mouet, cum et illa pars corporis quae mouetur et illa qua fixa fit ut moueatur, corporeas habeant quantitates suas, quibus occupent spatia locorum suorum, quanto magis ipse animae nutus, cui membra deseruiunt, ut quod placuerit figatur, unde id quod mouendum est innitatur, cum anima non sit natura corporea nec locali spatio corpus impleat sicut aqua utrem siue spongiam, sed miris modis ipso incorporeo nutu commixta sit uiuificando corpori, quo et imperat corpori quadam intentione, non mole: quanto magis, inquam, nutus ipse uoluntatis eius non per locum mouetur, ut corpus per locum moueat, quando totum per partes mouet, nec aliquas loco mouet nisi per illas quas loco non mouet.

Quod si intellegere difficile est, utrumque credatur, et quod creatura spiritalis non per locum mota moueat corpus per locum et quod deus non per tempus motus moueat creaturam spiritalem per tempus. quod si de anima quisque non uult hoc credere — quod quidem sine dubio non solum crederet

1 cōmouetur (*om.* quod) *v* planta *v* 2 tucius D^1 pedes P^1 4 nutus] natus *T* uoluntates D^1 6 ualiat D^1 ambolando *D* pes] p̱ *v* 7 aliis P^1 corpus *om. T* 8 immotu P^1 10 membro *P* 11 mouit D^1 ille pars D^1 12 qua] quae *DPv* fixa *om. v* fit] sit P^1T commoueatur *v* 13 quantum D^1 14 cui] cum D^1V 17 incorpore* (o *eras.*) *D* 18 corporea *v* quo] quę *v* 19 quandam D^1 moli *D* mobile P^2 *in ras.* inqua *D* 20 uolontatis *D* corpus pro D^1 21 per] pro D^1 nec] ne D^1 23 intelle|re *V* 25 tempus (*om.* per) *P* 26 de *om. V* 27 hoc *om. T* crederit D^1

uerum etiam intellegeret, si eam posset sicuti est incorpoream cogitare; cui enim non facile occurrat, quod per locum non moueatur quae per loci spatia non distenditur? quidquid autem per loci spatia distenditur, corpus est; ac per hoc consequens est ut anima per locum moueri non putetur, si corpus non esse creditur — sed, ut dicere coeperam, si de anima hoc non uult quisque credere, non nimis urguendus est; substantiam uero dei nisi credat nec per tempus nec per locum moueri, nondum perfecte incommutabilem credit.

Verum quia omnino incommutabilis est illa natura trinitatis et ob hoc ita aeterna, ut ei aliquid coaeternum esse non possit, ipsa apud se ipsam et in se ipsa sine ullo tempore ac loco, mouet tamen per tempus et locum sibi subditam creaturam, naturas creans bonitate, uoluntates ordinans potestate, ut in naturis nulla sit quae non ab illo sit, in uoluntatibus autem nulla bona sit cui non prosit, nulla mala sit qua bene uti non possit. sed quia non omnibus naturis dedit uoluntatis arbitrium, illae autem quibus dedit potentiores ac superiores sunt, illae naturae, quae non habent uoluntatem, subditae sint necesse est illis quae habent, et hoc ordinatione creatoris, qui numquam ita punit uoluntatem malam, ut naturae perimat dignitatem. cum igitur omne corpus et omnis anima inrationalis non habeat uoluntatis arbitrium, subdita ista sunt eis naturis, quae praeditae sunt arbitrio uoluntatis, nec omnibus omnia, sed sicut distribuit iustitia creatoris. ergo dei proui-

1 possit *D* corporea *P* 2 per *om. Dv* loco *v* 3 quidquid — distenditur *om. v*^{1} 6 credatur *DPTv* coeperam** (us *ras.*) *P* 7 quisque non uult *DPTv* urgendus *DT*^{2} arguendus *v* 8 mouere *D* 9 p̄fecte (p̄ *in ras. a m. 2*) *D* 10 uerum] u. etiam *D* 11 ei] & *T* 12 ulla *P*^{1}*v* 13 subdita *D*^{1} creatura *D*^{1}*V* 14 naturas *om. D*^{1} uoluntatis *Tv* uoluntate *D* 15 uoluptatibus *v* 16 qua] quę *v* 17 non non possit *V* uoluntates *D*^{1} 18 ille *D*^{1}*T* potentioris *D*^{1} superiores] superes *D*^{1} 19 uolontatem *D* subdita *v* 20 illi *P*^{2}*T* quae] qui *D*^{1} habet *D*^{1}*PT* 21 ponit *DPv* natura *P*^{1}*v* 22 omne] omnino *P* omnes (e *in* i *corr.*) *V* inrationabilis *DT*^{1} 23 subditi *D*^{1} 24 arbitrium *D*^{1} 25 iusticia (sti *a m. 2 in ras.*) *D*

dentia regens atque administrans uniuersam creaturam, et naturas et uoluntates, naturas ut sint, uoluntates autem ut nec infructuose bonae nec impunite malae sint, subdit primitus omnia sibi, deinde creaturam corporalem creaturae spiritali, inrationalem rationali, terrestrem caelesti, femineam masculinae, minus ualentem ualentiori, indigentiorem copiosiori; in uoluntatibus autem bonas sibi, ceteras uero ipsis seruientibus sibi, ut hoc patiatur uoluntas mala quod ex iussu dei fecerit bona siue per se ipsam siue per malam in rebus dumtaxat, quae naturaliter sunt etiam malis uoluntatibus subditae, id est in corporibus. nam in se ipsis malae uoluntates habent interiorem poenam suam, eandem ipsam iniquitatem suam.

Ac per hoc sublimibus angelis deo subdite fruentibus et deo beate seruientibus subdita est omnis natura corporea, omnis inrationalis uita, omnis uoluntas uel infirma uel praua, ut hoc de subditis uel cum subditis agant quod naturae ordo poscit in omnibus iubente illo cui subiecta sunt omnia. proinde illi in illo ueritatem incommutabilem uident et secundum eam suas dirigunt uoluntates. fiunt ergo illi participes aeternitatis, ueritatis, uoluntatis eius semper sine tempore et loco. mouentur autem eius imperio etiam temporaliter illo non temporaliter moto; nec ita ut ab eius contemplatione resiliant aut defluant, sed simul et illum sine loco ac tempore contemplantur et eius in inferioribus iussa perficiunt, mouentes se per tempus, corpus autem per tempus et locum, quantum eorum congruit actioni.

1 ministrans *D* 2 (et) uoluntatis D^1 3 infructuosae *DV* impunitae *TVv* sunt P^1 4 primitus] primus D^1 5 spiritale *et* rationale D^1 caeleste D^1 caelestia *T pr.* faemineam *V* 6 ualentiore D^1 cupiosiori *DV pr.* 8 iusso *Dv* 9 ficerit D^1 malum *T* 11 corporalibus *v* uoluntatis *v* 12 eadem *TV* ipsam] ipsa *T*; *om.* D^1v 14 deo] dī *P* subditae DP^2TV subditi P^1 15 beatae *TV* seruientes *T* 16 inrationabilis T^1 17 uel cum subditis *om. P* 20 aeternitates D^1P^1 21 ueritates P^1; *om. D pr.* uoluntates D^1 23 motu *P* 25 in *om. P* 27 actione DP^1

XXX.

QVOD NON PER IPSAM DEI SVBSTANTIAM, SED PER SVBDITAM CREATVRAM ET LOCVTIO DIVINA AD ADAM ET DEAMBVLATIO IN PARADISO DEBEAT INCVNCTANTER INTELLEGI. EX LIBRO DE GENESI AD LITTERAM VIII.

45 Quod autem attinet ad creaturae angelicae actionem, per quam uniuersarum rerum generibus maximeque humano prouidentia dei prospicitur, ipsa extrinsecus adiuuat et per illa uisa, quae similia sunt corporalibus, et per ipsa corpora, quae angelicae subiacent potestati.

Quae cum ita sint, cum deus omnipotens et omnitenens incommutabili aeternitate, ueritate, uoluntate semper idem, non per tempus nec per locum motus mouet per tempus creaturam spiritalem, mouet etiam per tempus et locum creaturam corporalem, ut eo motu naturas, quas intrinsecus substituit, etiam extrinsecus administret et per uoluntates sibi subditas, quas per tempus, et per corpora sibi atque illis uoluntatibus subdita, quae per tempus et locum mouet, eo tempore ac loco, cuius ratio in ipso deo uita est sine tempore ac loco: cum ergo tale aliquid deus agit, non debemus eius opinari substantiam, qua deus est, temporibus locisque mutabilem aut per tempora mobilem, sed in opere diuinae prouidentiae ista cognoscere, non in illo opere, quo naturas creat, sed in illo, quo intrinsecus creatas etiam extrinsecus administrat, cum sit ipse nullo locorum uel interuallo uel spatio incommutabili excellentique potentia et interior omni re, quia in ipso sunt

1 *cap.* XLIII *T* XLV *DGv* LXV *P* 2 sed per] s. pro *T* subditam] subiectam *DPv* 3 loquutio *MV* 4 item *ante* ex *add. T* 6 creaturam euangelicae *V* 7 rerum *om. P* maximeque] maxiq. *T* 8 ipsā *D* illā *D* 9 ipsā *D* 10 potestate D^1 11 omnetenens *D* omnistenens *T* omniatenens *Pv* incummutabile D^1 15 mutu D^1T 18 mouet] commouet D^1v ac] a *V* et *v*; *om.* D^1P^1 locum D^1 20 agat *v* opinari (re *D*) eius *DPTv* 21 temporalibus *v* mutabile D^1 24 creatas—extrinsecus *om. MV* et *ante* cum *add. P* 25 incommutabilē D^1

omnia, et exterior omni re, quia ipse est super omnia. item nullo temporum uel interuallo uel spatio incommutabili aeternitate et antiquior est omnibus, quia ipse est ante omnia, et nouior omnibus, quia idem ipse post omnia.

Quapropter cum audimus dicentem scripturam: et praecepit dominus deus Adae dicens: ab omni ligno, quod est in paradiso, esca edes, de ligno autem cognoscendi bonum et malum, non manducabitis de illo: qua die autem ederitis ab eo, morte morie-mini, si modum quaerimus, quomodo ista locutus sit deus, modus quidem ipse a nobis proprie comprehendi non potest. certissime tamen tenere debemus deum aut per suam substantiam loqui aut per sibi subditam creaturam; sed per substantiam suam non loqui nisi ad creandas omnes naturas; ad spiritales uero atque intellectuales non solum creandas sed etiam inluminandas, cum iam possunt capere locutionem eius, qualis est in uerbo eius, quod in principio erat apud eum, et deus erat uerbum, per quod facta sunt omnia. illis autem qui eam capere non possunt cum loquitur deus, non nisi per creaturam loquitur aut tantummodo spiritalem siue in somnis siue in extasi in similitudine rerum corporalium aut etiam per ipsam corporalem, dum sensibus corporis uel aliqua species apparet uel insonant uoces. si ergo Adam talis erat, ut posset capere illam locutionem dei, quam mentibus angeli-

5 Gen. 2, 16 sq. 17 cf. Io. 1, 1—3

1 et—omnia *om.* T^1 omni] omne D^1 est] sit (*om.* super) P 2 nullo] in illo v interuallum D^1 incommutabile D^1 4 nouior D^2 *in ras.* quia] qui D^1P idem *om.* v ipse] ipse est D est ipse v 5 cum] eam V^2 audiuimus P 6 *post* dicens *ras. 12 litt. in* T omne D^1 7 ęsca ędes (ę *a m. 2*) V cognuscendi D^1 8 et] uel D 9 ederetis P^1V 10 ista] ita v loquutus V 11 proprie ipse a nobis v conpraehendi D conprehendendi P 12 tenire D^1 debemus] demus D^1 suam *om.* D^1 15 spiritalis *et* intellectualis D 16 illuminandas V^2 capire D^1; *sic passim* eius] eis D^1 17 eius *om.* P^1 eum] deum Dv 18 erat] creat D^1 fata P 20 per spiritalem v 22 corporis] corporalis D^1 corporales v aliquas D^1v 23 insonat v 24 possit T locutionem *om.* P

cis per suam praebet substantiam, non dubitandum est quod eius mentem per tempus mouerit miro et ineffabili modo, non motus ipse per tempus, eique utique hoc salubre praeceptum ueritatis impresserit et quae transgressori poena deberetur ea ipsa ineffabiliter ueritate monstrauerit, sicut audiuntur uel uidentur omnia bona praecepta in ipsa incommutabili sapientia, quae in animas sanctas se transfert ex aliquo tempore, cum ipsius nullus sit motus in tempore. si autem ad eum modum Adam iustus erat, ut ei adhuc opus esset alterius creaturae sanctioris et sapientioris auctoritas, per quam cognosceret dei uoluntatem atque iussionem, sicut nobis prophetae, sicut ipsis angeli: cur ambigamus per aliquam eius modi creaturam ei esse locutum deum talibus uocum signis, quae intellegere posset? illud enim quod postea scriptum est, cum peccassent, eos audisse uocem domini dei ambulantis in paradiso, quia non per ipsam dei substantiam, sed per subditam creaturam ei factum est, nullo modo dubitat qui fidem catholicam capit. ad hoc enim et aliquanto latius de hac re disserere uolui, quia nonnulli haeretici putant substantiam filii dei nullo assumto corpore per se ipsam esse uisibilem; et ideo, antequam ex uirgine corpus acciperet, ipsum uisum esse patribus opinantur, tamquam de solo deo patre dictum sit: quem nemo hominum uidit nec uidere potest, quia filius uisus sit ante acceptam serui formam etiam per ipsam substantiam suam: quae impietas procul a catholicis mentibus repellenda est.

7 cf. Sap. 7, 27 15 cf. Gen. 3, 8 23 I Tim. 6, 16

2 moueret D^2 ineffabile D^1 3 eique] et quę D^2 praecepto ueritates D^1 4 impraesserit D impressit MV debetur D^1v 5 ueritatem D^1P 6 in ipsa *om.* T sipo P^1 7 *post* sanctas *ras. 8 litt. in* T 8 nullu D^1 9 adhoc DP^1v 10 scitioris D cognoscerit D 12 ipsi DPv eius modi] eius·di MV^1 eius dī V^2 14 possit DT 16 quia] quod v 17 ei creaturam $DPTv$ nullu T catholica D^1 18 capit V: sapit $DPTv$ enim *om.* P^1 et] ut P^2 *in ras.* hac] ac P^1 19 heretici *libri*; *sic ubique* substancia D^1 20 asumpto D 21 acciperit D 23 uideri v 24 acceptum T 26 reppellanda v

XXXI.

DE QVAESTIONE ANNORVM MATVSALAE. DE LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI I.

Quaeri solet quomodo Matusala secundum annorum compu- 46
tationem uiuere post diluuium potuerit, cum omnes praeter eos qui in arca ingressi sunt perisse dicantur. sed hanc quaestionem plurium codicum mendositas peperit. non solum quippe in hebraeis aliter inuenitur uerum etiam in septuaginta interpretatione Matusala in codicibus paucioribus sed ueracioribus sex annos ante diluuium reperitur fuisse defunctus.

XXXII.

DE, ID QVOD SCRIPTVM EST, ANGELOS DEI CVM FILIABVS HOMINVM CONCVBVISSE. EX EODEM LIBRO PRIMO QVAESTIONVM DE GENESI.

Item quaeritur quemadmodum potuerint angeli cum 47
filiabus hominum concumbere, unde gigantes nati esse perhibentur, quamuis nonnulli et latini et graeci codices non angelos habeant, sed filios dei, quos quidam ad soluendam istam quaestionem iustos homines fuisse crediderunt, qui potuerunt etiam angelorum nomine nuncupari. nam de homine Iohanne scriptum est: ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit uiam tuam. sed hoc mouet,

4 cf. Gen. 5, 27 12 cf. Gen. 6, 4 21 Malach. 3, 1

1 *cap.* XLIIII *T* XLVI *DP* XLVII *Gv* 2 matusahelem *D* 4 matusalâ *V* (*apex a m. 2*) matusalā T^2 matusale D^1 5 omnis D^1 6 arca *DMPV*: arcam *T* archam *v* quaestionum *T* 7 plurimum *D* plurimorum *v* 8 ebreis *P* interpraetationem D^1 9 matusalam *DPTv* ueracibus *T* 10 annis P^1v repperitur *DPT* defunctū *P* 11 *cap.* XLV *T* XLVII *DP* XLVIII *G* 12 id *MV*: eo *DPTv* angelus P^1 13 libro primo *om. T* 14 de] *om. DP* in *v* 17 codices *om. v* angelus D^1 18 filius D^1 soluendū *P* 19 iustus D^1 istos *T* 20 nuncupare P^1 iohanni D^1 21 angel•um (l *ras.*) *T* 22 praeparauit DP^1

quomodo uel ex hominum concubitu nati sint gigantes uel feminis misceri potuerint, si non homines, sed angeli fuerunt. sed de gigantibus, id est nimium grandibus atque fortibus, puto non esse mirandum quod ex hominibus nasci potuerunt, quia et post diluuium quidam tales fuisse reperiuntur et quaedam corpora hominum in incredibilem modum ingentia nostris quoque temporibus extiterunt non solum uirorum uerum etiam feminarum. unde credibilius est homines iustos appellatos uel angelos uel filios dei concupiscentia lapsos peccasse cum feminis, quam angelos carnem non habentes usque ad illud peccatum descendere potuisse; quamuis de quibusdam daemonibus, qui sint improbi mulieribus, a multis tam multa dicantur, ut non facile sit de hac re definienda sententia.

XXXIII.

DE ARCA NOE, VTRVM ANIMALIA OMNIA CVM ESCIS EORVM FERRE POTVERIT. DE EODEM ITEM QVAESTIONVM LIBRO PRIMO.

48 De arca Noe quaeri solet, utrum tanta capacitate quanta describitur animalia omnia, quae in eam ingressa dicuntur, et escas eorum ferre potuerit. quam quaestionem cubito geometrico soluit Origenes asserens non frustra scripturam dixisse quod Moyses omni sapientia Aegyptiorum fuerit eruditus, qui

17 cf. Gen. 6, 15 20 cf. Act. 7, 22

1 concupitu *D* sunt *Pv* gigantas V^1 2 faeminis *V* miscere *D* hominis D^1P^1 3 de *om.* P^1 4 potuerint *D* P^2T 7 extetirunt D^1 8 fęminarum (ę *a m. 2*) *V* iustus D^1 appellatus D^1 appellandos *T* 9 uel *prius om. v* angelus D^1 labsos *V* lapsus D^1 10 faeminis *V* angelus D^1 habentis D^1 11 illū *v* discendere *D* 13 dicuntur *T pr.* difinienda *P* 14 *cap.* XLVI *T* XLVIII *D* XLVIIII *Gv*; *om. P* 15 *titulus deest in P* archa v^1 ęscis (ę *a m. 2*) *V* 16 potuerint D^1 item (idem *D*) de eodem *DTv* in genesi *ante* libro *add. T* 17 quanta] fuisset quanta *v* //// quanta (*ras. 7 litt.*) *D* quanto D^2 18 discribitur *D* 20 origenis *DPT*^{2}*v* frusta *P* scripturam *D* (m *del. m. 2*) 21 omnis *P*

geometricam dilexerunt. cubitum autem geometricum dicit tantum ualere, quantum nostra cubita sex ualent. si ergo tam magna cubita intellegamus, nulla quaestio est tantae capacitatis arcam fuisse, ut posset illa omnia continere.

XXXIIII.

QVOD RECOGITATIO DEI MVTANDARVM RERVM SIT IMMVTABILIS RATIO. ET DE MENSVRA ARCAE, IN QVA PROPTER CHRISTVM CORPVS PROBABILITER METITVR HVMANVM. EX LIBRO DE CIVITATE DEI XV AD LOCVM.

Et recogitauit et dixit deus: deleam hominem, 49
quem feci, a facie terrae, ab homine usque ad pecus
et a reptilibus usque ad uolatilia caeli, quia iratus
sum, quoniam feci eos. ira dei non perturbatio animi
eius est, sed iudicium, quo irrogatur poena peccato. cogitatio
uero eius et recogitatio mutandarum rerum est immutabilis
ratio. neque enim sicut hominem ita deum cuiusquam facti
sui paenitet, cuius est de omnibus omnino rebus tam fixa
sententia quam certa praescientia. sed si non utatur scriptura
talibus uerbis, non se quodam modo familiarius insinuabit
omni generi hominum, quibus uult esse consultum, ut et
perterreat superbientes et excitet neglegentes et exerceat quaerentes et alat intellegentes. quod non faceret, si non prius
inclinaret et quodam modo descenderet ad iacentes. quod autem
etiam interitum omnium animalium terrenorum uolatiliumque

10 Gen. 6, 6 sq.

3 tanta *P* 4 ēarcam *P* possit *Dv* contenere *D* 5 *cap.* XLVII *T* XLVIIII *D* L *Gv*; *om. P* 6 mudandarum *D*¹ rerum *om. D*¹*v* 7 mensure archae *P* 8 probaliter *T* 9 ad locum *om. DPTv* 11 feci] fici *D*¹ pecos *D*¹ 12 reptilibus *V*: repentibus *DPTv* 14 quod irrogatus poena peccati *v* 15 inrecogitatio (*om.* et) *T* 16 neq; *in ras. P*² 19 insinuauit *D*²*MV* insinuat *D*¹*PTv* 20 genere *T pr.* 21 perterriat *D* praetereat *PTv* praetereant *MV* excitent *V* 22 se *ante* quod *add. P*² facerit *D*¹ se *ante* prius *add. DPTv* 23 discenderit ad iacentis *D*¹ 24 uolantiumque *Dv*

denuntiat, magnitudinem futurae cladis effatur, non animantibus rationis expertibus, tamquam et ipsa peccauerint, minatur exitium.

Iam uero quod Noe, homini iusto et, sicut de illo scriptura ueridica loquitur, in sua generatione perfecto — non utique sicut perficiendi sunt ciues ciuitatis dei in illa immortalitate, qua aequabuntur angelis dei, sed sicut esse possunt in hac peregrinatione perfecti — imperat deus, ut arcam faciat, in qua cum suis, id est uxore et filiis et nuribus, et cum animalibus, quae ad illum ex dei praecepto in arcam ingressa sunt, liberaretur a diluuii uastitate, procul dubio figura est peregrinantis in hoc saeculo ciuitatis dei, hoc est ecclesiae, quae fit salua per lignum, in quo pependit mediator dei et hominum, homo Christus Iesus. nam et mensurae ipsae longitudinis et altitudinis et latitudinis eius significant corpus humanum, in cuius ueritate ad homines praenuntiatus est uenturus et uenit. humani quippe corporis longitudo a uertice usque ad uestigia sexies tantum habet quam latitudo, quae est ab uno latere ad alterum latus, et decies tantum quam altitudo, cuius altitudinis mensura est in latere a dorso ad uentrem. uelut si iacentem hominem metiaris supinum seu pronum, sexies tantum longus est a capite ad pedes quam latus a dextra in sinistram uel a sinistra in dextram et decies quam altus a terra. unde facta est arca trecentorum in longitudine cubitorum et quinquaginta in latitudine et triginta in alti-

4 cf. Gen. 6, 9 14 cf. I Tim. 2, 5 24 cf. Gen. 6, 15

1 clades D^1P affatur *v* animabus *v* 4 homine *D* 5 ueredica T^2 perfectū P^1 6 illam mortalitate *V* 7 qua (ua *a m. 2 in ras.*) *D* quaꝫ (e *ras.*) *T* angeli *T* 9 uxores *V* filiis (*om.* et) *DPTv* nuribus (*om.* et) *D* 10 ingressi P^2T 11 a *om. v* 12 peregrinantes D^2P^2 ecclesia *D* 14 ihs̄ xp̄s̄ *P* ipse *DP* 15 significat *P* 16 hominem *v* 18 tantum—19 altitudo *om.* P^1 19 quam *om. T* 21 si] *om.* D^1; se P^1 homine D^1 mitiaris D^1P^1 sopinum *v* 23 dextra] dexteram *P* sinestram *et* sinestra *D* 24 cubitorum in longitudine *v* longitudinē *P* 25 et triginta—altitudine *om. V*

tudine. et quod ostium in latere accepit, profecto illud est uulnus, quando latus crucifixi lancea perforatum est; hac quippe ad illum uenientes ingrediuntur, quia inde sacramenta manarunt, quibus credentes initiantur. et quod de lignis quadratis fieri iubetur, undique stabilem uitam sanctorum significat; quacumque enim uerteris quadratum, stabit. et cetera, quae cum in eiusdem arcae constructione dicuntur, ecclesiasticarum signa sunt rerum. sed ea nunc persequi longum est et hoc iam fecimus in opere, quod aduersus Faustum Manichaeum scripsimus negantem in Hebraeorum libris aliquid de Christo esse prophetatum. et fieri quidem potest ut et nobis quispiam et alius alio exponat haec aptius, dum tamen ea quae dicuntur ad hanc de qua loquimur dei ciuitatem in hoc saeculo maligno tamquam in diluuio peregrinantem omnia referantur, si ab eius sensu qui ista conscripsit non uult longe aberrare qui exponit. exempli gratia uelut si quispiam quod hic scriptum est: inferiora bicamerata et tricamerata facies eam non quod ego in illo opere dixi uelit intellegi, quia ex omnibus gentibus ecclesia congregatur bicameratam dictam propter duo genera hominum, circumcisionem scilicet et praeputium, quos apostolus et alio modo dicit Iudaeos et Graecos, tricameratam uero eo quod omnes gentes de tribus filiis Noe post diluuium reparatae sunt, sed aliud dicat aliquid quod a fidei regula non sit alienum. nam quoniam non solas in inferioribus mansiones habere arcam uoluit uerum etiam in superioribus — et haec dixit bicamerata — et in superioribus

2 cf. Io. 19, 34 9 c. Faust. XII, 14 17 Gen. 6, 16 21 cf. Rom. 3, 9

1 hostium *PTv* accipit *D* profecto (ro *in ras. a m. 2*) *D* profectū P^1 2 lancia *D* hoc *v* 6 quocumque *v* 7 quae cum] quaecumq. *v* in *om. V* constructionem *DP* 12 alius P^2 *in ras. aℓ* P^1 aptios P^1 13 ciuitate D^1v 14 *post* maligno *ras. 27 litt. in P* diluuium D^1 peregrinante *v* 16 quod] quo D^1 17 tricamarata *P* tricameratam *V* 18 quod] quo *P* illo] ihilo T^1 uellit *D* uel *T* intellexi *T* 19 bicamerata *Dv* 20 dicta *v* hominum duo genera *P* 21 quos] quod *T* 22 graecus D^1 tricameratum *T pr.* omnis gentis D^1 24 regulam *D pr.* 25 habire D^1 26 bicameratam *D* in (*om.* et) D^1v

superiorum — et haec appellauit tricamerata — ut ab imo sursum uersus tertia consurgeret habitatio: possunt hic intellegi et tria illa quae commendat apostolus, fides, spes, caritas; possunt etiam multo conuenientius tres illae ubertates euangelicae, tricena, sexagena, centena, ut in infimo habitet pudicitia coniugalis, supra uidualis atque hac superior uirginalis, et si quod melius secundum fidem ciuitatis huius intellegi et dici potest. hoc etiam de ceteris quae hic exponenda sunt dixerim, quia etsi non uno disseruntur modo, ad unam tamen catholicae fidei concordiam reuocanda sunt.

XXXV.

DE LOCVTIONE SERPENTIS AD EVAM ET DE INCANTATIONIBVS MARSORVM. EX LIBRO XI DE GENESI AD LITTERAM.

Ab illo ergo, cuius super omnia quae creauit summa potestas est, per angelos sanctos, a quibus inluditur diabolus, cum et de ipsius maliuolentia consulitur ecclesiae dei, non est permissus temtare feminam nisi per serpentem nec uirum nisi per feminam. sed in serpente ipse locutus est utens eo uelut organo mouensque eius naturam eo modo, quo mouere ille et moueri illa potuit ad exprimendos uerborum sonos et signa corporalia, per quae mulier suadentis intellegeret uoluntatem. in ipsa uero muliere, quia illa rationalis creatura erat, quae motu suo posset uti ad uerba facienda, non ipse locutus est,

3 cf. I Cor. 13, 13 5 cf. Matth. 13, 8

1 tricamaratam D^2P 2 hic] hinc *DPv* 6 adque D^1 hoc T^1 7 quod *V*: quid *DPTv* 8 hic (c *in ras. a m. 2*) *D* 9 quia etsi] quae si (ae *in ras. a m. 2*) *P* 10 fidaei *T* concordia P^1V 11 *cap.* XLVIII *T* L *D* LI *Gv*; *om. P* 12 Euam] eum *T* incantationiobus *T* 13 XI *om. V* 15 est *om. v* angelus D^1 diabulus *D* 16 consolitur *D* ecclesia *v* permissa *v* pmissus D^1 17 faeminam *V* 18 in] in p *v* serpentem *D* utrens *Tpr.* 19 organu T^1 eo] quo D^1v cōmoueri (*om.* quo) D^1v ille et *om.* D^1 20 mouere D^1 exprimendo D^1 sonus *v* 21 intellegerit *D* intelliget *T* 23 moto *D* possit *D*

sed eius operatio atque persuasio, quamuis occulto instinctu adiuuaret interius quod exterius egerat per serpentem. quod quidem si solo instinctu occultius ageret, sicut egit in Iuda ut traderet Christum, posset efficere in anima superbo amore suae potestatis inducta. sed, sicut iam dixi, temtandi uoluntatem habet diabolus, in potestate autem nec ut faciat habet nec quomodo faciat. quia permissus est, ergo temtauit, et quomodo permissus est, ita temtauit. cui autem generi hominum prodesset quod faciebat, neque sciebat neque uolebat, et eo ipso inludebatur ab angelis.

Non itaque serpens uerborum sonos intellegebat, qui ex illo fiebant ad mulierem. neque enim conuersa credenda est anima eius in naturam rationalem, quando quidem nec ipsi homines, quorum rationalis natura est, cum daemon in eis loquitur ea passione, cui exorcista requiritur, sciunt quid loquantur: quanto minus ille intellegeret uerborum sonos, quos per eum ex eo diabolus illo modo faciebat, qui hominem loquentem non intellegeret, si eum a diabolica passione immunis audiret. nam et quod putantur audire et intellegere serpentes uerba Marsorum, ut eis incantantibus prosiliant plerumque de latebris, etiam illic diabolica uis operatur ad agnoscendum ubique prouidentiam, quam rem cui rei naturali ordine subiciat et quid etiam uoluntatibus malis sapientissima potestate permittat, ut hoc magis habeat usus, serpentes moueri carminibus hominum quam ullum aliud genus animantium. etiam haec enim non parua testatio est naturam primitus humanam ser-

3 cf. Io. 13, 2

1 persuatio D^1 occulto *om.* D^1v 2 adiuuari D^1 egerat] ageret *v* 6 habit D^1 diabulus *D* 7 et *om.* *T* 8 ꝑmissus D^1 cui *MV*: cū D^2 quod D^1GTv genere D^1 humano *T* humanum *D* 10 et *om.* *v* inludibatur *D* 11 sonū *v* 13 rationabilem *T* hominis D^1 15 requiretur *D* 16 intellegere *V* intelligeret **** (ille *eras.*) *I* sonus D^1v 17 ex] et ex *T* 18 intelligerit D^1 a *om.* *v* 19 serpentis *D* 20 marsurum D^1 mansorum *T pr.* 21 agnoscendam *Tv* agnuscendam D^1 23 quid] quidē *v* uoluptatibus *v* sapientissime *v* promittat D^1 24 usu *DT* serpentis D^1v 25 ullum] illum D^1 26 enim *om.* *v*

pentis seductam esse conloquio. gaudent autem daemones hanc sibi potestatem dari, ut ad incantationem hominum serpentes moueantur, ut quolibet modo fallant quos possunt. hoc autem permittuntur ad primi facti memoriam commendandam, quo sit eis quaedam cum hoc genere familiaritas. porro ipsum primum factum ad hoc permissum est, ut per naturam serpentis significaretur generi hominum, cui erudiendo haec gesta conscribi oportebat, omnis diabolicae temtationis similitudo: quod apparebit, cum in serpentem proferri coeperit diuina sententia.

Proinde prudentissimus omnium bestiarum, hoc est astutissimus, ita dictus est serpens propter astutiam diaboli, quae in illo et de illo agebat dolum: quemadmodum dicitur prudens uel astuta lingua, quam prudens uel astutus mouet ad aliquid prudenter astuteque suadendum; non enim est haec uis seu uirtus membri corporalis, quod uocatur lingua, sed utique mentis, quae utitur ea. ita etiam dictus est stilus mendax scribarum; neque enim esse mendacem pertinet nisi ad uiuentem atque sentientem; sed stilus mendax dictus est, quod per eum mendax mendaciter operetur, quemadmodum si et iste serpens mendax diceretur, quod eo diabolus tamquam stilo mendaciter uteretur. hoc ideo commendandum putaui, ne quisquam existimans animantia rationis expertia humanum habere intellectum uel in animal rationale repente mutari seducatur in illam opinionem ridiculam et noxiam reuolutionis animarum uel hominum in bestias uel in homines bestiarum. sic ergo locutus est serpens homini, sicut asina, in qua sedebat Balaam, locuta est homini, nisi quod illud opus fuit dia-

28 cf. Num. 22, 28

1 autem] enim *DTv* daemonis D^1 2 serpentis D^1 3 moueant *DTv* 6 ad *om. v* per] pro D^1 7 gesta] ista D^1 9 apparebat *D* serpente *Dv* 15 astutique *Dv* 17 mentis] memtis *T* mens *v* 18 mendacem esse *v* pertenit D^1 20 per] pro D^1 mandax *v* operitur *D* 21 diceritur D^1 diabulus *D* 22 uteritur D^1 23 experta *Dv* 24 habire D^1 in *om.* D^1 animal] anima D^1T^1V repentem *v* 25 ridicolam D^1 26 uestias V^1 27 sic] si *V* homine D^1 28 locutus *v* homine D^1 opos D^1

bolicum, hoc angelicum. habent enim quaedam boni et mali angeli opera similia sicut Moses et magi Pharaonis, uerum in his etiam boni angeli potentiores sunt. nec mali angeli etiam talium operum quicquam possunt, nisi quod per bonos angelos permiserit deus, ut retribuatur unicuique secundum cor eius uel secundum gratiam dei, utrumque iuste ac benigne per altitudinem diuitiarum sapientiae et scientiae dei.

XXXVI.

QVALITER INTELLEGENDVM SIT: ECCE ADAM FACTVS EST TAMQVAM VNVS EX NOBIS. EX LIBRO DE GENESI AD LITTERAM XI.

Et dixit deus: ecce Adam factus est tamquam unus 51
ex nobis in cognoscendo bonum et malum. quoniam hoc, per quodlibet quomodolibet dictum sit, deus tamen dixit, non aliter intellegendum est quod ait: unus ex nobis, nisi propter trinitatem numerus pluralis accipiatur, sicut dictum erat: faciamus hominem, sicut etiam dominus de se et patre: ueniemus ad eum et mansionem apud eum faciemus. replicatum est igitur in caput superbi, quo exitu concupiuerit quod a serpente suggestum est: eritis sicut di: ecce, inquit, Adam factus est tamquam unus ex nobis. uerba enim sunt haec dei non tam huic insultantis quam ceteros ne ita superbiant deterrentis, propter

2 cf. Ex. 7, 10. 11 7 cf. Rom. 11, 33 9 Gen. 3, 22 17 Gen. 1, 26 18 Io. 14, 23

1 enim *om. Dv* 2 moyses *DTv* 4 possint *v* bonus angelus ꝑmiserit D^1 6 gratia D^1 iustū *v* benigne] bene D^1v 7 per] ꝑ D^1 8 *cap.* XLVIIII *T* LI *D*; *om. Pv* 10 de *om. DTV* 11 XI *om. PV* 13 cognuscendo D^1 cognoscendum *T* 14 per] pro D^1 et *post* quodlibet *add. DPTv* 16 accipiantur *T* 17 *post* hominem *add. P*: ad imaginē n̄r̄ām 19 faciamus *P* replecatum P^1 replicatus *v* in *om.* D^1v 20 serpenti *D* 21 di *V*: dii *DPTv* tamquam] quasi *DPv* 22 haec *om. T* 23 ne *om.* M^1V deterrentes P^1

quos ista conscripta sunt: factus est, inquit, quasi unus ex nobis in cognoscendo bonum et malum. quid aliud intellegendum nisi exemplum timoris incutiendi esse propositum, quod non solum non fuerit factus qualis fieri uoluit, sed nec illud quod factus fuerat conseruauit?

Et nunc, inquit deus, ne aliquando extendat manum et sumat de ligno uitae et edat et uiuat in aeternum. et dimisit illum dominus deus de paradiso uoluptatis operari terram, ex qua sumtus est. superiora uerba dei sunt; hoc autem factum propter ipsa uerba secutum est. alienatus enim a uita non solum, quam fuerat si praeceptum seruasset cum angelis accepturus, sed ab illa etiam quam ducebat in paradiso felici quodam corporis statu, separari utique debuit a ligno uitae, siue quod ex ipso illi subsisteret felix ille status corporis ex re uisibili uirtute inuisibili siue quod in eo esset sacramentum uisibile inuisibilis sapientiae. alienandus inde utique fuerat uel iam moriturus uel etiam tamquam excommunicatus, sicut etiam in hoc paradiso, id est ecclesia solent a sacramentis altaris uisibilibus homines disciplina ecclesiastica remoueri. et eiecit Adam et collocauit eum contra paradisum uoluptatis. et hoc significandi gratia factum est, ut contra paradisum, quo beata uita etiam spiritaliter significabatur, habitaret peccator utique in miseria. et ordinauit cherubim et flammeam romphaeam, quae uertitur, custodire uiam ligni

1 ista] ita D^1P inquam MV quasi MV: tamquam $DPTv$ 2 cognoscendum T 3 ppositum (p *a m. 2 in ras.*) D 5 quod] quo T 6 ne] nec P 7 edat PV^2 8 demisit D 9 uoluptates D^1 operare D 10 est *post* factum *add.* T 11 secutus P^2 alienatum v enim] autem DPv 12 seruassit D^1 13 ducibat D^1 filici D^1 corpores V *pr.* 14 separare (se *a m. 2 in ras.*) D illis (s *add. m. 2*) D illic P 15 subsisterit D filex DP ipse *post* ille *add.* $DPTv$ inuisibile D^1 16 eo] eos T 17 iam] etiam v morituros T 19 id est] idem P^1 in ecclesia v altari D^1 altares v altaris — Adam et *om.* P^1 20 hominis D^1 iecit T 21 uoluntatis P 22 quo] quod DP^2v 24 cherubin D^1P cerubym v 25 rumpheam D

uitae. hoc per caelestes utique potestates etiam in paradiso uisibili factum esse credendum est, ut per angelicum ministerium esset illic ignea quaedam custodia; non tamen frustra factum esse, nisi quia significat aliquid etiam de spiritali paradiso, non est utique dubitandum.

XXXVII.

QVOMODO ADAM NON SIT SEDVCTVS, VT DICIT APOSTOLVS, CVM IDEM DICAT EVM PRAEVARICATOREM. EX LIBRO DE GENESI AD LITTERAM XI.

Illud magis mouet, si iam spiritalis erat Adam quamuis 52
mente, non corpore, quomodo credere potuerit quod per serpentem dictum est, ideo deum prohibuisse ne fructum ligni illius uescerentur, quia sciebat eos, si fecissent, futuros ut deos propter dinoscentiam boni et mali, tamquam hoc tantum bonum creaturae suae creator inuiderit; hoc mirum si homo spiritali mente praeditus credere potuisset. an quia hoc credere ipse non posset, propterea mulier addita est, quae parui intellectus esset, adhuc fortasse secundum sensum carnis, non secundum spiritum mentis uiueret, et hoc est quod ei apostolus non tribuit imaginem dei? sic enim ait: uir quidem non debet uelare caput, cum sit imago et gloria dei, mulier autem gloria uiri est; non quo mens feminae eandem imaginem capere non possit, cum illa gratia nos dicat nec masculum esse nec feminam, sed quod

20 I Cor. 11, 7 24 cf. Gal. 3, 28

1 per] p D^1 caelestis D^1 2 uisibile D^1 3 tamen] tam *v* 6 *cap.* L *T* LII *D* LIII *Gv*; *om. P* 8 ex] item ex *Dv* eodem *ante* libro *add. DPTv* 9 XI *om. DV* 12 deum] dn̄i *v* fructum *MV*: fructu *T* de fructu *DPv* 13 futurus D^1 14 deus *D* diuinoscientiam M^1V diuinascientiam M^2 15 creatorae s. creatur D^1 inuideret *Pv* 16 praeditus *om. v* potuissit D^1 17 ipsi *D* possit *D* adita *DT* quae] quia *DP* 18 et *ante* adhuc *add. DPTv* 21 quidam *D pr.* 22 quo] quod *DPv* 23 faeminae *DTV* capire D^1 posset *v* illa] in illa D^1P^1T

fortassis illa hoc nondum perceperat quod fit in agnitione dei et uiro regente ac dispensante paulatim fuerat perceptura. neque enim frustra et illud apostolus ait: Adam enim primus formatus est, deinde Eua; et Adam non est seductus, mulier autem seducta in praeuaricatione facta est, id est ut per illam etiam uir praeuaricaretur. nam et ipsum dicit praeuaricatorem ubi ait: in similitudine praeuaricationis Adae, qui est forma futuri; seductum tamen negat. nam et interrogatus non ait: „mulier, quam dedisti mecum, seduxit me et manducaui“ sed: ipsa inquit, dedit mihi a ligno et manducaui. illa uero: serpens, inquit, seduxit me. ita Salomon, uir tantae sapientiae, numquidnam credendum est quod in simulacrorum cultu credidit esse aliquid utilitatis? sed mulierum amori ad hoc malum trahenti resistere non eualuit, faciens quod sciebat esse faciendum minime, ne suas quibus deperibat atque defluebat mortiferas delicias contristaret. ita et Adam, posteaquam de ligno prohibito seducta mulier manducauit eique dedit ut simul ederent, noluit eam contristare quam credebat posse sine suo solacio contabescere, si ab eius alienaretur animo, et omnino illa interire discordia: non quidem carnis uictus concupiscentia, quam nondum senserat in resistente lege membrorum legi mentis suae, sed amicali quadam beniuolentia, qua plerumque fit ut offendatur deus, ne homo ex amico fiat

3 I Tim. 2, 13 sq. 7 Rom. 5, 14 12 cf. III Reg. 11, 4

1 fortasses *DP* perciperat *DV* perceperit *v* 2 dispensantem *D*¹ pauca *post* paulatim *add. D* 4 euam *D*¹ 5 seducta *a*: s. est *libri* praeuaricationem *D*¹ 6 praeuaricetur (cetur *a m. 2*) *P* 7 dicit] dicitur *D*¹*v* similitudinem *DPTv* 10 mecum] mihi *D* 11 mihi inquit dedit *DPTv* 12 inquit *om. D*¹ seduxit] decipit *D* Salomon] in salomone *D*¹ 14 amore *v* 15 trahente *v* ualuit *DTv* 16 non *ante* esse *add. DPTv* minime *om. DPTv* deperibat (e *a m. 2*) *V* deprimat *v* 17 dilitias *D* 19 ęderent (ę *a m. 2*) *V* 20 solacio] lacio *T* contabiscere *et* alienaritur *D*¹ 21 illam *et* discordiam *D*¹ interiret *V* non] num *D* 22 sinserat *D*¹ 23 legis (s *expunxit m. 1*) *V* amicale *D*¹ beneuolentiam *D*¹ 24 ostendatur *T* amico] animo *v*

inimicus: quod eum non facere diuinae sententiae iustus exitus indicauit. ergo alio modo quodam etiam ipse deceptus est; sed dolo illo serpentino, quo mulier seducta est, nullo modo illum arbitror potuisse seduci. hanc autem proprie seductionem appellauit apostolus, qua id quod suadebatur, cum falsum esset, uerum putatum est, id est quod deus ideo lignum illud tangere prohibuerit, quod sciebat eos, si tetigissent, uelut deos futuros, tamquam eis diuinitatem inuideret qui eos homines fecerat. sed etiam si uirum propter aliquam mentis elationem, quae deum internorum scrutatorem latere non poterat, sollicitauit aliqua experiendi cupiditas, cum mulierem uideret accepta illa esca non esse mortuam, secundum ea quae superius tractauimus non tamen eum arbitror, si iam spiritali mente praeditus erat, ullo modo credere potuisse quod eos deus ab esca illius ligni inuidendo uetuisset.

XXXVIII.

DE CREATIONE PRIMI HOMINIS ET DE CAVSALIBVS RATIONIBVS, VEL QVOMODO ADDITI SINT ANNI XV EZECHIAE REGI AD VITAM, QVEM PRAEDIXERAT NON VICTVRVM. EX LIBRO DE GENESI AD LITTERAM VI.

In illa prima condicione mundi, cum deus creauit omnia, 53
simul homo factus est, qui esset futurus — ratio creandi hominis, non actio creati. sed haec aliter in uerbo dei, ubi ista non facta, sed aeterna sunt, aliter in elementis mundi, ubi omnia simul facta futura sunt, aliter in rebus, quae secundum causas simul creatas non iam simul, sed suo quaeque tempore

1 diuina *DPTv* sententia & *DP¹v* 2 quodam modo *v* 4 propriae *DPTV* 5 qua *V*: quia *DPTv* 7 prohibuerat D^1 tetegissent *D* eis *ante* uelut *add.* P^2 8 deos] dš *D* inuiderit *D* 9 uirum] uerum *P* 10 scrutatorum *P* 11 aliq· D^1 aliquid *v* 12 uiderit D^1 uiderat *P* ęsca (ę *a m. 2*) *V* mortua D^1 15 inuitendo D^1 16 *cap.* LI *T* LIII *D* LIIII *Gv*; *om.* *P* 18 uel *om.* *v* XV *om.* D^1 22 esset] essit D^1 24 elimentis *P* 26 creandas D^1 creantus D^2 quaeque] quoque et *P*

creantur: in quibus Adam iam formatus ex limo et dei flatu animatus sicut faenum exortum; aliter in seminibus, in quibus rursus quasi primordiales causae repetuntur de rebus ductae, quae secundum causas, quas primum condidit, extiterunt, uelut herba ex terra, semen ex herba: in quibus omnibus ea iam facta modos et actus sui temporis acceperunt, quae ex occultis atque inuisibilibus rationibus, quae in creatura causaliter latent, in manifestas formas naturasque prodierunt; sicut herba exorta super terram et homo factus in animam uiuam et cetera huius modi siue frutecta siue animantia ad illam operationem dei pertinentia, qua usque nunc operatur. sed etiam ista secum gerunt tamquam iterum se ipsa inuisibiliter in occulta quadam ui generandi, quam traxerunt de illis primordiis causarum suarum, in quibus creato mundo, cum factus est dies, antequam in manifestam speciem sui generis exorerentur, inserta sunt.

Si enim prima illa opera dei, cum simul omnia creauit, in suo modo perfecta non essent, ea procul dubio post adderentur quae illis perficiendis defuissent, ut quaedam uniuersitatis perfectio utriusque constaret singulis quasi semis, uelut alicuius totius partes essent, quarum coniunctione ipsum totum, cuius partes fuerant, compleretur. rursus si ita essent illa perfecta, sicut perficiuntur cum suis quaeque temporibus in manifestas formas actuque procreantur, profecto aut nihil ex eis postea per tempora fieret aut hoc fieret quod ex istis quae suo quaeque iam tempore oriuntur deus non cessat operari. nunc autem quia et consummata quodam modo et quodam modo inchoata sunt ea ipsa quae consequentibus euoluenda

1 flatu dei *v* 2 exhortum *P* 3 primordialis D^1 repetuntur] reputuntur *T* 5 ex tere T^1 6 modus P^1 acciperunt *D* 8 prodierunt (d *add. m. 2*) *P* 10 fru*tecta *D* 11 pertinentiar *V* pertenentia* *D* 15 in *om. v* 16 exorirentur T^2v 18 adherentur (h *in* d *corr. m. 2*) *D* 19 pficiendis (p *a m. 2*) *P* 20 semis] seminis *P* 21 cumiunctione D^1 23 quique *D* 24 actu*que (s *eras.*) *D* actusque *PTv* 25 quae suo *om. v* 27 *prius* et *om. v* quodam modo *om. DPv* et *om.* D^1Pv 28 uoluenda D^1P^1v

temporibus primitus deus simul omnia creauit, cum faceret mundum — consummata quidem, quia nihil habent illa in naturis propriis, quibus suorum temporum cursus agunt, quod non in istis causaliter factum sit; inchoata uero, quoniam per quaedam erant quasi semina futurorum per saeculi tractum ex occulto in manifestum ⟨locis congruis exerenda — ipsius etiam⟩ scripturae uerba satis ad hoc admonendum insigniter uigent, si quis in eis euigilet. nam et consummata ea dicit et inchoata. nisi enim consummata essent, non scriptum esset: et consummata sunt caelum et terra et omnis consummatio illorum; et consummauit deus in die sexto opera sua, quae fecit; et benedixit deus diem septimum et sanctificauit eum. rursusque nisi inchoata essent, non ita sequeretur, quia in illa die requieuit ab omnibus operibus suis, quae inchoauit deus facere. hic igitur si quis inquirat, quomodo consummauit et quomodo inchoauit — neque enim alia consummauit, alia inchoauit, sed eadem ipsa utique a quibus in die septimo requieuit — ex his quae supra diximus clarum est. consummasse quippe ista intellegimus deum, cum creauit omnia simul ita perfecte, ut nihil ei adhuc in ordine temporum creandum esset, quod non hic ab eo iam in ordine causarum creatum esset; inchoasse autem, ut quod hic praefixerat causis post impleret effectis. proinde formauit deus hominem puluerem terrae, uel limum terrae — hoc est de puluere uel limo terrae — et inspirauit siue insufflauit in eius faciem spiritum uitae, et factus est homo in animam uiuam: non tunc praedestinatus;

10 Gen. 2, 1 sqq. 24 Gen. 2, 7

1 omnia (um *v*) simul *DPTv* facerit D^1 4 quoniam *in ras. a m. 2 D* 6 manifesto *D* locis — etiam *a*: *om. libri* 8 euigelat (a *in* e *corr. m. 2*) *D* ea *om. T* 9 et] non *Pv* 10 terram *P* consummatio] ornatus *v* 11 illorum] eorum *Tv* 13 septimo D^1 14 sequeritur D^1 16 et quomodo] illa *T* 19 intellegemus *D* 21 ei (i *in ras. a m. 2*) *T* hic *om.* D^1PTv 22 incoasse *P* inchoatum esse *MV* 23 praedixerat *P* 24 de puluerem (m *del. m. 2*) *D* limo *D* 26 insuflauit *V* 27 praedistinatus *DPv*

hoc enim ante saeculum in praescientia creatoris; neque tunc causaliter uel consummate inchoatus uel inchoate consummatus; hoc enim a saeculo in rationibus primordialibus, cum simul omnia crearentur: sed creatus in tempore suo, uisibiliter in corpore, inuisibiliter in anima, constans ex anima et corpore.

Iam ergo uideamus quomodo eum fecerit deus. primum de terra corpus eius; post etiam de anima uidebimus, si quid ualebimus. quod enim manibus corporalibus deus de limo finxerit hominem, nimium puerilis cogitatio est, ita ut, si hoc scriptura dixisset, magis eum qui scripsit translato uerbo usum credere deberemus quam deum talium membrorum liniamentis determinatum, qualia uidemus in corporibus nostris. dictum est enim: manus tua gentes disperdidit, et: eduxisti populum tuum in manu forti et bracchio excelso. sed pro potestate et uirtute dei positum huius membri nomen quis usque adeo desipit ut non intellegat? nec illud audiendum est quod nonnulli putant ideo praecipuum dei opus esse hominem, quia cetera dixit et facta sunt, hunc autem ipse fecit; sed ideo potius, quia hunc ad imaginem suam fecit. nam illa quae dixit et facta sunt, ideo sic scriptum est, quia per uerbum eius facta sunt, sicut per hominem hominibus dici potuit uerbis, quae temporaliter cogitantur et uoce proferuntur. non sic autem loquitur deus, nisi cum per creaturam corporalem loquitur, sicut Abrahae, sicut Mosi, sicut per nubem de filio suo. ante omnem uero creaturam ut esset ipsa creatura, eo uerbo dictum est, quod in principio erat deus apud deum; et quia omnia per ipsum facta sunt et

14 Ps. 43, 3 15 Ps. 135, 11 sq. 21 cf. Ps. 148, 5 27 cf. Io. 1, 1 et 3

2 inchoatae *D* inchoante *T* 8 uideamus *P* 10 fixerit *P*¹ 12 deberimus *DM*¹*V*¹ debuerimus *V*² deum] dō *D*¹ 13 lineamentis *D* 14 gentis *D*¹ 15 brachio *DMPTv* 17 quis] qui *Tv* loco *post* adeo *add. D* dissipit *D* despicit *v* 19 dei] deo *M*¹*V* 22 per *alterum om. v* 24 uoci *D* cum *om. P*¹*v* 25 moysi *DPTv* 26 per] p *D*¹ uero *om. D*¹*PTv* 27 ipsam creaturam *D*¹ 28 deus *om. v* per i. f. sunt omnia *P*

sine ipso factum est nihil, utique et homo per ipsum factus est. certe enim caelum uerbo fecit, quia dixit et factum est. scriptum est tamen: et opera manuum tuarum sunt caeli. et de hoc imo quasi fundo mundi scriptum est: quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud, et aridam terram manus eius finxerunt. non igitur hoc in honorem hominis deputetur, uelut cetera deus dixerit et facta sint, hunc autem ipse fecerit; aut uerbo cetera, hunc autem manibus fecerit; sed hoc excellit in homine, quia deus hominem ad imaginem suam fecit propter hoc quod ei dedit mentem intellectualem, qua praestat pecoribus: unde iam superiore loco disseruimus. in quo honore positus si non intellexerit ut bene agat, eisdem ipsis pecoribus, quibus praelatus est, comparabitur. sic enim et scriptum est: homo in honore positus non intellexit; comparatus est pecoribus insensatis et similis factus est eis. nam et pecora deus fecit, sed non ad imaginem suam. nec dicendum est: „hominem ipse fecit, pecora uero iussit et facta sunt"; et hunc enim et illa per uerbum suum fecit, per quod facta sunt omnia. sed quia idem uerbum et sapientia et uirtus eius est, dicitur et manus eius non uisibile membrum, sed efficiendi potentia. nam eadem scriptura, quae dicit quod deus hominem de limo terrae finxerit, dicit etiam quod et bestias agri de terra finxerit, quando eas cum uolatilibus caeli adduxit ad Adam, ut uideret quid ea uocaret. sic enim scriptum est: et finxit deus adhuc de terra omnes bestias. si ergo et hominem de terra et bestias de terra ipse formauit, quid habet homo excellentius in hac re, nisi quod ipse ad imaginem

3 Ps. 101, 26 4 Ps. 94, 5 14 Ps. 48, 13 19 cf. Io. 1, 3 26 Gen. 1, 25

2 uerbo caelum *DPv* 4 de *om. T* 5 est *om. D*^{1} ipsi *D*^{1} 7 sunt *D*^{1}*v* 11 qua] quia *T*^{1} pristat *D* unde—13 pecoribus *om. T*^{1} superiori *P*^{2} 12 diseruimus *D* quo] qua *P* 14 et *om. v* 16 insinsatis *D*^{1} 18 ipsi *D*^{1} 19 uerbum (per *om.*) *D*^{1}*Pv* 20 est] esse *v* 21 uisibili *D*^{1} 22 potentiam *Dv* 24 finxerit *P* 25 uiderit *D*^{1} uocarit *D*^{1} 26 omnis *D*^{1} si] sic *D*^{1}*v* 27 bistias *D*^{1} 28 homo *om. D*^{1}*Pv* ipsi *D*^{1}

dei creatus est? nec tamen hoc secundum corpus, sed secundum intellectum mentis, de quo post loquemur. quamquam et in ipso corpore habeat quandam proprietatem, quae hoc indicet, quod erecta statura factus est, ut hoc ipso admoneretur non sibi terrena esse sectanda, uelut pecora, quorum uoluptas omnis ex terra est; unde in aluum cuncta prona atque prostrata sunt. congruit ergo et corpus eius animae rationali non secundum liniamenta figurasque membrorum, sed potius secundum id quod in caelum erectum est ad intuenda quae in corpore ipsius mundi superna sunt, sicut anima rationalis in ea debet erigi quae in spiritalibus natura maxime excellunt, ut quae sursum sunt sapiat, non quae super terram.

Sed quomodo eum fecit deus de limo terrae, utrum repente in aetate perfecta, hoc est uirili atque iuuenali, an sicut nunc usque format in uteris matrum? neque enim alius haec facit quam ille qui dixit: priusquam te formarem in utero, noui te; ut illud tantum proprium habuerit Adam, quod non ex parentibus natus est, sed factus ex terra, eo tamen modo, ut hoc proficiendo et per aetates augendo hi temporum numeri complerentur, quos naturae humani generis attributos uidemus. an potius hoc non est requirendum? utrumlibet enim fecerit, hoc fecit quod deum et omnipotentem et sapientem posse et facere congruebat. ita enim certas temporum leges generibus qualitatibusque rerum in manifestum ex abdito producendis attribuit, ut eius uoluntas sit super omnia. potentia quippe sua numeros creaturae dedit, non ipsam potentiam eisdem

12 cf. Coloss. 3, 2 16 Hier. 1, 5

1 corpus] corpore D^1 corpora *v* pecus *T* 2 loquimur D^1P^1v 3 quadam *D* 4 ammonetur *P* admonitur D^1 admoneatur *v* 6 aluum] malum P^1v pruna adque D^1 7 prostratata *V* prustrata D^1 animo *v* 8 lineamenta DP^1T 9 erectus *v* 10 superna] superiora D^1 animae D^1Pv 11 rationalis] ratio D^1Pv eregi *D* quae (in *om.*) D^1P spiritali *T* maximae *V* 12 sapiant *D* sapiunt *Pv* 13 repente in (e in *in ras. a m. 2*) *T* 15 fecit *Tv* 17 ut] et *Dv* 19 hi] hii *D* in *P* 20 humanae *v* atributos *DP* 21 non est hoc *Tv* 22 posse (et *om.*) D^1P^1v 24 qualitatibus *MV* abdido *D*

numeris alligauit. nam spiritus eius ita faciendo mundo superferebatur, ut et facto superferatur, non corporalibus locis, sed excellentia potestatis. quis enim nescit aquam concretam terrae, cum ad radices uitis uenerit, duci in sagina ligni illius atque in eo sumere qualitatem, qua in uuam procedat paulatim erumpentem atque in ea grandescente uinum fiat maturumque dulcescat, quod adhuc feruescat expressum et quadam uetustate firmatum ad usus bibendi utilius iucundiusque proueniat? num ideo dominus lignum quaesiuit aut terram aut has temporum moras, cum aquam miro compendio conuertit in uinum, et tale uinum, quod ebrius etiam conuiua laudaret? numquid adiutorio temporis eguit conditor temporis? nonne certis dierum numeris suo cuique generi accommodatis omnis natura serpentum coalescit, formatur, nascitur, roboratur? num exspectati sunt hi dies, ut in draconem uirga conuerteretur de manu Moysi et Aaron? nec ista cum fiunt, contra naturam fiunt nisi nobis, quibus aliter naturae cursus innotuit; non autem deo, cui hoc est natura quod fecerit.

Quaeri autem merito potest, causales illae rationes, quas mundo indidit, cum primum simul omnia creauit, quomodo sint institutae: utrum ut, quemadmodum uidemus cuncta nascentia uel fruticum uel animalium, in suis conformationibus atque incrementis sua pro diuersitate generum diuersa spatia peragerent temporum, an ut, quemadmodum creditur factus Adam, sine ullo progressu incrementorum uirili aetate continuo formarentur? sed cur non utrumque illas credimus habuisse,

1 cf. Gen. 1, 2 10 cf. Io. 2, 9 sq.

1 eius *om.* D^1 3 potestates D^1 4 saginam *DPTv* 5 qu*a (i *eras.*) *T* 6 grandescentem *libri* 7 dulciscat *D* feruescat] peruescat M^1V 8 uetustatem D^1P iocundiusq· (o *et* q· *a m. 2*) *D* 9 perueniat D^1P num] nam *D* 11 conuiu*a (i *ras.*) *T* **tinuo *v* 12 cond. temporum *DPTv* 13 sui *V* genere D^1 accommendatis *P* 14 serpentium D^1 serpentem *T* 15 drachonem *V* 16 moisi *V* 17 contra—fiunt *om.* D^1v 18 natura *om. T* 19 causalis D^1 21 quaeammodum M^1V 22 fructi*cum *T* fructium D^1 23 incrimentis *D* diuersa] diuisa P^1 25 uirili aetate uirilitate D^1P uarietate *v* 26 formaretur D^2PTv formaritur D^1

ut hoc ex eis futurum esset quod facturo placuisset? si enim illo modo dixerimus, incipit contra ipsas factum uideri non solum etiam illud de aqua uinum sed et omnia miracula, quae contra naturae usitatum cursum fiunt; si autem isto modo, multo erit absurdius istas ipsas cotidianas naturae formas et species contra illas primarias omnium nascentium causales rationes suorum temporum peragere spatia. restat ergo ut ad utrumque modum habiles creatae sint, siue ad istum quo usitatissime temporalia transcurrunt, siue ad illum quo rara et mirabilia fiunt, sicut deo facere placuerit quod tempori congruat.

Verum tamen sic factus est homo, quemadmodum illae primae causae habebant ut fieret primus homo, quem non ex parentibus nasci, qui nulli praecesserant, sed de limo formari oportebat secundum causalem rationem, in qua primitus factus erat. nam si aliter factus est, non eum deus in illorum sex dierum operibus fecerat. in quibus cum dicitur factus, ipsam causam utique fecerat deus, qua erat suo tempore homo futurus et secundum quam fuerat ab illo faciendus qui simul et consummauerat inchoata propter perfectionem causalium rationum et inchoauerat consummanda propter ordinem temporum. si ergo in illis primis rerum causis, quas mundo primitus creator inseruit, non tantum posuit quod de limo formaturus erat hominem sed etiam quemadmodum formaturus, utrum sicut in matris utero an in forma iuuenali, procul dubio sic fecit, ut illic praefixerat; neque enim contra dispositionem suam fecerat. si autem uim tantum ibi posuit possibilitatis, ut homo fieret, quoquo modo fieret, ut et sic et sic posset, id est

1 non *post* futurum *add.* *T* essit D^1 facturo] factori D^1 2 ipsa *v* uidire D^1 5 absordius D^1 6 species *post* illas *add.* *DPv* 7 rationes] rationales *PTv* 8 habitabiles *v* creatae] creaturae *P* 9 transcurrunt—mirabilia *om.* D^1v quos *P* rara] aqua *P* 12 quemammodo D^1 14 sed] si *P* 16 erat] fuerat *P* 18 facturus *DP* 19 faciendos P^1 20 rationem D^1P 22 creatur D^1 23 inseruit] instituit *T* furmaturus D^1 24 utrum] ut cum *v* 25 formam iuuenale D^1 27 faceret D^2PTv facerit D^1 possebilitatis D^1 28 fierit D^1 quoquo] quoco D^1 quo *P* possit *D*

ut id quoque ibi esset, quia et sic et sic posset, unum autem ipsum modum, quo erat facturus, in sua uoluntate seruauit, non mundi constitutioni contexuit. manifestum est enim sic non factum esse hominem, contra quam erat in illa prima condicione causarum, quia ibi erat etiam sic fieri posse, quamuis non ibi erat ita fieri necesse esse. hoc enim non erat in condicione creaturae, sed in placito creatoris, cuius uoluntas rerum est necessitas.

Nam et nos pro captu infirmitatis humanae iam in ipsis rebus tempore exortis possumus nosse quid in cuiusque natura sit, quod experimento perceperimus; sed utrum etiam futurum sit ignoramus. est quippe in natura huius, uerbi gratia, iuuenis ut senescat; sed utrum etiam hoc sit in dei uoluntate nescimus. sed nec in natura esset, nisi in dei uoluntate prius fuisset, qui condidit omnia. et utique occulta ratio est senectutis in corpore iuuenali uel iuuentatis in corpore puerili: neque enim oculis cernitur sicut ipsa in puero pueritia, sicut iuuentas in iuuene, sed alia quadam notitia colligitur inesse in natura quiddam latens, quo educantur in promtu numeri occulti uel iuuentatis a pueritia uel senectutis a iuuentute. occulta est ergo ista ratio, qua fit ut hoc esse possit, sed oculis; menti autem non est occulta. utrum autem hoc etiam necesse sit omni modo nescimus. et illam quidem, qua fit ut esse possit, esse in natura ipsius corporis nouimus; illam uero, qua fit ut necesse sit, manifestum est illic non esse.

Sed fortassis in mundo est ut necesse sit istum hominem senescere; si autem nec in mundo est, in deo est. hoc enim

1 possit *D* 2 seruabit *v* 3 constitutione *T* constitutionem *D* 4 in *om. T* 5 conditionem *V* 9 pro] per D^1 11 perciperimus *D* 13 hoc sit etiam *DPTv* 15 condedit *D* 16 iuuentutis $D^1PT^2V^2v$ 17 in *del.* M^2; *om. P* puero *om. DMPV* 18 iuuentus $M^1P^2T^2v$ quaedam D^1P^2 collegitur DP^1 19 quidam *D* (i *ex* ae *corr. m. 2*) P^1T quo] quod DP^1v prumtu *D* 20 occulti uel iuuen *a m. 2 in ras. T* iuuentutis D^1PT^2 21 posset P^2 22 mente *DPVv* 23 illa *T* 24 *alterum* esse *om.* D^1T^2; et esse *add.* D^2 ipsius *om.* D^1v (noui)mus illam — manifestum *om. MV* 25 qua] quia *P* 26 ut necesse — mundo est *om. T pr.*

necessario futurum est quod ille uult, et ea uere futura sunt quae ille praesciuit. nam multa secundum inferiores causas futura sunt; sed si ita sunt et in praescientia dei, uere futura sunt. si autem ibi aliter sunt, ita potius futura sunt, sicut ibi sunt, ubi qui praescit falli non potest. nam futura dicitur senectus in iuuene; sed tamen futura non est, si ante morituras est. hoc autem ita erit, sicut se habent aliae causae siue mundo contextae siue in dei praescientia reseruatae. nam secundum quasdam futurorum causas moriturus erat Ezechias, cui deus addidit quindecim annos ad uitam: id utique faciens quod ante constitutionem mundi se facturum esse praesciebat et in sua uoluntate seruabat. non ergo id fecit quod futurum non erat. hoc enim magis erat futurum quod se facturum esse praesciebat. nec tamen illi anni additi recte dicerentur, nisi ad aliquid adderentur quod se aliter in aliis causis habuerat. secundum aliquas igitur causas inferiores iam uitam finierat; secundum illas autem quae sunt in uoluntate et praescientia dei, qui ex aeternitate nouerat quid illo tempore facturus erat — et hoc uere futurum erat — tunc erat finiturus uitam, quando finiuit uitam. quia etsi oranti concessum est, etiam sic eum oraturum, ut tali orationi concedi oporteret, ille utique praesciebat cuius praescientia falli non poterat; et ideo quod praesciebat necessario futurum erat.

Quapropter si omnium futurorum causae mundo sunt insitae, cum ille factus est dies, quando deus creauit omnia simul, non aliter Adam factus est, sicut est credibilius iam perfectae uirilitatis, quam erat in illis causis, ubi deus hominem in sex dierum operibus fecit. ibi enim erat non solum ut ita fieri posset uerum etiam ut ita eum fieri necesse esset. tam enim

9 cf. Es. 38, 5

2 illi *D* 3 et in *om.* D^1v praescientia] praesentia *T* 4 si* *D* ibi *om.* D^1 6 iuueni *D* 10 annis P^1 uita *V* 11 constitutione *D* 12 in *om.* *D* faturum (a *in* u *corr.*) *M* 18 quid] quod D^1 illo (o *a m. 2 in ras.*) *P* 21 oratione *D* concidi *D* concedere *v* 23 necessarium D^1P^1 24 mundo sint (o *et* int *a m. 2*) *P* 26 sicut est] s. & P^2 27 uirilitatis] ueritatis D^1 28 dieb. M^1 *V*; *corr.* M^2 feri *T* 29 possit *D* esse P^1 tam] tamen *T*

non facit deus contra causam, quam sine dubio uolens praestituit, quam contra uoluntatem suam non facit. si autem non omnes causas in creatura primitus condita praefixit, sed aliquas in sua uoluntate seruauit, non sunt quidem illae, quas in sua uoluntate seruauit, ex istarum quas creauit necessitate pendentes. non tamen possunt esse contrariae quas in sua uoluntate seruauit illis quas sua uoluntate constituit, quia dei uoluntas non potest sibi esse contraria. istas ergo sic condidit, ut ex illis esse illud cuius causae sunt possit, sed non necesse sit; illas autem sic abscondidit, ut ex eis esse necesse sit hoc quod ex ipsis fecit, ut esse possit.

XXXVIIII.

DE STELLA, QVAM MAGI SECVTI SVNT, CHRISTI FAMVLA, NON FATALI. EX LIBRO CONTRA FAVSTVM II.

Nos quidem sub fato stellarum nullius hominis genesim 54
ponimus et liberum uoluntatis arbitrium, qua uel bene uel male uiuitur, propter iustum iudicium dei ab omni necessitatis uinculo uindicamus. quanto minus illius temporalem generationem sub astrorum condicione credimus factam qui est aeternus uniuersorum creator et dominus. itaque illa stella, quam uiderunt magi, Christo secundum carnem nato non ad decretum dominabatur, sed ad testimonium famulabatur, nec eum subiciebat imperio, sed indicabat obsequio. proinde non ex illis erat haec stellis, quae ab initio creaturae itinerum suorum ordinem sub creatoris lege custodiunt, sed nouo uir-

1 fecit *DP*¹ 3 omnis *D* aliqua *DPv* 7 quas] qua *DP* instituit *DPv* 9 possint *P* 10 abscondedit *D*² abscondit *PTv* ut ex eis *T*² *in ras.* 12 *cap.* LII *T* LIII *D* LV *Gv*; *om. P* 13 de] e *M*¹*V* 14 fatale *v* 15 fatu *D* genesim] genus *T*¹ 16 imponimus *T*¹ uoluntates *T*¹ quo *P*² 17 necessitates *D*¹ 18 uinculo (o *a m. 2*) *P* temporalegem *T* 19 conditionem *T* factum *P*¹*T*¹*V* 20 creator] conditor *v* stilla *D pr.* 21 uiderant *P* xp̄m *Pv* natum *v* 24 stillis *D pr.* stella *v* itenerum *D* 25 suum *P* legi *P*

ginis partu nouum sidus apparuit, quod ministerium officii sui etiam ipsis magis quaerentibus Christum, cum ante faciem praeiret, exhibuit, donec eos usque ad ipsum locum, ubi dei uerbum infans erat, praeeundo perduceret. qui tandem astrologi ita constituerunt hominum nascentium fata sub stellis, ut aliquam stellarum homine aliquo nato circuitus sui ordinem reliquisse et ad eum qui natus est perrexisse asseuerent? sortem quippe nascentis astrorum ordine colligari arbitrantur, non astrorum ordinem ad hominis nati diem posse mutari. quapropter si stella illa de his erat quae in caelo peragunt ordines suos, quomodo poterat decernere quod natus Christus acturus erat, quae nato Christo iussa est relinquere quod agebat? si autem, ut probabilius creditur, ad demonstrandum Christum quae non erat exorta est, non ideo Christus natus est quia illa extitit, sed ideo illa extitit quia Christus natus est. unde, si dici oporteret, non stellam Christo, sed Christum stellae fatum fuisse diceremus; ipse quippe illi, non illa huic nascendi attulit causam. si ergo sunt fata quae a fando, id est a dicendo appellata sunt, quoniam Christus uerbum dei est, in quo antequam essent dicta sunt omnia, non consortium siderum fatum Christi est, ⟨sed fatum etiam siderum Christus est,⟩ qui et ipsam carnem sub caelo creatam ea uoluntate assumsit, qua etiam caelum creauit, ea potestate deposuit et recepit, qua etiam sideribus imperauit.

3 praeirent *Dpr.* exibuit *P* eos] eo D^1M^1PV 4 perducerit *D* 5 ita *om.* D^1Pv fatu *P* 6 stillarum *D* hominem D^1 7 adseue**rent *P* 8 sorte DP^1v ordinem P^1T^1V colligari — ordinem *om. Tpr.* 10 stilla D^1 12 *post* est *add.* T^1: erat quae nato xp̄o iussa est 13 ut *om.* D^1 15 exstetit P^1 quia Ch. n. est extetit *D* 17 fa*tum (c *eras.*) *D* 18 causa P^1 a fando] affando *T* 19 dicendo (*om.* a) *DPv* appellati P^1 21 sed — est *a: om. libri* 23 qua] quo *P*

XL.

DE PRAECEPTIS AGENDAE VITAE ET PRAECEPTIS SIGNIFICANDAE VITAE. EX LIBRO CONTRA FAVSTVM VI.

Quemadmodum et quare accipiatur testamentum uetus 55
ab heredibus testamenti noui iam supra diximus. sed quia paulo ante de promissis eius Faustus egit, nunc autem de praeceptis agere uoluit, respondebo istos omnino nescire quid intersit inter praecepta uitae agendae et praecepta uitae significandae. exempli gratia: non concupisces praeceptum est agendae uitae; circumcides omnem masculum octauo die praeceptum est significandae uitae. ex hac quippe imperitia Manichaei et omnes, quibus displicent litterae ueteris testamenti, quidquid deus mandauit priori populo ad celebrandam umbram futurorum non intellegentes et ea modo non obseruari animaduertentes ex more praesentis temporis illa reprehendunt quae utique illi tempori congruebant, quo ista quae nunc manifesta sunt uentura significarentur. sed quid dicturi sunt aduersus apostolum, qui ait: haec omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos, in quos finis saeculorum obuenit? ecce ipse aperuit cur illae litterae accipiantur a nobis et cur illa rerum signa iam necesse non sit ut obseruentur a nobis. cum enim dicit: scripta sunt propter nos, procul dubio demonstrat quanta nobis cura legenda et intellegenda et

4 c. Faust. IIII, 2 9 Ex. 20, 17 10 Gen 17, 10 sqq. 18 I Cor. 10, 11

1 *cap.* LIII *T* LV *D* LVI *v*; *om. GP* 2 *post* et *ras. 2 litt. in T* 4 uetus ab here P^2 *in ras.* 5 noui testamenti *v* 7 respondeo *DPTv* 10 circumcidis DP^1 omne* (m *ras.*) *DP* masculinum *D* 11 octauo* (m *ras.*) *D* octaua *P* signifi///candae (*ras. 9 litt.*) *D* 12 inperitiam D^1 omnis D^1 13 loco *post* priori *add.* D^2 14 caelebrandū P^1 intellegentis D^1 15 animaduertentis D^1 16 repraehendunt *DV* quo] quos *v* 17 isto *V* 18 autem *post* haec *add. v* 19 autem *om. v* 20 quos] quo *T* fines *v* obuenerunt *v* 21 accipiuntur *v* 24 et in q. *DPTv*

quanta auctoritate habenda sint, quia propter nos utique scripta sunt. cum uero dicit: figurae nostrae fuerunt et: in figura contingebant illis, ostendit iam non opus esse ut, cum res ipsas manifestas agimus, figurarum praenuntiantium celebrationi seruiamus. unde dicit alio loco: nemo ergo uos iudicet in cibo aut potu aut in parte diei festi aut neomeniae aut sabbatorum, quod est umbra futurorum. hic etiam cum dicit: nemo uos in eis iudicet, declarat quam non sit necesse ut haec obseruentur iam. cum autem dicit: quod est umbra futurorum, ostendit quam oportuerit ut illo tempore obseruarentur, quo ista quae nobis manifestata eluxerunt per tales umbras figurarum futura praedicebantur.

Proinde si Manichaei resurrectione domini iustificarentur, cuius resurrectionis dies ex die quidem passionis tertius, post diem tamen sabbati, hoc est post septimum octauus fuit, profecto spoliarentur carnali uelamento mortalium desideriorum et cordis circumcisione gaudentes non eam in carne adumbratam figuratamque deriderent tempore ueteris testamenti, quamuis iam tempore noui testamenti fieri obseruarique non cogerent. in quo enim membro congruentius expoliatio carnalis et mortalis concupiscentiae figuratur quam unde carnalis et mortalis fetus exoritur? sed, sicut dicit apostolus, omnia munda mundis.

2 I Cor. 10, 6 5 Coloss. 2, 16 sq. 23 Tit. 1, 15

3 contingebat D^1 in *ante* illis *add.* D^2 5 celebratione seruamus *v* 6 iudicit D^1 in potu (poto P^1) *DPTv* 7 neomoeniae *PV* neominiae *D* 8 hic] hoc v^1 9 iudicit D^1 iam haec obseruentur *DPTv* 12 nobis] iam nobis *T pr.* nobis iam *Dv* manifestate P^1 manifesta *Dv* luxerunt P^1 13 praedicabantur *DPv* 14 manichei* (s *ras.*) *P* 16 dies P^1 17 expoliarentur *DPTv* 18 circumsione gaudentis D^1 19 desiderent (s *in* r *corr. m. 2*) *P* 20 quamuis—testamenti *om.* D^1 21 cogerent (n *add. m. 2*) *D* 22 figuraretur *T* 23 foetus *T* festus *v*

XLI.

CVR IN TESTAMENTO VETERI QVIDAM CIBI CARNIVM VESCI PROHIBEANTVR, QVIBVS VEL ANIMAE IMMVNDAE SIGNIFICATAE SVNT VEL DOCTRINAE. ITEM EX EODEM LIBRO VI CONTRA FAVSTVM.

Testamento autem ueteri, ubi quidam cibi carnium prohi- 56
bentur, cur non sit contraria ista sententia, qua dicit apostolus: omnia munda mundis et omnis creatura bona est dei, si possunt, intellegant hoc apostolum de ipsis dixisse naturis, illas autem litteras propter quasdam praefigurationes tempori congruentes animalia quaedam non natura, sed significatione immunda dixisse. itaque, uerbi gratia, si de porco et agno requiratur, utrumque natura mundum est, quia omnis creatura dei bona est; quadam uero significatione agnus mundus, porcus immundus est. tamquam si stultum et sapientem diceres, utrumque hoc uerbum natura uocis, litterarum et syllabarum, quibus constat, utique mundum est; significatione autem unum horum uerbum, quod dicitur stultus, immundum dici potest, non natura sui, sed quoniam quiddam immundum significat. et fortasse quod est in rerum figuris porcus, hoc est in rerum genere stultus, et tam illud animal quam istae duae syllabae, quod dicitur stultus, quiddam unum idemque significat. immundum quippe illud animal in lege positum est eo quod non ruminet; non autem hoc eius uitium, sed natura est. sunt autem homines, qui per hoc animal significantur, immundi proprio uitio, non natura; qui cum

8 I Tim. 4, 4

1 *cap.* LIIII *T* LVI *D* LVII *Gv* 2 carnium] carnalium *D* 3 significandę D^2 4 VI *om. DPTv* 8 dei bona est *DPTv* 9 dixisse de ipsis *v* 10 quadam D^1 praefigurationis *P* 11 tempore *P* congruentis D^1 significationem munda M^1V 13 quia] qua *P* 15 est *om. v* tamquam] tam *T* 16 dicerer *v* et *post* uocis *add. DPTv* 17 constat utique] constitutiqué *Pv* mundus *v* 19 quidam D^1 21 porcos *V* et tam] etiam P^2T 23 itemque *D* 24 ruminat D^1 uitio D^1 25 hominis D^1 per] pro D^1

libenter audiant uerba sapientiae, postea de his omnino non cogitant. quod enim utile audieris, uelut ab intestino memoriae tamquam ad os cogitationis recordandi dulcedine reuocare quid est aliud quam spiritaliter quodam modo ruminare? quod qui non faciunt, illorum animalium genere figurantur; unde et ipsa a talibus carnibus abstinentia tale uitium nos cauere praemonuit. cum enim thesaurus desiderabilis sit ipsa sapientia, de hac munditia ruminandi alio loco ita scriptum est: thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, uir autem stultus gluttit illum. hae autem similitudines rerum in locutionibus uel obseruationibus figuratis propter quaerendi et comparandi exercitationem rationales mentes utiliter et suauiter mouent. sed priori populo multa talia non tantum audienda uerum etiam obseruanda praecepta sunt. tempus enim erat, quo non tantum dictis sed etiam factis prophetari oporteret ea quae posteriore tempore fuerant reuelanda. quibus per Christum atque in Christo reuelatis fidei gentium onera obseruationum non sunt imposita, prophetiae tamen auctoritas commendata.

XLII.

DE AZYMIS, SCENOPEGIA VEL CETERIS. EX LIBRO CONTRA FAVSTVM VI.

57 Non manducare azymum per statutos septem dies tempore ueteris testamenti peccatum fuit, tempore autem noui testamenti non est peccatum. sed in spe futuri saeculi, quam

9 Prou. 21, 20 23 cf. Ex. 12, 15

1 libenter *om.* D^1 2 recogitant *P* 3 os] hos *v* recordantur *v* dulcidine *D* 6 a *om.* D^1Tv carnibus *om.* D^1v tale] tali T^1 8 ruminando *v* 10 illud (d *a m. 2*) *P* illut *T* haec D^1M PT^1V similitudinis D^1 in similitudinis P^1 12 rationalis *P* 13 mentis *DP* utiliter] uiriliter *v* monent *T* 15 quo] quod T^1 16 prophetare D^1v oporterit D^1 posteriori *v* 17 reuelatis] reuelandis *T* 19 ē. hucusq; *post* commendata *add. P* 20 *cap.* LV *T* LVII *D* LVIII *Gv* 21 azima *libri* scenophegia DM^1v 22 VI] VII *libri* 23 azimum *Vv* statutus D^1 dieb. D^1

habemus in Christo, qui et animam nostram induens iustitia et corpus nostrum induens immortalitate totos nos innouat, credere aliquid ex ueteris corruptionis necessitate atque indigentia nos passuros uel acturos semper peccatum est, quamdiu uoluuntur isti septem dies, quibus peragitur tempus. sed hoc ueteris testamenti temporibus in figura occultatum a quibusdam sanctis intellegebatur, tempore autem noui testamenti in manifestatione reuelatum populis praedicatur. unde scriptura ipsa tunc erat praeceptum, nunc testimonium. scenopegia non celebrare aliquando peccatum fuit, nunc non est peccatum. tabernaculo autem dei, quod est ecclesia, non compaginari semper peccatum est. sed tunc agebatur sub praecepto figurato, nunc legitur in testimonio reuelato. nam et illud quod tunc factum est non diceretur tabernaculum testimonii, nisi alicui ueritati, quae suo tempore declaranda erat, quadam congruentia significationis attestaretur. lineis uestibus miscere purpuram et linostima ueste indui aliquando peccatum fuit, nunc non est peccatum. sed inordinate uiuere et diuersi generis professiones uelle miscere, ut uel sanctimonialis habeat ornamenta nuptarum uel ea quae se non continens nupsit speciem uirginis gerat, omni modo peccatum est; et si quid inconuenienter ex diuerso genere in uita cuiusque contexitur. uerum illud tunc figurabatur in uestibus, quod nunc declaratur in moribus; illud enim erat tempus significandi, hoc manifestandi. ergo ipsa scriptura, quae tunc fuit exactrix operum significantium, nunc testis est rerum significatarum; et quae tunc obseruabatur ad praenuntiationem, nunc recitatur ad confirmationem.

9 cf. Leu. 23, 34 16 cf. Deut. 22, 11

1 iustitiam *v* 2 immortalitatem *Pv* totus DP^1 4 nos] non (n *a m. 2 in ras.*) *P* passurus D^1 6 occultum *P* 9 schenophegiae *D* scenophegia *P* scenopheia *v* 11 tabernaculum D^1v 12 figuratio *D* 16 attestatur *v* lineis] in eis *Dv* misce D^1 purpora D^1 17 linostiam D^1 uestem D^1v 18 diuersis *T* professione D^1 19 misceri *v* sanctimoniales P^1 20 nuptiarum *DPTv* nubsit *MV* speciem *a*: spem *libri* 21 gerat] generat (ne *a m. 2*) *D* inuenienter *T* 23 moribus] mentibus *v* 25 exactrix (ctrix *a m. 2*) *T*

bouem et asinum ad operandum iungere tunc non licebat, nunc licet. declaratum est enim per apostolum, cum de boue triturante non infrenando scripturam recoleret dicentem: numquid de bubus cura est deo? quare ergo nunc legitur, quando hic quod prohibuit iam licet? quia idem ipse ibi secutus apostolus: propter nos, ait, scriptura dicit. et utique impium est ut non legamus nos quod scriptum est propter nos; magis enim propter nos, quibus manifestatur, quam propter illos, in quibus figurabatur. bouem quippe et asinum, si necesse sit, unusquisque sine detrimento operis iungit; sapientem uero et stultum, non ut unus praecipiat, alter obtemperet, sed pariter ex aequali potestate ut annuntient uerbum dei, non sine scandalo quisque comites facit. itaque eandem scripturam tenemus et tunc potestate praecipientem umbris tegendum quod nunc aperiretur, et nunc auctoritate attestantem luce apertum quod tunc tegebatur.

XLIII.

ETSI NOVERAMVS CHRISTVM SECVNDVM CARNEM, SED NVNC IAM NON NOVIMVS. EX LIBRO CONTRA FAVSTVM XI.

58 Etsi noueramus Christum secundum carnem, sed iam nunc non nouimus. ea ipsa circumstantia scripturae loci eius satis ostendit quid loquatur apostolus; suo quippe more uitam nostram futuram, quae iam in ipso homine mediatore Christo Iesu capite nostro resurgente completa est, ita

1 cf. Deut. 22, 10 3 I Cor. 9, 9 sq. 18 II Cor. 5, 16 sq.

2 libet *T* 3 trituranti *D* scriptura *P* recolerit *D* 4 bobus *v* 5 hic M^1V: hoc M^2: id *DPTv* idem] quidem *D* ipsi P^1; *om. v* ibi] sibi *P* 6 ait propter nos *DPTv* 9 illus D^1 11 obtemperit D^1 12 potestatem D^1 annuntiant *v* 13 scandalū D^1 faciat (a *del. m. 2*) *T* 14 potestatem *D* 15 nunc auctoritate] tunc potestate P^1v 17 *cap.* LVI *T* LVIII *D* LVIIII *v*; *om. GP* 18 etsi] qualiter intellegendum sit (est *P*) *praemittunt DP* nouerimus *v* 22 ea] ex *DP*

spe certa meditatur, tamquam iam sit praesensque teneatur. quae utique uita non erit secundum carnem, sicut iam Christi uita non est secundum carnem. carnem namque hoc loco non ipsam corporis nostri substantiam — quam dominus etiam post resurrectionem suam carnem appellat dicens: palpate et uidete quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere — sed corruptionem mortalitatemque carnis uult intellegi: quae tunc non erit in nobis, sicut iam in Christo non est. hanc enim proprie carnem nominabat, etiam cum de ipsa resurrectione satis euidenter loqueretur et diceret quod iam supra commemoraui: caro et sanguis regnum dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptionem possidebit. cum ergo factum fuerit quod ibi consequenter dicit: ecce mysterium dico uobis: omnes quidem resurgimus, non tamen omnes immutabimur, in atomo — id est in momento — in ictu oculi, in nouissima tuba; canet enim tuba, et mortui resurgunt incorrupti, et nos immutabimur. oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem: iam secundum id quod carnem non ipsam corporis substantiam, sed ipsam corruptionem mortalitatis appellat, non erit utique caro, quia corruptionem mortalitatis mutata non habebit. secundum autem ipsius substantiae corporisque originem eadem caro erit, quia ipsa resurget et ipsa mutabitur, quia et illud uerum est quod ait dominus, posteaquam resurrexit: palpate

5 Luc. 24, 39 11 I Cor. 15, 50 sqq.

1 meditor *v* praesensquae D^2TV teniatur D^1 2 sicut—sec. carnem *om. MV* 6 uidite D^1 carnem et ossa *Pv* 7 uiditis D^1 et *post* corruptionem *eras. in P* 8 carnes T^1 intellege D^1 iam *om. v* 10 ipsam M^1V *pr.* illa *v* 11 commemorauit *P* 12 possidire *D* 13 incorruptelam *v* possedebit *DP* 14 uobis dico *v* 15 omnis D^1 resurgemus *Pv* 16 athomo *v* iectu *V* 17 canit *T* cane*t (n *ras.*) *P* 18 resurgent *PTv*; *cf. p. 288, 1* 19 incorruptionem] incorruptibile *D* 20 immortalitate D^1P^1 22 (*et* 23) mortalitates D^1 24 subst. psius *v* substantiā *P* originem] ordinem *T* 25 resurgit D^1

et uidete quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere, et hoc uerum est quod ait apostolus: caro et sanguis regnum dei non possidebunt. illud enim dictum est secundum ipsam substantiam: quae etiam tunc erit, quia ipsa mutabitur; hoc autem dictum est secundum carnalem corruptionis qualitatem: quae tunc iam non erit, quia mutata caro non corrumpetur. noueramus ergo Christum secundum carnem, id est secundum carnis mortalitatem, antequam resurgeret; sed nunc iam non nouimus, quia, sicut dicit idem apostolus, Christus surgens a mortuis iam non moritur et mors ei ultra non dominabitur. nam si ad uerborum proprietatem te teneas, mentitus est quod ait: noueramus Christum secundum carnem, si Christus numquam fuit secundum carnem; nemo enim nouerat quod non erat. non autem dixit: putabamus Christum secundum carnem, sed noueramus. uerum tamen ut uerba non premam, ne quis affirmet per abusionem locutum apostolum, ut pro eo quod est „putabamus" diceret noueramus, illud miror non attendere homines caecos uel potius non miror non uidere caecos quia, si Christus ideo non habuit carnem, quia dixit apostolus nunc iam non se nosse Christum secundum carnem, nec illi habuerunt carnem de quibus in eodem loco dicit: itaque nos amodo neminem nouimus secundum carnem. neque enim de solo Christo id uolens intellegi posset dicere: neminem nouimus secundum carnem, ⟨sed quia illorum secum uitam futuram tamquam praesentem meditabatur qui resurgentes commuta-

10 Rom. 6, 9

1 uidite *D* 2 uiditis habire *D* uirum (i *in* e *corr.*) *D* 3 non possidebunt *V*: possidere (possedere *D*) non possunt *DPTv* 4 non *post* enim *add. DP¹v* 5 autem *om. v* 7 corrupetur *T* corruppitur *D* 9 resurgerit *D¹* 11 resurgens *DPTv* et *om. D¹P¹v* 13 te] *om. DTv*; *del. m. 2 in MV* 14 xp̄m *v* 17 uerbo *DPTv* praemam *DV* affirmit *D¹* 18 abbussionem *P* ut] et *P¹* putamus *PT* 19 hominis caecus *D¹* 20 uideri *P¹* caecus *D¹* quia si] quasi *T* 24 neque—carnem *om. T pr.* 25 possit *D¹P¹v* posse *T* 26 sed quia—carnem *a*: *om. libri*

buntur: amodo, inquit, neminem nouimus secundum carnem), id est: tam certam spem tenemus futurae nostrae incorruptionis et immortalitatis, ut amodo iam in ipsa notitia gaudeamus. unde alio loco dicit: si autem resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est ad dexteram dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram. nondum utique resurreximus sicut Christus, sed tamen secundum spem, quae nobis in illo est, iam nos cum illo resurrexisse testatus est. unde etiam dicit: secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. quis autem non intellegat in lauacro regenerationis spem nobis datam salutis futurae, non iam salutem ipsam, quae promittitur? et tamen quia certa spes est, tamquam iam data esset eadem salus, saluos nos, inquit, fecit. alio quippe loco dilucidissime dicit: nos in nobis ipsis ingemescimus adoptionem exspectantes, redemtionem corporis nostri. spe enim salui facti sumus, spes autem, quae uidetur, non est spes; quod enim uidet quis, quid sperat? si autem quod non uidemus speramus, per patientiam exspectamus. sicut ergo hic non dixit: salui futuri sumus, sed: amodo iam salui facti sumus, nondum tamen in re, sed in spe — spe enim, inquit, salui facti sumus — sic et ibi dictum est: amodo neminem nouimus secundum carnem, nondum in re, sed in spe intellegitur, quia nobis spes in Christo est, quia in illo iam completum est quod nobis promissum speramus. ille quippe iam resurrexit et mors ei ultra non dominabitur. quem etsi noueramus

4 Coloss. 3, 1 sq. 10 Tit. 3, 5 16 Rom. 8, 23 sqq.

2 tam] tam/// *PT* tamquam *Dv* 3 immortalitates D^1 ammodo DP^1 4 alio] et alio *DPv* 6 ad] in *v* 10 saluas *T* 12 labacro V^1 13 pmittitur (p *a m. 2 in ras.*) *P* 14 quia] quę *v* est] est et *v* salus eadem *v* 15 delucidissime DP^1 16 ingemiscimus *Dv* 19 uidit D^1 et *post* quid *add. DT* 22 futuri] facturi *DPv* sed—24 sumus *om. v* ammodo DP^1 nondum—sumus *om. D pr.* 25 intellegetur *D* 26 spes nobis *DPTv* 27 nobis] in nobis *DPv* sperabamus *v*

secundum carnem, cum adhuc moriturus esset — inerat quippe in eius corpore illa mortalitas, quam proprie carnem appellat apostolus — sed iam nunc non nouimus; illud enim eius mortale iam induit immortalitatem, unde secundum pristinam mortalitatem iam caro appellari non possit.

Itaque ipsius loci contextionem, ubi haec sententia est, de qua isti calumniantur, consideremus, ut hoc quod dico magis eluceat. caritas, inquit, Christi compellit nos iudicantes hoc, quoniam unus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt; et pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. itaque nos amodo neminem nouimus secundum carnem; etsi noueramus secundum carnem Christum, sed iam nunc non nouimus. certe iam nunc cuiuis apparet propter resurrectionem Christi hoc dixisse apostolum, quando quidem ista uerba illud praecessit: ut qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. quid est enim aliud: non sibi, sed illi uiuant, nisi ut non secundum carnem uiuant in spe terrenorum et corruptibilium bonorum, sed secundum spiritum in spe resurrectionis, quae iam ex ipsis in Christo facta est? itaque eorum pro quibus Christus mortuus est et resurrexit et qui iam non sibi, sed illi uiuunt, neminem secundum carnem apostolus nouerat propter spem futurae immortalitatis, in cuius expectatione bene uiuebant; quae in Christo non iam spes, sed res erat. quem etsi nouerat secundum carnem, cum adhuc moriturus esset, iam tamen non nouerat, quia eum

8 II Cor. 5, 14 sqq.

4 non *post* iam *add. Dv* 6 contextione D^1 7 ista *T* calomniantur D^1 considerimus D^1 9 quoniam] q. si *D* unus (i *eras.*) *P* 10 omnis D^1 11 ut] et *v* 15 cuiuis] cuus (i *add. m. 2*) *D* 20 non *om. PTpr.* 21 spiritum in *om. MV* spê *V* spē *M* 23 qui] quia D^1P^1Tv 24 uiuant *PT* 25 inmortalitates D^1 26 bene *om. DPTv* uiuebat P^2T uiuant *M* quae] quia *v* iam non *DPTv* 28 non *om. Dpr. T*

resurrexisse nouerat et ultra ei mortem non dominaturam. et quia omnes in illo, etsi nondum re, iam tamen spe hoc sumus, sequitur et dicit: si qua igitur in Christo, noua creatura; uetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua; omnia autem ex deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum. omnis ergo noua creatura — id est populus innouatus per fidem, ut habeat interim in spe quod in re postea perficiatur — in Christo habet iam quod in se sperat. itaque nunc uetera transierunt secundum spem, quia iam modo non est tempus ueteris testamenti, quo temporale atque carnale regnum exspectetur a deo; et facta sunt omnia noua secundum eandem spem, ut regnum caelorum, ubi nulla erit mors atque corruptio, promissum teneamus. in resurrectione autem mortuorum non iam secundum spem, sed secundum rem et uetera transibunt, cum inimica nouissima destruetur mors; et fient omnia noua, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem et mortale hoc induerit immortalitatem. quod iam factum est in Christo, quem secundum rem iam non nouerat Paulus secundum carnem. eorum uero pro quibus mortuus est et resurrexit, non secundum rem, sed secundum spem neminem nouerat secundum carnem, quia illius gratia, sicut idem ad Ephesios dicit, sumus salui facti. nam et ipse locus huic sententiae sic attestatur: deus autem, inquit, qui diues est in misericordia, propter multam dilectionem, qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. quod enim hic dixit: conuiuificauit nos Christo, hoc dixit ad Corinthios: ut qui

15 I Cor. 15, 26 et 53 23 Eph. 2, 4 sqq.

1 dominaturum P^1 3 creatura] natura *v* 4 ecce] et ecce *P* 5 reconchiliauit *V* 6 omnes DP^1 7 quod—iam *om. v* 8 pficiatur D^1 se (s *a m. 2 in ras.*) *D* re *P* 9 modo iam *DPTv* 10 tempus] temporis *P* 12 eadem D^1 nulla (a *a m. 2 in ras.*) *P* 15 rê *V* transierunt *T* 16 fiant *D* 17 indueret D^2v^1 incorruptione D^1T indueret *D* in*mortalitate D^1 22 ephesius D^1 23 sic *om. T* autem *om. v* 24 qui *om.* D^1 25 qua] quia *T* dilixit D^1 26 (*et* 27) conuiuificat *P* 28 chorinthios *T*

uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. et quod hic dicit: cuius gratia sumus salui facti, iam uelut perfectum sit loquitur quod in spe tenet; nam quod paulo ante commemoraui, apertissime alibi dicit: spe enim salui facti sumus. ideoque et hic sequitur et tamquam perfectum enumerat quod futurum est: et simul, inquit, excitauit et simul sedere fecit in caelestibus in Christo Iesu. certe enim in caelestibus Christus iam sedet, nondum autem nos; sed quia spe certa quod futurum est iam tenemus, simul sedere nos dixit in caelestibus, nondum in nobis, sed iam in illo. namque ne putares iam nunc esse perfectum quod in spe ita dicitur, tamquam perfectum sit, atque ut intellegas adhuc futurum, sequitur et dicit: ut ostenderet in superuenientibus saeculis superabundantes diuitias gratiae suae in ueritate super nos in Christo Iesu. hinc est et illud: cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quae per legem sunt, operabantur in membris nostris, ut fructum ferrent morti. ita enim dixit: cum essemus in carne, quasi iam non essent in carne. quod ita intellegitur: cum essemus in spe rerum carnalium, quando lex, quae impleri non potest nisi per caritatem spiritalem, ad hoc super eos erat, ut per praeuaricationem abundaret delictum, ut postea reuelato nouo testamento per indulgentiam superabundaret gratia. hinc similiter alibi dicit: qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. et ne putaret eos quisquam dictos qui nondum mortui sunt, statim subiecit: uos autem non estis in carne, sed in spiritu; id est: qui in spe carnalium bonorum sunt, deo

5 Rom. 8, 24 17 Rom. 7, 5 23 cf. Rom. 5, 20 26 Rom. 8, 8 sq.

1 ei* *T* 6 pfectum D^1 7 *ante* sedere *ras. 4 litt. in T* 9 sedit D^1 10 spem certam D^1 11 illa *P* 12 iam] nam *P* non *v* perfectam T^1 14 ostenderit D^1 17 passionis D^2 19 ferent *P* 20 essent] esset *T* 21 spe* (m *eras.*) *P* 23 hoc] huc D^1 per praeu. ut abundaret *T* 24 habundaret D^1P delectum *D* reuelato (o *a m. 2*) *P* 27 quisquam eos *DPTv*

placere non possunt; uos autem non estis in spe carnalium, sed in spe spiritalium, id est regni caelorum, ubi et ipsum corpus per illam mutationem in suo quodam genere spiritale erit, quod modo animale est. seminatur enim corpus animale, sicut ad Corinthios idem dicit, resurget corpus spiritale. si ergo neminem eorum iam nouerat secundum carnem apostolus, qui propterea dicebantur non esse in carne, quia non erant in spe rerum carnalium, quamuis adhuc corruptibilem carnem mortalemque portarent, quanto expressius de Christo diceret quod eum iam non nouerat secundum carnem, in cuius corpore etiam re ipsa iam perfectum erat quod illi in spe promissum tenebant?

XLIIII.

DE SEX DIEBVS IN GENESI ET SEX AETATIBVS, VEL DE CONIVGE FACTA EX VIRI LATERE DORMIENTIS. EX LIBRO CONTRA FAVSTVM XII.

Sex diebus in Genesi consummauit deus omnia opera sua 59
et septimo requieuit. sex aetatibus humanum genus hoc saeculo per successiones temporum dei opera insigniunt. quarum prima est ab Adam usque ad Noe, secunda a Noe usque ad Abraham, tertia ab Abraham usque ad Dauid, quarta a Dauid usque ad transmigrationem in Babyloniam, quinta inde usque ad humilem aduentum domini nostri Iesu Christi, sexta quae nunc agitur, donec excelsus ueniat ad iudicium. septima uero intellegitur in requie sanctorum non in hac uita, sed in alia, ubi uidit requiescentem pauperem diues ille, cum apud inferos torqueretur, ubi non fit uespera, quia nullus ibi rerum defec-

4 I Cor. 15, 44 17 cf. Gen. 2, 1 sq. 26 cf. Luc. 16, 23

4 quod] quodam *v* in *ante* corpus *add. V* 6 nouerat iam *P* 11 rem ipsam *v* 12 tenebat *D* 13 *cap.* LVII *T* LVIIII *D*; *om. GPv* 14 genesis (in *om.*) *P* 15 uiri] uirili *P* 18 hoc] in hoc *T* 19 successionem P^2 (*in ras.*) *v* 20 a noe (usque *om.*) D^1 ad] ab *P* 21 ab] ad *PT* a] ad *PT* 22 in *om. T* 25 requi*e D* 26 uidet *v* uidit (ci *a m. 2*) *D* inferus D^1

tus est. sexto die in Genesi formatur homo ad imaginem dei: sexta aetate saeculi manifestatur reformatio nostra in nouitate mentis secundum imaginem eius qui creauit nos, sicut dicit apostolus. fit uiro dormienti coniunx de latere: fit Christo morienti ecclesia de sacramento sanguinis, qui de latere mortui profluxit. uocatur Eua uita, mater uiuorum, quae de uiri sui latere facta est: et dicit dominus in euangelio: si quis non manducauerit carnem meam et biberit sanguinem meum, non habebit in se uitam. et omnia, quae illic intelleguntur, enucleate minutatimque tractanda, Christum et ecclesiam praelocuntur siue in bonis christianis siue in malis. neque enim frustra dixit apostolus: Adam, qui est forma futuri; et illud: relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. sacramentum, inquit, hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia. quis enim non agnoscat Christum eo modo reliquisse patrem, quo, cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens? reliquisse etiam matrem, synagogam Iudaeorum ueteri testamento carnaliter inhaerentem, et adhaesisse uxori suae sanctae ecclesiae, ut pace noui testamenti essent duo in carne una? quia cum sit deus apud patrem, per quem facti sumus, factus est per carnem particeps noster, ut illius capitis corpus esse possimus.

1 cf. Gen. 1, 27 3 cf. Coloss. 3, 10 4 cf. Gen. 2, 22 6 cf. Io. 19, 34 8 Io. 6, 53 13 Rom. 5, 14 Eph. 5, 31 sq. 18 Philipp. 2, 6 sq.

1 est *om. v* 3 nouitatem *DPv* menti* (s *ras.*) *P* 4 sicuti *D* uiro] uero $D^1M^1V^2$ dormiente *Dv* coniux *DPT* 5 moriente *Dv* 6 proflixit *T* uocatur] uocauit D^1 8 et] et non *DPv* 10 minutamque *P* 11 xp̄o D^1 praeloquuntur *DT* 13 et] ut *T* 14 uxore *D* 15 duae *P* hoc inquit *DPTv* 18 quo D^2MP^2TVv: qui D^1P^1 rapinam (m *del. m. 2*) *D* 19 esse se aequalē *P* 22 adhasisse *T* hesisse *v* sc̄a *T* 25 nostri D^1 P^1T 26 possemus *DPTv*

XLV.

QVOD CAIN ET ABEL DVOS POPVLOS FIGVRAVERINT, ET QVI OCCIDERIT CAIN SEPTEM VINDICTAS EXSOLVET; VEL DE SIGNO, QVOD POSVIT DEVS IN CAIN. ITEM EX EODEM LIBRO XII CONTRA FAVSTVM.

Itaque occiditur Abel minor natu a fratre maiore natu: occiditur Christus, caput populi minoris natu, a populo Iudaeorum maiore natu; ille in campo, iste in Caluariae loco. interrogat deus Cain non tamquam ignorans eum a quo discat, sed tamquam iudex reum, quem puniat, ubi sit frater eius. respondit ille nescire se nec eius se custodem: usque adhuc quid nobis respondent Iudaei, cum eos de ⟨dei⟩ uoce, hoc est de sanctarum scripturarum uoce, interrogamus de Christo, nisi nescire se Christum quem dicimus? fallax enim Cain ignoratio Iudaeorum est falsa negatio. essent autem quodam modo Christi custodes, si christianam fidem accipere et custodire uoluissent. nam qui custodit in corde suo Christum, non dicit quod Cain: numquid ego custos sum fratris mei? dicit deus ad Cain: quid fecisti? uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: sic arguit in scripturis sanctis uox diuina Iudaeos. habet enim magnam uocem Christi sanguis in terra, cum eo accepto ab omnibus gentibus respondetur: amen. haec est clara uox sanguinis, quam sanguis ipse exprimit ex ore fidelium eodem sanguine redemtorum.

Dicit deus ad Cain: et nunc maledictus tu a terra, quae aperuit os suum accipere sanguinem fratris

60

2 Gen. 4, 15 10 cf. Gen. 4, 9 sq. 25 Gen. 4, 11 sq.

1 *cap.* LVIII *T* LX *D* LXI *v*; *om. GP* 2 figurauerunt *D* 3 soluit D^1 4 item *om. DPT* 6 (*et* 7) occidetur D^1 maiori P^1 8 maioris P^2 caluario *T* 10 re*um *T* 11 eius esse (*om.* se) D^1v; se esse D^2 12 quid] qđ *v* de dei *scripsi:* de *libri* dei *a* 13 sanctarum (de *om.*) *DPTv* 14 xp̄o D^1 15 negotio P^1 ipsi *post* autem *add. DPTv* 18 custus D^1 19 deus] dn̄s *T* 22 responderunt P^1v 24 expraemit *D* sanguine] D^2 *in ras.* sanguinem *V* 25 deus] dns *P* eris *ante* tu *add. DPv*

tui de manu tua; quoniam operaberis terram, et non adiciet dare uirtutem tibi suam; gemens et tremens eris in terra. non dixit: „maledicta terra“ sed maledictus tu a terra, quae aperuit os suum excipere sanguinem fratris tui de manu tua. maledictus est enim populus Iudaicus infidelis a terra, id est ab ecclesia, quae aperuit os suum in confessione peccatorum accipere sanguinem Christi, qui fusus est in remissione peccatorum de manu persecutoris nolentis esse sub gratia, sed sub lege, ut esset ab ecclesia maledictus, id est ut eum intellegeret et ostenderet ecclesia maledictum dicente apostolo: quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt legis. deinde cum dixisset: maledictus tu a terra, quae aperuit os suum accipere sanguinem fratris tui de manu tua, non dixit: „quoniam operaberis eam“ sed ait: quoniam operaberis terram et non adiciet uirtutem suam dare tibi. unde non est necesse eandem terram intellegere operari Cain, quae aperuit os accipere sanguinem fratris de manu eius; sed ideo maledictus intellegitur ab hac terra, quoniam operatur terram, quae non adiciet uirtutem suam dare illi; id est, ideo populum Iudaeorum maledictum agnoscit et ostendit ecclesia, quoniam occiso Christo adhuc operatur terrenam circumcisionem, terrenum sabbatum, terrenum azymum, terrenum pascha. quae omnis terrena operatio habet occultam uirtutem intellegendae gratiae Christi, quae non datur Iudaeis in impietate et infidelitate perseuerantibus, quia nouo testamento reuelata est; et non transeuntibus ad dominum non eis aufertur uelamen, quod in

11 Gal. 3, 10

1 operaueris P^2T^1 2 uirtutem suam dare tibi $DPTv$ 5 maledictus — confessione P^2 *in ras.* 7 confessionem D^1v 8 fusus] effusus M remissionem $DPTv$ 9 persecutores D^1 nolentes Dv gratiam V 11 maledictam D^1 *post* dicente *ras. 5 litt. in* T 12 *prius* sunt *om.* T 15 tui] tua T^1 operaueris DP^2T^1v 16 operaueris DP^2T^1 adicietur v 17 eadem T 18 operare D 21 pupulum P^1 22 ecclesiam D^1 24 azimum Tv azymam V omnes P^1 25 intellegentiae D^2

lectione ueteris testamenti manet, quia in solo Christo euacuatur, non ipsa lectio ueteris testamenti, quae habet absconditam uirtutem, sed uelamen, quo absconditur. unde Christo in cruce passo uelum templi conscissum est, ut per Christi passionem reuelentur secreta sacramentorum fidelibus ad bibendum eius sanguinem ore aperto in confessione transeuntibus. propterea populus ille sicut Cain adhuc operatur terram, adhuc exercet operationem legis carnaliter, quae non ei dat uirtutem suam, quia in ea non intellegit gratiam Christi. propterea et in ipsa terra, quam Christus portauit, id est in eius carne, ipsi operati sunt salutem nostram crucifigendo Christum, qui mortuus est propter delicta nostra. nec eis dedit eadem terra uirtutem suam, quia non iustificati sunt uirtute resurrectionis eius qui resurrexit propter iustificationem nostram; quia etsi crucifixus est in infirmitate, sed uiuit in uirtute dei, sicut dicit apostolus. haec ergo est uirtus terrae illius, quam non ostendit impiis et incredulis. unde nec resurgens eis a quibus erat crucifixus apparuit, tamquam Cain operanti terram, ut granum illud seminaretur, non ostendens eadem terra fructum uirtutis suae: quoniam operaberis, inquit, terram et non adiciet uirtutem suam dare tibi; gemens et tremens eris in terra.

Nunc ecce quis non uideat, quis non agnoscat in tota terra, quacumque dispersus est ille populus, quomodo gemat maerore amissi regni et tremat timore sub innumerabilibus populis christianis? ideoque respondit Cain et dixit: maior est causa mea; si eicis me hodie a facie terrae, et a facie tua abscondar, et ero gemens et tremens

1 cf. II Cor. 3, 14 sqq. 4 cf. Matth. 27, 51 14 cf. Rom. 4, 25 II Cor. 13, 4 26 Gen. 4, 13 sq.

2 quae] qui P^1 3 quo] quod *DPTv* 6 confessionem *DPv* 9 ea] eo *P* 10 carnem DP^1T 12 dilecta D^1 terram D^1 13 suam *om.* T^1 uirtute* (m *eras.*) *P* 14 quia] qui *P* etsi] et sic *v* 18 operantem D^1 19 illum D^2 terram *V*; m *del. m. 1* 20 uirtutes D^1 operaueris *D* 23 quis *alterum om. P* 24 qacumque *D* 25 amisi *P* 27 causam meam D^1 28 abscondas P^1

super terram, et erit omnis, qui inuenerit me, occidet me. uere inde gemit et tremit, ne regno etiam terreno perdito ista uisibili morte occidatur. hanc dicit maiorem causam quam illam, quod ei non dat terra uirtutem suam, ne spiritaliter moriatur. carnaliter enim sapit et abscondi a facie dei, id est iratum habere deum, graue non putat nisi ne inueniatur et occidatur. carnaliter sapit tamquam operans terram, cuius uirtutem non accipit. sapere autem secundum carnem mors est; quam ille non intellegens amisso regno gemit et corporalem mortem tremit. sed quid ei respondit deus? non sic, inquit; omnis qui occiderit Cain, septem uindictas exsoluet; id est, non sic, quomodo dicis; non corporali morte interibit genus impium carnalium Iudaeorum. quicumque enim eos ita perdiderit, septem uindictas exsoluet; id est, auferet ab eis septem uindictas, quibus alligati sunt propter reatum occisi Christi, ut hoc toto tempore, quod septenario dierum numero uoluitur, magis quia non interit gens Iudaea satis appareat fidelibus christianis, quam subiectionem meruerint qui superbo regno dominum interfecerunt.

Et apposuit dominus deus Cain signum, ne eum occidat omnis, qui inuenerit. hoc re uera multum mirabile est quemadmodum omnes gentes, quae a Romanis subiugatae sunt, in ritum Romanorum sacrorum transierint eaque sacrilegia obseruanda et celebranda susceperint, gens autem Iudaea siue sub paganis regibus siue sub christianis non amiserit signum legis suae, quo a ceteris gentibus populisque

8 cf. Rom. 8, 6 21 Gen. 4, 15

1 occidit D^1 occidat P^1 4 terra non dat *DPTv* 5 abscondit *D* 6 iratum *om.* T^1 7 enim *ante* sapit *add. DPTv* 8 accepit P^1 n̄ *post* autem *eras. in D* 10 corporali morte *P* 11 in *post* Cain *eras. in D* 12 (*et* 14) exsoluit *D* 14 ita *om. v* 15 auferit D^1 allegati *P* 16 quod] quo *D* 17 septinario DPT^2 uoluetur D^1 19 meruerunt *DT* 21 posuit P^2T Cain] in cain P^2T 23 omnis gentis D^1 a *om. v* 24 ir ritum *V* transierunt D^1P^1 25 susciperint *v*

distinguitur; et omnis imperator uel rex, qui eos in regno suo inuenit, cum ipso signo eos inuenit nec occidit, id est non efficit ut non sint Iudaei, certo quodam et proprio suae obseruationis signo a ceterarum gentium communione discreti, nisi quicumque eorum ad Christum transierint, ut iam non inueniatur Cain nec exeat a facie dei nec habitet in terra Nam, quod dicitur interpretari „commotio". contra quod malum deus rogatur in psalmo: ne dederis in motum pedes meos, et: manus peccatorum non moueat me.

XLVI.

QVOD DIVERSIS MODIS POSSIT INTELLEGI: SI RECTE OFFERAS, RECTE AVTEM NON DIVIDAS, PECCASTI. EX LIBRO DE CIVITATE DEI XV.

Cum deus locutus est ad Cain eo more, quo cum primis 61
hominibus per creaturam subiectam uelut eorum socius forma congrua loquebatur, quid ei profuit? nonne conceptum scelus in necando fratre etiam post uerbum diuinae admonitionis impleuit? nam cum sacrificia discreuisset amborum, in illius respiciens, huius despiciens — quod non dubitandum est potuisse cognosci signo aliquo attestante uisibili — et hoc ideo fecisset deus, quia mala erant opera huius, fratris uero eius bona, contristatus est Cain ualde et concidit facies eius. sic enim scriptum est: et dixit dominus ad Cain: quare tristis factus es et quare concidit facies tua? nonne si

8 Ps. 65, 9 9 Ps. 35, 12 11 Gen. 4, 7 23 Gen. 4, 6 sq.

1 distinguetur D^1 3 effecit P^1 4 communioni T^1 commutionem D 5 transierunt D^1P^1Tv non iam T 6 nec] ne P^1v exiat D nec] ne V abitet T^1 7 Nam V: naim DPv nain T interpretare D commutio D 8 motu v pedis meus D^1 10 *cap.* LVIIII T LXI D LXII v; *om.* GP 11 possit *om.* P intellege D^1 intellegitur P 12 autem *om.* P 15 socios P^1 16 quid] quod $Tpr.$ 17 negando DP ammonitiones impliuit D^1 18 cum *om.* v discreuissit D^1 19 dispiciens DP 21 huius] eius T

recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti? quiesce; ad te enim conuersio eius et tu dominaberis illius? in hac admonitione uel monitu, quem deus protulit ad Cain, illud quidem quod dictum est: nonne si recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti? quia non elucet cur uel unde sit dictum, multos sensus peperit eius obscuritas, cum diuinarum scripturarum quisque tractator secundum fidei regulam id conatur exponere. recte quippe offertur sacrificium, cum offertur deo uero, cui uni tantummodo sacrificandum est. non autem recte diuiditur, dum non discernuntur recte uel loca uel tempora uel res ipsae, quae offeruntur, uel qui offert, cui offertur, uel hi quibus ad uescendum distribuitur quod oblatum est, ut diuisionem hic discretionem intellegamus; siue cum offertur ubi non oportet aut quod non ibi, sed alibi oportet, siue cum offertur quando non oportet aut quod non tunc, sed alias oportet, siue cum offertur id quod nusquam et numquam penitus debuit, siue cum electiora sibi eiusdem generis rerum tenet homo quam sunt ea quae offert deo; siue eius rei, quae oblata est, fit particeps profanus aut quilibet quem fas non est fieri. in quo autem horum deo displicuerit Cain, facile non potest inueniri. sed quoniam Iohannes apostolus, cum de his fratribus loqueretur: non sicut Cain, inquit, ex maligno erat et occidit fratrem suum; et cuius rei gratia occidit? quia opera illius maligna fuerunt, fratris autem eius iusta, datur intellegi propterea deum

23 I Io. 3, 12

2 dominaueris DT^1 3 munitu T 4 protullit D^1 est *om.* T 5 autem] hoc P 6 multus DP 8 tractatur D^1 tractor P^1V 9 sacrificium cum offertur *om.* D^1v 10 deuiditur D^1 11 uel loca recte $Tpr.$ 12 quae] qui T^1 uel qui—offertur *om.* v cui] et cui DPT hi] in P^1 13 distribuetur D deuisionem his D^1 14 discritionem intellegimus D^1 15 (*et* 16) oportit D^1 17 id offertur $DPTv$ 18 sibi] siue D 20 prophanus V quilebit D^1 22 inuenire D^1P^1 iohannis D^1 23 ex] qui ex Tv 25 gratia] grata T 26 fratris (tris *a m. 2*) D intellege D^1

non respexisse in munus eius, quia hoc ipso male diuidebat, dans deo aliquid suum, sibi autem se ipsum. quod omnes faciunt, qui non dei, sed suam sectantes uoluntatem, id est non recto, sed peruerso corde uiuentes, offerunt tamen deo munus, quo putant eum redimi, ut eorum non opituletur sanandis prauis cupiditatibus, sed explendis. et hoc est terrenae proprium ciuitatis, deum uel deos colere, quibus adiuuantibus regnet in uictoriis et pace terrena, non caritate consulendi, sed dominandi cupiditate. boni quippe ad hoc utuntur mundo ut fruantur deo, mali autem contra ut fruantur mundo uti uolunt deo: qui tamen eum uel esse uel res humanas curare iam credunt. sunt enim multo deteriores qui ne hoc quidem credunt. cognito itaque Cain quod super eius germani sacrificium nec super suum respexerat deus, utique fratrem bonum mutatus imitari, non elatus debuit aemulari; sed contristatus est et concidit facies eius. hoc peccatum maxime arguit deus, tristitiam de alterius bonitate, et hoc fratris. hoc quippe arguendo interrogauit dicens: quare contristatus es et quare concidit facies tua? quia enim fratri inuidebat deus uidebat et hoc arguebat. nam hominibus, quibus absconditum est cor alterius, esse posset ambiguum et prorsus incertum utrum illa tristitia malignitatem suam, in qua se deo displicuisse didicerat, an fratris doluerit bonitatem, quae deo placuit, cum in sacrificium eius aspexit. sed rationem reddens deus, cur eius oblationem accipere noluerit, ut sibi ipse potius merito quam ei frater immerito displiceret, cum esset iniustus non recte diuidendo, hoc est non recte uiuendo,

1 munus] manus *V* ipsum *v* 2 omnis *D* 3 sua *D* 5 quo] qui eo P^2T non ut eorum *v* opitulentur D^1 6 terraenae (a *del. m. 1*) *V* 8 regnat D^2 reget *P* regit D^1 uicturiis *D* consolendi *D* 9 huc *D* 11 eom *T pr.* 12 ne] nec *DPv* 13 cognita *DP* cognitio *T* 14 respexerit *T* deus] dn̄s *v* 15 aelatus *V* 16 facies *a m. 2 in ras. T* 17 bonitatem *MV* 20 quibus *om. DP*^{1} 21 possit *D* 22 illa *om. T* malignitate sua *V* 23 doluerit fratris *v* bonitate *v* 24 aspexit] respexisset *T* 25 deo *v* cur] cor D^1 noluit *T* 26 displicerit D^1 27 essit iniustos D^1 hoc est—quam esset T^2 *in ras.*

et indignus cuius approbaretur oblatio, quam esset iniustior, quod fratrem iustum gratis odisset, ostendit, non tamen eum dimittens sine mandato sancto, iusto et bono: quiesce, inquit; ad te enim conuersio eius et tu dominaberis illius. numquid fratris? absit. cuius igitur nisi peccati? dixerat enim: peccasti; tum deinde addidit: quiesce; ad te enim conuersio eius et tu dominaberis illius. potest quidem ita intellegi ad ipsum hominem conuersionem esse debere peccati, ut nulli alii sciat quam sibi tribuere debere quod peccat. haec est enim salubris paenitentiae medicina et ueniae petitio non incongrua, ut, ubi ait: ad te enim conuersio eius, non subaudiatur „erit“ sed „sit“, praecipientis uidelicet, non praedicentis modo. tunc enim dominabitur quisque peccato, si id sibi non defendendo praeposuerit, sed paenitendo subiecerit. alioquin et illi seruiet dominanti, si patrocinium adhibuerit accidenti. sed ut peccatum intellegatur concupiscentia ipsa carnalis, de qua dicit apostolus: caro concupiscit aduersus spiritum, in cuius carnis fructibus et inuidiam commemorat, qua utique Cain stimulabatur et accendebatur in fratris exitium, bene subauditur „erit“, id est: ad te enim conuersio eius erit et tu dominaberis illius. cum enim commota fuerit pars ipsa carnalis, quam peccatum appellat apostolus, ubi dicit: non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum — quam partem animi etiam philosophi dicunt esse uitiosam, non quae mentem debeat trahere, sed cui mens debeat imperare eamque

17 Gal. 5, 17 23 Rom. 7, 17

1 essit D^1 2 odisset *V*: occidisset D^2PTv occidissit et D^1 3 iusto et sancto P^2 4 (*et* 7) conuersatio *P* dominaueris DT^1 6 tum] dum *D* addedit *D* 8 intellege D^1 conuersationem P^1 9 quam sibi sciat *DPT* debere *om. T* 10 paenetentiae *D* medicinae D^1v 11 ut *om.* D^1 12 sit *om. T* 13 praedicantis *v* dominabatur D^1 14 praeposuerat T^1 15 dominante D^1 16 accidendi *MV* accedenti DP^1v 17 *post* caro *ras. 3 litt. in T* 18 fructibus] operis *add.* D^2 *supr. uers.* 19 qua] quia *T* 20 subaudiatur (a *ras.*) *D* erit *om. T* 21 dominaueris D^1T^1 22 enim *om.* P^2T 26 trahere] tradere *v*

ab inlicitis operibus ratione cohibere — cum ergo commota fuerit ad aliquid perperam committendum, si quiescatur et obtemperetur dicenti apostolo: nec exhibueritis membra uestra arma iniquitatis peccato, ad mentem domita et uicta conuertitur, ut subditae ratio dominetur. hoc praecipit deus huic, qui facibus inuidiae inflammabatur in fratre et quem debuerat imitari cupiebat auferri: quiesce, inquit; manus ab scelere contine, non regnet peccatum in tuo mortali corpore ad oboediendum desideriis eius nec exhibeas membra tua arma iniquitatis peccato; ad te enim conuersio eius — dum non adiuuatur relaxando, sed quiescendo frenatur — et tu dominaberis illius, ut cum forinsecus non permittitur operari, sub potestate mentis regentis et beneuolentis assuescat etiam intrinsecus non moueri. dictum est enim aliquid tale in eodem diuino libro et de muliere, quando post peccatum deo interrogante atque iudicante damnationis sententiam acceperunt, in serpente diabolus et in se ipsis illa et maritus. cum enim dixisset ei: multiplicans multiplicabo tristitias tuas et gemitum tuum et in tristitiis paries filios, deinde addit: et ad uirum tuum conuersio tua et ipse tui dominabitur. quod dictum est ad Cain de peccato uel de uitiosa carnis concupiscentia, hoc isto loco de peccatrice femina; ubi intellegendum est uirum ad regendam uxorem animo carnem regenti similem esse oportere. propter quod dicit apostolus: qui diligit uxorem suam, se ipsum

3 Rom. 6, 13 18 Gen. 3, 16 25 Eph. 5, 28 sq.

1 cummota D^1 commemorata *v* 2 perpera D^1v si *om. v* 3 dicente *DPv* nec] ne P^2T 4 domitam D^1Pv dominata D^2 5 uictam D^1v praecepit *DPT* 6 fratrem *P* 7 imitare D^1 8 mortale D^1 9 exibeas P^1T menbra *T* 11 adiubatur *D* 12 dominaueris *D* ut cum forinsecus] si eum (enim *v*) extrinsecus *Dv* permittetur DP^1 13 potestatem *T* regentes et beneuolentes D^1 14 enim *om. DPTv* tale aliquid *DPTv* 17 acciperunt *DV* in se (et *eras.*) *P* 18 dixissit D^1 multiplans *P* 19 tuas *om. v* tristitia DP^2T 20 addidit *DP Tv* conuersatio *T* 21 ipsi D^1 23 femena D^1 ubi] ibi D^1 24 regente *D* simile *V* oportere* (t *eras.*) *P*

diligit; nemo enim umquam carnem suam odio habuit. sananda enim sunt haec sicut nostra, non sicut aliena damnanda. sed illud dei praeceptum Cain sicut praeuaricator accepit: inualescente quippe inuidiae uitio fratrem insidiatus occidit. talis erat terrenae conditor ciuitatis. quomodo autem significauerit etiam Iudaeos, a quibus Christus occisus est, pastor ouium hominum, quem pastor ouium pecorum praefigurabat Abel, quia in allegoria prophetica res est, parco nunc dicere et quaedam hinc aduersus Faustum Manichaeum dixisse me recolo, quod post septem dies, ex quo ingressus est Noe in arcam, factum est diluuium: quia in spe futurae quietis, quae septimo die significata est, baptizamur; quod praeter arcam omnis caro, quam terra sustentabat, diluuio consumta est: quia praeter ecclesiae societatem aqua baptismi, quamuis eadem sit, non solum non ualet ad salutem, sed ualet potius ad perniciem; quod quadraginta diebus et quadraginta noctibus pluit: quia omnis reatus peccatorum, qui in decem praeceptis legis admittitur per uniuersum orbem terrarum, qui quattuor partibus continetur — decem quippe quater ducta quadraginta fiunt — siue ille reatus quod ad dies pertinet ex rerum prosperitate siue quod ad noctes ex rerum aduersitate contractus sit, sacramento baptismi caelestis abluitur.

10 *Ex lib.* c. Faust. XII, 17 16 cf. Gen. 7, 4

3 praeuaricatur *D* 4 inuidiae] inuidentiae *DP* insidiatos D^1 5 tales D^1 9 hinc *om.* *T* manicheum *DPTv* 10 ingressus (est *om.*) *T* 11 arca *D* factum] fustum T^1 diluuium *om.* P^1 15 in solum (*om.* non) *D* ualeat D^1Pv ualeat D^1 *Pv* 17 in *om.* D^1P^1 decim DP^1T 19 contenetur *D* 20 fiunt] faciunt *P* ad] a *P* pertenit D^1 21 noctis *Dv* 22 sacramenta *P* abluitur (b *ex* d *corr. m. 2*) *P*

XLVII.

DE SEPTENARIO REQVIEI ET OCTONARIO RESVRRECTIONIS NVMERO, VEL DE EMISSIONE CORVI ET COLVMBAE. EX LIBRO CONTRA FAVSTVM XII.

Et quod uicesimus et septimus dies mensis commemoratur, 62
ad eiusdem quadraturae significationem pertinet, quae iam in quadratis lignis exposita est. sed hic euidentius, quia nos ad omne opus bonum paratos, id est quodam modo conquadratos, trinitas perficit in memoria, qua deum recolimus, in intellegentia, qua cognoscimus, in uoluntate, qua diligimus; tria enim ter et hoc ter fiunt uiginti septem, qui est numeri ternarii quadratus. quod septimo mense arca sedit, hoc est requieuit, ad illam septimanam requiem significatio recurrit; et quia perfecti requiescunt, ibi quoque illius quadraturae numerus iteratur. nam uicesima septima die secundi mensis commendatum hoc sacramentum. et rursus uicesima et septima die septimi mensis eadem commendatio confirmata est, cum arca requieuit. quod enim promittitur in spe, hoc exhibetur in re. porro quia ipsa septima requies cum octaua resurrectione coniungitur — neque enim reddito corpore finitur requies, quae post hanc uitam excipit sanctos, sed potius totum hominem non adhuc spe, sed iam re ipsa omni ex parte et spiritus et corporis perfecta immortali salute renouatum in

12 cf. Gen. 8, 4 et 14

1 *cap.* LX *T* LXII *D* LXIII *v*; *om. GP* 2 septinario *DT* octogenario *v* resurrectiones T^1 3 ex] item ex *DPTv* 4 XI D^1v 5 uicensimus T^1 uicinsimus *D* commemoratus *T* 7 lingnis *P* 8 omni P^1 °ppus (o *add. m. 2*) *T* paratus D^1 P^1 conquadratus P^1 9 perfecit *v* 10 qua cognoscimus] quia c. T^1v 11 hoc] oc *P* numerus *v* 12 quadratos *T* 13 septimam M^1P^2v requie D^1 14 ibi] ubi *v* 15 uicensima P^1T uicinsima *D* secundi—septima *om.* P^1 secundo D^1 16 est *ante* hoc *add.* DP^2Tv uicisima *D* et *alterum om. Dv* 17 die septimi *om. P* confirma D^1 18 ergo *post* arca *add. v* 21 excoepit *P* 22 spe] in spe *P* iam] etiam P^1v 23 et corporis et spir. perfecte *v* salutem P^1

aeternae uitae munus assumit — quia ergo septima requies cum octaua resurrectione coniungitur, et hoc in sacramento regenerationis nostrae, id est in baptismo, altum profundumque mysterium est: quindecim cubitis supercreuit aqua excedens altitudinem montium, id est hoc sacramentum transcendit omnem sapientiam superborum. septem quippe et octo coniuncta quindecim fiunt. et quia septuaginta a septem et octoginta ab octo denominantur, coniuncta ab utroque numero CL diebus exaltata est aqua, eandem commendans nobis atque confirmans altitudinem baptismi in consecrando nouo homine ad tenendam quietis et resurrectionis fidem.

Quod post dies quadraginta emissus coruus non est reuersus, aut aquis utique interceptus aut aliquo supernatante cadauere inlectus, significat homines immunditia cupiditatis teterrimos et ob hoc ad ea quae foris sunt in hoc mundo nimis intentos aut rebaptizari aut ab his quos praeter arcam, id est praeter ecclesiam, baptismus occidit, seduci et teneri. quod columba emissa non inuenta requie reuersa est, ostendit per nouum testamentum requiem sanctis in hoc mundo non esse promissam. post quadraginta enim dies emissa est; qui numerus uitam, quae in hoc mundo agitur, significat. denique post septem dies dimissa, propter illam septenariam operationem spiritalem, oliuae fructuosum surculum rettulit, quo significaret nonnullos etiam extra ecclesiam baptizatos, si eis pinguido de non fuerit caritatis, posteriore tempore quasi uespere in ore columbae tamquam in osculo pacis ad unitatis societatem

4 cf. Gen. 7, 20 12 cf. Gen. 8, 6 sqq.

2 regenerationes D^1 4 aquam V excidens altitudine D^1 5 hoc *om.* D^1v trascendit T transcindit D^1 7 fiunt] faciunt DP 9 eadem M^1TVv 10 hominem D^1 12 corbus V 13 catauere D^1 14 hominis D^1 cupiditates D^1T^1 teterremos D^2 terrenos D^1 15 intentus P^1 16 aut *alterum om.* D^1 17 reduci P^1v tenere D 18 requiae D^1 22 demissa DP^1 septinariam DT septenarium P 23 retullit D^1 protulit v quo] quod D^2 24 nonnullus D^1T^1 ecclesia P baptizatus D^1 P^1 pinguedo PTV^2v de non fuerit M^1V (*cf. cap. CCXVIII*): non defuerit DM^2PTv 26 osculo a: oscula *libri*

posse perduci. quod post alios septem dies dimissa reuersa non est, significat finem saeculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore consociatur ecclesia, quamdiu bibitur quod de Christi latere manauit, sed iam in ipsa perfectione salutis aeternae, cum traditur regnum deo et patri, ut in illa perspicua contemplatione incommutabilis ueritatis nullis mysteriis corporalibus egeamus.

XLVIII.

DE MANDATIS DEI AD NOE POST DILVVIVM. ITEM EX EODEM LIBRO CONTRA FAVSTVM XII.

Cur animalia, quamuis et munda et immunda in arca 63
fuerint, tamen post egressum de arca non offerantur deo in sacrificio nisi munda? quid deinde sibi uelit deo loquente ad Noe et tamquam rursus ab exordio — quia multis modis eam significari oportebat — figuram ecclesiae commendante, quod progenies eius benedicitur ad implendam terram, quod dantur eis in escam cuncta animalia, sicut in illo disco Petro dicitur: macta et manduca?

NE CARO CVM SANGVINE MANDVCETVR.

Quod eiecto sanguine iubentur manducare: ne uita pristina quasi suffocata in conscientia teneatur, sed habeat tamquam effusionem per confessionem. quod testamentum posuit deus

5 cf. I Cor. 15, 24 13 cf. Gen. 8, 20 cf. Gen. 9, 12 18 Act. 10, 13

1 septem alios *Pv*¹ demissa *P*¹ non est reuersa *Pv* 3 quo] qui *P*¹ 4 quamdi *V*¹ bibetur *MV* latere xp̄i *D* 5 profectione *DPv* 5 tradetur *P*² 7 ueritates *D*¹ 8 *cap.* LXI *T* LXIII *D* LXIIII *Gv*; *om. P* 9 item *om. DPTv* 11 *prius* et *om. DPv* arca] aera *T*¹ 12 fuerunt *Dv* egressu *M*¹*V* regressum *DPv* offeruntur *DT* efferuntur *P* 13 sacrificium *DPTv* uelit sibi *v* 14 eam] ea *v* 15 significare *DP* 16 benedicetur *MPVv* 19 ne] nec *D* manducitur *D*¹ m*anduceretur (m *ras.*) *T* 20 eiecto] de eiecto *D pr.* iuuentur *V* 21 soffocata *D* suffucata *T*¹ suffocati *P* habebat *T pr.*

inter se et hominem atque omnem animam uiuam, ne perdat eam diluuio, arcum, qui apparet in nubibus, qui numquam nisi de sole resplendet: illi enim non pereunt diluuio separati ab ecclesia, qui in prophetis et omnibus diuinis scripturis tamquam in dei nubibus agnoscunt Christi gloriam, non quaerunt suam. uerum ne adoratores huius solis amplius tumescant, sciant ita significari Christum aliquando per solem, sicut per leonem, per agnum, per lapidem cuiusdam similitudinis causa, non proprietatis substantia.

Iam uero illud quod de uinea, quam plantauit inebriatus Noe, nudatus est in domo sua, cui non appareat Christus passus in gente sua? tunc enim nudata est mortalitas carnis eius, Iudaeis scandalum, gentibus stultitia, ipsis autem uocatis Iudaeis et gentibus, tamquam Sem et Iafeth, dei uirtus et dei sapientia; quia quod stultum est dei, sapientius est quam homines, et quod infirmum est dei, fortius est quam homines. proinde in duobus filiis, maximo et minimo, duo populi figurati unam uestem a tergo portantes — sacramentum scilicet iam praeteritae atque transactae dominicae passionis — nuditatem patris neque intuentur, quia in Christi necem non consentiunt; et tamen honorant uelamento tamquam scientes unde sint nati. medius autem filius, id est populus Iudaeorum — ideo medius, quia nec primatum apostolorum tenuit nec ultimus in gentibus credidit — uidit nuditatem patris, quia consensit in necem Christi et nuntiauit foras fratribus. per eum

1 cf. Gen. 9, 1 sqq. 11 cf. Gen. 9, 20 sqq. 13 cf. I Cor. 1, 23 sqq.

1 hominem (m *ex* s *corr. m. 1*) *V*: homines *DPTv* perdet *v* 2 diluuio *om.* D^1 arcam P^1 apparit D^1 qui] quia *P* 3 resplendit *D* 4 qui] quia *P* 5 dei] diei *T* gloria *D* 6 adoratoris D^1 7 ita* (q *eras.*) *T* significare *D* 9 causam *P* 11 est *om. P* 12 in gente sua passus *Tpr.* 13 gentibus] g. autem *v* 14 Sem] seth M^1V^1 iapheth *v* afeth M^1V^1 et dei] est dei *DPv* 16 hominis D^1 17 et] et in P^1v minino T^1 populo P^1 18 ueste D^1 portantis *D* 20 nece D^1 21 tamquam] tum quam T^1 23 quia nec *DPTv*: q. ante *V*

quippe manifestatum est et quodam modo publicatum quod erat in prophetia secretum; ideoque fit seruus fratrum suorum. quid est enim aliud hodieque gens ipsa nisi quaedam scriniaria christianorum baiulans, legem et prophetas, ad testimonium assertionis ecclesiae, ut nos honoremus per sacramentum quod nuntiat illa per litteram?

Quem non autem excitet, quem non uel informet uel confirmet in fide, quod ita benedicuntur duo illi qui nuditatem patris honorauerunt quamuis auersi, uelut quibus factum sceleratae uineae displicuerit? benedictus, inquit, dominus deus Sem. quamquam enim sit deus omnium gentium, quodam modo tamen proprio uocabulo et in ipsis iam gentibus dicitur deus Israhel. et unde hoc factum est nisi ex benedictione Iafeth? in populo enim gentium totum orbem terrarum occupauit ecclesia. hoc, prorsus hoc pronuntiabatur, cum diceretur: latificet deus Iafeth et habitet in domibus Sem.

XLVIIII.

DE ABRAHAM EXEVNTE DE TERRA SVA. EX EODEM LIBRO CONTRA FAVSTVM XII.

Christum dicitis ab Israhelitis prophetis non esse praedictum, 64
cui praedicendo omnes illae paginae uigilant, si eas perscrutari pietate quam exagitare leuitate malletis. quis alius in

10 Gen. 9, 26 16 Gen. 9, 27 23 cf. Gen. 12, 1 sqq.

1 manifestum D^1PT modum *V* puplicatum P^1 2 secretem *v* seruos D^1 3 scriniaria (i *del. m. 2*) *T* 4 uaiulans *V* baiolans *D* 5 honorimus D^1 7 excitat *P* informit u. confirmit D^1 9 scelerati *P* 10 uinaee *P* uiniae *D* 14 iafet *V* iapheth *v* totum *om.* D^1v orbe D^1 15 prursus *D* *alterum* hoc *om. Tv* praenuntiabatur *DPTv* 16 laetificet *DPv* iaphet *V* 18 *cap.* LVIIII *P* LXII *T* LXIIII *D* LXV *Gv* 19 *post* sua *add. PT*: uel de ceteris corporalibus (corp. uel de ceteris *T*) gestis mysteriorum ex] et *MV* 21 hisrahelitis *P* 22 praedicendae V^1 praedicenda V^2 omnis D^1 perscutari V^1 praescrutari *T* 23 exagitari P^2 maletis *V*

Abraham exiit de terra sua et de cognatione sua, ut apud exteros ditetur et locupletetur, nisi qui relicta terra et cognatione Iudaeorum, unde secundum carnem natus est, apud gentes ita praepollet et praeualet ut uidemus? quis alius in Isaac lignum sibi portaret ad uictimam nisi qui crucem sibi ad passionem ipse portauit? quis alius aries immolandus in uepre cornibus adhaerebat nisi qui crucis patibulo pro nobis offerendus affigebatur?

Quis alius in angelo cum Iacob luctatus, cum sibi praeualentem quasi fortiorem infirmior uictusque uictorem partim benedicit partim latitudinem femoris eius claudam reddit, nisi qui praeualere aduersum se passus populum Israhel quosdam qui crediderunt benedixit in eis? latitudo autem femoris Iacob in multitudine carnalis populi claudicauit. quis alius lapis positus ad caput Iacob, ut nominatim quodam modo exprimeretur, etiam unctus est nisi caput uiri Christus? quis enim nescit Christum ab unctione appellari? qui etiam hoc ipsum in euangelio commemorans et de se figuratum apertissime testificans, cum quendam Nathanahelem dixisset uere Israhelitam, in quo dolus non esset, et cum ille tamquam lapidem illum habens ad caput confessus eum esse filium dei et regem Israhel — ista confessione quodam modo ungens lapidem, id est ipsum esse confitens Christum — ibi opportune dominus etiam illud commemorauit quod uidit Iacob, qui per benedictionem

5 cf. Gen. 22, 6 9 cf. Gen. 32, 24 sqq. 18 cf. Io. 1, 47 sqq.

2 *exteros (d *ras.*) *P* ditaretur *DPTv* locuplitetur *V* locopletetur *D* locupletaretur *PTv* qui] quia *T* derelicta *P* 3 unde] inde *V* 4 gentis ita praepollit *D* uideamus *DP*^{1} 5 qui] quia *T* 6 ipse *om. P* immolandos *D*^{1} 7 patibulū *D* 8 offerendos *D*^{1} affligebatur *P* afficiebatur *v* 9 loctatus *D*^{1} cum *PTV*^{1}: eum *DV*^{2}*v* 11 partem latetudinem *D*^{1} reddidit *P* 12 passus *om. V* 14 multitudinis *D* multitudo *P*^{1} cladicauit *P* 15 quod ad modum expremeritur *D*^{1} 17 xp̄m nescit *DPTv* appellari] uocare (e *in* i *corr. m. 2*) *D* 19 nathanaelem *D* dixissit *D*^{1} dixisse *V* israhelita *DPT* 20 essit *D*^{1} et *om. P* 21 esse] esset *Tv* 22 confessionem *D*^{1} unguens *Pv* 23 confidens *D* oportune *DPTv*

appellatus est Israhel. amen, inquit, dico uobis, uidebitis caelum apertum et angelos dei ascendentes et descendentes super filium hominis. hoc enim Israhel uiderat, cum illum lapidem ad caput habebat, a terra in caelum scalas, per quas ascendebant et descendebant angeli dei; in quibus significati sunt euangelistae, praedicatores Christi. ascendentes utique, cum ad intellegendam eius supereminentissimam diuinitatem excedunt uniuersam creaturam, ut eum inueniant in principio deum apud deum, per quem facta sunt omnia; descendentes autem, ut eum inueniant factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. in illo enim scala a terra usque ad caelum, a carne usque ad spiritum, quia in illo carnales proficiendo uelut ascendendo spiritales fiunt. ad quos lacte nutriendos etiam ipsi spiritales descendunt quodam modo, cum eis non possunt loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: sic et ascenditur et descenditur super filium hominis. filius enim hominis sursum in capite nostro, quod est ipse saluator; et filius hominis deorsum in corpore suo, quod est ecclesia. ipsum et scalas intellegimus, quia ipse dixit: ego sum uia. ad ipsum ergo ascenditur, ut in ecclesiis intellegatur; et ad ipsum descenditur, ut in membris suis paruulis nutriatur; et per illum ascenditur et descenditur. exemplum quippe eius sequentes praedicatores eius non solum se erigunt, ut eum sublimiter exspectent, sed etiam humiliant, ut eum temperanter annuntient. uidete

5 cf. Gen. 28, 11 sqq. 9 cf. Io. 1, 1 sqq. 11 cf. Gal. 4, 4 sq. 16 cf. I Cor. 3, 1 sqq. 20 Io. 14, 6

1 est *om.* DP^1 dico uobis inquit *DPTv* 2 angelus D^1 3 discendentes *D* 5 scala s*per (u *ras.*) *D* 8 creatuaram *D* 10 discendentes *D* 11 redemeret *D* 12 illa D^1v ad] in *D* *Tv* a] ad (d *add. m. 2*) *D* 13 carnalis D^1 14 spiritalis T^1 nutriendus D^1 15 ipsis *T* discendunt *D* 17 discenditur *DP* 18 nostrum D^1 nra *P* 21 ecclesiis] excels*is (i *eras.*) *T* discenditur *D* 22 paruulis *PTVv*: paruolis *D* illum] illam *V* 23 discenditur *D* sequentis praedicatoris D^1 24 erigant *V* sublimeter *D pr.* exspectent] spectent *T* 25 adnuntiant P^1

apostolum ascendentem: siue, inquit, mente excessimus, deo; uidete descendentem: siue, inquit, temperantes sumus, uobis. dicat et per quem ascenderit et descenderit: caritas enim, inquit, Christi compellit nos iudicantes hoc, quoniam unus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt; et pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro eis mortuus est et resurrexit.

Haec in scripturis sanctis sancta spectacula quem non delectant, sanam doctrinam non sustinet; ad fabulas conuertitur. et illae quidem fabulae animas in qualibet corporis aetate pueriles uaria quadam delectatione sollicitant. sed nos, iam corpus Christi, agnoscamus in psalmo uocem nostram et dicamus ei: narrauerunt mihi iniusti delectationes, sed non sicut lex tua, domine. Christus mihi ubique illorum librorum, ubique illarum scripturarum peragranti et anhelanti in sudore illo damnationis humanae siue ex aperto siue ex occulto occurrit et reficit. ipse mihi et ex nonnulla difficultate inuentionis suae desiderium inflammat, ut quod inuenero auide sorbeam medullisque reconditum salubriter teneam.

DE IOSEPH VENDITO ET POST LABORES HONORATO.

Ipse mihi in Ioseph innuit, qui persequentibus et uendentibus fratribus in Aegypto post labores honoratur. didicimus

1 II Cor. 5, 13 sqq. 10 cf. II Tim. 4, 4 14 Ps. 118, 85 23 cf. Gen. 37, 20 sqq.

1 excedimus *v* 2 uidite discendentem *D* 3 per (*om.* et) P^2T quem] quã P^2 ascenderet P^1 discenderit *D* descenderet P^1 4 inquit *om. v* 5 unus *MV*: si unus *DPTv* 6 ergo — mortuus est *om. MV* 7 est *om. v* ut] ut et *v* uiuunt] uiunt *D* uiuant v^1 8 ei] et *T* eis] omnib. *v* 9 haec] hoc *V* 10 sustenet *D* sustinent *P* 11 animos P^2Tv animus DP^1 12 puerilis DP^1 13 agnoscimus *T* et] ut *PTv* 14 iniuste D^1 delectationis D^1P^1 dilectiones *v* 16 script. illarum *P* hanelanti *MV* anelanti D^1Pv anelante D^1 17 ex aperto] et ap. P^1 18 refecit DP^1 19 inuinero D^1 habide D^1T^1 21 iosep *T* uendito] uindito *D*; *om. MV* laborem *D* onorato T^1 22 ipsi *D* in *om. P* 23 onoratur *T*

enim labores Christi in orbe gentium, quem significabat Aegyptus, per uarias passiones martyrum; et nunc uidemus honorem Christi in eodem orbe terrarum erogatione frumenti sui omnia subiugantis. ipse mihi innuit in uirga Mosi, quae in terra serpens effecta eius mortem figurauit a serpente uenientem; sed — quod apprehensa cauda significat — posterius peractis iam omnibus in fine actionis ad id quod fuerat resurgendo reuertitur, ubi per uitae reparationem morte consumta nihil serpentis apparet. nos quoque, corpus eius, in eadem mortalitate per lubrica temporum uoluimur, sed fine nouissimo uelut cauda saeculi per manum, id est per potestatem iudicii, ne ultra prolabatur apprehensa, reparabimur et nouissima inimica morte destructa resurgentes in dextera dei uirga regni erimus.

DE EGRESSV ISRAHEL EX AEGYPTO.

Iam de exitu Israhel ex Aegypto non ego, sed apostolus loquatur: nolo autem uos ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt et omnes per mare transierunt et omnes in Mosen baptizati sunt in nube et in mari et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt et omnes eundem potum spiritalem biberunt; bibebant enim de spiritali sequenti petra, petra autem erat Christus. exponendo unum in cetera introduxit intellectum.

4 cf. Ex. 4, 2 sqq. 12 cf. I Cor. 15, 26 17 I Cor. 10, 1 sqq.

1 laboris D^1 xp̄m T 3 orbē D erogationem D^1P^1 4 sibi *post* sui *add.* M^2 subiugantes D^1P^1 ipsi D^1 innuit] inquit Dv in] *om.* D^1; ut v moysi $DPTv$ 5 a] ad v serpentem DP^1v uenientem] uiuentem P^2 7 actiones D actionibus P^2T 8 morte *om.* v consummata D^2 9 mortalitatem D^1 10 lubricam D^1P uoluitur v^1 11 ne] nec P 12 prolabamur D^1P^1v prolabimur P^2 13 distructa D resurgentis D^1 15 israhelis PT ex] de Dv 16 iam — aegypto *om.* D^1P^1v 17 patris D^1 18 omnis D^1 per *om.* T 19 omnis D^1 moysen T moyse Pv moysi D 20 mare D^1 eadem V 21 omnis D^1 putum spiritale D^1 22 enim] autem PT 23 sequenti] s. eos v 24 induxit v

DE MANNA INTELLEGENDVM CHRISTVM SICVT ET PETRAM.

Si enim petra Christus propter firmitatem, cur non et manna Christus tamquam panis uiuus, qui de caelo descendit? quo uere qui uescuntur spiritaliter uiuunt; nam illi ueterem figuram carnaliter accipientes mortui sunt. sed cum dicit apostolus: eundem cibum spiritalem manducauerunt, ostendit et illud spiritaliter intellegi in Christo; sicut et potum cur spiritalem dixisset aperuit, cum subiunxit: petra autem erat Christus. quo aperto cuncta fulserunt. cur non ergo et nubes Christus et columna, quia rectus et firmus et fulciens infirmitatem nostram, per noctem lucens, per diem non lucens, ut qui non uident uideant, et qui uident caeci fiant?

DE MARI RVBRO.

Rubet et mare rubrum: baptismus utique Christi sanguine consecratus. hostes sequentes a tergo moriuntur: peccata praeterita. ducitur populus per desertum: baptizati omnes nondum perfruentes promissa patria, sed quod non uident sperando et per patientiam exspectando tamquam in deserto sunt; et illic laboriosae et periculosae temtationes, ne reuertantur corde in Aegyptum. nec ibi tamen Christus deserit; nam et illa columna non recedit. et amarae aquae ligno dulcescunt, quia inimici populi signo crucis Christi honorificato mansuescunt; et duodecim fontes septuaginta palmae arbores irrigantes apostolicam

3 cf. Io. 6, 41 12 Io. 9, 39 16 cf. Ex. 17, 1 17 cf. Rom. 8, 25 20 cf. Num. 14, 14 21 cf. Ex. 15, 23 sqq.

1 petrum M^1 2 et non *v* 3 descendi T' 4 uere] uire D^1 uero *v* spiritaliter (iter *in ras. a m. 2*) *P* 6 manduc. spiritalem *v* 7 putum D^1 8 spiritaliter *DPv* dixissit D^1 subiuncx̄ *P* subiungit *v* 9 fulserunt] pulserunt *v* 10 nubes] nobis DP^1 et *alterum om. DPTv* columba *V* colomna D^1 (ignis *add.* D^2) et *quartum om.* D^1v fulciens] fulgens *v* 12 ut] et P^1 13 mare *MV* 14 et *om.* DP^1v mare] in mare *D* enim in mari *v* rubro *Dv* baptimus *D* sanguine] in s. *v* 16 omnis *et* perfruentis *D* 17 uidentes *V* 19 temtationis D^1P^1 reuertentur *P* 20 aegyptam V^1 aegypto P^1 eos *post* tamen *add.* T^2 21 recidit *D* dulciscunt *D* sunt dulces *v* 23 fontis *et* arboris D^1

gratiam praefigurant populos in septenario numero decuplato rigantem, ut per septiforme spiritus donum legis decalogus impleatur.

SEPTVAGESIMA VICTORIA DE AMALECH.

Et hostis intercludere molitus uiam extentis Mosi manibus signo crucis dominicae superatur. et morsus mortiferi serpentum exaltato et respecto aeneo serpente sanantur. quod uerbis ipsius domini declaratur: sicut exaltauit, inquit, Moses serpentem in heremo, sic oportet exaltari filium hominis, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam aeternam. itane etiam ista non clamant? tantane est surditas in cordibus duris?

DE AGNO PASCHAE OCCISO.

Fit pascha in occisione ouis: occiditur Christus, de quo in euangelio dicitur: ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi. prohibentur qui pascha faciunt ossa frangere: non franguntur in cruce ossa domini; attestatur euangelista hinc esse dictum: os eius non comminuetis. sanguine inliniuntur postes, ut pernicies depellatur: signantur signo dominicae passionis in frontibus populi ad tutelam salutis. datur ibi lex quinquagesimo die post actum pascha: uenit spiritus sanctus quinquagesimo die post domini passionem.

5 cf. Ex. 17, 8 sqq. 7 cf. Num. 21, 8 sq. Io. 3, 14 sq. 15 Io. 1, 29 18 Ex. 12, 46 Io. 19, 36 21 cf. Ex. 20 22 cf. Act. 2, 1 sqq.

1 pfigurant *v* populos *a*: populo *libri* in *om. P* septinario *D* 2 septiformes *TV*^{1} septiformem *M*^{2}*P* donum] domum *T*^{1} degalocus *D*^{1} 4 *tit. om. DPTv* 5 hostes *D* moysi *DPTv* moses *V* 6 serpentem *P*^{1} 7 serpenti *D*^{1} serpentem *P*^{1} 8 declarator *D* 9 moyses *PTv* moysis *D*^{1} haeremo *V* oportit exaltare *D*^{1} 10 homonis *D* credidit *P*^{1} 11 periat s. habiat *D*^{1} 12 est *om. P* 13 *titulum om. DPTv* 14 fit—ouis *om. V* 15 peccata *DPTv* 16 qui] et qui *D* phascha *V*^{1} 19 inlinuntur *T* 20 tutillam *D* 21 (*et* 22) quinquagensimo *T* quinquaginsimo *D*

dicitur illic scripta lex digito dei: dicit dominus de spiritu sancto: in digito dei eicio daemonia. et clamat Faustus oculis clausis nihil se in illis litteris inuenisse, quod ad praenuntiationem Christi pertineat! quid autem mirum, si oculos habet ad legendum et cor ad intellegendum non habet, qui positus ante ostium clausum diuini secreti non fide pietatis pulsat, sed elatione impietatis insultat? plane ita sit, ita fiat; iustum est enim. claudatur superbis ianua salutis, ueniat mansuetus, quem docet dominus uias suas; uideat et haec in illis libris et cetera uel omnia uel quaedam qualia credat in omnibus.

DE HIESV NAVE.

Videat introducentem populum in terram promissionis. neque enim hoc temere ab initio uocabatur, sed ex ipsa dispensatione nomine mutato Iesus appellatus est. uideat botrum de terra promissionis in ligno pendentem. uideat in Hiericho tamquam in hoc mortali saeculo meretricem — de qualibus ait dominus, quod praecedant superbos in regnum introire caelorum — per fenestram domus suae tamquam per os corporis sui coccum mittentem — quod est utique sanguinis signum — propter remissionem peccatorum confiteri ad salutem.

1 cf. Ex. 31, 18 2 Luc. 11, 20 9 cf. Ps. 24, 9 13 cf. Ios. 3 15 cf. Num. 13, 24 18 cf. Matth. 21, 31 19 cf. Ios. 2, 18

2 clamabat *P* 4 miro *P* oculus D^1 6 hostium *P* pietates D^1 7 pietatis (im *add. m. 2*) *V* impietates *D* 8 mansuetis *T* 9 quem] quam T^1 quos T^2 *in mg.* 10 credit *T* 12 *titulum om. DPTv* 13 repromissionis *P* 14 uacabatur P^1 15 mutuato D^2P mutuatu D^1 Iesus] ihs *P* is *M*^{1}*V* appellatus est] (pellatus est *a m. 2 in ras.*) *D* appareat *v* uideat] De botro *praemittunt* D^2P^2 *in mg.* 16 repromissionis *P* pendendem (*corr. m. 1*) *V* pendente D^1 17 mortale D^1 18 superbos] uos P^1 regno *DP* introire *V*: *om. DPTv* 19 per os] super os *T*

DE ARCA MVROS HIERICHVNTINOS ALLIDENTE.

Videat muros ipsius ciuitatis tamquam munitiones mortalis saeculi septies circumacta testamenti arca cecidisse, sicut nunc per tempora, quae septem dierum uicissitudine dilabuntur, testamentum dei circuit toto orbe terrarum, ut in fine temporum mors, nouissima inimica, destruatur et ex impiorum perditione unica domus tamquam unica ecclesia liberetur, mundata a turpitudine fornicationis per fenestram confessionis in sanguinem remissionis.

DE IVDICIBVS.

Videat tempora primo iudicum, postea regum, sicut erit primo iudicium, deinde regnum; inque ipsis temporibus iudicum et regum iterum atque iterum multis et uariis modis Christum et ecclesiam figurari. quis erat in Samso obuium leonem necans, cum petendae uxoris causa ad alienigenas tenderet, nisi qui ecclesiam uocaturus ex gentibus dixit: gaudete, quia ego uici saeculum? quid sibi uult in ore ipsius leonis occisi fauus extructus, nisi quia ecce conspicimus leges ipsas regni terreni, quae aduersus Christum ante fremuerant, nunc iam peremta feritate dulcedini euangelicae praedicandae etiam munimenta praebere? quid est illa mulier plena fiduciae hostis tempora ligno transfigens nisi fides ecclesiae cruce Christi regna diaboli perimens?

3 cf. Ios. 6, 7 sqq. 6 cf. I Cor. 15, 26 14 cf. Iud. 14, 6 16 Io. 16, 33 18 cf. Iud. 14, 8 21 cf. Iud. 4, 21

1 *titulum om. Tv* hiericontinos *D* gericho *P* allidente] circumdante *P* 2 murus *D pr.* ciuitates D^1 munitionis D^1P mortale T^1 4 tempore *T* delabuntur *P* 5 circuiuit *T* totum orbem P^2T 6 distruatur D^1 8 a *om. T* confessionum *v* 9 sanguine *DPTv* 10 *titulum om. DTv* 11 temporū P^1 primū D^1 postea—iudicium *om.* D^1 sicut—regnum *om. v* sicut erit] uideat *P* 12 inquae *V* in quo *v* 14 et *om. D* ecclesiamque (*om.* et) *T* samson DPT^2v 15 negans DP^1 cum] com *DP* alienegenas *T* tenderit D^1 16 qui] quia *P* gaudite D^1 17 ui•ci (n *ras.*) *P* saeculum] mundum *P* 18 extractus D^1Pv 19 fremuerunt D^1P 20 dulcidine *D* dulcedine P^1 22 tranfigens *P* 23 diabuli *D*

DE VELLERE GEDEONIS.

Quis uellus complutum area sicca et postea compluta area sicco uellere nisi primo una gens Hebraeorum habens occulte in sanctis mysterium dei, quod est Christus, quo mysterio totus orbis uacuus erat? nunc autem in manifestatione totus orbis id habet, illa uacuata est. quid iam regum temporibus, ut et inde pauca commemorem? nonne ab ipso exordio commutatum sacerdotium in Samuhelem reprobato Heli et commutatum regnum in Dauid reprobato Saule clamat praenuntiari nouum sacerdotium nouumque regnum reprobato uetere, quod umbra erat futuri, in domino Iesu Christo uenturum? nonne ipse Dauid, cum panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare nisi sacerdotibus, in una persona utrumque futurum, id est in uno Iesu Christo regnum et sacerdotium figurauit? nonne cum decem tribus a templo separatae sunt et duae derelictae, satis indicat quod de tota ipsa gente apostolus ait: reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt?

DE MIRACVLIS HELIAE.

Pascitur Helias tempore famis a coruis mane afferentibus panem et ad uesperam carnes: et Manichaei non intellegunt in illis libris Christum, cui quodam modo salutem nostram esurienti confitentur peccatores fidem primitias spiritus nunc habentem, in fine autem uelut ad uesperam saeculi etiam carnis resurrectionem. mittitur Helias pascendus ad alienigenam

2 cf. Iud. 6, 37 sqq. 8 cf. I Reg. 2, 27 sqq. 9 cf. I Reg. 16, 1 sqq. 12 I Reg. 21, 6 15 cf. III Reg. 12, 16 et 20 17 Rom. 11, 5 et 9, 27 20 cf. III Reg. 17, 6 25 cf. III Reg. 17, 9 sqq.

1 *titulum om. DPTv* 2 quis *V*: quid *DPTv* 4 mysterio (o *ex* um *corr.*) *D* 5 uacuos D^1 6 regam *V* 9 praenuntiare *D* 10 reprobatum P^1 ueteri *v* 11 nostro *post* domino *add. DPTv* 12 panis propositiones D^1 quos *a*: quod *libri* 13 non] nos T^1 manducare *om.* D^1P^1v 15 separati D^1 16 duo *V*; *cf. Rönsch l. c. p. 277* 17 salui facti D^1 19 *titulum om. DPTv* 20 elias *T* corbis *V* 21 carnis D^1 23 esuriente D^1 25 aligenienam *v*

uiduam, quae uolebat duo ligna colligere priusquam moreretur: non hic solo ligni nomine sed etiam numero lignorum signum crucis exprimitur. benedicitur farina eius et oleum: fructus et hilaritas caritatis, quae cum impenditur, non deficit; hilarem enim datorem diligit deus. Heliseo pueros insultantes et clamantes: calue, calue! bestiae comedunt: puerili stultitia deridentes Christum in loco Caluariae crucifixum inuasi a daemonibus pereunt. mittit Heliseus per seruum baculum super mortuum et non reuiuescit; uenit ipse, coniungit et coaptat se morti eius et reuiuescit: misit sermo dei legem per seruum suum nec profuit in peccato mortuo generi humano. quae tamen non sine causa missa est; ille enim misit qui sciret eam prius esse mittendam. uenit ipse, conformauit se nobis factus particeps mortis nostrae et uiuificati sumus. cum securibus ligna caederentur, de ligno ferrum exiliens in profundum fluminis mersum est atque in lignum desuper ab Heliseo proiectum reuersum est: ita cum impios Iudaeos per corpus operata praesentia Christi tamquam infructuosas arbores caederet, — quia de illo Iohannes dixerat: ecce securis ad radices arboris posita est — ab eis interueniente passione corpus ipsum deseruit in inferni profunda descendens, quo in sepultura desuper posito tamquam ad manubrium suum spiritu redeunte surrexit.

Quam multa praeteream breuitatis necessitate constrictus

4 II Cor. 9, 7 6 IIII Reg. 2, 23 sq. 8 cf. IIII Reg. 4, 29 sqq. 15 cf. IIII Reg. 6, 4 sqq. 20 Matth. 3, 10

1 uidua *V* collegere *DP*^{1} 2 solum *P*^{1}*v* etiam *om.* *D*^{1}*P*^{1}*v* signum] regnum *T* 3 expremitur *D*^{1} benedicetur *V* fructum *T* 4 et] ex *T* impeditur *V* defecit *D* 5 helisaeo *D*^{2}*T* 6 comedeī (eī *in ras. a m. 2*) *P* 7 puerili] pueri *v* 8 mittet *D*^{1} heliseos *D*^{1} haelisaeus *T* 9 (*et* 10) reuiuiscit *DPv* coniunxit *v* 10 morte *D*^{1} dei] dš *T* 11 peccatis *DPTv* genere *D* 13 sciret] secretam *D*^{1}*v* mittandam *P* 15 ligna] lignū *v* cederentur *PV* 16 profundo *D* atque — reuersum est *om.* *T*^{1} 17 impiis iudaeis *D*^{1} 18 taquam *P* 19 cederet *PVv* iohannis *D*^{1} 20 secures *T*^{1} arborum *DP* *Tv* 22 discendens quod *D* 24 praeterea *v* necessitati *D*

norunt qui legunt. iam ipsa in Babyloniam transmigratio, quo etiam spiritus dei per Hieremiam prophetam iubet ut pergant et orent pro eis ipsis, in quorum regno peregrinantur, quod in illorum pace etiam pax esset istorum, et aedificarent domos et nouellarent uineas et plantarent hortos, quis non agnoscat quid figurauerit, qui attenderit ueros Israhelitas, in quibus dolus non est, per apostolicam dispensationem cum euangelico sacramento ad regnum gentium transmigrasse? unde nobis apostolus tamquam Hieremiam replicans dicit: uolo ergo primum omnium fieri deprecationes, adorationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et his qui in sublimitate sunt, uti quietam et tranquillam uitam agamus in omni pietate et caritate. hoc enim bonum et acceptum est coram saluatore nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri et in agnitionem ueritatis uenire. ex hoc quippe etiam illis credentibus constructa sunt domicilia pacis, basilicae christianorum congregationum, et nouellatae uineae, populi fidelium, et plantati horti, ubi etiam inter omnia holera granum illius senapis regnat, sub cuius umbraculis longe lateque porrectis etiam altipetax superbia gentium tamquam in caeli uolatilibus confugiendo requiescit.

2 cf. Hier. 36, 1 sqq. 6 cf. Io. 1, 48 10 I Tim. 2, 1 sqq. 20 cf. Matth. 13, 31 sq.

1 babiloneam *D* babilonia *v* 2 quo] qđ *v* 3 et] ut P^1 regnum *T* 4 essit D^1 5 domus DP^1 hortus *D* ortus *P* 6 agnoscant T^1 praefigurauerit D^2PTv pfigurauerit D^1 ueros] uiros D^1P^1Vv uero *T* israheliticus (u *in* o *corr. m. 2*) *D* 7 cum] eum in *T* 8 sacramenta P^1 9 apostolus nobis *P* hieremias *V* replecans *D* 10 deprẹcationis D^1 11 adorationis D^1 orationes *v*; *om. T* interpellationis D^1; *om. T* 13 uti quietam] utique etiam D^1 14 omne D^1 16 omnis D^1 17 ex] et (t *a m. 2 in ras.*) *P* 18 christianarum D^2P^2T 19 uiniae *T pr.* 20 plantati* (o? *eras.*) *D* illius MV^2: illus V^1 illud *DPTv* 21 sinapis *DPT* 22 caelis *V* caelo *Pv* uolatibus D^1T 23 confugendo DP^1

POST SEPTVAGINTA ANNORVM PEREGRINATIONEM REDITVM AD HIERVSALEM.

Nam quod etiam post septuaginta annos secundum eiusdem Hieremiae prophetiam reditur ex captiuitate et templum renouatur, quis fidelis Christi non intellegat post euoluta tempora, quae septenarii dierum numeri repetitione transcurrunt, etiam nobis, id est ecclesiae dei, ad illam caelestem Hierusalem ex huius saeculi peregrinatione redeundum? per quem nisi per Iesum Christum uere sacerdotem magnum, cuius figuram gerebat ille Iesus sacerdos magnus illius temporis, quo templum aedificatum est post captiuitatem? quem propheta Zaccharia uidit in sordido habitu deuictoque diabolo, qui ad eius accusationem stabat, ablatam illi sordidam uestem et datum indumentum honoris et gloriae: sicut corpus Iesu Christi, quod est ecclesia, aduersario in fine temporum per iudicium superato a luctu peregrinationis in gloria sempiternae salutis assumitur. quod etiam in psalmo dedicationis apertissime canitur: conuertisti luctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum et accinxisti me laetitiam, ut cantem tibi gloria mea, et non compungar.

4 cf. Hier. 29, 10 cf. Esdr. 1, 1 sqq. 12 cf. Zacch. 3, 1 sqq. 18 Ps. 29, 12 sq.

1 *titulum om. DPTv* 4 hieremiã D^1 captiuitatem D^1 5 fideles D^1 xpi *V*: christianus D^2PTv xpianos D^1 6 septinario D^1 repeticionem D^1 repetitioni *P* 7 ecclesia D^1P^1 9 uere] uerũ *v* sacerdotum *V* 10 sacerdus D^1 12 zacharias propheta *P* zacharias *DPTv* diabulo *D* 13 ablata *D* illi] ab illo *D* sorditam *P* 14 et datum] ei d. D^2 16 lucto *D* gloriam *DPTv* sempiternã *Pv* 17 salutes D^1 dedicationis] dedicationis domus DP^2Tv 18 luctum] lectum P^1 19 accincxisti *P* accencsisti D^1 20 laetitia *DPTv* cantet *DTv* gloriam meam *D*

L.

QVAEDAM PECCATA MANIFESTA EX POENA VENIRE QVORVNDAM OCCVLTORVM COMPROBAT PECCATORVM. EX LIBRO CONTRA FAVSTVM XIII.

65 Quid ergo peccauerunt Iudaei, si deus illos excaecauit, ne agnoscerent Christum? quantum possemus, imbuendo rudi homini ostenderemus ex aliis occultis peccatis deo cognitis uenire iustam poenam huius caecitatis; quod non solum dixisse apostolum de quibusdam: propter hoc tradidit illos deus in concupiscentiam cordis eorum uel in reprobum sensum, ut faciant quae non conueniunt, uolentem ostendere quaedam peccata manifesta ex poena uenire quorundam occultorum, sed nec ipsos hoc tacuisse prophetas demonstraremus. nam, ne pergam longius, idem Hieremias eo ipso loco, ubi ait: et homo est, et quis agnoscet eum? ne quasi hoc ipso excusati essent Iudaei, quia non cognouerunt — si enim cognouissent, sicut apostolus dicit, numquam dominum gloriae crucifixissent — sequitur et ostendit occulti eorum meriti fuisse, ut non cognoscerent. ait enim: ego dominus interrogans corda, probans renes, ut dem unicuique secundum uiam eius et secundum fructum studiorum eius.

9 Rom. 1, 24 15 Hier. 17, 9 17 I Cor. 2, 8 20 Hier. 17, 10

1 *cap.* LXIII *T* LXV *D* LXVI *v*; *om. GPV* 2 poene *T* 3 comprobant T^1 5 Quid] *sc.* Si diceret: q. 6 cognoscerent *P* possumus *DPT*^{2}*v* induendo *v* 7 ostenderimus *D* 8 caecitates D^1 10 concupiscentia *MP* 12 quadam D^1 13 hoc *om. v* prophaetam *P* 15 agnoscit *DPT* cognoscet *v* 18 dixit *P* dominum] dn̄o D^1 dn̄i P^2 gloriam *P* 19 occulti] occulto T^1 oculis *Dv* meritis *v*

LI.

EXPOSITIO DE, ID QVOD SCRIPTVM EST, MALEDICTVS OMNIS QVI PENDET IN LIGNO. EX LIBRO CONTRA FAVSTVM XIIII.

Videamus ex occasione calumniantium haereticorum, quo- 66
modo illud sacramentum fidelibus exponatur. mors hominis ex poena peccati est: unde et ipsa peccatum dicitur, non quia peccat homo dum moritur, sed quia ex peccato factum est ut moriatur; sicut alio modo dicitur lingua proprie caro, quae intra dentes sub palato mouetur, et alio modo dicitur lingua quod per linguam fit; secundum quem modum dicitur lingua graeca, alia latina. et manus alio modo dicuntur ipsum proprie corporis membrum, quod mouemus ad operandum, et alio modo manus dicitur scriptura, quae fit per manum; dicimus enim: „probata est manus eius“ „lecta est aduersus eum manus eius“ „habeo manum tuam“ „recipe manum tuam“. manus utique proprie membrum est hominis. non autem opinor illam scripturam membrum esse hominis; et tamen dicitur manus eo quod manu facta sit. sic et peccatum non tantum ipsum opus malum, quod poena dignum est, sed etiam ipsa mors, quae peccato facta est, peccatum appellatum est. illud itaque peccatum, quo reus esset mortis, non commisit Christus; illud autem alterum, id est mortem, quae peccato inflicta est humanae naturae, suscepit pro nobis. hoc suspendit in ligno, hoc maledictum est per Mosen, ubi mors damnata est ne

2 Deut. 21, 23

1 *cap.* LXIIII *T* LXVI *D* LXVII *v*; *om. GP* 2 id *MV*: eo *GPTv*; *om. D* maladictus *D* 3 pendit *DTv* 5 occasionē *D* 9 propria *v* 10 dentis D^1 et alio—12 et manus *om.* P^1 modo] mo *T* 11 linguam] lingua *V* modum] modo D^1 ad modum *v* 12 lingua] alia lingua *T* grega D^1 modo] mo D^1 14 dicit *v* 15 lecta] et lecta *v* manus eius adu. eum *v* 16 habeo] ab eo *Pv* *prius* manum tuam *om. v* 19 manu] manus MP^1 *V* 21 appellata D^2Tv 22 reos P^1 24 suscipit *D* 25 moysen *DPTv*

regnaret, et maledicta est ut periret. quapropter per Christi tale peccatum damnatum est nostrum peccatum, ut nos liberaremur, ne regnante peccato nos damnati remaneremus.

Quid ergo miratur Faustus maledictum esse peccatum, maledictam esse mortem, maledictam esse mortalitatem carnis sine peccato Christi, ex peccato tamen hominis etiam in Christo factum? ex Adam quippe corpus assumsit, quia ex Adam uirgo Maria, quae peperit Christum. dixerat autem deus in paradiso: qua die tetigeritis, morte moriemini. hoc est maledictum, quod pependit in ligno. ille neget Christum maledictum qui negat et mortuum; qui autem confitetur mortuum, et negare non potest mortem de peccato esse et ob hoc etiam ipsam peccatum uocari. audiat apostolum dicentem: quoniam uetus homo noster simul crucifixus est cum illo, et intellegat quem maledictum Moses dixerit. ideoque securus apostolus ait de Christo: factus pro nobis maledictum, sicut non timuit dicere: pro omnibus mortuus est. hoc est enim mortuus est quod maledictus, quia mors ipsa ex maledicto est et maledictum est omne peccatum, siue ipsum quod fit, ut sequatur supplicium, siue ipsum supplicium, quod alio modo uocatur peccatum, quia fit ex peccato. suscepit autem Christus sine reatu supplicium nostrum, ut inde solueret reatum nostrum et finiret etiam supplicium nostrum.

Ex ingenio meo ista dixerim, si non apostolus totiens hoc

9 Gen. 2, 17 14 Rom. 6, 6 17 Gal. 3, 13 18 II Cor. 5, 15

1 et *om.* D^1P^1v xpm̄ *v* 2 liberemur P^1v 3 remanerimus D^1 7 facto *T* factam *v* assumit *T* 8 quae] qui P^1 9 tetigeris D^1 10 pendet *T* 11 confitetur D^1 13 ipsum P^1v audiam *V* 15 cum illo crucifixus est *DPTv* 16 moyses *Pv* moysis *D* dixerat P^1 securus] secutus D^1PTv 18 hoc —mortuus est *om.* D^1P^1v 19 quod] quo D^1v 20 quod] quo D^1P^1v sequitur T^1 22 suscipit *D* 23 reatu] reatum D^1P^1 reatus T^1 soluerit *D* 24 finerit D^1 25 toties *v* hoc] in hoc P^1

inculcat, ut dormientes excitet et calumniantes offocet. misit deus, inquit, filium suum in similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum in carne. non ergo erat illa caro peccati, quia non de traduce mortalitatis in Maria per masculum uenerat; sed tamen quia de peccato est mors, illa autem caro quamuis ex uirgine, tamen mortalis fuit, eo ipso quo mortalis erat similitudinem habebat carnis peccati. hoc appellat etiam peccatum consequenter dicens: ut de peccato damnaret peccatum in carne. item alio loco: eum, inquit, qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit, ut nos simus iustitia dei in ipso. cur ergo timeret Moses dicere maledictum, quod Paulus non timuit dicere peccatum? plane hoc propheta et praeuidere debuit et praedicere, paratus ab haereticis cum apostolo reprehendi. quisquis enim reprehenderit prophetam dixisse maledictum, cogitur reprehendere apostolum dixisse peccatum; nam utique maledictum comes peccati est.

Nec ideo maior inuidia est, quod addiderit: deo, ut diceret: maledictus deo omnis qui pependerit in ligno. nisi enim deus odisset peccatum et nostram mortem, non ad eam suscipiendam atque delendam filium suum mitteret. quid ergo mirum si maledictum est deo quod odit deus? tanto enim libentius nobis donat immortalitatem, quae futura est Christo

1 Rom. 8, 3 10 II Cor. 5, 21

1 ut] ut et *DPT²v* et *T¹* dormientis *D¹T* excitet] exsilet *M¹* calomniantes *D¹* calumnientes *v* offocet] suffocet *D²* soffocit *D¹* sufficit *P¹* 2 carnes *D¹* 4 erat illa ergo *T* traduce] radice *D¹P¹* mortalitates *D¹* 5 mariam *P* 9 peccato] peccatū *D¹* 10 eam *T¹* qui *om. P¹* 11 nos simus] nouissimus *T¹* simus] semus *D¹* essemus *P* 12 moyses *D²Pv* moysis *D¹* 13 Paulus — praedicere *om. D¹* propheta (*om.* et) *D²P²* 14 praeuideri *D pr.* cum haereticis ab apostolo *V* 18 peccato *T¹* 19 addederit *D¹* addiderat *v* dicerit *D¹* 20 maladictus *D* pependiderit *D¹* pependit *D²T* 21 mortem nostram *DPTv* eam *om. v* 22 delendum *v* 24 donat$^{\bar{v}}$ ($\bar{v}$ *add. m. 2*) *D* immortalitate *T* futura] figura *P²* est *om. v*

ueniente, quanto misericordius odit mortem nostram, quae in ligno pependit Christo moriente. quod autem additum est: omnis, ut diceretur: maledictus omnis qui in ligno pependit, non sane Moses minus praeuidit etiam iustos in cruce futuros, sed bene praeuidit haereticos ueram mortem domini negaturos et ideo uolentes ab hoc maledicto Christum seiungere, ut a mortis etiam ueritate seiungerent. si enim uera illa mors non erat, nullum maledictum Christo crucifixo pependit in ligno, quia nec uere crucifixus est. sed contra longe futuros haereticos quam de longe clamat Moses sine causa tergiuersamini, o quibus displicet ueritas mortis Christi. maledictus omnis qui pendet in ligno; non ille aut ille, sed omnis omnino. etiamne et filius dei? etiam prorsus. nam hoc est quod non uultis: inde satagitis, inde seducitis. displicet enim uobis maledictus pro nobis, quia displicet mortuus pro nobis; tunc enim extra maledictum illius Adam, si extra illius mortem. cum uero ex homine et pro homine mortem suscepit, ex illo et pro illo etiam maledictum, quod mori comitatur, suscipere non dedignatus est etiam ille, prorsus etiam ille filius dei semper uiuus in sua iustitia, mortuus autem propter delicta nostra in carne suscepta ex poena nostra. ac per hoc additum est: omnis, ne Christus ad ueram mortem non pertinere diceretur, si a maledicto, quod morti coniunctum est, insipienti honorificentia separetur.

1 quando P^1 miricordius (se *a m. 2*) D 3 omnes (ut) T^1 diceritur D^1 uideretur P^1T 4 pependerit DPv moyses DPv praeuidet P^1 iustus D 5 futurus D^1 domini mortem v 6 ideo] ide V maladicto D 8 xpo nullum maledictum P 9 uere] uire D^1 10 de longe *cf. Rönsch l. c. p. 232* moyses DPv 11 displicit D^1P^1 ueritas] ucritas T 12 pendit P^2T pependit DP^1 13 *om*nis (d *et* i *eras.*) T et *om.* P^1 prorsus] prussus D 15 displicit D^1 16 maledicto P^1 17 pro] p D^2 18 suscipit D mori V: morti P^2Tv morte D^1P^1 mors D^2 19 suscepere D illi prussus etiam illi D 20 uiuos D^1 21 delecta D^1 23 pertenere D diceritur D^1 a *om.* v maladicto D^1 morte D 24 coniunctum] conuictum T insipiente D^1 separaretur D^2PTv saperaretur D^1

Qui autem ex ueritate euangelica fidelis est, intellegit tam non esse contumeliam Christi ex ore Mosi, cum eum dixit maledictum, non ex diuinitate maiestatis suae, sed ex condicione poenae nostrae, ex qua in ligno suspensus est, quam non est laus Christi ex ore Manichaeorum, cum eum negant carnem habuisse mortalem, in qua ueram mortem pateretur, quia ex illo prophetico maledicto laus intellegitur humilitatis, ex isto haeretico quasi honore crimen obicitur falsitatis. si ergo negas maledictum, nega mortuum; si negas mortuum, non iam contra Mosen, sed contra apostolos dimicas. si autem confiteris mortuum, confitere suscepisse poenam peccati nostri sine peccato nostro. iam uero ubi audis poenam peccati, aut ex benedictione crede uenientem aut ex maledictione. si ex benedictione uenit poena peccati, opta esse semper in poena peccati; si autem optas inde liberari, crede per diuinae sententiae iustitiam ex maledictione uenisse. confitere ergo maledictum suscepisse pro nobis quem confiteris mortuum esse pro nobis, nec aliud significare uoluisse Mosen, cum diceret: maledictus omnis qui in ligno pependerit. poterat enim dicere: „maledictus omnis mortalis“ aut „maledictus omnis moriens“; sed hoc est quod asserit prophetia, quia sciebat Christi mortem in cruce pensuram et futuros haereticos, qui dicerent: „pependit quidem in ligno, sed specie quadam, non ut uere moreretur“. clamando ergo maledictus nihil aliud clamauit, nisi quia uere mortuus, sciens mortem hominis peccatoris, quam sine peccato ipse suscepit, de illo maledicto uenientem, quo dictum est: si tetigeritis, morte morie-

19 Deut. 21, 23 27 Gen. 2, 17

1 intellegat P^1 2 contumelia D^1 ori D^1 moysi Pv 5 negant (nt *a m. 2 in ras. 4 litt.*) T 6 pateritur D^1 7 humilitates D^1 8 falsitates D^1 9 nega] negas D^1P^1v 10 moysen DPv apostolum D^1 si] se D^1 11 confitere] confitiri D^1 suscipisse D 13 maledictionem D^1 15 liberare DP^1 diuina T 16 maledicto P^1 17 suscipisse D confitires D^1 18 moysen DPv 19 pependit T 21 prophetiam D^1Vv 22 crucem MV futurus hereticus D^1 23 speciae T 25 mortuus V: mortuus est $DPTv$ 26 suscipit D 27 quo V: quod $DPTv$ mortem P^1T

mini. ad hoc pertinet et serpens ille in ligno suspensus, quo significaretur non falsam mortem Christum finxisse, sed illam ueram in ligno passionis suae suspendisse, in quam serpens ille hominem male suadendo deiecit. quam ueram mortem nolunt isti conspicere et ideo non sanantur a ueneno serpentis, sicut in heremo quicumque illum attenderent sanabantur.

Itaque fatemur ab imperitis dici aliud esse affigi ligno, aliud in ligno pendere. sic enim quidam putant soluendam esse istam quaestionem, ut Iudam dicant a Mose maledictum, qui laqueo se suspendit. quasi primo nouerint utrum ex ligno an ex lapide se ille suspenderit. sed uerum est quod et Faustus commemorauit apostolum non sinere aliud intellegere quam de Christo esse praedictum. sed talis imperitia nonnullorum catholicorum uenatio Manichaeorum est; tales enim solent insectari, tales suis fallaciis irretire. tales in eos ceciderамus, tales haeseramus, tales non uiribus nostris, sed dei misericordia eruti sumus.

LII.

DE, ID QVOD AIT MOSES, VIDEBIS VITAM TVAM PENDENTEM, ET NON CREDES VITAE TVAE. EX LIBRO CONTRA FAVSTVM XVI AD LOCVM.

67 Quasi uero quicquam sit peius inter maledicta, quae Iudaeis pro merito superbiae impietatis acciderunt, quam uidere uitam

1 cf. Num. 21, 9 20 Deut. 28, 66

1 pertinet et] pertinens D^1P^1v 2 $\overline{\text{xpi}}$ D^2 finxisse DP 3 uerū (ū *a m. 2 in ras.*) D qua D^1P 4 quam] qua D^1 5 noluit iste P^1 6 haeremo V illam TV attenderint DP attenderet T sanabatur T 8 fatimur D^1 9 pendere] pondere P 10 moyse Pv 11 quasi] quia si T 15 uenatio] uenenatio DP^1v talis D 16 insectare D *prius* tales *om.* v inritire D talis D^1 18 eruti] eruditi DM^1V 19 *cap.* LXV T LXVII D LXVIII v; *om.* GP 20 id MV: eo $DPTv$ moyses DPv 21 credis (i *ex* e *corr.*) D 22 ad locum *om.* $DPTv$ 24 superbae D^2P supbae D^1 impietates D^1 accederunt D^1P^1

suam, id est filium dei, pendentem et non credere uitae suae. maledicta enim cum ex prophetia dicuntur, non sunt de malo uoto imprecantis, sed de praescio spiritu denuntiantis. nam illa quae de malo uoto sunt prohibentur, cum dicitur: benedicite et nolite maledicere. haec autem saepe inueniuntur in sermone sanctorum; sicut apostolus Paulus: Alexander, inquit, aerarius multa mala mihi ostendit; reddet illi dominus secundum opera sua. nam illud tamquam stomachatus et indignatus etiam male optasse uidetur apostolus: utinam et abscidantur qui uos conturbant. quod utique, si consideres personam scribentis, magis cum elegantissimo ambiguo bene optasse intelleges. sunt enim spadones, qui se ipsos absciderunt propter regnum caelorum. quod in his quoque uerbis Faustus sapuisset, si pium palatum ad escas dominicas attulisset. sic enim sonuit fortasse Iudaeis quod dictum est: uidebis uitam tuam pendentem et non credes uitae tuae, ut inter minas et dolos hostium suorum uitam suam uidentes ex incerto pendere uicturos se esse non crederent. sed filius euangelii audit: ille enim de me scripsit; in hac ipsa ambiguitate sententiae uidet quid prophetae porcis proiciant, quid hominibus innuant, statimque illi occurrit uita hominum Christus pendens eique non credentes Iudaei ob hoc ipsum, quia pendentem uident. et alius quidem aliquis cito diceret

4 Rom. 12, 14 6 II Tim. 4, 14 10 Gal. 5, 12 12 Matth. 19, 12 20 Io. 5, 46

1 filium] $\overline{\text{xpm}}$ filium *D* 2 dicantur *M* 3 imprecandis P^1 denunciantes D^1 4 quae] qui P^1 7 herarius *P* 8 reddat DP^1 dominus *om. T* nam] nam et *T* 9 sthomacatus M^1 V^1 sthumachathus D^1 11 consideres] consideris D^1 consuleris *P* 12 cum *MV*: eum *DPTv* eligantessimo D^1 optasse] aptasse *MV* 14 Faustus] factus *M* 17 credis *DM* tuae] suae *v* 18 mines *P* et] uel *DPT* dolus D^1P uidentis D^1 19 uicturos D^2MV: uictores D^1PTv crederint *D* 20 audit *M* *V*: cum audit *DPTv* 21 uidit *Dv* prophetiae *P* proiciunt P^1 23 credentis D^1 24 dicerit D^1

inter cetera maledicta, quae in illa lectione ad aliquid de Christo intellegendum non pertinent, hoc solum ibi esse de Christo quod scriptum est: uidebis uitam tuam pendentem et non credes uitae tuae; neque enim fieri non posset, ut inter diuersa maledicta, quae impio populo prophetice pronuntiabantur, hoc quoque poneretur. sed ego et qui mecum aliquanto attentius cogitant euangelicam illam dominicamque sententiam, qua non ait: „ille enim et de me scripsit", ut et alia quae ad Christum non pertinent scripsisse crederetur, sed ait: de me enim ille scripsit, ut omnem scripturae illius intentionem non nisi ad intellegendam Christi gratiam perscrutando consuleremus, etiam cetera in illa lectione maledicta propter Christum praedicta cognoscimus.

LIII.

QVOD REQVIES SABBATI ETIAM IN SEPVLTVRA DOMINICA POSSIT INTELLEGI, ET OCTAVI DIEI CIRCVMCISIO EXPOLIATIONEM SIGNIFICET MORTALITATIS. ITEM EX EODEM LIBRO CONTRA FAVSTVM XVI.

68 Illud sabbatum, quod imperite atque impie deridetis, nisi et ipsum inter prophetias, quae de Christo scriptae sunt, haberet intellectum, non ei Christus sic attestaretur. qui cum propria uoluntate, sicut ipse in eius laude posuisti, pateretur,

1 illa *om. Tv* ad *eras. D*; *om. M* 2 intellegendam *M* 3 uidibis D^1 uidebas *P* 4 credis D^1 5 possit *D* 6 propheticae MP^1TV praenuntiabantur D^2v poneritur D^1 7 aliquando P^1 8 qua] quam *D* et *om. M* 9 pertenent *D* 10 enim *om. T* ut] et *v* 11 intellegendū *P* gratiam $\overline{\text{xpi}}$ *v* 12 perscrutandum P^1 consolerimus D^1 illa] ida *MV* ista *PTv* 13 xp̃o *MV* praedicata D^1 noscimus *Dv* 14 *cap.* LXVI *T* LXVIII *D* LXVIIII *v*; *om. GP* 15 sabbati etiam *om.* D^1 16 diei] die *T* dei *P* 17 item *om. PTv* 18 XVI] XI *P* 19 imperitae *V* inperitum D^1 deriditis *D* 20 scripta D^1Pv haberit D^1 21 sic] sicut P^1 testaretur P^1 22 propriā uoluntatē *v* laude eius *P* posuisti *om.* D^1 pateritur D^1

ideoque tempora passionis et resurrectionis suae haberet in potestate, id egit ut caro eius in sepultura sabbato requiesceret ab omnibus operibus suis, ut tertio die resurgens, quem dominicum dicimus, qui post sabbatum numeratur octauus, etiam circumcisionem octaui diei ad se prophetandum pertinere declararet. quid enim significat circumcisio carnis? quid nisi expoliationem mortalitatis, quam de carnali generatione portamus? propter hoc dicit apostolus: exuens se carnem principatus et potestates exemplauit fiducialiter, triumphans eos in semet ipso. quod enim dicit exuisse se carnem, eo loco carnem mortalitatem carnis intellegimus, secundum quam proprie corpus hoc caro nominatur. quae mortalitas proprie caro appellata, quia in illa resurrectionis immortalitate non erit. propterea scriptum est: caro et sanguis regnum dei non possidebunt. de quibus uerbis soletis calumniari fidei nostrae, qua credimus huius corporis futuram resurrectionem, quae in ipso domino iam praecessit, dissimulantes ea quae secuntur; in quibus aperte apostolus quid dicat exponit. uolens enim ostendere quid eo loco dixerit carnem, continuo subiecit: neque corruptio incorruptionem possidebit. hoc enim corpus, quod propter mortalitatem proprie caro nominatur, mutari dicit in resurrectione, ut iam non sit corruptibile atque mortale. quod ne putetur nostra suspicione dici, ipsa eius quae secuntur uerba consulite: ecce, inquit, mysterium dico: omnes quidem resurgimus, non tamen omnes immutabimur, in atomo, in ictu oculi, in nouissima

8 Coloss. 2, 15 15 I Cor. 15, 50 sqq.

1 tempore D^1 haberit D^1 habens P^2T 2 potestatem V 5 die T pruphetandum D 6 declaratur D^1Pv 7 carnale D^1 8 exsuens V carne T 12 propriae $DMPTV$ 13 illis (is *a m. 2 in ras.*) P 15 possidebunt] possib P *ante* de quibus *add.* D^1Pv: ut ergo induatur immortalitatem 16 calumniare D^1 fidaei T 18 sequuntur Tv 19 apostolus aperte DPv 20 dixerat P 22 propriae D^1P^1TV 25 consolitae D^1 mistirio D^1 26 quidem *om.* T resurgemus T^2v omnis D^1 27 athomo Pv icto D^1

tuba; canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur; oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem. ut ergo induatur immortalitate, exuitur mortalitate. hoc est circumcisionis mysterium, quae octauo die fieri iussa est, et octauo die, id est dominica post sabbatum, iam in ueritate a domino impleta. unde dicitur: exuens se carnem principatus et potestates exemplauit. per hanc enim mortalitatem nobis inuidae diabolicae potestates dominabantur; quas exemplasse dictus est, quia in se ipso capite nostro praebuit exemplum, quod in toto eius corpore, id est ecclesia ex diaboli potestate liberanda, in ultima resurrectione complebitur. haec est fides nostra. et quoniam, sicut testimonium propheticum Paulus commemorat: iustus ex fide uiuit, haec est iustificatio nostra. mortuum quippe Christum et pagani credunt; resurrexisse autem Christum propria fides est christianorum. si enim confitearis, ait apostolus, in ore tuo, quia dominus est Iesus Christus, et credideris in corde tuo, quia deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. quia ergo ex ista resurrectionis fide iustificamur, ideo et illud de Christo apostolicum est, quia mortuus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram. et quia ista resurrectio, quae credita nos iustificat, illa octaui diei circumcisione figurata est, propterea de ipso Abraham, cui primum tradita est, dicit apostolus: et signum

6 cf. Gen. 17, 12 15 Rom. 1, 17 Hab. 2, 4 17 Rom. 10, 9 22 Rom. 4, 25 26 Rom. 4, 11

1 canit *D* resurgent *cf. p. 243, 18* incorrupte D^1 2 oportit D^1 4 immortalitate D^1 ut — immortalitate *om.* D^1P^1 immortalitatem P^2 5 exuetur DP^1v mortalitate] mortalitatē *P*; *om.* D^1 circumcisione P^1 mysterium circumcisionis *v* 7 a domino in ueritate *v* 9 enim *om. v* inuidię P^1v diabulicae D^1 10 dictū (ū *in ras. a m. 2*) *P* 12 diabuli D^1 18 Iesus est *PT* 19 Christus *om. DPTv* 21 ideo] adeo V^2 22 mortuos D^1 delecta D^1 24 ista *om. P* 25 octaua P^1

accepit circumcisionis signaculum iustitiae fidei. ergo et istam circumcisionem inter alias figuras propheticas de Christo scripsit Moses, de quo ipse dicit: de me enim ille scripsit.

LIIII.

NON SOLVM DIEBVS SED ET MENSIBVS NOMINA DEORVM SVORVM IMPOSVERE PAGANI. EX LIBRO CONTRA FAVSTVM XVIII.

Diebus quippe istis, quorum septenarius numerus in orbem 69
redit, deorum suorum nomina gentes imposuerunt; de quibus ait apostolus, quod coluerunt et seruierunt creaturae potius quam creatori. quos in hac parte etiam uos imitamini, nisi quod cum eis lucidiora duo lumina, cetera uero sidera non cum eis adoratis. sed et mensibus imposuerunt nomina deorum suorum. propter honorem quippe Romuli, quia eum Martis filium crediderunt, primum mensem Marti dicantes martium uocauerunt; et inde aprilem nullo dei sui nomine, sed a re ipsa quasi aperilem, quod tunc plurimum germinis aperiatur in florem. inde tertium mensem maium, quod Maiam, Mercuri matrem, deam colunt. inde quartum iunium a Iunone, inde ceteros usque ad decembrem a numeris nominarunt. sed ex eis quintilis atque sextilis nominibus hominum, quibus diuinos honores decreuerunt, appellati sunt iulius et augustus. nam septimus september et ceteri, ut dixi, usque ad decembrem numerorum ex ordine nominibus enuntiantur.

3 Io. 5, 46 11 Rom. 1, 25

1 accipit *D* circumcisionis—istam *om. T* 2 ista D^1 3 moyses *DPv* 5 *cap.* LXẊVII *T* LXVIIII *D* LXX *Gv*; *om.* *P* 9 septinarios D^1 10 gentis D^1 12 inmitamini *P* 13 duo lumina *Pv*: uolumina *MV* duo luminaria *DT* 14 sidera] ad sidera *D* 16 crediderant *V* decantes D^1 dicantis P^1 dicentes P^2 17 aplilem *P* nullū *D* 19 mense *D* 20 mercurii *DPTv* inde—Iunone *om.* v^1 21 iunonae (*om.* a) T^1 iunonem MP^1V nominauerunt *Pv* numerauerunt *D* 24 agustus *D* 25 ex] et *T* enuciantur *D*

porro ianuarius a Iano appellatus est, februarius a februis, sacris lupercorum. uultis ergo ut et uos dicamini in mense martio Martem colere? illo enim mense bema uestrum cum magna festiuitate celebratis. si autem uobis in mense martio licere arbitramini aliud considerare, non Martem, cur ex die septimo, quod sabbatum a requie nominatum est, diuinis scripturis Saturnum importare conamini, quia eum diem Saturni gentes appellauerunt? nempe iam uidetis cum quanta impietate deliretis.

De sacrificiis autem animalium quis nostrum nesciat magis ea peruerso populo congruenter imposita quam deo desideranti oblata? sed tamen etiam in his figurae nostrae fuerunt, quia nostra mundatio et dei propitiatio nobis sine sanguine nulla est; sed illarum figurarum ueritas Christus est, cuius sanguine redemti et mundati sumus. nam in figuris eloquiorum diuinorum et taurus dictus est propter uirtutem crucis, cuius cornibus impios uentilabit, et aries propter innocentiae principatum et hircus propter similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum; et si quod aliud sacrificii genus expressius commemoraueris, in eo quoque tibi Christum prophetatum esse monstrabo. quocirca siue circumcisio siue sabbatum siue differentia ciborum siue immolatio sacrificiorum, omnia haec figurae nostrae fuerunt et prophetiae, quas Christus non soluere, sed adimplere uenit, cum ea quae his praenuntiabantur impleuit.

18 cf. Rom. 8, 3 23 cf. I Cor. 10, 6

1 febroarius D^1v a februis *om.* *v* februis] ferbuis D^1 fruis *T* 2 dicamini in] dicam *v* 3 colere] colore *P* 5 ex] et P^2T 7 eum—iam *om.* *MV* die D^1 8 gentis D^1 quantam *M* 9 impietate] pietate *M* deliratis *v* deleritis D^1 deleretis P^1 11 desiderante *P* 12 figura P^1 14 $\overline{\text{xpi}}$ *D* 17 impius P^1 uentilauit *DPTv* 18 hyrcus *DPv* 19 sacrificiis *P* 20 commemoraberis T^2 22 differentiae D^1Pv ciborum] aborum *T* 24 ea] eo P^1 praenuntiabuntur P^1 ꝑnuntiabantur (ꝑnunt *a m. 2 in ras.*) *D* 25 implebit *MV*

LV.

QVOD OCVLVM PRO OCVLO NON SIT CONTRARIVM: QVI TE PERCVSSERIT IN DEXTRAM MAXILLAM ET CETERA. EX LIBRO CONTRA FAVSTVM XVIIII.

Iam uero illud quod antiquis dictum est: oculum pro oculo, dentem pro dente, quomodo contrarium habet quod ait dominus: ego autem dico uobis non resistere malo; sed si quis te percusserit in maxillam tuam dextram, praebe illi et alteram et cetera, quando quidem et illud antiquum ad reprimendas flammas odiorum saeuientumque immoderatos animos refrenandos ita praeceptum est? quis enim tandem facile contentus est tantum reponere uindictae, quantum accepit iniuriae? nonne uidemus homines leuiter laesos moliri caedem, sitire sanguinem uixque inuenire in malis inimici unde satientur? quis pugno percussus non aut iudicia concitat in damnationem eius qui percusserit? aut, si ipse percutere uelit, totum hominem etiam, si non telo aliquo arrepto, pugnis calcibusque contundit? huic igitur immoderatae ac per hoc iniustae ultioni lex iustum modum figens poenam talionis instituit, hoc est ut qualem quisque intulit iniuriam, tale supplicium pendat. proinde oculum pro oculo, dentem pro dente non fomes, sed limes furoris

2 Ex. 21, 24 Matth. 5, 39

1 *cap.* LXVIII *T* LXX *D* LXXI *Gv*; *om. P* 2 oculo] oculū D^1 contrarium] c. illi dominico dicto *v* 3 dexteram *Pv* dextra *D* 4 XVIIII] XVIII *V* 6 oculo] oculū D^1 dente] dentem D^1P^1 8 malū D^1 9 dexteram *Pv* dextera D^1 altera D^1 11 saeuientumquae *V* seuientiumque *PTv* inmoderatus animus refrenandus *D* 12 reponere] rependere *D* 13 accipit *D* uidimus D^1 14 lesos *PVv* lesus D^1 sitiri *P* 15 aut non *v* 16 concidat D^1 in *om. V* damnatione D^1P 17 repercutere *P* uellit DP^1 si non etiam *DPT* 18 arepto *D* pugnis** (cu? *ras.*) *D* 19 iniuste *Vv* ultione D^1 ultionis P^1 21 intullit D^1 pendit D^1P^1v 22 oculo] oculū D^1 dentem] dente D^1

est, non ut id quod sopitum erat hinc accenderetur, sed ne id quod ardebat ultra extenderetur impositus. est enim quaedam uindicta iusta iusteque debetur ei qui fuerit passus iniuriam. unde utique cum ignoscimus, de nostro quodam modo iure largimur. unde etiam debita dicuntur, quae in oratione dominica humanitus dimittere monemur, ut nobis et nostra diuinitus dimittantur. quod autem debetur, etsi benigne remittitur, non tamen inique repetitur. sed sicut in iurando etiam qui uerum iurat propinquat peiurio, unde longe abest qui omnino non iurat; et quamuis non peccet qui uerum iurat, remotior tamen a peccato est qui non iurat — unde admonitio non iurandi conseruatio est a peccato peiurii: — ita cum peccet qui per immoderationem iniuste uult uindicari, non peccet autem qui modum adhibens iuste uult uindicari, remotior est a peccato iniustae uindictae qui non uult omnino uindicari. peccat enim qui exigit ultra debitum; non peccat autem qui exigit debitum: sed tutius longe est a peccato iniusti exactoris qui omnino non exigit debitum, praesertim ne cogatur et ipse reddere debitum ab eo qui nullum habet debitum.

6 cf. Matth. 6, 12

1 sopitum] supitum D^2 subitum D^1v accinderitur D^1 2 ardeat *v* extenderitur D^1 impositum *v* quaedam] qd̄dam *v* 3 iusta uindicta *DPT* ius uindictę *v* ei] et P^1v 5 largimus *V* 6 demittere DP^1 mouemur *T* 8 remittetur *D* remitatur P^1 9 uero D^2 periurio *DPTv* 10 peccit *D* 11 *post* iurat *add.* D^1GPv: maluit nos dominus et non iurantes non recedere a uero quam uerum iurantes propinquare periurio 12 periurii *DM PTv* 13 (14. 15) uindicare D^1v peccat *v* 14 modo *v* 15 uindicari omnino *D* 17 tutius] totius DP^1T iniuste *v* 19 qui] quod *P* habit D^1

LVI.

QVOMODO INTELLEGENDVM SIT: IN QVIBVS DEVS SAECVLI HVIVS EXCAECAVIT MENTES INFIDELIVM. EX LIBRO CONTRA FAVSTVM XXI.

Apostolus ait: deus saeculi huius excaecauit men- 71
tes infidelium. quam quidem sententiam plerique nostrum ita distingunt, ut deum uerum dicant excaecasse infidelium mentes. cum enim legerint: in quibus deus, suspendunt pronuntiationem; at tunc inferunt: saeculi huius excaecauit mentes infidelium. quia etsi ita non distinguas, sed exponendi gratia ita uerborum ordinem mutes: „in quibus deus excaecauit mentes infidelium saeculi huius“ idem qui in illa distinctione sensus elucet. potest enim etiam talis operatio, qua excaecantur mentes infidelium, secundum quendam modum pertinere ad uerum deum. quod non facit malitia, sed iustitia, sicut idem Paulus alibi dicit: numquid iniquus deus, qui infert iram? item alibi: quid ergo dicemus? inquit; numquid iniquitas est apud deum? absit. Moses enim dicit: miserebor cui misertus ero, et misericordiam praestabo cui misericors fuero. cum ergo praemisisset, quod inconcusse retinendum est, non esse iniquitatem apud deum, paulo post attende quid dicat: si autem uolens deus ostendere iram et demonstrare potentiam suam attulit in multa patientia

2 II Cor. 4, 4 16 Rom. 3, 5 17 Rom. 9, 14 sq. 19 Ex. 33, 19 23 Rom. 9, 22 sq.

1 *cap.* LXVIIII *T* LXXI *D* LXXII *Gv*; *om.* *P* 2 sit] *om.* *D*; sit illud apostoli *T* 4 XXI] XXII *T* 6 sententia D^1 plerumque P^1v^1 7 distinguunt P^2v distinguit P^1 9 praenuntiationem *Pv* at *V*: ac *DPTv* 10 distinguant P^2T 11 mutes] mutis *D* mutent P^2T 12 huius saeculi *v* idem qui] idemque *v* 13 elucit D^1 po*test (s *ras.*) *D* tales P^1 15 pertenere D^1 uerum] uersū D^1 17 dicimus D^1v dimus *P* 18 inquit *om.* D^1v 19 moyses DP^1v moysi P^2 ero] fuero *T* 21 praemisissit D^1 promisisset *T* 24 attullit *D*

uasa irae, quae perfecta sunt in perditionem, et ut notas faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, quae praeparauit in gloriam? et cetera. certe hic nullo modo dici potest alium deum esse, qui ostendit iram et demonstrat potentiam suam in uasis, quae perfecta sunt ad perditionem, et alium qui ostendit diuitias in uasis misericordiae. nam unum eundemque deum facere apostolica doctrina testatur. hinc est et illud: propter hoc tradidit illos deus in concupiscentiam cordis eorum in immunditia, ut contumeliis afficiant corpora sua in semet ipsis; et paulo post: propterea tradidit illos deus in passiones ignominiae; item paulo post: et quoniam non probauerunt deum habere in notitiam, tradidit illos deus in reprobum sensum. ecce quomodo uerus deus et iustus excaecat mentes infidelium. neque enim umquam in his apostoli uerbis, quae commemoraui, alius deus intellectus est quam ille qui filium suum misit dicentem: in iudicium ueni in hunc mundum, ut qui non uident uideant et qui uident caeci fiant. nam et hic satis apparet mentibus fidelium, quomodo deus excaecet mentes infidelium. praecedit enim aliquid occultum in occultis, ubi deus agat iustissimum examen iudicii sui, ut quorundam mentes excaecentur, quorundam inluminentur. cui uerissime dictum est: iudicia tua abyssus multa. cuius profunditatis impenetrabilem altitudinem apostolus admiratus exclamat: o altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei; quam inscrutabilia sunt iudicia eius et cetera. uos autem non ualetis discernere

8 Rom. 1, 24. 26. 28 18 Io. 9, 39 24 Ps. 35, 7 26 Rom. 11, 33

2 uasis D^1PTv 4 hic *om.* DP^1v 6 ostendit] odit *MV* 7 facere] facere utrumque *DPTv* 8 tradit P^1 9 concupiscentias *DPTv* immunditiam *DPTv* 10 contumiliis *D* 13 notitia *DPv* 16 commemorauit D^1P^1v 18 iudicium (*om.* in) P^1 21 excaecat P^1v excaecauit P^2 23 excaecantur *v* 24 abysus *DT* habyssus *v* 28 ualetis] ualentes D^1Pv discernere] discere *T*

quid faciat deus beneficio, quid iudicio, quia et a corde et ab ore uestro longe est psalterium nostrum; ubi dicitur: misericordiam et iudicium cantabo tibi, domine.

LVII.

DE, ID QVOD AIT IDEM APOSTOLVS, DEVS TEMPERAVIT CORPVS. EX EODEM LIBRO CONTRA FAVSTVM XXI.

Dicit apostolus: deus temperauit corpus; et dicit iste: 72
„hyle, non deus“. quid apertius his inimicitiis ante anathemandis quam refellendis. numquid et hic apostolus cum diceret: deus, addidit: huius saeculi? ubi si quis etiam diabolum intellexerit, excaecare diabolum mentes infidelium, non negamus, malis suasionibus; quibus qui consentiunt iustitiae lumen amittunt deo retribuente quod iustum est. haec omnia legimus in scripturis sanctis. nam et illud dictum est de seductione extrinsecus ueniente: timeo ne, sicut serpens Euam seduxit in uersutia sua, corrumpantur mentes uestrae a simplicitate et castitate, quae est in Christo. cui simile est: corrumpunt mores bonos colloquia mala; et illud, quod et sibi quisque seductor sit: qui autem putat se esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum seducit; et illud de dei uindicta quod supra commemoraui: tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant quae non conueniunt. ita et in ueteribus libris, cum praedixisset: deus mortem non

2 Ps. 100, 1 5 I Cor. 12, 24 15 II Cor. 11, 3 18 I Cor. 15, 33 20 Gal. 6, 3 22 Rom. 1, 28 24 Sap. 1, 13

1 faciant P^1 a] ad D^1 4 *cap.* LXX *T* LXXII *D* LXXIII *v*; *om. GP* 5 id *MV*: eo *DPTv* 6 XXI] uigisimo *v* 7 temperat D^1 8 hylē D^2 non] nom *MV* inimicitiis] inimici uitiis *v* anathaemandis *D* 9 refellendis] repellendis D^1 refallentis *v* cum] dum *D* dicerit D^1 10 etiam si quis *DPTv* 11 diabulum *D* *alterum* diabolum *om. DPv* mentis infidilium D^1 12 qui *om.* P^1v 16 corrumpantur] ita corrumpantur *DPv* 19 bonus D^1 quisquae *D* 20 putant P^1 22 commemorauit *T* illus D^1 23 et] ut DP^1v 24 praedixixisset *D*

fecit nec laetatur in perditione uiuorum, paulo post: inuidia, inquit, diaboli mors intrauit in orbe terrarum. et rursus de ipsa morte, ne se homines extra culpam ponerent: impii autem manibus et uerbis, inquit, accersierunt illam, et extimantes illam amicam defluxerunt; alibi autem: bona et mala, uita et mors, diuitiae et paupertas a domino deo sunt. hic perturbati homines non intellegunt in uno eodemque opere malo non postea consequente alia quae manifesta erit, sed quadam continuo comitante uindicta aliud uenire de astutia suadentis, aliud de nequitia uolentis, aliud de iustitia punientis: cum diabolus suggerit, homo consentit, deus deserit. quocirca in opere malo, id est excaecatione infidelium, si intellegatur et diabolus propter suadendi malignitatem, ut sic distinguatur: deus huius saeculi, non mihi uidetur absurdum. neque enim sine additamento dicitur deus, cum adiungitur huius saeculi, id est hominum impiorum non nisi in hoc saeculo florere uolentium; secundum quod dicitur et malum saeculum, sicut scriptum est: ut eximeret nos de praesenti saeculo maligno. tale est enim et illud: quorum deus uenter; nisi esset ibi quorum, nullo modo diceret: deus uenter. nec in psalmo daemonia possent dii appellari, nisi adderetur gentium; sic enim scriptum est: quoniam di gentium daemonia. hic autem nec deus huius saeculi nec quorum deus uenter nec di genti-

2 Sap. 2, 24 4 Sap. 1, 16 6 Eccli. 11, 14 19 Gal. 1, 4 21 Philipp. 3, 19 24 Ps. 95, 5

1 perdictione D^1 2 orbem D^2PTv orbi D^1 3 ne *om.* D^1 5 accersierant *v* et *om.* P^1v extimantes *MV* (*cf. p. 159, 17*): existimantes *DPTv* 9 consequenti D^1 manefesta D^1 10 comitantur D^1Pv uindictę *v* 11 suadentes D^1 uolentes D^1 punientes D^1 13 quodcirca *D* quae circa *v* excaecationē D^1v intellegantur P^1 14 et] ut D^1 suadenti *P* malignitate D^1 15 distenguatur D^1 18 et *om.* P^1 19 exemeret P^1 20 enim est *T* 21 modo *om.* *T* 22 dicerit D^1 dii] di *T* 23 adderitur D^1 addiretur P^1 gentium] gentium daemonia *T* sic—daemonia *om.* *T* 24 (*et* 25) dii *DPv* 25 nec di] ne dii DP^1

um daemonia, sed simpliciter positum est: deus temperauit corpus; qui non potest intellegi nisi deus uerus omnium creator. illa enim cum uituperatione dicuntur, hoc autem cum laude dictum est. nisi forte deum temperasse corpus non dispositione membrorum, hoc est fabricando et construendo, sed admixtione lucis suae Faustus intellegit, ut scilicet haec membra ita distincta et locata suis sedibus alter posuerit, qui haec fabricauit; deus autem miscendo bonitatem suam huius fabricae malitiam temperauit. talibus enim fabulis pueriles animas hebetant; sed neque hoc eos posse dicere permisit subueniens deus paruulis per ora sanctorum. habes enim et paulo superius: deus posuit membra singulum quodque eorum in corpore prout uoluit. quis iam non intellegat secundum hoc dictum deum temperatorem corporis, quod ex multis membris corpus fabricauit, officia diuersorum operum in unitatis compage seruantibus?

LVIII.

EXEMPLO ABRAHAE CELANTIS CONIVGEM DOCET: QVANDO HABET HOMO QVOD FACIAT, NON TEMTET DEVM. EX LIBRO CONTRA FAVSTVM XXII.

Dicet aliquis: „cur non potius ita de deo suo praesumsit 73
Abraham, ut fateri non timeret uxorem? neque enim deus ab illo non poterat mortem repellere, quam timebat, eumque cum coniuge sua in illa peregrinatione tutari, ut nec uxor

12 I Cor. 12, 18 18 cf. Gen. 20, 2

5 dispositionem *P* 6 amixtione D^1P scilicet] si licet *T* haec] hoc P^1 7 locuta (u *in* a *corr. m. 2*) *D* 8 haec] hoc *DP* T^2v 9 temperauerit *PTv* puerilis D^1 10 hebetant] ebetant *P* habitant *DV* abitant *T* habicant *M* posse dicere] possidere *T* 11 paruolis *D* 12 singulis D^2 quotque *MV* quodque (unū *add. m. 2*) *D* 13 intellegit T^1 14 dictum] dictum ē D^1 16 unitates P^1 unitate D^1 17 *cap.* LXXI *T* LXXIII *D* LXXIIII *Gv*; *om. P* 18 quando] ut quando *PTv* 21 dicit *DP* 22 fatere D^1 timet *v* 24 cum *om. T* tutare D^1Pv

eius, quamuis esset pulcherrima, appeteretur ab aliquo nec propter illam ille necaretur". poterat sane hoc efficere deus; quis ita sit demens, ut hoc neget? sed si interrogatus Abraham illam feminam indicaret uxorem, duas res tuendas committeret deo, et suam uitam et coniugis pudicitiam. pertinet autem ad sanam doctrinam: quando habet quod faciat homo, non temtare dominum deum suum. neque enim et ipse saluator non poterat tueri discipulos suos; quibus tamen ait: si uos persecuti fuerint in unam ciuitatem, fugite in aliam. cuius rei prior exemplum praebuit. nam cum potestatem haberet ponendi animam suam nec eam poneret, nisi cum uellet, in Aegyptum tamen infans portantibus parentibus fugit. et ad diem festum non euidenter, sed latenter ascendit, cum alias palam loqueretur Iudaeis irascentibus et de inimicissimo animo audientibus nec tamen ualentibus in eum mittere manus, quia nondum uenerat hora eius: non cuius horae necessitate cogeretur mori, sed cuius horae opportunitate dignaretur occidi. qui ergo palam docendo et arguendo, et tamen inimicorum rabiem ualere in se aliquid non sinendo dei demonstrabat potestatem, idem tamen fugiendo et latendo hominis instruebat infirmitatem, ne deum temtare audeat, quando habet quod faciat, ut quod cauere oportet euadat. neque enim et apostolus Paulus desperauerat adiutorium protectionemque diuinam fidemque perdiderat, quando per murum in sporta submissus est, ut inimicorum manus effugeret. non

7 cf. Deut. 6, 16 9 Matth. 10, 23 11 cf. Io. 10, 18
12 cf. Matth. 2, 14 13 cf. Io. 7, 10 et 30 25 cf. Act. 9, 25

2 negaretur D^1 necatur *v* sane] sine D^1P^1 sine dubio *v*
3 interrogatus abraham si *v* 4 indicaret] negaret *v* committere *MP*^{1}*V* 5 pudititiam D^1 8 tuere *P* 9 fuerunt P^1 una ciuitate P^1T^2v 10 prior] primi V^2; *scriptura m. 1 delituit;* pri M^1 pro M^2 p*ror *D* nam] nam nec eā *v* 11 haberit D^1 12 uellit *D* 13 euidenter] uidentur P^1 14 alias] aliis *P* loqueritur D^1 16 hora] ora P^1T horae] chorae *V* ore P^1T hora *D* 17 oportunitate *DPTv* 20 item *D* 21 instruebat] ostendebat *PT* (tend *a m. 2 in P*) 22 caueri D^1 23 disperauerat *D* 25 effugiret *D*

ergo in deum non credendo sic fugit, sed deum temtando sic fugere noluisset, cum sic fugere potuisset.

LVIIII.

QVID RERVM FIGVRAVERINT QVATTVOR VXORES IACOB. EX EODEM LIBRO CONTRA FAVSTVM XXII.

Refutato crimine, quod nefarius error obiecit, de libero, ut 74
possumus, mysteriorum secreta rimemur pulsemusque fidei pietate, ut nobis aperiatur a domino, quid rerum figurauerint quattuor istae uxores Iacob, quarum duae liberae, duae ancillae fuerunt. uidemus enim apostolum in libera et ancilla, quas habuit Abraham, duo testamenta intellegere. sed ibi in una et una facilius apparet quod dicitur; hic autem duae sunt et duae. deinde ibi ancillae filius exheredatur; hic uero ancillarum filii simul cum filiis liberarum terram promissionis accipiunt: unde hic procul dubio aliquid aliud significatur.

Quamquam enim duas liberas uxores Iacob ad nouum testamentum, quo in libertatem uocati sumus, existimem pertinere, non tamen frustra duae sunt; nisi forte, quod in scripturis aduerti et inueniri potest, duae uitae nobis in Christi corpore praedicantur: una temporalis, in qua laboramus; alia aeterna, in qua delectationem dei contemplabimur. istam dominus passione, illam resurrectione declarauit. admonent nos ad

10 cf. Gal. 4, 22 sqq.

1 temtando] temptare metuendo *T* 2 sic] si *Tv* fugire *D* 3 *cap.* LXXII *T* LXXIIII *D* LXXV *v*; *om. GP* 4 quid] quod T^1 figurauerint] significauerint *v* 5 XXII] uigisimo tertio *v* inter cetera et ad locum *add.* D^2 6 quod] quo *T* libero] libro D^1P^1 *Tv* 7 possimus P^1 fid*ei (a *ras.*) *T* 8 pietatē D^2P^1 figurauerunt D^1 9 uxoris D^1 12 facillius T^1 apparit *D* 13 ancillae] ancilla & P^1 14 filii] filiif *V* filius *M* 17 quo* (d *eras.*) *P* libertate MP^2TV 19 inuenire D^1P^1 20 ꝑdicantur D^1 praedicuntur P^2 aeterna] terrena *T* 21 delectionem *D* dilectionem *v* 22 passionem DP^1 resurrectionē DP^1 ammonet P^1

hoc intellegendum illarum etiam nomina feminarum. dicunt enim quod Lia interpretatur „laborans“, Rachel autem „uisum principium“ siue „uerbum, ex quo uidetur principium“. actio ergo humanae mortalisque uitae, in qua uiuimus ex fide multa laboriosa opera facientes, incerti quo exitu proueniant ad utilitatem eorum quibus consulere uolumus, ipsa est Lia, prior uxor Iacob; ac per hoc et infirmis oculis fuisse commemoratur; cogitationes enim mortalium timidae, et incertae prouidentiae nostrae. spes uero aeternae contemplationis dei habens certam et delectabilem intellegentiam ueritatis, ipsa est Rachel. unde etiam dicitur bona facie et pulchra specie.

Hanc enim amat omnis pie studiosus et propter hanc seruit gratiae dei, qua peccata nostra, etsi fuerint sicut phoenicium, tamquam nix dealbantur. Laban quippe interpretatur „dealbatio“; cui seruiuit Iacob propter Rachel. neque enim se quisque conuertit sub gratia remissionis peccatorum seruire iustitiae, nisi ut quiete uiuat in uerbo, ex quo uidetur principium; quod est deus. ergo propter Rachel, non propter Liam. nam quis tandem amauerit in operibus iustitiae laborem actionum atque passionum? quis eam uitam propter se ipsam expetiuerit? sicut nec Iacob Liam, sed tamen sibi nocte suppositam in usum generandi amplexus et fecunditatem eius expertus est. dominus enim eam, quia per se ipsa diligi non poterat, primo ut ad Rachel perueniretur tolerari fecit, deinde propter filios commendauit. ita uero unusquisque utilis dei

8 Sap. 9, 14 11 cf. Gen. 29, 17 14 cf. Es. 1, 18 16 cf. Gen. 29, 30

1 dicut *T* 2 interpretetur *PTv* interp̄ *D* laborans] laboriosa *P* 4 humana *v* mortalisque] mortalitatisquae *T* 5 proueniant] proueni an *MV* proueniunt D^2 6 consolere *D* 8 incerte D^1Vv 13 piae D^1 seruet P^1 14 phoenitium D^1v phoenicum *T* 15 dealbabuntur *v* 17 quisque] quisquam *P* 18 ex quo] et quod *T* 21 actionū (nū *a m. 2 in ras.*) *D* uitam *om. P* ipsum T^2 22 lia *D* subpositam *DV* 23 faecunditatem *V* 24 per D^2 *in ras.* ipsam *DPv* 25 poterant D^1 peruenerentur tolerare P^1

seruus sub dealbationis peccatorum suorum gratia constitutus quid aliud in sua conuersione meditatus est, quid aliud corde gestauit, quid aliud adamauit nisi doctrinam sapientiae? quam plerique se adepturos et percepturos putant statim, ut se in septem praeceptis legis exercuerint, quae sunt de dilectione proximi, ne cuiquam homini noceatur, id est: honora patrem et matrem, non moechaberis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces uxorem proximi tui. quibus quantum potuerit obseruatis posteaquam homini pro concupita et sperata pulcherrima delectatione doctrinae per temtationes uarias quasi per huius saeculi noctem tolerantia laboris adhaeserit — uelut pro Rachel Lia inopinata coniuncta sit — et hanc sustinet ut ad illam perueniat, si perseueranter amat, acceptis aliis septem praeceptis — ac si ei dicatur: serui alios septem annos propter Rachel — ut sit pauper spiritu, mitis, lugens, esuriens sitiensque iustitiam, misericors, mundi cordis, pacificus. uellet enim homo, si fieri posset, sine ulla tolerantia laboris, quae in agendo patiendoque amplectenda est, statim ad pulchrae atque perfectae sapientiae delicias peruenire; sed hoc non potest in terra morientium. hoc enim uidetur significare quod dictum est ad Iacob: non est moris in loco nostro, ut minor nubat prius quam maior; quia non absurde maior appellatur quae tempore prior est. prior est

6 Ex. 20, 12 sqq. 15 Gen. 29, 27 16 cf. Matth. 5, 3 sqq. 22 Gen. 29, 26

1 seruos D^1 dealbationes D^1P^1 constitutos $Tpr.$ constitutis P^1 2 conuersione] conuersatione P 3 amauit v doctrina P 4 adepturus D^1P^1 percepturus D^1 5 septem] septi D 6 homine P^1 7 patrem] patrem tuum P et] aut T moecaberis V moechaueris DT^1 occidis D^1 8 furaueris DT 9 concupiscis D concupiscas v tui *om.* DPT 10 obseruantis T^1 11 delectatione] dilectione P^1 tēptacionis D^1 12 tolerantiam D tollerantiam PT 14 persiueranter D^1 aliis] illis T semptem D 16 spiritum D lugens] iugens T 17 mundis (s *del. m. 2*) T 18 enim *om.* T possit D tollerantia PT 19 amplectanda P^1T 20 pulcrae D 24 appelletur v

autem in recta hominis eruditione labor operandi quae iusta sunt quam uoluptas intellegendi quae uera sunt. ad hoc ualet quod scriptum est: concupisti sapientiam, serua mandata, et dominus praebet illam tibi: mandata utique ad iustitiam pertinentia; iustitiam autem, quae ex fide est, quae inter temtationum incerta uersatur, ut pie credendo quod nondum intellegit etiam intellegentiae meritum consequatur. quantum enim ualet quod amodo commemoraui esse scriptum: concupisti sapientiam, serua mandata, et dominus praebet illam tibi, tantum et illud ualere arbitror: nisi credideritis, non intellegetis, ut iustitia ad fidem, ad sapientiam uero intellegentia pertinere monstretur. proinde in his qui flagrant ingenti amore perspicuae ueritatis, non est improbandum studium, sed ad ordinem reuocandum, ut a fide incipiat et bonis moribus enitatur peruenire quo intendit. in eo quippe quod uersatur uirtus est laboriosa; in eo uero quod appetit luminosa sapientia. „quid opus est“ inquit „credere quod non mihi ostenditur manifestum? aliquod uerbum prome, quo uideam rerum omnium principium. id enim est in quo maxime ac primitus inardescit, si ueri studiosus est animus rationalis“. cui respondeatur: pulchrum est quidem quod desideras et amari dignissimum, sed prius nubit Lia et postea Rachel. ardor ergo iste ad id ualeat, ut ordo non recusetur, sed potius toleretur, sine quo non potest ad id perueniri quod tanto ardore diligitur. cum autem peruentum

3 Eccli. 1, 26 11 Es. 7, 9

2 quam] qua *V* uoluptas] uoluntas *P* 3 concupisce *v* 5 pertinentia* (m *ras.*) *P* iustitia autem *DPTv* 6 inter] in *T* 8 ualit D^1 quod amodo *scripsi*: quodam modo *MV* quod modo *DPTv* commemoraui* (t *ras.*) *P* 11 intellegitis *DTv* iustitiā *v* 12 ad fidem] a fide D^1 intellegentiam P^1v pertenere *D* monstraretur *T* 13 fraglant *T* 14 ordenem *D pr.* 16 quo] quod *T* **tendit (in *eras.*) *P* quod] quo *T* 17 appedit D^1 liminosa *T* quit T^1 18 aliquid *P* 19 quo] quod D^2M^1V per quod M^2 20 in *om.* T^1 quo] quod D^2T ac] a *v* inardiscit D^1 uere *P* uero *v* 22 nubit] nouit D^1P^1v 23 istae *T* ualet *v* 24 recussetur P^1 25 peruenire D^1Pv

fuerit, simul habebitur in hoc saeculo non solum speciosa intellegentia sed etiam laboriosa iustitia. quamlibet enim acute sinceriterque cernatur a mortalibus incommutabile bonum, adhuc corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. ad unum ergo tendendum, sed propter hoc multa ferenda sunt.

Itaque duae sunt uxores Iacob liberae, ambae quippe sunt filiae remissionis peccatorum, hoc est dealbationis, quod est Laban. uerum tamen una amatur, alia toleratur. sed quae toleratur, ipsa prius et uberius fecundatur, ut, si non propter se ipsam, certe propter filios diligatur. labor enim iustorum maximum fructum habet in eos quos regno dei generant inter multas temtationes et tribulationes praedicando euangelium, et eos, propter quos sunt in laboribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus saepius, propter quos habent foris pugnas, intus timores, gaudium et coronam suam uocant. nascuntur eis autem facilius atque copiosius ex illo sermone fidei, quo praedicant Christum crucifixum; et quidquid humanitatis eius citius humana cogitatione percipitur et infirmos etiam Liae oculos non perturbat. Rachel autem, clara aspectu, mente excedit deo et uidet in principio uerbum deum apud deum et uult parere et non potest, quia generationem eius quis enarrabit? proinde uita, quae studio contemplationis competit, ut ea quae carni sunt inuisibilia non infirmis oculis mentis per ea quae facta sunt intellecta conspiciat et sempiternam dei uirtutem ac diuinitatem ineffabiliter

4 Sap. 9, 15 15 cf. II Cor. 11, 23 16 cf. II Cor. 7, 5 17 cf. Philipp. 4, 1 19 cf. I Cor. 1, 23 22 cf. II Cor. 5, 13 cf. Io. 1, 1 23 Es. 53, 8 26 cf. Rom. 1, 20

1 habibitur D^1 2 acute] acute* (s *ras.*) P caute v 3 sinciriterque D^1 4 adhoc P^1 5 depremit D^1 sensu P 10 (*et* 11) tolleratur P^1T^1 11 et] *om.* v; ut P^1 faecundatur V 13 eos V: eis $DPTv$ generat T 15 habundantius D^1Pv 16 habet P^1 19 humanitatis] humilitatis P^2T 20 cogitatio P^1 infirmus D^1 21 oculus D^1 22 excidit DP^1T uidit Dv 23 quia] quoniam DPv 24 enarrauit DP^1 25 carnis P^2 27 *post* uirtutem *add.* P: et dI sapientiam

cernat, uacare uult ab omni negotio et ideo sterilis. affectando quippe otium, quo studia contemplationis ignescunt, non contemperatur infirmitati hominum, qui in uariis pressuris sibi desiderant subueniri; sed quia et ipsa procreandi caritate inardescit — uult enim docere quod nouit neque cum inuidia tabescente iter habere — uidet sororem labore agendi atque patiendi filiis abundantem et dolet potius homines currere ad eam uirtutem, qua eorum infirmitatibus necessitatibusque consulitur, quam ad illam unde diuinum et incommutabile aliquid discitur. hic dolor figuratus uidetur in eo quod scriptum est: et zelauit Rachel sororem suam. proinde quia liquidus purusque intellectus de illa substantia, quae corpus non est ac per hoc ad carnis sensum non pertinet, uerbis carne editis exprimi non potest, eligit doctrina sapientiae per quaslibet corporeas imagines et similitudines utcumque cogitanda insinuare diuina quam ab officio talia docendi cessare, sicut elegit Rachel ex uiro suo et ancilla suscipere filios quam sine filiis omnino remanere. Balla quidem dicitur interpretari „inueterata“; hanc habuit ancillam Rachel. de uetere quippe uita carnalibus sensibus dedita corporeae cogitantur imagines, etiam cum aliquid de spiritali et incommutabili diuinitatis substantia auditur.

Suscipit et Lia de ancilla sua liberos amore habendae numerosioris prolis accensa. inuenimus autem Zelfam eius

5 cf. Sap. 6, 25 11 Gen. 30, 1

1 uagare *D* uacari *T* omne D^1 sterelis T^1 2 igniscunt D^1 ignoscunt P^1 3 infirmitate D^1 qui* (a *ras.*) *T* 4 desiderant] derant T^1 subuenire DP^1v inardiscit D^1 6 uidit *PTv* labore* (m *ras.*) *T* 7 patienti *D* habundantem *DPv* currere homines (is D^1) *DPTv* 8 qua] quae P^1T^1 9 consolitur D^1 consuletur *v* consoletur P^1 12 liquidius P^1 liquib. *T* 13 pertenet *D* 14 carni *v* expremi D^1 elegit *Vv* doctrina *a*: doctrinam *libri* 16 diuino *v* ab *om. T* 17 eligit *T* rachel elegit *v* 18 bala D^2PT^2 balam *v* quidem *V*: quippe *DPTv* 19 interpretari dicitur *DPv* interpraetata dicitur *T* ueterata T^1 21 corpore *T* 22 substantia diuinitatis *DPTv* auditor D^1 23 suscepit *DPv* liberos *V*: filios *DPTv* habendi *D*

ancillam interpretari „os iens“. quapropter in praedicatione fidei euangelicae quorum os eat et cor non eat cum in scripturis aduerterimus, haec intellegitur ancilla Liae. scriptum est enim de quibusdam: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. et talibus apostolus dicit: qui praedicas non furandum, furaris, qui dicis non adulterandum, adulteras. uerum tamen ut etiam per hanc condicionalem illa libera uxor Iacob laborans filios heredes regni suscipiat, ideo dominus dicit: quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite. unde in labore uinculorum uita apostolica: siue, inquit, occasione siue ueritate Christus annuntietur, et in hoc gaudeo, sed et gaudebo, tamquam et ancilla pariente de prole numerosiore laetata est.

LX.

DE FACTO IVDAE, QVOD CVM SVA NVRV CONCVBVIT. EX EODEM LIBRO CONTRA FAVSTVM XXII.

Iudae factum consideremus, quod cum sua nuru concubuit, quid significauerit futurorum. sed prius praeloquendum est, ne quemquam prauae considerationis offendat, quod de quibusdam malis operibus hominum in scripturis sanctis quaedam non mala, sed bona futura significantur. seruat enim ubique diuina prouidentia uirtutem bonitatis suae, ut quemadmodum

4 Es. 29, 13 6 Rom. 2, 21 sq. 9 Matth. 23, 3 11 Philipp. 1, 18 16 cf. Gen. 38, 18

1 iens] *iens *P* gens *T* (*ap. Eusebium: πορευόμενον στόμα; ap. Hieronymum:* ambulans os; *cf. Lagarde Onomast. sacr. p. 11, 28. 191, 60*) 3 intellegatur *v* 4 populis *T* 6 praedicat D^1 furando D^1 7 adulterando D^1 8 libera (libere P^2) illa *DPTv* 9 heredis D^1 11 uincolorum D^1 12 uiretate D^1 15 *cap.* LXXIII *T* LXXV *D* LXXVI *v* LXXXII *G*; *om. P* 16 nuro D^1 17 eodem *om. Dv* 18 considerimus D^1 quod] quo P^2T concub*uit (i *ras.*) *D* 19 loquendum D^1v 20 prauae *V*: paruae *DPTv* 22 significatur P^1 23 diuina] bona *DPv* quemadmodo D^1

ex adulterorum concubitu formatur et nascitur homo, de hominum opere malo bonum opus dei — sicut in praecedenti sermone iam diximus, de fecunditate seminum, non de turpitudine uitiorum — ita in scripturis propheticis non tantum bona hominum, etiam et mala facta narrantibus, quoniam prophetica est ipsa narratio, significetur aliquid etiam de malis operibus hominum etiam futurorum bonorum non peccantis opere, sed scribentis. neque enim Iudas cum ad Thamar concupiscentia uictus intraret, hanc suae libidinis intentionem gerebat, ut inde aliquid significaretur quod ad salutem hominum pertineret; sicut nec Iudas ille, qui dominum tradidit, hoc intendit ut aliquid inde gereretur quod ad eandem salutem hominum pertineret; porro si de tam malo opere Iudae illius tam bonum opus dominus fecit, ut eiusdem suae passionis sanguine nos redimeret, quid mirum si propheta eius, de quo ipse ait: de me enim ille scripsit, ex malefacto Iudae istius boni aliquid significauit, ut suo ministerio nos doceret? ea quippe hominum facta sancto spiritu disponente atque inspirante collegit propheta narrator, quorum interpositio non uacaret ad praesignationem rerum, quas intenderat prophetare. ad significanda autem aliqua bona nihil interest, facta illa, quibus ea significantur, seu bona seu mala sint. quid enim mea interest, cum uolo aliquid legendo cognoscere, utrum ex minio reperiam scriptos nigros Aethiopes et ex atramento candidos Gallos? uerum tamen si non scri-

16 Io. 5, 46

2 opera mala D^1 3 sermonem D^1P^1 faecunditate V 5 etiam et V: uerum etiam $DPTv$ 6 ipsa *om.* v etiam *om.* $DPTv$ 7 peccantes D peccatis T^1 8 operi D^1 tamar MV 9 libidinis] libidis D^1 libinis T 10 significaritur D^1 11 pertenerit D^1 sicut—13 pertineret *om.* MV 12 generetur (n *in* r *corr. m. 2*) P 13 perteneret D 15 redimeret nos v redemeret DP^1T^1 17 malefacto] malo facto DPv istius] illius P^2T 18 ministeriū D^1 mysterio T docerit D^1 ea] eo T 19 colligit T^2 colligi v narratur DP^1Vv 23 quid enim mea *om.* D^1 24 cognuscere D^1 repperiam D^2T^2 reppeream V ethyopes D 25 adramento D candidus P^1 canditus D gallus D^1P^1 scribtura D^1

pturam, sed picturam talem uiderem, sine dubitatione reprehenderem. ita in factis hominum, quae ad imitandum uitandumue proponuntur, magni interest bonane an mala sint. quae autem ad significandum scribuntur siue dicuntur, nihil refert in moribus facientium, quam laudem reprehensionemue mereantur, si modo habeant aliquam rei, qua de agitur, necessariam praefigurandi congruentiam. sicut enim Caiphas in euangelio, quantum ad eius noxium perniciosumque animum pertinebat, quantum denique ad ipsa uerba, si in eis uoluntatem dicentis attendas, quibus agebat ut iustus iniuste necaretur, utique mala erant, tamen magnum bonum illo nesciente significabant, quando ait: expedit ut unus moriatur et non tota gens pereat. dictumque de illo est: hoc a se ipso non dixit, sed cum esset pontifex prophetauit, quia oportebat Iesum mori pro gente. ita factum Iudae secundum illius libidinem malum fuit, sed illo nesciente magnum bonum significauit; a se ipso quippe malum fecit, sed non a se ipso bonum significauit. hoc autem, quod necessario praeloquendum putaui, non ad hoc tantummodo Iudae factum sed etiam ad cetera ualeat, si qua occurrerint mala opera hominum, quibus bonum aliquid a narrante prophetatum est.

In Thamar ergo nuru Iudae intellegitur plebs regni Iudaeorum, cui de tribu Iuda reges tamquam mariti adhibebantur. merito nomen eius „amaritudo“ interpretatur; ipsa enim domino fellis poculum dedit. duo autem genera principum,

12 Io. 11, 50 sq. 25 cf. Matth. 27, 34

1 sed] si P^1 uel V re̊prehenderem (re *add. m. 2*) V 2 uitandumque *add.* P^2 *in mg.* 3 propununtur D promuntur v 4 significandam P^1T scribentur D^1 5 reprehensioneue D^1 meriantur D^1 6 habent $DPTv$ aliqua v de qua D^2P^2v necessarium D 7 profigurandi P 8 noxiam P 9 eis] eius D^2T dicentes D^1 dicendis P^1 10 agebat] aiebat v negaretur P^1 13 gen*s (u *eras.*) D ipso] ipsum D^1PT^1 17 a se — significauit *om.* P 19 praeloquendo D^1 non] nam P 20 ad] a T 21 aliquod T prophetandum v 23 reges (re *add. m. 2*) T adhibeantur P 25 puculum D princip*um (i *ras.*) P

qui non recte operabantur in plebe, unum eorum qui oberant, alterum eorum qui nihil proderant, significantur in duobus filiis Iudae, quorum unus erat malignus uel saeuus ante dominum, alter in terram fundebat, ne semen daret ad fecundandam Thamar. nec sunt amplius quam duo genera hominum inutilia generi humano: unum nocentium, alterum praestare nolentium et, si quid boni habent in hac terrena uita, perdentium tamquam in terram fundentium. et quoniam in malo prior est qui nocet quam ille qui non prode est, ideo maior dicitur malignus ille et sequens qui fundebat in terram. nomen quoque maioris, qui uocabatur Er, interpretatur „pellicius“; qualibus tunicis induti sunt primi homines in poenam damnationis suae dimissi ex paradiso. sequentis autem nomen, qui uocabatur Aunan, interpretatur „maeror eorum“. quorum, nisi quibus nihil prodest, cum habeat unde prodesse possit atque id perdat in terra? maius porro malum est ablatae uitae, quod significat pellis, quam non adiutae, quod significat maeror eorum. deus tamen ambo occidisse dictus est: ubi figuratur regnum talibus hominibus abstulisse. tertius uero filius Iudae quod illi mulieri non iungitur, significat tempus, ex quo reges plebi Iudaeorum coeperunt de tribu Iuda non fieri. et ideo erat quidem filius Iudae, sed eum maritum Thamar non accipiebat, quia erat eadem tribus Iuda, sed iam populo inde nemo regnabat. unde et nomen eius, id est Selo, interpretatur „dimissio eius“. non pertinent sane ad hanc signi-

3 cf. Gen. 38, 7 12 cf. Gen. 3, 21

1 oberant] operant *T* obierant *V* 2 significatur *T* 3 uel] & *P* 4 dominum] dm̄ *DPv* faecundandam *V* 5 duo] dui P^1 6 genere *D* 8 terra D^1T 9 prode est *DV*: prodest *PTv* 10 semen *post* qui *add.* D^2 fundabat *P* terra D^1 11 nomen] numen D^1 Er] her *T* 12 tonicis *D* 13 demissi *D* sequentes D^1P^1 14 Aunan] aonan (o *ex* u *corr. m. 1*) *D* *unan (a *ras.*) *T* 17 adiutae] ad uitae *D* 18 ambos D^2PTv ambus D^1 dictum *T* 20 significauit *PT* 21 coeperant P^1 22 ideo] de eo *v* quaedem *T* tamar *P* 23 tribu D^2 24 Selo] sole (?) D^1 25 dimisio *P* pertinet *T*

ncationem uiri sancti et iusti, qui licet illo tempore fuerint, ad nouum tamen pertinent testamentum, cui prophetando scienter utiles fuerunt, qualis Dauid fuit. eo sane tempore, quo iam Iudaea coeperat reges ex tribu Iuda non habere, non est computandus Herodes maior in regibus eius tamquam maritus Thamar; erat enim alienigena nec ei sacramento illo mysticae unctionis tamquam coniugali foedere cohaerebat, sed tamquam extraneus dominabatur: quam potestatem a Romanis et a Caesare acceperat. sic et eius filii tetrarchae, quorum erat unus Herodes patris nomine appellatus, qui cum Pilato in passione domini concordauit. isti ergo alienigenae usque adeo non deputabantur in regno illo mystico Iudaeorum, ut ipsi Iudaei publice clamarent frendentes aduersus Christum: nos non habemus regem nisi Caesarem. neque hoc uerum nisi illa uniuersali dominatione Romanorum; quippe etiam Caesar rex erat non proprie Iudaeorum; sed ut Christum negarent et hunc adularent, ideo se tali uoce damnarunt.

Illo ergo tempore, quo iam de tribu Iuda regnum defecerat, ueniendum erat Christo, uero saluatori domino nostro, qui non obesset multumque prodesset. sic enim fuerat prophetatum: non deficiet princeps ex Iuda neque dux de femoribus eius, donec ueniat cui repositum est. et ipse est exspectatio gentium. iam isto tempore omne quoque magisterium Iudaeorum et mystica — unde christi uocabantur — unctio ipsa defecerat secundum prophetiam etiam

10 cf. Luc. 23, 12 14 Io. 19, 15 21 Gen. 49, 10

1 illo] in illo *P* 2 tamen pertinent *om.* T^1 pertenent *D* testamentum pertinent *P* cui] qui P^1 prophetando] proferendo D^2 3 fuerint *v* 4 iudaei *DPv* coeperant *DPv* regis D^1 5 tamqua *P* 6 aligeniena *v* sacramentum D^1P^1v illo] illud D^1 7 coniugale D^1 9 acciperat *DPV* eius] in eius *P* tetarchae *V* thetharchae DP^2 thetharcae P^1 13 publece D^1 puplice *P* frendentis D^1 15 uniuersale D^1 uniuersalis P^1 16 erat] est *T* 17 necarent *v* adolarent D^1 adorarent *T* tale D^1 18 deficerat P^1 19 saluatore *DTv* 22 faemoribus *V* ueniet *P* 23 ipsi D^1 est] *om.* *PT*; erit D^2 24 et] ei *v* christi] $\overline{\text{xpo}}$ *T* uocabatur *P* 25 untio *T*

Danihelis. tunc uenit cui repositum erat, expectatio gentium, et unctus est sanctus sanctorum oleo exsultationis prae participibus suis. natus enim Herodis maioris tempore, passus est autem minoris Herodis tetrarchia. huius itaque uenientis ad oues, quae perierant domus Israhel, figuram gessit ipse Iudas, cum iret ad tondendas oues suas in Thamna, quod interpretatur „deficiens". iam enim defecerat princeps ex Iuda et omne magisterium atque unctio Iudaeorum, ut ueniret cui repositum erat. uenit autem cum suo pastore Adollamite, cui nomen erat Hiras; et interpretatur Odollamites „testimonium in aqua". cum hoc plane testimonio dominus uenit, habens quidem testimonium maius Iohanne, sed tamen propter oues infirmas hoc testimonio est usus in aqua. nam et ipse Hiras, quod nomen illius pastoris fuit, interpretatur „fratris mei uisio". uidit omnino fratrem suum Iohannes, fratrem secundum semen Abrahae, secundum cognationem Mariae matris eius et Helisabeth matris suae eundemque dominum et deum suum, quia, sicut ipse ait, ex plenitudine eius accepit. uidit omnino; et ideo in natis mulierum maior illo non exsurrexit, quia ex omnibus praenuntiantibus Christum ipse uidit quod multi iusti et prophetae cupierunt uidere et non uiderunt; salutauit ex utero, agnouit perfectius ex columba, et ideo tamquam Odollamites uere testimonium perhibuit in aqua. uenit autem dominus ad oues

1 cf. Dan. 9, 24 sqq. 2 cf. Ps. 44, 8 3 cf. Matth. 2, 1 4 cf. Luc. 23, 7 et 46 5 cf. Matth. 15, 24 12 cf. Io. 5, 36 18 cf. Io. 1, 16 19 cf. Matth. 11, 11 20 cf. Matth. 13, 17 21 cf. Luc. 1, 44 22 cf. Luc. 3, 22

2 exultaciones D^1 3 est *post* natus *add.* D^2 herodes D maiores D^1 4 tetrarchia V: tetrarchae Tv thetharchae DP^2 thetharcae P^1 7 deficiens] defectio D omnem D^1P^1 8 ut] et v 9 adolamite P^1 odollamitae T 10 iras P^1 adollamites DPv odollamitae T 11 *post* testimo || *deest folium unum in* D 13 testimonium P^1T iras P^1 15 abrahae semen T 16 matris eius mariae T elisabeth v 17 eundem Gv et deum] quem dm̄ et Gv 19 quia] quia ergo Pv 22 perfectus T adollamites Tv uere] uero T ueteri P^1v testimonio Pv

tondendas — hoc est exonerandas sarcinis laboriosis — ex quibus ecclesiae laudatae in canticis canticorum dentes esse uelut grex detonsarum.

Iam Thamar habitum mutet: nam et „commutans“ interpretatur Thamar. sed in ea prorsus nomen amaritudinis maneat, non illius amaritudinis, in qua domino fel ministrauit, sed illius, in qua Petrus amare fleuit; nam et Iuda latine „confessio“ est. confessioni ergo amaritudo misceatur, ut uera paenitentia praesignetur. hac paenitentia fecundatur ecclesia in omnibus gentibus constituta. oportebat enim Christum pati et resurgere tertia die et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem. nam et ipse habitus meretricius confessio peccatorum est. typum quippe iam ecclesiae gerit Thamar ex gentibus euocatae, sedens cum hoc habitu ad portam Enan uel Enain, quod interpretatur fontes. cucurrit enim uelut ceruus ad fontes aquarum peruenire ad semen Abrahae; illic a non cognoscente fetatur, quia de illa praedictum est: populus, quem non cognoui, seruiuit mihi. accipit in occulto anulum, monile et uirgam: uocatione signatur, iustificatione decoratur, glorificatione exaltatur. quos enim praedestinauit, illos et uocauit; quos autem uocauit, illos et iustificauit; et quos iustificauit, illos et glorificauit. sed haec, ut dixi, adhuc in occulto, ubi fit et conceptio sanctae ubertatis. mittitur autem promissus hedus tamquam meretrici, hedus exprobratio peccati, per eundem Odollamitam tamquam

2 cf. Cant. 4, 2 7 cf. Matth. 26, 75 10 Luc. 24, 46 sq. 17 cf. Ps. 41, 2 19 Ps. 17, 44 22 Rom. 8, 30

1 tundendas *V* exhonerandas *Pv* exonorandas T^1 2 laudatae] *supple* sunt esse] essent P^2T 6 felle *v* 7 confessio est] confessionē *v* 8 confessione P^1 9 uera paenitentia] u. sapientia P^1v hac] hęc *v* faecundatur *V* 11 praedicare P^1 15 tipum *T* 16 Enan] euan T^2 17 quod] quo P^1 19 praedic*tum (a *ras.*) *P* 20 accepit *PTv* occultum *T* 21 iustificatio P^1 22 praedistinauit *PTv* 24 sed] sed et *v* 26 meritrici *P* 27 aedus *P* exprobatio *PT* odolamitem P^1T adollamitam *v*

increpantem et dicentem: generatio uiperarum. sed non eam inuenit peccati exprobratio quam mutauit confessionis amaritudo. post uero iam publicis signis anuli, monilis et uirgae uicit temere iudicantes Iudaeos, quorum iam personam Iudas ipse gerebat, qui hodieque dicunt non hunc esse populum Christi nec habere nos semen Abrahae; sed prolatis certissimis documentis nostrae uocationis, iustificationis et glorificationis sine dubio confundentur et nos magis quam se iustificatos esse fatebuntur. enucleatius haec et membratim quodam modo articulatimque scrutarer atque dissererem, quantum intentionem meam dominus adiuuaret, nisi me ab hac laboriosiore diligentia finiendi huius operis, quod plus quam uellem iam prolixum est, cura prohiberet.

LXI.

DE PECCATO DAVID IN VXORE VRI CETTHEI. EX EODEM LIBRO XXII CONTRA FAVSTVM.

76 Nunc peccatum Dauid quid in prophetia significauerit quanta possum breuitate perstringam. nomina quippe ipsa interpretata satis ostendunt, quid etiam hoc factum praefiguraverit. Dauid interpretatur „manu fortis“ siue „desiderabilis“: et quid fortius leone illo de tribu Iuda, qui uicit mundum? et quid desiderabilius illo de quo propheta dicit: ueniet desideratus cunctis gentibus? Bersabe interpretatur „puteus satietatis“ siue „puteus septimus“; quamlibet autem harum nominis huius

1 Matth. 3, 7 15 cf. II Reg. 11 21 cf. Apoc. 5, 5 22 Agg. 2, 7

2 exprobatio *P* 3 iam] tam P^2T 4 personas P^1v 5 Iudas] iudae et *v* gerebat] gestabat *PTv* hodiequae *T* hodiequi P^1v 7 et glorificationis *om. T* 9 iustificatus P^1 10 desererem *v* 11 hac] hoc P^1T 12 laborosiore *V* laboriosa re *v* diligentia (m *ras.*) *P* 14 *cap.* LXXIIII *T* LXXVII *v*; *om. GP* 15 urie PT^2 cettei *T* 16 contra Faustum *om. PTv* 17 quid] qui *P* 18 interpreta *T* 21 uincit *v* 23 cunctis *MV*: omnibus *PTv* bersabaee P^1 persapę *v*

interpretationum in id quod dicere intendimus assumamus, satis congruit. nam et in canticis canticorum sponsa illa ecclesia est, quae uocatur aquae uiuae. et huic puteo septenarii numeri nomen in spiritus sancti significatione coniungitur propter et rationem pentecostes, quo die de caelo missus spiritus sanctus uenit. de septimanis enim constare eundem festum diem Tobiae quoque scriptura testatur. ad quadraginta nouem autem, quod est septies septeni, unum additur, quo unitas commendatur. in hac ratione uiuit apostolica illa sententia: sufferentes inuicem, in dilectione studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. dono itaque spiritali, hoc est septenario, facta est ecclesia puteus satietatis, quia factus est in ea fons aquae salientis in uitam aeternam, quem qui habuerit non sitiet in aeternum. iam uero qui fuerit maritus eius, quid aliud quam diabolum nominis eius interpretatione significat? huius erant pessimo coniugio deligati omnes, quos gratia dei liberat, ut ecclesia sine macula et ruga saluatori proprie copuletur. Vria namque interpretatur „lux mea dei“. Cettheus autem „abscissus“, siue quod in ueritate non stetit, sed a luce sua superna, quam de deo habebat, superbiae merito abscisus est, siue quod cadendo ueris uiribus perditis transfigurat se

3 Cant. 4, 15 5 cf. Act. 2, 1 sqq. 7 cf. Tob. 2, 1 10 Eph. 4, 2 sq. 13 Io. 4, 14 18 cf. Eph. 5, 27 20 cf. Io. 8, 44

1 interpretationem P^1v assumam P^1 3 ecclesiae (*om.* est) P^1 aquae MV: puteus aquae $GPTv$ 4 septinari P^1 spiritu Pv 5 et *om.* Pv pentecosten T 6 sanctus spiritus PTv enim] autem Pv 7 *in* quoque *incipit fol. 92*^{r} D 8 septeni] septini D septem Pv 9 uiuit] uiget D^2 10 sufferentis D 11 uincolū D^1 12 spiritale D^1 septinario D 13 ecclesia] in ecclesia v 14 sallientis D^1 15 sitiet] sciet P^1 iam MTV: uriam DG Pv meritus (e *in* a *corr. m. 2*) P 16 eius] huius $DPTv$ 17 erat D^1 delegati Pv omnis D^1 18 liberet v ut *eras. in* D saluatore D^1 proprio $DPTv$ 19 u*ria (r *ras.*) PT dei] dš P^2 chetteus ***** (theus *ras.*) D cetheus Tv 20 abscissus V: abscisus $DPTv$; *cf. Lagarde l. c. 4, 18* siue] siae (a *in* u *corr. m. 2*) V a] ad T 21 superbia v 22 ueris *eras. in* D

tamen in angelum lucis, audens adhuc dicere: „lux mea dei est“. ergo iste quidem Dauid grauiter sceleratequeque peccauit; quod scelus eius etiam per prophetam deus arguit increpando et ipse abluit paenitendo. uerum tamen ille desiderabilis omnibus gentibus adamauit ecclesiam super tectum se lauantem, id est mundantem se a sordibus saeculi et domum luteam spiritali contemplatione transcendentem atque calcantem, et inchoata cum illa primae conuentionis notitia postea ab ea penitus separatum diabolum occidit eamque sibi perpetuo conubio copulauit. oderimus ergo peccatum, sed prophetias non extinguamus. amemus illum Dauid, quantum amandus est, qui nos a diabolo per misericordiam liberauit; amemus et istum Dauid, qui tam graue in se uulnus iniquitatis paenitentiae humilitate sanauit.

LXII.

DE SALOMONIS PRIMVM BONIS, POSTEA MALIS. EX EODEM LIBRO XXII CONTRA FAVSTVM.

77 Iam de Salomone quid dicam? quem uehementer arguit sancta scriptura atque condemnat nihilque de paenitentia eius uel in eum indulgentia dei omnino commemorat. nec mihi prorsus occurrit quid saltem in allegoria boni significet haec eius flenda submersio, nisi forte quis dicat mulieres alienigenas, quarum amore exarserat, significare ecclesias electas de

1 cf. II Cor. 11, 14 19 cf. III Reg. 11, 1 sqq.

1 audiens *MV*¹ dei] dŝ *P*² dies *D*¹*v* 2 est *P*² *in ras.* ist*e (a *ras.*) *T* peccauit] peccata *v* 3 scelus] excessus *D*¹*v* eius] ē *v* deus] dn̄s *P* 4 desiderabiles *D*¹ 5 labantem *V*¹ 6 se *om. D*¹ 7 calcantem] se lauantem *v* 8 notitia] in notitia* (m *ras.*) *P* postea *P*¹: poste *V* post *DTv* 9 eumque *v* 10 copolauit *D* prophętas *P* 11 quantum—13 Dauid *om. MV* 12 diabulo *D*¹ 13 se] si *D*¹ se ipso *G*²*v* 15 *cap.* LXXV *T* LXXVII *D* LXXVIII *v*; *om. GP* 17 contra Faustum *om. DPTv* 18 quem] quam *P*¹ 20 indulgentiam *T* 21 saltim *DPv* alligoria *DP* significat *v* 22 summersio *T* 23 exarserit *P*²

gentibus. posset hoc fortasse non absurde intellegi, si illae propter Salomonem desererent deos suos et colerent deum eius. cum uero ipse propter illas offendit deum suum et coluit deos earum, non est quid inde boni coniectare possimus. nec tamen nihil arbitror significare, sed malum, sicut de uxore filiabusque Loth diximus. apparet enim in persona huius Salomonis mira excellentia et mira subuersio. quod igitur in illo diuersis temporibus extitit, prius bonum et posterius malum, hoc in ecclesia in isto adhuc saeculo simul uno tempore ostenditur. nam bono illius bonos ecclesiae, malo autem illius malos ecclesiae significatos puto, tamquam in unitate unius areae — sicut in illo uno homine — bonos in granis, malos in palea, ut in unitate unius segetis bonos in tritico, malos in zizaniis. si quid hinc sane his quae de illo scripta sunt diligentius pertractatis siue mihi siue hoc doctioribus atque melioribus aliud probabilius elucere potuerit, nunc tamen non eam rem ita dimisimus, ut intentionem nostram in alia properantem tamquam interrupta series contextionis impediat.

LXIII.

DE VITVLI CAPITE COMBVSTO ET IN AQVAM SPARSO POTVMQVE POPVLO DATO. EX EODEM LIBRO XXII.

Quid etiam propheticae significationis habuerit requirendum 78
est, quod ex eis multos, qui sibi absente ipso idolum fabricauerunt, sine ulla cuiusquam necessitudinis distinctione iussit

12 cf. Matth. 3, 12 et 13, 30 24 cf. Ex. 32, 27 sqq.

1 illae (ae *ex* i *corr. m. 2*) *D* 4 deos] dš *D* possemus *PTv* 6 lot *T* apparit *D* 8 deuersis D^1 extetit P^1 10 ostendetur D^1 11 malos] malus P^1 significatus D^1P^1 12 areae] aereae P^1 arcę *v* bonus D^1P^1 malus P^1 13 paleis *v* segitis *V* bonos] bonus D^1; *om.* P^1 14 zizania *v* de *om.* *P* 16 nunc] non *T* 17 intentione D^1 aliam *P* 19 *cap.* LXXVI *T* LXXVIII *D* LXXVIIII *v*; *om. GP* 20 aqua *PT* 21 XXII] contra Faustum XXII *DPTv* 23 ipso] ipso id est moysi (mosi *T*) *DGPTv*

interimi. facile est ut intellegatur hominum illorum interemtionem significare uitiorum talium, qualibus illi ad eandem idololatriam defluxerunt. in talia quippe uitia saeuire nos iubet psalmus, cum dicit: irascimini et nolite peccare. in talia uitia saeuire nos iubet apostolus, cum dicit: mortificate membra uestra, quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, luxuriam, concupiscentiam malam et auaritiam, quae est idolorum seruitus.

Sed quid sibi uelit quod prius fecit, ut ipsum uitulum igne comburet, minutatim concideret et in aquam spargeret et potum populo daret, maiorem intentionem perscrutandae significationis inquirit. si enim tabulas, quas digito dei, hoc est operatione spiritus sancti, scriptas acceperat, ideo fregit, quia indignos eos quibus eas legeret iudicauit; si denique, ut ab eis ille uitulus penitus aboleretur, incendit eum, contriuit, in aqua sparsit atque submersit, ut quid et potum hoc populo dedit? quem non excitet factum hoc ad inquirendam et intellegendam propheticam significationem? occurrat ergo iam intentis mentibus tamquam diaboli corpus in uitulo, id est homines in omnibus gentibus, quibus ad haec sacrilegia caput, hoc est auctor est diabolus; aureum propterea, quia uidentur idolatriae ritus uelut a sapientibus instituti. de quibus dicit apostolus: quoniam cognoscentes deum non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum

4 Ps. 4, 5 6 Coloss. 3, 5 24 Rom. 1, 21 sqq.

1 interemtionem *PTv*: interemtione *DV* 2 significare] *supple sc.* interemtionem uitiorum *om. T* ille *v* 3 eadem *Dv* eam *P* idolatriam *T* idolatria *P* idolatriae *Dv* 7 luxoriam *DT* 8 mala D^1 11 minudatim *M* minutatimque *DPTv* aqua *Pv* spargerit D^1 12 populū D^1 perscrutare *v* 14 operationem D^1v operationis P^1 acciperat *V* 15 eas] ea D^1 16 penitus *om. v* eum] cum *T* 18 excitet] exercitet D^1 exeit ut *v* requirendū D^2 19 propheticū P^1 20 uitulū *T* 21 hominis *D* 22 auctor est] auctores *T* diabulus *D* uidetur *V* 23 instituti] instituit *T* 24 cognuscentis D^1 25 aegerunt *D*

est insipiens cor eorum; dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et uolucrum et quadrupedum et serpentium. ex hac quasi sapientia iste uitulus aureus, qualia solebant Aegyptiorum etiam ipsi primates et tamquam docti homines adorare figmenta. hoc ergo uitulo significatum est omne corpus, id est omnis societas gentilium idolatriae deditorum. hanc sacrilegam societatem dominus Christus illo igne comburit, de quo in euangelio dicit: ignem ueni mittere in terram, ut, quoniam non est qui se abscondat a calore eius, dum in eum credunt gentes, igne uirtutis eius diabolica in eis forma soluatur. totum deinde corpus illud comminuitur, id est ab illa malae conspirationis conflatione discissum uerbo ueritatis humiliatur et comminutum in aquam mittitur, ut eos Israhelitae, id est euangelii praedicatores, ex baptismo in sua membra, hoc est in corpus dominicum, transferant. quorum Israhelitarum Petro de ipsis gentibus dictum est: macta et manduca. si macta et manduca, quare non etiam: concide et bibe? ita ille uitulus per ignem zeli et aciem uerbi et aquam baptismi ab eis potius quos absorbere conabatur absorptus est.

Si ergo haec quoque loca scripturarum, de quibus eisdem scripturis calumniantur haeretici, perscrutata et quodam modo interrogata quanto uidentur obscuriora, tanto mirabiliorum in se mysteriorum thesauros latere respondent: quanto magis

10 Luc. 12, 49 11 cf. Ps. 18, 7 18 Act. 10, 13

1 se *om.* T^1 sapientis *D* 2 immutauerunt *DPTv* incorruptibiles D^1 3 similitudine D^1 imagines D^1 5 qualea D^1 6 ipse *v* primatis D^1 primatas *v* 7 hominis *V* uitulum *V* 10 comburit] concurret P^1 11 ut] et illud *D* 12 uirtutes P^1 13 eis] eius *T* 14 mala conspirationes P^1 conflationis D^1 discessum *Dv* uerbū *P* 15 aqua *T* 16 praedicatoris D^1 17 transferabit *v* 20 concide* (t *ras.*) *P* bibet P^1 ita] ita et *P* et—uerbi *om. v* 21 quonabatur *T* 22 absortus D^2PTV absurtus D^1 23 si* (c *ras.*) *P* 25 quanto] quando P^1 quanta *v* 26 thesarus D^1

impiorum blasphema ora obmutescere omnino debent, cum oppilantur apertissima ueritate, contra quam praefocato spiritu quid mussitent non inueniunt, et malunt miseri manifestatione eius suas fauces obturari, quam suauitate pectus impleri? Christum igitur sonant haec omnia; caput illud, quod iam ascendit in caelum, et hoc corpus eius, quod usque in finem laborat in terra, scribentium litteras uere sacras omnis parturiuit intentio, nec esse quicquam credendum est librorum propheticorum contextione narratum, quod non significet aliquid futurorum, nisi quae ideo posita sunt, ut ex eis quodam modo religentur ea quae illum regem populumque eius siue propriis siue figuratis locutionibus rebusue praenuntient. sicut enim in citharis et huiusce modi organis musicis non quidem omnia, quae tanguntur, canorum aliquid resonant, sed tantum chordae, cetera tamen in toto citharae corpore ideo fabricata sunt, ut esset ubi uincirentur, unde et quo tenderentur illae quas ad cantilenae suauitatem modulaturus et percussurus est artifex: ita in his propheticis narrationibus, quae de rebus gestis hominum prophetico spiritu deliguntur, aut aliquid iam sonant significatione futurorum aut, si nihil tale significant, ad hoc interponuntur, ut sit unde illa significantia tamquam sonantia conectantur.

Has autem rerum gestarum allegoricas narrationes si nolunt haeretici sicut a nobis exponuntur accipere uel etiam nihil eas nisi quod proprie sonant significare contendunt, non est luctandum cum hominibus, qui dicunt: „non sapit palato meo

1 blasphem*a (i *ras.*) *T* ommutescere *TV* obmutiscere D^1 2 opilantur D^2P opitulantur D^1Tv 3 musitent D^2PTv 4 opturari *T* obdurari *DGP*^{1}*v* implere G^1Tv 7 sacros P^1 parturibit *V* 9 contestione D^1v quod non *om. V* 11 ea quae] aequae *T* 13 chytharis *P* modi] di *T* 15 cordae D^2PVv corda D^1 ceterum *v* cithare *V* fabricatae *Pv* 16 essent *PV* (n *del. m. 1 in V*) ubi] ut ubi *T* uincerentur *DPv* 17 suauitate *T* modolaturus *D* est] et *T* 19 propheticum P^1 diliguntur *PTv* 21 hoc] huc P^1 23 aligoricas P^2 allegorias *D* narrationis D^1 uolunt *T* 25 propriae P^1T priae (a *del. m. 1*) *D*

quod sapere dicis tuo"; dum tamen ea quae diuinitus praecipiuntur aut mores pietatemque formare aut aliquid figurate significare uel credantur uel intellegantur aut utrumque potius quam neutrum; dum tamen et ipsa quae figurate dicta uel facta intelleguntur ad eosdem mores bonos pietatemque referantur.

LXIIII.

DE SEMINE SVSCITANDO FRATRI DEFVNCTO. EX LIBRO CONTRA FAVSTVM XXXII.

Si quaesitum a nobis fuerit cur illius testamenti auctori- 79
tatem teneamus, cuius ritum non obseruamus, et ad hoc ex litteris respondemus. ait enim apostolus: nemo ergo uos iudicet in cibo et potu aut in parte diei festi aut neomeniae aut sabbatorum, quod est umbra futurorum. ita quippe et cur legi ea atque accipi oporteat ostendit, id est ne prophetiam extinguamus, quia in umbra facta sunt futurorum; et curare nos eos non debere qui nos hinc iudicare uoluerint, quod corporaliter iam non obseruemus; sicut alibi tale quiddam dixit: haec in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter correptionem nostram, in quos finis saeculorum obuenit. cum ergo tale aliquid legitur in instrumento ueteris testamenti, quale a nobis obseruari uel iussum non est in nouo testamento uel

8 cf. Deut. 25, 5 sqq. 12 Coloss. 2, 16 sq. 19 I Cor. 10, 11

4 di**cta (le *eras.*) *P* 5 bonus *DP*^{1} 7 *cap.* LXXVII *T* LXXVIIII *DP* LXXX *v*; *om. G* 8 ex] ex eodem *v* contra Faustum *om. v* 11 *post* obseruamus *desinit quaternio XIIII codicis D; desunt complura folia* hoc] huc *P*^{1} ex *om. v* 12 litteris *MV*: litteris apostolicis *GPTv* ergo] enim *P* 13 potu] in potu *P* 14 neominie *P* 15 legi] elegi *MV* ea legi *PTv* 17 nos eos *scripsi*: nos nos *MV* nos *PTv* debere] debere eos *PTv* 18 quod] quid *v* 19 quiddam tale *v* contingebat *T*^{1} 21 fines *P*^{1} 22 in *om. Tv* quale a] qualia *v* 23 obseruari] uel obseruari *P*

etiam prohibitum, quid significet quaerendum est, non reprehendendum, quia eo ipso quo iam non obseruatur, non damnatum, sed impletum probatur. unde multa iam et saepe diximus.

Velut hoc ipsum, quod modo non intellegens Faustus mandatis ueteris testamenti pro crimine obiecit, quod uxorem fratris ad hoc frater iussus est ducere, ut non sibi, sed illi subolem suscitaret eiusque uocaret nomine quod indidem nasceretur, quid aliud in figura praemonstrat, nisi quia unusquisque euangelii praedicator ita debet in ecclesia laborare, ut defuncto fratri, hoc est Christo, suscitet semen, qui pro nobis mortuus est, et quod suscitatum fuerit eius nomen accipiat? denique hoc implens apostolus non iam carnaliter in praemissa significatione, sed spiritaliter impleta ueritate, quos in Christo Iesu per euangelium se commemorat genuisse, suscenset eis et eos increpans corrigit uolentes esse Pauli: numquid Paulus, inquit, pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? tamquam diceret: „defuncto fratri uos genui; christiani uocamini, non Pauliani". an uero qui electus ab ecclesia ministerium euangelizandi rennuerit, ab ipsa ecclesia merito digneque contemnitur? hoc est enim quod in eius faciem iubetur expuere, non sane sine signo huius opprobrii, ut calciamento pedis unius exuatur, ne sit in eorum sorte quibus ipse apostolus ait: et calciati pedes in praeparatione euangelii pacis, et de quibus commemorat propheta: quam speciosi pedes eorum qui annuntiant pacem, qui annuntiant bona. qui enim sic euangelicam fidem tenet, ut et sibi prosit et ecclesiae

6 cf. Deut. 25, 5 sqq. 15 cf. I Cor. 4, 15 17 I Cor. 1, 13 24 Eph. 6, 15 26 Es. 52, 7

3 et saepe iam *PTv* 5 quod modo] quomodo *T* 8 sobolem *PT* uocare• (t *eras.*) *P* 9 quia] quod *P* 11 fratre *v* 14 praemisa *P* impleta] in completa *PTv* 15 suscensit *T* succenset P^1v succensit P^2 19 fratre P^1 20 an *V*: at *PTv* 21 renuerit *Tv* digneque] denique *v* 22 expueri P^1 non sane *om. V* sine *om. T* 23 unius pedis *v* 27 pacem qui annuntiant *mo. T*

prodesse non rennuat, bene intellegitur utroque pede calciatus. qui autem sibi putat quia credidit satis esse consultum, curam uero lucrandorum refugit aliorum, decalciati illius non figuratum significabit, sed in se impletum portabit opprobrium.

CONTRA OBIECTIONEM MANICHAEORVM DE PASCHA.

Quid, quod et pascha nobis obiecit celebrari nec quod ita ut Iudaei celebramus insultat? cum autem magis nos habeamus in re praesentis euangelii, non in umbra futuri, eiusque occisionem cum cotidie tum maxime anniuersaria sollemnitate non uenturam praesignemus, sed factam commemoremus, ideo sane dies paschae sollemnitatis nostrae ad diem celebrationis umbraticae Iudaeorum non occurrit, ut et dominicum diem, quo Christus resurrexit, complecteremur. azyma uero qui rectae fidei christiani sunt non in fermento ueteris uitae, hoc est malitiae, sed in ipsius fidei ueritate et sinceritate custodiunt, non septem diebus, sed omni die; quod significatum est numero dierum septenario, quo cotidie omnis uoluitur dies. quod etsi aliquantum laboriosum est in hoc saeculo, quoniam angusta et arta uia est, quae ducit ad uitam, merces tamen certa seruatur. nam ipse labor significatus est illis picridiis, quod aliquantum subamara sint.

CONTRA OBIECTIONEM DE PENTECOSTE.

Pentecosten etiam, id est a passione et resurrectione domini quinquagesimum diem, quo nobis sanctum spiritum paracletum,

14 cf. I Cor. 5, 8 19 cf. Matth. 7, 13 24 cf. Act. 2, 1 sqq.

1 renuat *Tv* intellegatur T^1 3 decalciati] decalti T^1 decaltiat T^2 4 significauit *V* significa*it (b *eras.*) *P* 5 contra—pascha *om. PTv* manicheorum *MV* 6 quid, quod] quod inquit *v* obi*cit (e *ras.*) *P* nec] ne *P* 7 abeamus *P* 9 tum] cum *V* solemnitate T^1 sollempnitatem *P* 10 factum *P* facta *v* 11 dies *om.* T^1 13 conpleteremus P^1 azymam *V* azima *Tv* 15 in *om.* P^1 16 custodiant P^1 17 numerum *V* septinario *P* quo] quod P^1 18 aliquando *T* est *om.* T^1 19 uitam] uiam P^1 mercis P^1 20 laboris *T* picridi*s (i *ras.*) *P* pigridis *v* 21 aliquantulum *PTv* 22 contra—pentecoste *om. T* 24 quo] qui *T* paraclitum *v* paraclyto (o *in* ū *corr. m. 2*) *P*

quem promiserat, misit. quod futurum etiam per Iudaeorum pascha significatum est, cum quinquagesimo die post celebrationem ouis occisae Moses digito dei scriptam legem accepit in monte. legite euangelium et aduertite ibi spiritum sanctum appellatum digitum dei. ea quippe anniuersarie in ecclesia celebrantur, quae insigniter excellentia certis diebus facta sunt, ut eorum necessariam salubremque memoriam festiuitas concelebrata custodiat. si uultis ergo nosse quare celebramus pascha: quia tunc pro nobis immolatus est Christus. si uultis nosse quare non illud ritu iudaico celebramus: quia illa erat uenturi ueri praefiguratio, haec completi commemoratio. futurum autem et praeteritum nec ipsis uerbis nostris eodem modo enuntiatur; unde iam satis in hoc opere locuti sumus.

Si autem et hoc quaeritis, cur ex omnibus cibis, a quibus in umbra futurorum populus est ille prohibitus, nos morticino et immolaticio non uescimur, et hoc audite et calumniis uanitatis uerum aliquando praeponite. cur enim non expediat immolaticio uesci christiano apostolus dicit: nolo uos, inquit, socios fieri daemoniorum. neque enim ipsam immolationem reprehendit, quam faciebant patres praefigurantes sanguinem sacrificii, quo nos Christus redemit, sed quae immolant gentes, daemoniis, inquit, immolant, et non deo. deinde adiecit quod dixi: nolo uos socios fieri daemoniorum. nam si natura ipsa immolaticiae carnis esset immunda, utique et nescientem contaminaret. neque enim eo minus ipsa esset, quo minus ab sciente acciperetur, sed propter

3 cf. Ex. 19, 1 et 31, 18 5 cf. Luc. 11, 20 19 I Cor. 10, 20

2 quinquagesimum diem P^1Vv celebrationes *v* celebrationi* P^1 3 moyses *Pv* 4 montem *T* legit *P* 5 anniuersariae *PV* anniuersaria *v* 8 festiuitatis *v* 10 celebremus *Tv* 11 cumpleti *P* competi *T* 13 eodem *a*: eo *libri* 15 cybis *P* 16 morticinū P^1 17 immolatitio (ti *add. m. 2 supr. uers.*) *P* non] con T^1 uescimus *V* 18 uero P^1 19 immolaticio] immolatio P^1 immolato *v* 20 socius P^1 21 quam] quem *v* 23 immolat (gentes) *P* 24 dixit *v* 26 nescientes *v* 27 quo] quod *V*

conscientiam, ne daemonibus communicasse uideatur. morticinum autem puto quod ad escam usus hominum non admisit eo quod non occisorum, sed mortuorum animalium morbida caro est nec apta ad salutem corporis, cuius causa sumimus alimentum.

QVOD DVOBVS MODIS INTELLEGATVR A SANGVINE ABSTINENDVM.

Nam quod de effundendo sanguine antiquis in figura praeceptum est, id est ipsi Noe post diluuium — quod iam quid significaret ostendimus — plerique intellegunt et in actibus apostolorum hoc legi praeceptum ab apostolis, ut abstinerent gentes tantum a fornicatione et ab immolatis et a sanguine, id est ne quicquam ederent carnis, cuius sanguis non est effusus. quod alii non sic intellegunt, sed a sanguine praeceptum esse abstinendum, ne quis homicidio se contaminet. hoc nunc discutere longum est et non necessarium, quia etsi hoc tunc apostoli praeceperunt, ut animalium sanguine abstinerent christiani nec praefocatis carnibus uescerentur, elegisse mihi uidentur pro tempore rem facilem et nequaquam obseruantibus onerosam, in qua cum Israhelitis etiam gentes propter angularem illum lapidem duos in se condentem aliquid communiter obseruarent, simul et admonerent in ipsa arca Noe, quando deus hoc iussit, ecclesiam omnium gentium fuisse figuratam, cuius facti prophetia iam gentibus ad fidem accedentibus incipiebat impleri. transacto uero illo tempore,

9 cf. Gen. 9, 6 11 cf. Act. 15, 29 21 cf. Eph. 2, 11 sqq.

2 quod puto *P* escam (ę *a m. 2*) *V* 3 occisurum P^1 4 aptam *V* cuius *om. T* summimus *P* 6 quod—abstinendum *om. PTv* 9 iam quid *om. v* quid *om.* P^1 11 lege *v* 12 *prius* a *om.* T^1 13 ederent] commederent *P* est *V*: esset *PTv* 14 non *om.* T^1 15 se *om.* T^1 16 non] nunc *V* 17 christiani abstinerent *v* 18 nec *V*: ne *PTv* pfocatis P^1 19 mihi] sibi *v* uidetur *V* uiderentur *v* 20 honerosam *P* 21 illum *om. Pv* duo *T* se] se illum *v* 22 et admonerent] etiam monerent *T* 24 figuratum P^1 prophet** (ia? *eras.*) *P* 25 trasacto *MV*

quo illi duo parietes, unus ex circumcisione, alter ex praeputio uenientes, quamuis in angulari lapide concordarent, tamen suis quibusdam proprietatibus distinctius eminebant, ac ubi ecclesia gentium talis effecta est, ut in ea nullus Israhelita carnalis appareat, quis iam hoc christianus obseruat, ut turdos uel minutiores auiculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est, aut leporem non edat, si manu a ceruice percussus nullo cruento uulnere occisus est? et qui forte pauci adhuc tangere ista formidant, a ceteris irridentur. ita omnium animos in hac re tenuit illa sententia ueritatis: non quod intrat in os uestrum uos coinquinat, sed quod exit, nullam cibi naturam, quam societas admittit humana, sed quae iniquitas committit peccata condemnans.

LXV.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST, A VOLATILIBVS MVNDIS ET IMMVNDIS INTRASSE IN ARCAM. EX LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

80 Quod scriptum est: a uolatilibus mundis et a uolatilibus immundis, et a pecoribus mundis et a pecoribus immundis, et ab omnibus serpentibus in terra — quod deinde non additur, subauditur: mundis et immundis — et adiungitur: duo duo intrauerunt ad Noe in arcam, masculus et femina, quaeritur quomodo superius distinxerit duo duo ab immundis, nunc autem siue a mundis

10 Matth. 15, 11 18 Gen. 7, 8 et 9

1 quo] quod *MV* 3 distinctus *V* ac V^1: at *PTV*^{2} 5 quis] quod *v* 6 minitiores *T* auiculas (n *eras.*) *P* 7 ędat (ę *a m. 2*) *V* manu a (u *et* a *a m. 2 in ras.*) *P* 8 adhuc] ad hoc *Pv* 9 animus *PVv* 10 ueritas P^1 11 quoinquinat (n *eras.*) *P* exiit P^1 exiet *v* 12 amittit *P* 13 contempnans P^1 14 *cap.* LXXVIII *T* LXXX *P* LXXXI *v*; *om. G* 17 genesi] g. inter cetera (et *add. v*) ad locum *PTv* 18 a *prius om. P* 19 peccoribus *v* 22 et *om. v* duo duo] duo et duo *v* 23 distinxerit superius *T* 24 distincxerit *P* duo et duo *v*

siue ab immundis duo duo dicat intrasse. sed hoc refertur non ad numerum mundorum uel immundorum animalium, sed ad masculum et feminam, quia in omnibus siue mundis siue immundis duo sunt, masculus et femina.

LXVI.

QVID SIT QVOD DOMINVS AIT: NON ADICIAM MALEDICERE TERRAE. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

Quid sibi uult quod dominus dicit: non adiciam adhuc 81
maledicere super terram propter opera hominum, quia apposita est mens hominis ad maligna a iuuentute. non adiciam ergo adhuc percutere omnem carnem uiuam, quemadmodum feci, et deinde adiungit quae secundum largitatem bonitatis suae donat hominibus indignis? utrum hic testamenti noui indulgentia figurata sit et praeterita ultio ad uetus pertineat testamentum, hoc est illud ad legis seueritatem, hoc ad gratiae bonitatem?

LXVII.

QVID EST: DE MANV FRATRIS EXQVIRAM ANIMAM HOMINIS? EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

Quid est: et de manu hominis fratris exquiram 82
animam hominis? an omnem hominem fratrem omnis hominis intellegi uoluit secundum cognationem ex uno ductam?

6 (et 8) Gen. 8, 21 19 (et 21) Gen. 9, 5

1 dicat *a*: dicant *PV* dicantur *Tv* intrase *P* 3 faeminam *V* quia] qui T^1 4 faemina *V* 5 *cap.* LXXVIIII *T* LXXXI *P* LXXXII *v*; *om. G* 6 quid] quod *M* 10 posita *v* 13 donat] donante *P* 15 figurata] futura *v* perteneat *P* 18 *cap.* LXXX *T* LXXXII *P* LXXXIII *v*; *om. G* 20 eodem *om. Pv* libro] libro supra scripto *PTv* 21 et *om.* T^1 exquiram] et quiram *P* 22 omnis] omnes *T* 23 homines *T* una ducta *Pv*

LXVIII.

CVR CHAM PECCANS NON IN SE IPSO, SED IN FILIO MALEDICITVR. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

83 Quaeritur quare peccans Cham in patris offensam non in se ipso, sed in filio suo Chanaan maledicitur, nisi quia prophetatum est quodam modo terram Chanan eiectis inde Chananaeis et debellatis accepturos fuisse filios Israhel, qui uenirent de semine Sem.

LXVIIII.

EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI. ERAT OMNIS TERRA LABIVM VNVM PER RECAPITVLATIONEM DICTVM.

84 Et erat omnis terra labium unum, quomodo potest intellegi, quando superius dictum est quod filii Noe uel filiorum eius distributi essent per terram secundum tribus et secundum gentes et secundum linguas suas, nisi quia per recapitulationem postea commemorat quod prius erat? sed obscuritatem facit, quod eo genere locutionis ista contexit, quasi narratio de his quae postea facta sunt consequatur.

LXX.

QVOMODO SARRA, CVM ALIQVOT DIES APVD REGEM AEGYPTI FECERIT, EIVS CONCVBITV NON CREDATVR ESSE POLLVTA. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

85 Erit ergo cum te uiderint Aegyptii, dicent quia uxor illius haec. factum est autem, statim ut in-

2 cf. Gen. 9, 25 10 (et 12) Gen. 11, 1 23 Gen. 12, 12 et 14

1 *cap.* LXXXI *T* LXXXIII *P* LXXXIIII *v*; *om. G* 2 peccans] peccatum *P* 3 libro] propter *P* de genesi] genesi tum VII *P* 4 offensa *Pv* 5 maledicetur *P* 6 quodam] quod ad *P* terram] ter terram *P* chanaan *Tv* 7 filios *om. P* 9 *cap.* LXXXII *T* LXXXIIII *P* LXXXV *v*; *om. G* 10 erat] et erat *P* 12 et *om. P* 16 sed] quod *Pv* 17 locutione *T* contexerit *Pv* 18 narratio] narret *v* consequa*tur (n *ras.*) *T* 19 *cap.* LXXXIII *T* LXXXV *P* LXXXVI *Gv* 20 sara *v* aliquod *PT* 21 eius] et eius *P* esse] non esse *P* polluto *P* 23 uiderent *P*

trauit Abraham in Aegyptum, uidentes Aegyptii mulierem quia speciosa erat ualde. quomodo accipiatur quod Abraham ueniens in Aegyptum celare uoluit uxorem suam esse Sarram secundum omnia, quae de hac re scripta sunt? utrum hoc conuenerit tam sancto uiro, an subdefectio fidei eius intellegatur, sicut nonnulli arbitrati sunt? iam quidem et contra Faustum de hac re disputaui et diligentius a presbytero Hieronymo expositum est, quare non sit consequens ut, cum aliquot dies apud regem Aegypti Sarra fecerit, etiam eius concubitu credatur esse polluta. quoniam mos erat regius uicibus ad se admittere mulieres suas et nisi lomentis et ungentis diu prius accurato corpore nulla intrabat ad regem. quae dum fierent, afflictus est Pharao manu dei, ut uiro redhiberet intactam, quam ipsi deo maritus commiserat tacens quod uxor esset, sed non mentiens quod soror esset, ut caueret quod poterat, quantum homo poterat, et deo commendaret quod cauere non poterat; ne, si et illa quae cauere poterat deo tantum dimitteret, non in deum credere, sed deum temtare potius inueniretur.

LXXI.

QVOMODO INTELLEGATVR AETERNVM QVOD AIT: DABO TIBI TERRAM IN POSSESSIONEM AETERNAM. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

Dabo tibi et semini tuo post te terram, in qua 86
habitas, omnem terram cultam in possessionem

7 cf. c. Faust. XXII, 33 et 34 8 cf. Hieron. quaestt. in Gen. 21 (et 24) Gen. 17, 8

1 abram *T* 4 saram *v* 5 conuenerit] cum ueniret *P* subdefectio] subdefuncto *v* 7 quidam *Pv* diligentius] dilentius *T* 8 a] ab *P* 9 conseques (*om.* ut) *V* aliquod *P* 11 regius] regibus *P* amittere *P* 12 unguentis (u *alteram add. m. 2 in V*) *Vv* nullo *P* 13 farao *P* 14 ut] et T^1 rediberet *v* commiscerat *P* 17 ne, si] nisi *P* 18 crederet *P* 20 *cap.* LXXXIIII *T* LXXXVI *P* LXXXVII *Gv* 24 simini *P* te *om. T*

aeternam. quaestio est quomodo dixerit aeternam, cum Israhelitis temporaliter data sit: utrum secundum hoc saeculum dicta sit aeterna, ut ab eo quod est αἰὼν graece, quod et saeculum significat, dictum sit αἰώνιον, tamquam si latine dici posset saeculare; an ex hoc aliquid secundum spiritalem promissionem hic intellegere cogamur, ut aeternum ideo dictum sit, quia hinc aeternum aliquid significatur. an potius locutionis est scripturarum, ut aeternum appellent cuius rei finis non constituitur aut non ita fit, ut deinceps non sit faciendum, quantum pertinet ad curam uel potestatem facientis; sicut ait Horatius:

seruiet aeternum qui paruo nesciet uti.

non enim potest in aeternum seruire, cuius ipsa uita, qua seruit, aeterna esse non potest. quod testimonium non adhiberem, nisi locutionis esset; uerborum quippe illi sunt nobis auctores, non rerum uel sententiarum. si autem defenduntur scripturae secundum locutiones proprias, quae idiomata uocantur, quanto magis secundum eas quas cum aliis linguis communes habent?

LXXII.

EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI. SCIEBAM, INQVIT, QVOD CONSTITVIT FILIIS SVIS POST SE CVSTODIRE VIAS DOMINI.

87 Sciebam enim quia constituit filiis suis et domui suae post se, et custodient uias domini facere

12 Hor. Epist. I, 10, 41 21 (et 24) Gen. 18, 19

2 utrum — dicta sit *om.* T^1 saeculum] sam T^2 3 aeon *libri* et] est *Pv* 4 sit] ē *v* aeonion *TV* aeon iustū *Pv* tamquam] quam *Pv* 5 possit *Pv* 8 scripturarum] sub scripturarum *v* appellant *v* 11 oratius *libri* 12 nesciat *v* 15 locutiones essent *v* 20 *cap.* LXXXV *T* LXXXVII *P* LXXXVIII *Gv* 21 quaestionum de genesi *om. T* 22 quod] quia *v* post se] posse *P* 24 constituet *T* (*cf.* συντάξει *LXX*) 25 et] *om. T*; ut *v* custodiant *v*

iustitiam et iudicium, ut adducat dominus in Abraham omnia, quae locutus est ad illum. ecce ubi promittit dominus Abrahae non solum praemia sed etiam oboedientiam iustitiae filiorum eius, ut circa eos etiam praemia promissa compleantur.

LXXIII.

EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI. DESCENDENS VIDEBO, SI SECVNDVM CLAMOREM VENIENTEM AD ME CONSVMMANTVR; SI AVTEM NON, VT SCIAM.

Descendens ergo uidebo, si secundum clamorem 88
ipsorum uenientem ad me consummantur; si autem non, ut sciam. uerba haec si non dubitantis, quid duorum potius euenturum sit, sed irascentis et minantis accipiamus, nulla quaestio est. more quippe humano deus in scripturis ad homines loquitur et eius iram nouerunt sine perturbatione eius intellegere qui nouerunt. solemus autem etiam sic minanter loqui: „uideam, si non tibi facio“ aut „uideamus, si non facio illi“, et „si non potuero tibi facere, uel sciam“, id est: hoc ipsum experibor utrum non possim. quod cum minando, non ignorando dicitur, irati apparet affectus: sed perturbatio non cadit in deum. mos autem humanae locutionis et usitatus est et humanae infirmitati congruit, cui deus coaptat locutionem suam.

7 (et 10) Gen. 18, 21

1 iustitiam et] et iustitiam *P* 2 loquutus *V* 4 proemia *V* 6 *cap.* LXXXVI *T* LXXXVIII *P* LXXXVIIII *v*; *om. G* 8 uenientium *Pv* 9 (*et* 11) consumantur *Pv* non *om. P* 11 ipsorum] suorum *P* 12 ut *om. v* 16 minanter] minantur *P* 17 uideam *V*: uideamus *PTv* 18 illi facio *PTv* 19 possem *T* cum minando] comminando *P* 21 cadet *P* autem] *om. P* 22 et humanae] ut h. *T* 22 infirmitate *P*

LXXIIII.

EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI. NON PERDAM, SI INVENERO DECEM IVSTOS.

89 Quaeri solet utrum, quod de Sodomis dixit deus non se perdere locum, si inuenirentur illic uel decem iusti, speciali quadam sententia de illa ciuitate an de omnibus intellegendum sit generaliter, parcere deum loco, in quocumque uel decem iusti fuerint. in qua quaestione non est quidem necesse ut hoc de omni loco accipere compellamur, uerum tamen de Sodomis potuit et sic dici, quia sciebat deus ibi non esse uel decem. et ideo sic respondebatur Abrahae, ut significaretur nec tot ibi posse inueniri, ad exaggerationem iniquitatis illorum. non enim necesse erat deo tam sceleratis hominibus parcere, ne cum illis perderet iustos, cum posset iustis inde liberatis reddere impiis digna supplicia. sed, ut dixi, ad ostendendam malignitatem multitudinis illius dixit: si decem ibi inuenero, parcam uniuersae ciuitati, tamquam diceret: „certe possum nec pios cum impiis perdere, nec tamen propterea impiis parcere, quia liberatis et separatis inde piis possum impiis digna rependere; et tamen, si ibi inueniantur, parco", hoc est, quia nec tot ibi possent inueniri. tale aliquid est apud Hieremian, ubi ait: circuite uias Hierusalem et uidete et quaerite in plateis eius et cognoscite, si inuenietis hominem facientem iustitiam et quaerentem fidem, et propitius ero peccatis eorum, id est: „inuenite uel unum, et parco ceteris", ad exaggerandum et demonstrandum quod nec unus ibi posset inueniri.

2 (et 16) Gen. 18, 32 22 Hier. 5, 1

1 *cap.* LXXXVII *T* LXXXVIIII *P* XC *v*; *om. G* 4 sodomi**s (ti *eras.*) *T* 5 decim *P* 6 sententia] sentia *T* an de] ante *T* 9 omni] omnibus *MV* 10 sic] si T^1 12 inuenire P^1 inueri *T* exagerationem *T* 14 ne] nec P^1T^1Vv cum illis] humiles *v* perdere T^1 possit *P* 18 pios] **pios (in *eras.*) *T* 19 et separatis *om. v* 20 si ibi] sibi *PT* 21 possunt P^1v inuenire P^1 22 hieremiam PTV^2v circūite *P* 23 quaeritae *T* 26 aggerandum T^1 27 inuenire P^1

LXXV.

DE LOTH FILIAS ANIMO TVRBATO CIVIBVS OFFERENTE. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

Quod ait Sodomitis Loth: sunt mihi filiae duae, quae 90
nondum nouerunt uiros; producam illas ad uos; utimini illis quomodo placuerit uobis. ne faciatis tantum in uiros istos iniquum, quoniam prostituere uolebat filias suas hac compensatione, ut uiri hospites eius nihil a Sodomitis tale paterentur, utrum admittenda sit compensatio flagitiorum uel quorumque peccatorum, ut nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius malum faciat, an potius perturbationi Loth, non consilio tribuendum sit quia hoc dixerit, merito quaeritur. et nimirum periculosissime admittitur haec compensatio. si autem perturbationi humanae tribuitur et menti tanto malo permotae, nullo modo imitanda est.

LXXVI.

QVOD AIT DEVS AD ABIMELECH: PEPERCI TIBI, NE PECCARES IN ME. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

Quod ait deus ad Abimelech propter Sarram: et peperci 91
tibi, ut non peccares in me, quando eum admonuit uxorem Abraham esse quam putabat sororem, aduertendum est et notandum in deum peccari, quando talia committuntur,

4 Gen. 19, 8 17 (et 19) Gen. 20, 6

1 *cap.* LXXXVIII *T* XC *P* XCI *v*; *om. G* 2 lot *T* offerent *P* 4 duae filiae *PTv* 5 nondum] non *Pv* illos (o *in* a *corr. m. 1*) *T* 6 tantum in uiros istos ne faciatis *PTv* 9 amittanda *P* 10 quorumque] quorumcum *T* quorum *v* faciam *P* 12 perturbatione *Pv* dixit *T* 13 et *om. v* amittitur *P* 14 autem *om. v* perturbatione *P* 15 mente *P* malū *P* imitenda *P* est *om. T* 16 *cap.* LXXXVIIII *T* XCI *P* XCII *v*; *om. G* 17 ad *om. v* 19 deus] dn̄s P^1 abimalech (*om.* ad) *v* saram *v* et *om. Pv* 20 ut non] ne *Pv* monuit *v* 21 sororem] soror est *T* auertendum *P* 22 peccare *Pv*

quae putant homines leuiter habenda tamquam in carne peccata. quod autem dixit ei: ecce tu morieris, etiam hoc notandum est quomodo dicat deus, tamquam praedicens sine dubio futurum quod admonendo dicit, ut a peccato abstinendo caueatur.

LXXVII.

TEMTAVIT DEVS ABRAHAM, QVOMODO NON SIT CONTRARIVM IACOBO DICENTI: DEVS NEMINEM TEMTAT. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

92 Et temtauit deus Abraham. quaeri solet quomodo hoc uerum sit, cum dicat in epistula sua Iacobus, quod deus neminem temtet, nisi quia locutione scripturarum solet dici „temtat“ pro eo quod est „probat“. temtatio uero illa, de qua Iacobus dicit, non intellegitur nisi qua quisque peccato implicatur. unde apostolus dicit: ne forte temtauerit uos is qui temtat. nam et ab illo scriptum est: temtat uos dominus deus uester, ut sciat si diligitis eum. etiam hoc ergo genere locutionis ut sciat dictum est, ac si diceretur: „ut scire uos faciat“, quoniam uires dilectionis suae hominem latent, nisi experimento etiam eidem innotescant.

2 Gen. 20, 7 7 (et 10) Gen. 22, 1 8 Iac. 1, 13 15 I Thess. 3, 5 16 Deut. 13, 3

4 futuram P^2 admonendum *v* 6 *cap.* XC *T* XCII *P* XCIII *v*; *om.* *G* 8 dicente *Pv* deus] deus enim *v* 11 epistola *PTv* 12 neminem] nemin& *T* temptat *v* tēp *P* 13 uero] uera *P* de] die de *v* 14 nisi qua* (m *eras.*) *M* n. quia *T* nisi *v* 15 temptauerint *v* 16 is] his *P* isti *v* qui temtat] q. temptant *v* ab illo] alibi G^3T 18 loquutionis *V* 20 exprimento *P* idem *P* innotescunt *v*

LXXVIII.

DE SIMILI LOCVTIONE, QVA DICTVM EST: NVNC COGNOVI QVOD TIMEAS DEVM. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

Vox angeli de caelo ad Abraham: ne inicias manum 93
in puerum neque facias ei quicquam; modo enim cognoui quoniam times deum tu. etiam ista quaestio simili locutione soluitur. hoc est enim: nunc cognoui quoniam times deum tu, quod significat: „nunc te feci cognoscere“. in consequentibus autem hoc genus locutionis euidentius apparet ubi dicitur: et uocauit Abraham nomen loci illius „dominus uidit“, ut dicant hodie: in montem dominus apparuit. uidit pro eo quod est „apparuit“, hoc est uidit pro eo quod est „uideri fecit“, significat per efficientem id quod efficitur; sicut frigus pigrum, quod pigros facit.

LXXVIIII.

DE IVRATIONE SERVI ABRAHAE SVPER FEMVR EIVS. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

Quod Abraham iubet puero suo, ut manum suam ponat 94
super eius femore, et sic eum adiurat per dominum deum caeli et dominum terrae, solet imperitos mouere non attendentes magnam ipsam de Christo extitisse prophetiam, quod

2 (et 5) Gen. 22, 12 11 Gen. 22, 14 18 cf. Gen. 24, 3

1 *cap.* XCI *T* XCIII *P* XCIIII *v*; *om. G* 2 simile *P* nunc *om. T* 3 quaest. de genesi *om. PT* 5 manus *PTv* 6 neque] ne *v* facies *P* 7 tu] tum *Pv* 10 locutionis *om. Pv* 13 montem *MV*: monte *GPTv* apparuit—quod est *om. v* 14 uideri] uidere *Pv* significans *GPTv* 15 id] id ē *v* 17 *cap.* XIIC *T* XCIIII *P* XCV *v*; *om. G* 19 quaest. de genesi *om. GPT* 20 quod Abraham—p. 334, 6 ex eodem libro *om. MV* ponet G^1v ponit T^1 21 faemore *T* adiuret G^1v 22 terrae dominum *T* 23 ipsam *T*: istam *GPv* extetisse *P* prophetam (i *add. m. 2*) *T*

ipse dominus deus caeli et dominus terrae in ea carne uenturus esset, quae de illo femore propagata est.

LXXX.

QVOD DIFFERANT AVGVRATIONES INLICITAE AB ILLA PETITIONE SIGNI, QVOD PETIT A DEO SERVVS ABRAHAE. EX EODEM LIBRO.

95 Quaerendum quo differant augurationes inlicitae ab illa petitione signi, qua petiuit seruus Abrahae, ut ei deus ostenderet ipsam esse futuram uxorem domini sui Isaac, a qua cum petiuisset ut biberet, diceretur illi: bibe et tu et adaquabo et camelos tuos, quoad usque bibere desinerent. aliud est enim mirum aliquid petere, quod ipso miraculo signum est, aliud ea obseruare quae ita fiunt, ut mira non sint; sed a coniectoribus superstitiosa uanitate interpretantur. sed hoc ipsum etiam quod mirum aliquid postulatur, quo significetur quod quisque uult nosse, utrum audendum sit non parua quaestio est. eo namque pertinet quod dicuntur qui hoc recte non faciunt temtare deum. nam ipse dominus cum a diabolo temtaretur, testimonium de scripturis adhibuit: non temtabis dominum deum tuum. suggerebatur enim tamquam homini, ut signo aliquo exploraret ipse quantus esset, id est quam multum apud deum posset; quod uitiose

10 Gen. 24, 14 20 Deut. 6, 16 Matth. 4, 7

1 ea *om. GPv* 2 quae] quod *P* 3 *cap.* XCIII *T* XCV *P* XCVI *v*; *om. G* 4 quod] quo *T* inlicitae] inlicę *P* ab illa *om. GPv* 5 petitione] appetitione (ni G^1) *GPv* quod] quo *T* petiit *Gv* habrae *G* 7 quo] quid *Pv* 8 qua] que *P* deus] dn̄s *T* 9 a qua] aquā *P* 10 diceretur] et diceretur *P* illi] illa *P* bibe (*om.* et) *v* 11 aquabo *P* camelos (et *om.*) *Pv* 12 desinirent *MV*; *fort. recte*; *cf. Rönsch p. 284 sq.* ipsū *P* 13 est] sit *PTv* fiunt] faciunt *v* ut] et *v* 14 mira] minora MV^1 (no *del.* V^2) sunt *v* a] ea *P* ea a *v* interpretentur *Tv* 16 quo] quod *P* audendum *v*: audiendum *PTV* 17 eo] quo *P* pertinent *V* 18 non recte *T* deum *V*: dn̄m *PTv* 19 cum] cam V^1 diabulo *T* temtatur *V* 22 quod] quo *P*

fit, cum fit. ab hoc autem discernitur quod Gedeon fecit pugnae imminente periculo. consultatio quippe illa magis quam temtatio dei fuit. unde et Achas apud Esaiam timet signum petere, ne deum temtare uideatur, cum hoc eum dominus admoneat per prophetam, credo, existimans quod ab ipso propheta exploraretur utrum praecepti memor esset, quo temtare deum prohiberemur.

LXXXI.

EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI. DE, ID QVOD AIT IACOB, NON EST NISI DOMVS DEI.

Et surrexit Iacob de somno suo et dixit: quia est 96
dominus in loco hoc, ego autem nesciebam; et timuit et dixit: quam terribilis locus hic; hoc non est nisi domus dei, et haec porta est caeli. haec uerba ad prophetiam pertinent, quia ibi futurum erat tabernaculum, quod constituit deus in hominibus in primo populo suo. portam caeli autem sic intellegere debemus, tamquam inde fiat aditus credentibus ad capessendum regnum caelorum.

LXXXII.

QVOD IACOB LAPIDEM STATVIT ET PERFVDIT OLEO, NON ALIQVID IDOLATRIAE SIMILE FECISSE. EX EODEM LIBRO.

Quod statuit lapidem Iacob, quem sibi ad caput posuerat, 97
et constituit eum titulum et perfudit illum oleo, non aliquid

1 cf. Iud. 6, 17 sq. 3 cf. Es. 7, 11 et 12 10 (et 11) Gen. 28, 16 et 17 20 cf. Gen. 28, 18

1 ab] ad *P* 2 culsultatio M^1V consolatio *P* 3 achaz *Tv* agchaz *P* 4 deum] dn̄m *T* 5 exsistimans *V* 6 praecepti] praecepit *P* 7 temtare] tempore *P* prohibemur *Pv* prohibetur *T* 8 *cap.* LXXX* (I *eras. in V*) *MV* XCIIII *T* XCVI *P* XCVII *v*; *om. G* 9 quaest. de gen. *om. PT* id *MV*: eo *PTv* 10 est V^1: est hic PTV^2v 12 loco] caelo *V* hoc autem ego *V* 13 hic locus *v* 18 adytus *V* additus *P* capissendum *P* 19 *cap.* LXXXI *M* XCV *T* XCVII *P* XCVIII *v*; *om. G* 20 superfudit oleū *P* 21 libro] l. supra scripto *PTv* 23 eum] c̄ *P*

idolatriae simile fecit. non enim tunc uel postea frequentauit lapidem adorando aut ei sacrificando; sed signum fuit in prophetia euidentissima constitutum, quae pertinet ad unctionem: unde Christi nomen a chrismate est.

LXXXIII.

DE LVCTA IACOB ET DE CLAVDICATIONE. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

98 Quod ab illo angelo desiderat benedici Iacob, cui luctando praeualuit, magna est de Christo prophetia. nam eo ipso admonet mysticum aliquid sapere, quia omnis homo a maiore uult benedici. quomodo ergo ab eo iste uoluit, quem luctando superauit? praeualuit enim Iacob Christo uel potius praeualere uisus est per eos Israhelitas, a quibus crucifixus est Christus, et ab eo tamen benedicitur in Israhelitis, qui crediderunt in Christum. ex quibus erat qui dicebat: nam et ego Israhelita sum ex genere Abraham, tribu Beniamin. unus ergo atque idem Iacob et claudus et benedictus: claudus in latitudine femoris tamquam in multitudine generis, de quibus dictum est: et claudicauerunt a semitis suis; benedictus autem in eis de quibus dictum est: reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt.

6 cf. Gen. 32, 26 15 Rom. 11, 1 19 Ps. 17, 46 20 Rom. 11, 5

1 tunc] uel tunc *PTv* 2 eis (s *del. m. 2*) *T* in *om. v* prophetiae *PTv* 3 euidentissime *Pv* uidentissima *T* pertinent *v* 5 *cap.* LXXXII *M* XCVI *T* XCVIII *P* XCVIIII *v*; *om. G* 6 claudicatione] cl. eius *Pv* 7 quaest. de genesi *om. PT* 10 quia] quam *T* 11 iste uoluit] iste uol. benedici *P* i. ab eo benedici uol. *v* lutando *P* 12 enim] autem *T* 16 tribu] de tribu *v* 19 et claudicauerunt — dictum est *om. MV*

LXXXIIII.

VTRVM SECVNDO IACOB LAPIDEM OLEO PERFVDERIT AN SECVNDO COMMEMORATVM SIT. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM.

Ascendit autem deus ab eo loco, ubi locutus est 99
cum eo. et statuit Iacob titulum in loco, in quo locutus est cum eo, titulum lapideum. et libauit super eum libamen et infudit super illum oleum et uocauit Iacob nomen loci, in quo locutus est cum eo illic deus, Bethel. iterum factum est hoc loco quod factum fuerat, an iterum commemoratum est? sed quodlibet horum sit, super lapidem libauit Iacob, non lapidi libauit: non ergo sicut idolatrae solent aras ante lapides constituere et tamquam dis libare lapidibus.

LXXXV.

QVAESTIONEM, QVOD XII FILII IACOB COMPVTENTVR NONDVM NATO BENIAMIN, SOLVIT PER TROPVM SYNECDOCE. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

Quod duodecim filii computantur Israhel et dicitur: hi 100
sunt filii Israhel, qui nati sunt in Mesopotamia, cum Beniamin postea longe natus sit, cum iam transissent Bethel et appropinquarent Bethlem.

4 Gen. 35, 13—15 18 Gen. 35, 26

1 *cap.* LXXXIII *M* XCVII *T* XCVIIII *P* C *v*; *om. G* 2 utrum — iacob *om. P* secundo] Ydo M^1V iterum *v* oleo] in eo *MV*; *om. P* oleo lapidem *v* superfuderit *P* secundo] Ydo M^1V iterum *Pv* 3 sit] si *P* 7 infudit] fudit *Pv* 8 loci] loci illius *v* 9 illic] *om. v* 11 labauit *P* lapidi libauit] lap. lib. iacob *T* 12 idolatriae *PT* 13 diis PT^2v labare *V* 14 *cap.* LXXXIIII *M* XCVIII *T* C *P* CI *v*; *om. G* 15 questionum *P* computantur *Pv* 16 Beniamin] benia *P* sinecdoce *P* synecdoc *T* sinecdoche *v* ex] in *Pv* 18 fili *V* hi] hii *PV* 19 messopotamia P^2 20 ueniamin *V* longe postea *PTv* 21 bethleem *Tv*

Expositio.

Nulla est facilior solutio quaestionis huius, quam ut per synecdocen accipiatur. ubi enim pars maior est aut potior, solet eius nomine etiam illud comprehendi quod ad ipsum nomen non pertinet. sicut ad duodecim apostolos iam non pertinebat Iudas, qui etiam mortuus fuit cum dominus resurrexit a mortuis, et tamen ipsius duodenarii numeri nomen apostolus in epistula sua tenuit, ubi ait eum apparuisse illis duodecim. cum articulo enim hoc graeci codices habent, ut non possint intellegi quicumque duodecim, sed illi in eo numero insignes. eo modo locutionis puto et illud a domino dictum: nonne ego uos duodecim elegi? et unus ex uobis diabolus est, ut non ad electionem etiam ipse pertinere uideatur. non enim facile inuenitur electorum nomen in malo, nisi quando mali eliguntur a malis. quod si putauerimus et illum electum, ut per eius traditionem domini passio compleretur, id est malitiam eius ad aliquid electam bene utente deo etiam malis, illud attendamus ubi ait: non de omnibus uobis dico; ego scio quos elegi; ubi declarat ad electionem non pertinere nisi bonos. ac per hoc illud quod dictum est: ego uos duodecim elegi, per synecdocen dictum est, ut nomine maioris meliorisque partis etiam illud complecteretur quod ad ipsum nomen non pertinet. hic modus est in hoc eodem libro, ubi Emmor pro filio suo Sychem, ut acciperet Dinam filiam Iacob, exiit loqui cum eodem Iacob, et uenerunt etiam filii eius, qui absentes erant, et ad omnes dicit Emmor: Sychem filius meus elegit animo filiam uestram; date ergo illi eam uxorem.

8 I Cor. 15, 5 12 Io. 6, 70 18 Io. 13, 18 27 Gen. 34, 8

3 sinecdoche *P* sinodochen *v* 4 quod] quo *T* 5 apostolus *T*¹ iam (non *om.*) *P* 7 et] hoc et *v* numeri] *om. v* 10 non] non non (*prius* non *del. m. 1*) *V* possent *Pv* 11 lucutionis *P* locupletionis *v* 15 eleguntur *T* eligunt *v* 16 traditionem] ł electionē *add. P*² *in mg.* 18 illut *MV* 22 sinecdochen (h *add. m. 2*) *P* sinedochen *v* melioresque *P*¹ 24 est *om. P*¹ 25 sichem *P* loqui] liquo *P*¹ 26 erant] eī *P*¹

quia enim potior erat patris persona, per synecdocen filiam uestram dicens etiam fratres tenuit hoc nomine, quorum non erat filia. hinc est et illud: curre ad oues et accipe mihi inde duos hedos; simul enim pascebantur oues et hedi, et quia potiores sunt oues, earum nomine etiam caprarum pecus complexus est. sic quia potior erat numerus undecim filiorum Iacob, qui nati fuerant in Mesopotamia, ipsorum commemoratione scriptura complexa est etiam Beniamin, qui non erat ibi natus, et dictum est: hi sunt filii Iacob, qui facti sunt ei in Mesopotamia Syriae.

LXXXVI.

VTRVM IN INFERNVM MALI TANTVM AN ETIAM BONI MORTVI DESCENDERE SOLEANT. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM.

Et noluit consolari dicens: quoniam descendam 101
ad filium meum lugens in infernum. solet esse magna quaestio, quomodo intellegatur infernus, utrum illuc mali tantum an etiam boni mortui descendere soleant. si ergo tantum mali, quomodo iste ad filium suum se dicit lugentem uelle descendere? non enim in poenis inferni eum esse credit. an perturbati et dolentis uerba sunt, mala sua etiam hinc exaggerantis?

[ITEM DE INFERNO. EX LIBRO QVAESTIONVM NVMERORVM.

Et descenderunt ipsi et omnia, quaecumque sunt 101*
eis, uiuentes ad inferos. notandum secundum locum ter-

3 Gen. 27, 9 9 Gen. 35, 26 14 Gen. 37, 35 23 Num. 16, 33

1 enim] ergo *Pv* sinedochen *Pv* 2 fratris P^1 4 inde mihi *PTv* haedos *T* simul enim] sicut etiam *T* 7 fuerunt *P* 9 hi] ibi *P* fili* *P* 10 mesopotamiam *T* 11 *cap.* XCVIIII *T* CI *P* CII *v*; *om. G* 12 mali] ubi mali G^2v an etiam] an et *P* manent *Gv* 13 quaestionum] q. t. CXXVI *P* q. t. CXX *Gv* 15 solent G^1 16 illic T^1 17 si] sic G^1P 18 mali quomodo] aliquo modo *Gv* isti *P* se* (d *ras.*) *T* lugente *P* 19 uelle *om. GPv* discendere *GP* infernis *T* credidit G^3T 22 *quae inclusi desunt in GMPVv* 22 numerorum *scripsi:* numeri *T*

rae nunc dictos esse inferos, hoc est in inferioribus terrae partibus. uarie quippe in scripturis et sub intellectu multiplici, sicut rerum, de quibus agitur, sensus exigit, nomen ponitur inferorum et maxime in mortuis hoc accipi solet. sed quoniam istos uiuentes dictum est ad inferos descendisse, et ipsa narratione quid factum fuerit satis apparet; manifestum est, ut dixi, inferiores terrae partes inferorum uocabulo nuncupatas in comparatione huius superioris terrae, in cuius facie uiuitur; sicut in comparatione caeli superioris, ubi sanctorum demoratio est angelorum, peccantes angelos in huius aeris detrusos caligine scriptura dicit tamquam carceribus inferi puniendos reseruari. si enim deus, inquit, angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos reseruari, cum apostolus Paulus principem potestatis aeris diabolum dicat, qui operatur in filiis diffidentiae.

ITEM DE EADEM RE. EX PSALMO LXXXV.

101[b] Et eruisti animam meam ex inferno inferiori. quid dicimus fratres? hoc si non uobis tamquam certus exposuero, ne suscenseatis; homo sum enim et quantum conici datur de scripturis sanctis, tantum audeo dicere, nihil ex me. infernum nec ego expertus sum adhuc nec uos. et fortassis alia uia erit et non per infernum erit. incerta sunt haec. uerum quia dicit scriptura, cui contradici non potest: eruisti animam meam ex inferno inferiore, intellegimus tamquam duo inferna esse, superius et inferius. nam unde infernum inferius, nisi quia est infernum superius? aliud non diceretur infernum nisi in comparatione illius superioris partis. uidetur ergo, fratres, esse habitatio quaedam caelestis angelorum: ibi gloria ineffabilium gaudiorum, ibi immortalitas et incorruptio, ibi omnia secundum dei donum et gratiam

12 II Petr. 2, 4 15 cf. Eph. 2, 2 18 (et 24) Ps. 85, 13

2 uariae *T* 11 (et 24) scribtura *T* 30 ^{in}mortalitas (in *add. m. 2*) *T* 31 et incorruptio (et in *a m. 2 in ras.*) *T*

permanentia. illa pars rerum superna est. si ergo illa superna est, haec terrena, ubi caro et sanguis, ubi corruptibilitas, ubi natiuitas ⟨et mortalitas⟩, ubi decessio atque successio, ubi mutabilitas et inconstantia, ubi timores, cupiditates, horrores, laetitiae incertae, spes fragilis, caduca substantia, puto, quia omnis ista pars non potest comparari illi caelo, de quo loquebar paulo ante. si ergo illi parti haec pars non comparatur, illa superna est, haec inferna. et post mortem quo hinc, nisi sit infernum inferius hoc inferno, in quo sumus in carne et ista mortalitate? corpus enim mortuum est, ait apostolus, propter peccatum. ergo et hic sunt mortui, ut non mireris quia infernum dicitur, si mortuis abundat. non enim ait: „corpus moriturum est“ sed: corpus mortuum est. adhuc habet uitam utique corpus nostrum; et tamen comparatum corpori illi, quod futurum est qualia sunt angelorum corpora, inuenitur corpus hominis mortuum, quamuis adhuc habens animam. sed rursus ab hoc inferno, id est ab hac parte inferni, est aliud inferius, quo eunt mortui; unde uoluit deus eruere animas nostras etiam illuc mittendo filium suum. etenim, fratres, propter ista duo inferna missus est filius dei undique liberans; ad hoc infernum missus est nascendo, ad illud moriendo. propterea uox eius est in illo psalmo, non quoquam homine coniciente, sed apostolo exponente, ubi ait: quoniam non derelinques animam meam in inferno. ergo aut ipsius uox est et hic: eruisti animam meam ex inferno inferiore, aut nostra uox per ipsum Christum dominum nostrum, quia ideo ille peruenit usque ad infernum, ne nos remaneremus in inferno.

Aliam etiam opinionem dicam. fortassis enim apud ipsos inferos est aliqua pars inferior, quo truduntur impii, qui plurimum peccauerunt. etenim apud inferos utrum in locis quibusdam iam fuisset Abraham non satis possumus definire.

10 Rom. 8, 10 24 Ps. 15, 10 et Act. 2, 27 26 Ps. 85, 13

3 et mortalitas *a*: *om. T* 6 qua (i *add. m. 2*) *T* 18 eunt *a*: erunt *T* 23 conitiente *T* 32 fuissent (n *expunxit m. 2*) *T*

nondum enim dominus uenerat ad infernum, ut erueret inde omnium sanctorum praecedentium animas; et tamen Abraham in requie ibi erat. et quidam diues cum torqueretur apud inferos, cum uideret Abraham, leuauit oculos. non eum posset leuatis oculis uidere, nisi ille esset superius, ille inferius. et quid ei respondit Abraham, cum diceret: pater Abraham, mitte Lazarum ut intinguat digitum suum et stillet in linguam meam, quoniam crucior in hac flamma? fili, ait, memento quia percepisti bona in uita tua, Lazarus autem mala; nunc autem hic requiescit, tu uero torqueris. et super haec, ait, inter uos et nos chaos magnum firmatum est, ut nec nos possimus uenire ad uos nec inde aliquis uenire ad nos. ergo inter ista fortasse duo inferna, quorum in uno quieuerunt animae iustorum, in altero torquentur animae impiorum, attendens quidam orans hic, iam hic in corpore Christi positus et orans in uoce Christi, eruisse deum animam suam ab inferno inferiore dixit, quia liberauit se a talibus peccatis, per quae posset deduci ad tormenta inferni inferioris. quemadmodum si medicus uideat tibi imminentem aegritudinem forte ex aliquo labore et dicat: „parce tibi, sic te tracta; requiesce, his cibis utere; nam si non feceris, aegrotabis“; tu autem si feceris et saluus fueris, recte dicis medico: „liberasti me ab aegritudine“, non in qua iam eras, sed in qua futurus eras. nescio quis habens causam molestam mittendus erat in carcerem. uenit alius, defendit eum; gratias agens quid dicit? „eruisti animam meam de carcere“. suspendendus erat debitor; solutum est pro eo; liberatus dicitur de suspendio. in his omnibus non erant. sed quia talibus meritis agebantur et, nisi subuentum esset, ibi essent, inde se recte dicunt liberari quo per liberatores suos non sunt per-

6 Luc. 16, 24 sq.

9 percipisti *T* 15 torquentur *a*: torquetur *T* 21 ex *a*: *om. T* 25 qua *a*: quam *T* 26 carcerem *a*: carcere *T* 28 debitur (u *in* o *corr. m. 1*) *T* 30 agebantur *a*: agebatur *T* 31 liberari (ri *a m. 2 in ras.*) *T*

missi perduci. ergo, fratres, siue illud siue illud sit, hic me scrutatorem uerbi dei, non temerarium affirmatorem teneatis. et eruisti animam meam ex inferno inferiore.]

LXXXVII.

QVOD IN GENESI TERTIO INSINVETVR SPIRITVS SANCTVS. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

Numquid inuenimus hominem talem, qui habeat 102
spiritum dei in se? ecce iam, nisi fallor, tertio insinuatur nobis in hoc libro spiritus sanctus, id est spiritus dei. primo, ubi dictum est: spiritus dei super aquam; secundo, ubi dixit deus: non permanebit spiritus meus in hominibus istis, propter quod carnes sunt; et tertio nunc, quod Pharao dicit de Ioseph, esse in illo spiritum dei. nondum tamen legimus spiritum sanctum.

LXXXVIII.

QVOMODO INTELLEGENDVM SIT TOT ANIMAS EXISSE DE FEMORIBVS IACOB. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM.

Quod dicit scriptura tot animas peperisse Liam uel tot aut 103
tot animas exisse de femoribus Iacob, uidendum est quid hinc respondeatur eis qui hoc testimonio confirmare nituntur a parentibus simul animas cum corporibus propagari. animas enim dictas pro hominibus a parte totum significante locutione nullus ambigit. sed quomodo ipsam partem, ex qua totum commemoratum est, hoc est animam, cuius nomine

3 Ps. 85, 13 7 Gen. 41, 38 10 Gen. 1, 2 11 Gen. 6, 3 16 cf. Gen. 46, 15

4 *cap.* C *T* CII *P* CIII *v*; *om. G* 7 qui* (d *eras.*) *T* 8 insunuator (o *in* u *corr. m. 2*) *T* 9 dei (spiritus *om.*) *Pv* 10 aquas *PTv* 13 pharao] parco P^1 de] ad *v* at *P* 15 *cap.* CI *T* CIII *P* CIIII *v*; *om. G* 16 sit] est *P* 19 quid] quod *T* 20 respondea*tur (n *ras.*) *P* 22 significande locutionis *v* 23 ipsū P^1 qua] quo *PTV* 24 totum] tantum *v*

totus homo significatus est, alienemus ab eo quod dictum est: exierunt de femoribus eius, ut carnes tantum ex illo natas, quamuis solae animae nominentur, accipiamus, quaerendi sunt locutionum modi secundum scripturas.

LXXXVIIII.

QVOD AIT IACOB AD IOSEPH: PONE MANVM SVB FEMVR MEVM, ET FACIES IN ME MISERICORDIAM ET VERITATEM. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

104 Moriturus Iacob filio suo Ioseph dicit: si inueni gratiam in conspectu tuo, subice manum tuam sub femore meo, et facies in me misericordiam et ueritatem. ea filium iuratione constringit, qua seruum constrinxerat Abraham: ille mandans unde uxor ducatur filio suo, iste sepulturam commendans corporis sui. in utraque tamen causa nominata sunt duo illa, quae magni habenda atque pendenda sunt in scripturis omnibus, quacumque dispersim leguntur, misericordia et iustitia uel misericordia et iudicium uel misericordia et ueritas, quando quidem quodam loco scriptum est: uniuersae uiae domini misericordia et ueritas. ita haec duo multum commendata multum consideranda sunt. seruus autem Abrahae dixerat: si facitis in dominum meum misericordiam et iustitiam; sicut et iste filio suo dicit: ut facias in me misericordiam et ueritatem. quid sibi autem uelit tanto uiro tam sollicita corporis commendatio, ut non in Aegypto sepeliatur, sed in terra

6 (et 9) Gen. 47, 29 12 cf. Gen. 24, 2 19 Ps. 24, 10 21 Gen. 24, 49

1 alienamus *v* 2 eius *om. v* 5 *cap.* CII *T* CIIII *P* CV *v*; *om. G* 6 manum] manum tuam *P* femore meo *v* 7 facias *P* 11 facies *T* 12 constrinxerat] constrinxit *T* 14 utroque *P* 15 pendenda] petenda *P* appetenda *v* 16 quęcumque *Pv* legitur *Ppr.* 17 misericordiam et iustitiam *P* 20 sunt] sit *P* 23 in me] *om. Pv* 24 tanto] a tanto *T*

Chanan iuxta patres suos, mirum uidetur et quasi absurdum nec conueniens tantae excellentiae mentis propheticae, si hoc ex hominum consuetudine metiamur. si autem in his omnibus sacramenta quaerantur, maioris admirationis gaudium ipsi qui inuenerit orietur. cadaueribus quippe mortuorum peccata significari in lege non dubium est, cum iubentur homines post eorum contrectationem siue qualemcumque contactum tamquam ab immunditia purificari. et hinc illa sententia ducta est: qui baptizatur a mortuo et iterum tangit illum, quid proficit lauatio eius? sic et qui ieiunat super peccata sua et iterum ambulans haec eadem facit. sepultura ergo mortuorum remissionem significat peccatorum, eo pertinens quod dictum est: beati quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. ubi ergo sepelienda erant hoc significantia cadauera patriarcharum nisi in ea terra, ubi ille crucifixus est cuius sanguine facta est remissio peccatorum? mortibus enim patriarcharum peccata hominum figurata sunt. dicitur autem ab eo loco, quod Abramium uocatur, ubi sunt ista corpora, abesse locum, ubi crucifixus est dominus, fere xxx milibus, ut etiam ipse numerus eum significare intellegatur qui in baptismo apparuit ferme xxx annorum; et si quid aliud de re tanta uel hoc modo uel sublimius intellegi potest, dum tamen non frustra arbitremur tales ac tantos homines dei tantam gessisse curam pro sepeliendis corporibus suis, cum sit atque esse debeat fidelium ista securitas, quod ubicumque corpora eorum

9 Eccli. 31, 30 sq. 13 Ps. 31, 1

1 channan *P* chanaan *Tv* suo *P* et] *om. P* adsurdum *P* 2 nec] ne *P* prophetiae *P* 3 metiamur] me timeatur *T* 4 maius *v* ipse *P* 5 cadaberibus *V* 7 siue] *om. T* qualecumque *T* cūtactum *P* 8 immunditiā P^1 9 babtizatur *P* baptizatus *v* 10 profecit *P* labatio MV^1 lau•atio (d *ras.*) *P* 11 super] pro *v* peccato suo *v* iterum ambulans] *om. Pv* haec] *om. P* 12 ergo] ego *P* peccatorum significat *P* 15 cadabera MV^1 16 nisi] nis *P* 19 abrahamiā *P* 21 ipsi *P* 22 ferme] fere *Pv* aliud] *om. P* 23 sublimius] subtilius *P* 24 tantos] tantis *P* 26 *post* debeat *ras. 4 litt. in T* securitas] curiositas *v*

sepeliantur uel insepulta etiam per iniquorum rabiem relinquantur aut pro eorum libidine dilacerata absumantur, non ideo uel minus integram uel minus gloriosam eorum resurrectionem futuram.

XC.

QVID SIT QVOD SCRIPTVM EST: ET APPOSITVS EST AD PATRES SVOS. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM.

105 Videndum quomodo dicant scripturae quod assidue dicunt de mortuis: et appositus est ad patres suos uel: appositus est ad populum suum. ecce enim de Iacob dicitur iam quidem mortuo, sed nondum sepulto, et ad quem populum apponatur non in promtu est uidere. ex illo enim populus prior nascitur, qui dictus est populus Israhel; qui uero eum praecesserunt, tam pauci iusti nominantur, ut eos populum appellare cunctemur. nam si dictum esset: „appositus est ad patres suos“, nulla quaestio fieret. an forte populus est non solum hominum sanctorum uerum et angelorum, populus ciuitatis illius, unde dicitur ad Hebraeos: sed accessistis ad montem Sion et ad ciuitatem dei Hierusalem et ad milia angelorum exsultantium? huic populo apponuntur qui hanc uitam placentes deo finiunt. tunc enim dicuntur apponi, quando nulla iam remanet sollicitudo temtationum et periculum peccatorum. quod intuens ait scriptura: ante mortem ne laudes hominem quemquam.

6 (et 9) Gen. 49, 33 18 Heb. 12, 22 24 Eccli. 11, 28

1 sepelientur *P* iniquorum *MV*: inimicorum *PTv* 2 libidinem *MV* delacerata adsummantur *P* 3 integra *P* gloriosa *P* 5 *cap.* CIII *T* CV *P* CVI *v*; *om. G* 6 quid] q̄d *P* 7 quaestionum] q. de (de *om. P*) genesi *PTv* 8 dicunt] dicant *MP*¹*V* 12 prumptu *P* promptum *T* 21 opponuntur *P* deo] *om. MV*; dm̄ *P*¹ 22 iam] *om. v* temtationum] temptantium *P*

XCI.

DE XL DIEBVS SEPVLTVRAE IACOB. EX LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

Quadraginta dies sepulturae, quos commemorat scriptura, 106
forte significant aliquid paenitentiae, qua peccata sepeliuntur. non enim frustra etiam XL dies ieiuniorum sunt constituti, quibus Moses et Helias et ipse dominus ieiunauit; et ecclesia praecipuam obseruationem ieiuniorum quadragesimam uocat. unde et in hebraeo de Nineuitis apud Ionam prophetam scriptum perhibent: quadraginta dies et Nineue euertetur, ut per tot dies, accommodatos uidelicet humiliationi paenitentium, intellegantur in ieiuniis sua defleuisse peccata et impetrasse misericordiam dei. nec tamen putandum est istum numerum luctui paenitentium tantummodo conuenire; alioquin non XL dies fecisset dominus cum discipulis suis post resurrectionem, intrans cum eis et exiens, manducans et bibens; qui dies utique magnae laetitiae fuerunt. nec septuaginta interpretes, quos legere consueuit ecclesia, errasse credendi sunt, ut non dicerent: XL dies, sed: triduum et Nineue euertetur. maiore quippe auctoritate praediti quam interpretum officium est, prophetico spiritu, quo etiam ore uno in suis interpretationibus, quod magnum miraculum fuit, consonuisse firmantur, triduum posuerunt, quamuis non ignorarent quod dies XL in hebraeis codicibus legerentur, ut in domini Iesu Christi clarificatione intellegerentur dissolui abolerique peccata; de quo dictum est: qui traditus est propter delicta nostra et resurrexit propter iusti-

4 cf. Gen. 50, 3 7 cf. Ex. 34, 28 III Reg. 19, 8 Matth. 4, 2 10 Ion. 3, 4 26 Rom. 4, 25

1 *cap.* CVI *P* CVII *Gv*; *deest in T* 2 quaest. de genesi] supra scripto *v* 5 significat *M* aliquid] aliquam *v* paenitentiam *v* 7 moyses *v* 9 niniuitis *v* 10 nineuae *MV* niniue *v* 11 humiliationi] humiliati *v* 12 paenitentia *v* 16 exiens] exiens cum eis *M* 20 nineuae *MV* niniue *v* 21 interpraetum *M* 25 intellegerentur] legerentur *M* abolirique *MV* 26 qui] *om. M*

ficationem nostram. clarificatio autem domini in resurrectione et in caelum ascensione cognoscitur; unde et bis numero quamuis unum et eundem spiritum sanctum dedit: primo posteaquam resurrexit, iterum posteaquam ascendit in caelum. et quoniam post triduum resurrexit, post XL autem dies ascendit, unum horum, quod posterius factum est, numero dierum codices hebraei significant; alterum autem de triduo, quod ad eandem etiam rem pertineret, septuaginta commemorare non interpretationis seruitute, sed prophetiae auctoritate uoluerunt. non ergo dicamus unum horum falsum esse et pro aliis interpretibus aduersus alios litigemus, cum et illi qui ex hebraeo interpretantur, probent nobis hoc scriptum esse quod interpretantur, et septuaginta interpretum auctoritas, quae tanto etiam diuinitus facto miraculo commendatur, tanta in ecclesiis uetustate firmetur.

XCII.

DE LVCTV, QVOD FECIT IOSEPH PATRI SVO SEPTEM DIEBVS. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE GENESI.

107 Et fecit luctum patri suo septem dies. nescio utrum inueniatur alicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum nouem dies, quod apud Latinos nouendial appellant. unde mihi uidentur ab hac consuetudine prohibendi, si qui christianorum istum in mortuis suis numerum seruant, qui magis est in gentilium consuetudine. septimus uero dies auctoritatem in scripturis habet. unde alio loco scriptum est:

4 cf. Io. 20, 22 cf. Act. 2, 2 sqq. 19 Gen. 50, 10

4 primum *v* 6 numerum *v* 7 triduo (o *ex* u *corr. m. 2*) *M* 8 commemorari *v* 13 quae tanto] quae quanto *v* 14 tanta] tanto *v* 16 *cap.* CIIII *T* CVII *P* CVIII *v*; *om. G* 17 quod *GMPTV*; *cf. Rönsch l. c. p. 269 sqq.*: quem *v* 18 quaestionum de genesi] *om. PTv* 19 dies] diebus *P* 20 alicuius *T* 21 nouendial] nouendialia *T* nouem dies *Pv* appellatur *v* 22 hac] ** hac *T* hanc *P* 23 suis] *om. T* 24 septimus] septem *v* 25 habent *v*

luctus mortui septem dierum; fatui autem omnes dies uitae eius. septenarius autem numerus propter sabbati sacramentum praecipue quietis indicium est; unde merito mortuis tamquam requiescentibus exhibetur.. quem tamen numerum in luctu Iacob decuplauerunt Aegyptii, qui eum septuaginta diebus luxerunt.

HINC IAM CAPITVLA XIII EX LIBRO SVNT EXODI.

XCIII.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN EXODO: OCCVRRIT EI ANGELVS ET VOLEBAT EVM OCCIDERE. EX LIBRO QVAESTIONVM DE EXODO.

In eo quod scriptum est: et factum est in uia ad re- 108
fectionem obuiauit ei angelus et quaerebat eum occidere. et assumto Sepphora calculo circumcidit praeputium filii sui; et procidit ad pedes eius et dixit: stetit sanguis circumcisionis infantis mei. et recessit ab eo, propter quod dixit: desiit sanguis circumcisionis, primum quaeritur: quem uolebat angelus occidere, utrum Moysen, quia dictum est: occurrit ei angelus et quaerebat eum occidere? nam cui putabitur occurrisse nisi illi, qui uniuerso suorum comitatui praefuit et a quo ceteri ducebantur? an puerum quaerebat occidere, cui mater circumcidendo subuenit, ut ob hoc intellegatur occidere uoluisse infantem, quia non erat circumcisus, atque ita sancire praeceptum circumcisionis seueritate uindictae?

1 Eccli. 22, 12 5 cf. Gen. 50, 3 9 (et 12) Ex. 4, 24 et 25

2 septinarius *V* 4 exibetur *P* 5 aegypti *P* 6 dies *PTv* 7 hinc—exodi *om. T* iam] etiam *Gv* capitula XIII] capita XVI P^1 sunt] *om. Gv* 8 *cap.* CV *T* CVIII *P* CVIIII *v*; *om. G* 10 ex] ex odem (*sic*) *P* 14 assumpta *P* 15 procedit P^1 17 desiit] stetit *v* 19 mosen *T* 20 quaerebat] P^2 *in mg.*; uolebat P^1v 21 comitatu P^1 23 ob] ab P^1 25 sanxire (*corr. m. 2*) *v* seueritate (ę *a m. 2*) *V*

quod si ita est, incertum est prius de quo dixerit: quaerebat eum occidere, quia ignoratur quem, nisi ex consequentibus reperiatur: mira sane locutione et inusitata, ut prius diceret: occurrit ei et quaerebat eum occidere, de quo nihil antea dixerat. sed talis est in psalmo: fundamenta eius in montibus sanctis; diligit dominus portas Sion. inde enim psalmus incipit nec aliquid de illo uel de illa dixerat, cuius fundamenta intellegi uoluit dicens: fundamenta eius in montibus sanctis. sed quia sequitur: diligit dominus portas Sion, ergo fundamenta uel domini uel Sion, ad faciliorem sensum magis Sion, ut fundamenta ciuitatis accipiantur. sed quia in hoc pronomine, quod est „eius", genus ambiguum est — omnis enim generis est hoc pronomen, id est et masculini et feminini et neutri — in graeco autem in feminino genere dicatur αὐτῆς, masculino et neutro αὐτοῦ, et habet codex graecus αἰτοῦ: cogit intellegere non fundamenta Sion, sed fundamenta domini, id est quae constituit dominus, de quo dictum est: aedificans Hierusalem dominus. nec Sion tamen nec dominum antea nominauerat, cum diceret: fundamenta eius in montibus sanctis. sic et hic nondum nominato infante dictum est: occurrit ei et quaerebat eum occidere, ut de quo dixerit in consequentibus agnoscamus. quamquam et si de Mose quisque accipere uoluerit, non est magnopere resistendum. illud potius quod sequitur, si fieri potest, intellegatur, quid sibi uelit ideo recessisse angelum ab interfectione cuiuslibet eorum, quia dixit mulier: stetit sanguis circumcisionis infantis; non enim ait: „recessit ab eo", propter quod circum-

5 Ps. 86, 1 sq. 18 Ps. 146, 2

1 dixerat *v* 2 ex] e *v* 3 repperiatur *V* sane] *om. T* 5 antea] ante ea *P* 8 uel de illa] *om. v* 13 est hoc] hoc est *P* 14 **masculini (et *ras.*) *P* et feminini] *eras. in P* fęminini (ę *a m. 2*) *V* femini *T* 15 dicitur *v* αὐτῆς] aytec aytɵc *MV* autes avtнc *PT* 16 αὐτοῦ] avtov autu *MPTV* gregus *P* 19 ante *T* 22 occurrit ei] *om. v* 23 mosen *V* moyse *Pv* 24 quisque accipere] a. quisquam *PTv* magno opere *T* 25 quod] *om. v* 26 uellit P^1 28 ait] aut *MV*

cidit infantem, sed quia stetit sanguis circumcisionis; non quia cucurrit, sed quia stetit: magno, nisi fallor, sacramento.

XCIIII.

DE, ID QVOD ASSIDVE DEVS DICIT, INDVRABO COR PHARAONIS. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM DE EXODO.

Assidue deus dicit: indurabo cor Pharaonis; et uelut 109
causam infert cur hoc faciat: indurabo, inquit, cor Pharaonis, etiam implebo signa mea et portenta mea in Aegypto, tamquam necessaria fuerit obduratio cordis Pharaonis, ut signa dei multiplicarentur uel implerentur in Aegypto. utitur ergo deus bene cordibus malis ad id quod uult ostendere bonis uel quos facturus est bonos. et quamuis uniuscuiusque cordis in malitia qualitas, id est quale cor habeat ad malum, suo fiat uitio, quod inoleuit ex arbitrio uoluntatis, ea tamen uoluntate mala, ut huc uel illuc moueatur, cum siue huc siue illuc male moueatur, causis fit, quibus animus propellitur. quae causae ut exsistant uel non exsistant, non est in hominis potestate, sed ueniunt ex occulta prouidentia iustissima plane et sapientissima, uniuersum, quod creauit, disponentis et administrantis dei. ut ergo tale cor haberet et Pharao, quod patientia dei non moueretur ad pietatem, sed potius ad impietatem, uitii proprii fuit; quod uero ea facta sunt quibus cor suo uitio tam malignum resisteret

5 (et 7) Ex. 7, 3

2 magnum *Pv* 3 sacramentum *Pv* 4 *cap.* CVI *T* CVIIII *P* CX *v*; *om. G* 5 id *MV*: eo *GPTv* 6 pharaoni P^1 ex] item (idem P^1) ex P^2Tv exodi (*om.* de) *PTv* 10 induratio *Pv* cordis] cor *T* 11 dei] *om. v* 13 bonis] bonos *v* quo* (s *ras.*) *P* bonus (u *in* o *corr. m. 2*) *P* 14 cordis] cordibus *v* quali corde *v* 15 inolebit V^2 16 ea tamen (a ta *a m. 2 in ras.*) *PT* uoluntate] qualitate P^2T ut] et *v* moueatur—illuc *om.* T^1 18 ut] *om. T* 22 et] *om. T* patientia] poenitentia *v* 23 impietate *V*

iussionibus dei — hoc est enim quod dicitur induratum, quia non flexibiliter consentiebat, sed inflexibiliter resistebat — dispensationis fuit diuinae, qua tali cordi non solum non iniusta, sed euidenter iusta poena parabatur, qua timentes deum corrigerentur. proposito quippe lucro uerbi gratia, propter quod homicidium committatur, aliter auarus, aliter pecuniae contemtor mouetur: ille scilicet ad facinus perpetrandum, ille ad cauendum; ipsius tamen lucri propositio in alicuius illorum non fuit potestate. ita causae ueniunt hominibus malis, quae non sunt quidem in eorum potestate; sed hoc de illis faciunt, quales eos inuenerint iam factos propriis uitiis ex praeterita uoluntate. uidendum sane est utrum etiam sic accipi possit: ego indurabo, tamquam diceret: „quam durum sit demonstrabo“.

XCV.

QVOD ABSORBVIT VIRGA AARON VIRGAS MAGORVM. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

110 Et absorbuit uirga Aaron uirgas illorum. si dictum esset: „absorbuit draco Aaron uirgas illorum“, intellegeretur uerus draco Aaron phantastica illa figmenta non absorbuisse, sed uirgas; hoc enim potuit absorbere quod erant, non quod esse uidebantur et non erant. sed quoniam dixit: absorbuit uirga Aaron uirgas illorum, draco utique potuit uirgas absorbere, non uirga. sed eo nomine appellata res est, unde

18 (et 22) Ex. 7, 12

2 sed — resistebat] *om. MV* 3 qu*a (i *eras.*) *T* corde *P* iniusta P^2T: iniuste *v* iusta MP^1V 4 sed euidenter *add.* P^2 *in mg.* iusta] *om. P* 6 commitatur *P* aliter — aliter] alter — alter *T* 8 propositio in alicuius] propositionali cuius *T* 9 ueniunt] fiunt *Pv* 11 inuenirent P^1 preterita* *T* 13 indurabo] inindurabo *T* 15 *cap.* CVII *T* CX *P* CXI *v*; *om. G* 16 absorbit *P* 19 (*et* 20) dracho *MV*; *sic semper* 20 fantastica *P* fastastica *T* ficmenta *P* obsorbuisse *v* 24 nomina *T*

uersa est, non in quod uersa est, quia in id etiam reuersa est: et ideo hoc uocari debebat quod principaliter erat. quid ergo dicendum est de uirgis magorum? utrum et ipsae ueri dracones factae fuerant, sed ea ratione uirgae appellatae sunt, qua et uirga Aaron? an potius uidebantur esse quod non erant, ludificatione uenefica? cur ergo ex utraque parte et uirgae dicuntur et dracones, ut de figmentis illis nihil differat loquendi modus? sed demonstrare difficile est quomodo, etiam si ueri dracones facti sunt ex uirgis magorum, non fuerunt tamen creatores draconum nec magi nec angeli mali, quibus ministris illa operabantur. insunt enim rebus corporeis per omnia elementa mundi quaedam occultae seminariae rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis atque causalis, prorumpunt in species debitas suis modis et finibus. et sic non dicuntur angeli, qui ista faciunt, animalium creatores, sicut nec agricolae segetum uel arborum uel quorumcumque in terra gignentium creatores dicendi sunt, quamuis nouerint praebere quasdam uisibiles opportunitates et causas, ut illa nascantur. quod autem isti faciunt uisibiliter, hoc angeli inuisibiliter; deus uero solus unus creator est, qui causas ipsas et rationes seminarias rebus inseuit. res breuiter dicta est; quae si exemplis et copiosa disputatione explicetur, ut facilius intellegatur, longo sermone opus est, a quo se ratio nostrae festinationis excusat.

3 ipsae *v*: ipsi *PTV* ueri] uiri P^1 4 facti *PTV* 5 an] *om.* P^1T^1 7 ut] et *v* defferat *P* 8 demontrare *T* 9 fuerint P^1v 12 occulta seminaria *v* rationes] creatori *v* 15 qui ista] quę isti *v* 16 agriculae *V* quorumcumque *V*: quorumque *PTv* 18 oportunitates *Tv* oportunitatis P^1 21 quae si] quasi *v* 22 ut] et P^1 23 longe P^1 festinationes T^1 24 excusat] excurat *T*

XCVI.

VNDE POTVERINT INCANTATORES AQVAM IN SANGVINEM VERTERE, SI IAM VBIQVE FACTVM ERAT. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

111 Fecerunt autem similiter et incantatores Aegyptiorum ueneficiis suis, et eduxerunt ranas super terram Aegypti. quaeritur unde, si iam ubique factum erat. sed similis quaestio est, unde et aquam in sanguinem uerterint, si tota aqua Aegypti in sanguinem conuersa iam fuerat. proinde intellegendum est regionem, ubi filii Israhel habitabant, plagis talibus non fuisse percussam; et inde potuerunt incantatores uel aquam haurire, quam in sanguinem uerterent, uel aliquas ranas educere ad solam demonstrationem magicae potentiae. quamquam potuerunt etiam, posteaquam illa compressa sunt, facere; sed scriptura cito narrando coniunxit quod etiam postea fieri potuit.

XCVII.

ITEM DE INDVRATIONE CORDIS PHARAONIS. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

112 Et uidit Pharao quoniam facta est refrigeratio; et ingrauatum est cor eius, et non exaudiuit eos, sicut dixerat dominus. hic apparet non illas tantum fuisse causas obdurationis cordis Pharaonis, quod incantatores eius similia faciebant, uerum etiam ipsam dei patientiam, qua

5 Ex. 8, 7 20 Ex. 8, 15

1 *cap.* CVIII *T* CXI *P* CXII *v*; *om. G* 2 potuerunt *GPTv* sanguine P^1 3 conuertere *P* ubique *PVv*: utique *T* erat] fuerat *v* 4 quaestionum] *om. V* 6 ueneficis *P* 8 et] *om.* P^1v 9 uerterent P^1 10 ubi GM^2PTv: ibbi M^1V 12 aurire *P* 14 potuerant P^1V 17 *cap.* CVIIII *T* CXII *P* CXIII *v*; *om. G* 18 ex eodem—exodi *om. T* 21 ingratum (ua *add. m. 2*) *T* 23 fuesse *P* cordis pharaonis] *om. v* cordis] cardis *V* 24 etiam] etiam et *T* patientiam] patiendam P^1

parcebat. patientia dei secundum corda hominum quibusdam utilis ad paenitendum, quibusdam inutilis ad resistendum deo et in malo perseuerandum. non tamen per se ipsa inutilis est, sed secundum cor malum, sicut iam diximus. hoc et apostolus dicit: ignoras quia patientia dei ad paenitentiam te adducit? secundum autem duritiam cordis tui et cor impaenitens thesaurizas tibi iram in die irae et reuelationis iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera eius. nam et alibi cum diceret: Christi bonus odor sumus in omni loco, etiam illud adiunxit: et in his qui salui fiunt et in his qui pereunt. non dixit Christi bonum se odorem esse his qui salui fiunt, malum autem his qui pereunt; sed tantum bonum odorem se dixit. illi uero tales sunt, ut et bono odore pereant secundum sui cordis, ut saepe dictum est, qualitatem, quae mutanda est bona uoluntate in dei gratia, ut incipiant ei prodesse iudicia dei, quae malis cordibus nocent. unde ille mutato in melius corde cantabat: uiuet anima mea et laudabit te, et iudicia tua adiuuabunt me. non dixit: „munera tua“ uel „praemia tua“, sed: iudicia tua. multum est autem, ut sincera fiducia dici possit: proba me, domine, et temta me; ure renes meos et cor meum. et ne sibi aliquid ex suis uiribus tribuisse uideatur, continuo addidit: quoniam misericordia tua ante oculos meos est, et complacui in ueritate tua. factam erga se commemorat

5 Rom. 2, 4—6 10 II Cor. 2, 15 18 Ps. 118, 175 21 Ps. 25, 2 et 3

1 patia (tien *add. m. 2*) *V* patia (enti *add. m. 2*) *M* 2 paenitendum *PT*: patiendum *Vv* 3 malū *P* ipsam *v* 4 iam] *om. v* hoc] nam hoc *v* 5 ignorans *P* patientia* (m *ras.*) *T* 6 adducet P^1 adduxit *v* 7 impaenitens cor *v* 8 iudicii *V*: iusti iudicii *PTv* 11 adiuncxit *P* qui salui—non dixit] T^2 *in ras.* 12 his] in his *v* 13 his] in his *v* pereunt (qui *om.*) *T* 14 odore] odore de re *T* pareant *P* 16 ei] eis *v* 23 aliquis *P* tribusse *T* uideatur *V*: uideretur *PTv* 25 ergo *P* cummemorat *V*

misericordiam, ut complacere posset in ueritate, quoniam uniuersae uiae domini misericordia et ueritas.

XCVIII.

PROPTER HOC IPSVM, INQVIT, EXCITAVI TE, QVI OSTENDAM IN TE VIRTVTEM MEAM. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM.

113 Et propter hoc ipsum conseruatus es, ut ostendam in te uirtutem meam et ut annuntietur nomen meum in uniuersa terra. haec scripturae uerba et apostolus posuit, cum in eodem loco perdifficili uersaretur. ubi autem et hoc ait: si autem uolens deus ostendere iram et demonstrare potentiam suam attulit in multa patientia uasa irae — parcendo utique his quos malos futuros esse praesciebat: quae uasa dicit perfecta in perditione — et ut notas, inquit, faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae. unde uasorum misericordiae uox est in psalmis: deus meus, misericordia eius praeueniet me; deus meus demonstrauit mihi in inimicis meis. nouit ergo deus bene uti malis, in quibus tamen humanam naturam non ad malitiam creat, sed perfert eos patienter, quousque scit oportere; non inaniter, sed utens eis ad admonitionem uel exercitationem bonorum. ecce enim ut

1 Ps. 24, 10 4 (et 7) Ex. 9, 16 11 Rom. 9, 22 et 23 17 Ps. 58, 11

1 possit *Pv* 3 *cap.* CXIII *P* CXIIII *v*; *om. GT* 4 propter hoc—quaestionum] Item de eadem re *T* propter—inquit *om. Gv* propter *P*: pro *MV* inquit *om. P*¹ excitaui te *GPv*: excitauit *MV* qui (i *ex* e *corr. m. 2 in V*) *MV*: ut *GPv* 6 quaestionum] q. exodi t. XXXI *GPv* 8 nuntietur *v* 10 in *om. P*¹ perdifficile *v* perdificile *P* ubi] ibi *P*²*T* 11 ostendere ds *P* 13 uas *T* futurus *P* 14 praescierat *PTv* perditionem *T* 16 suae *om. v* 18 in inimicis *T*: inimicis *V* inimicos *v* inter inimicos *P* 19 meos *Pv* uti] ut i* (n *ras.*) *P* humanam *om. T* 20 perfert] fert *T* 21 scit] scit eos *PTv* 22 exercitationem] excitationem *P*

annuntiaretur nomen dei in uniuersa terra, uasis misericordiae utique prodest. ad eorum utique utilitatem Pharao seruatus est, sicut et scriptura testatur et exitus docet.

XCVIIII.

ITEM DE EO QVOD AIT: EGO INGRAVAVI COR PHARAONIS. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

Dixit deus ad Mosen: intra ad Pharaonem; ego 114
enim grauaui cor eius et seruorum eius, ut ordine superueniant signa mea haec super eos. ita dicit: ego enim ingrauaui cor eius, ut ordine superueniant signa mea haec super eos, tamquam opus habeat deus cuiusquam malitiam. sed sic intellegendum est, ac si diceret: „ego enim patiens fui super eum et seruos eius, ut non eos auferrem, ut ordine superueniant signa mea super eos". quia enim patientia dei opstinatior fiebat malus animus, ideo pro eo quod est: „patiens in eum fui" dicitur: grauaui cor eius.

C.

ET NON RELICTA LVCVSTA INDVRAVIT COR PHARAONIS. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

Et non est relicta lucusta una in omni terra 115
Aegypti. et indurauit dominus cor Pharaonis. beneficium certe dei commemorauit scriptura, quod abstulit

5 (et 7) Ex. 10, 1 19 (et 21) Ex. 10, 19 sq.

1 dei] domini *T* utique misericordiae *v* 3 exitus (*om.* et) P^1 4 *cap.* CXIIII *P* CXV *v*; *om.* *GT* 5 Item — exodi] item de eadem re *T* de eo] *om.* *GPv* 7 deus] dominus *GPTv* moysen *Pv* 8 grauaui] graui *T* 9 superueniant (eū *add. m. 2*) *P* ita dicit — super eos] *om.* T^1 10 ingrauauit T^2 grauaui P^1v 12 malitiam *V*: malitia *PTv* si] sic *T* 14 auferem P^1 ut] sed ut *v* 15 obstinatior *PTv* malos animos *P* malis animis *v* 16 fui] *om.* *v* grauaui] graui *T* cor *om.* *T* 18 *cap.* CXV *P* CXVI *v*; *om.* *GT* 19 Et non — exodi] Item de eadem re *T* (*et* 21) locusta *Pv*

lucustas; et secuta dixit indurasse dominum cor Pharaonis: beneficio utique suo et patientia sua, qua illa fiebat opstinatio, dum ei parceretur, sicut omnia mala corda hominum patientia dei male utendo durescunt.

CI.

QVOD TOLLENDO AB AEGYPTIIS AVRVM ET CETERA NON FECERINT FVRTVM. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

116 Deus ad Mosen: loquere ergo secreto in aures populi, et petat unusquisque a proximo, et mulier a proxima, uasa argentea et aurea et uestem. non hinc quisquam exemplum sumendum putare debet ad expoliandum isto modo proximum. hoc enim deus iussit, qui nouerat quid quemque pati oporteret. nec Israhelitae furtum fecerunt, sed deo iubenti ministerium praebuerunt: quemadmodum cum minister iudicis occidit eum quem iudex iussit occidi, profecto si id sponte faciat, homicida est, etiam si eum occidat quem scit occidi a iudice debuisse.

CII.

NON EXAVDIET PHARAO, VT MVLTIPLICENTVR SIGNA. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

117 Dixit autem dominus ad Mosen: non exaudiet uos Pharao, ut multiplicem signa mea et portenta

8 Ex. 11, 1 et 2 19 (et 21) Ex. 11, 9

1 locustas *Pv* 2 ille *v* fiebat] faciebat *MV* obstinatio *MPT* obstinatior *v* 5 *cap.* CX *T* CXVI *P* CXVII *v*; *om. G* 6 quod] quomodo intellegenda quod P^1 tollendo] hebrei tollendo P^2 *in mg.* fecerunt P^1 8 deus *V*: dixit dominus *PTv* moysen *Pv* 9 proximo] proximo suo *v* 11 quisque *PTv* sumendum exemplum *PTv* expoliendum *v* 12 enim] ē *v* 13 quid] quod *T* quemque] quemquam *V* furtum] futurum *P* 14 iuuenti *V* iubente *Pv* 15 occidi iussit *v* 16 occidat] occidit *v* 18 *cap.* CXI *T* CXVII *P* CXVIII *v*; *om. G* 19 pharaonis (nis *del. m. 2*) *P* ut—signa *om. P* 21 moysen *Pv* 22 multiplicentur *Pv*

mea in terra Aegypti: tamquam opus fuerit eius inoboedientia, ut signa illa multiplicarentur, quae utiliter fiebant ad terrendum populum dei atque ipsa discretione ad pietatem informandum. sed hoc dei fuit, malitia cordis illius bene utentis, non Pharaonis, dei patientia male abutentis.

CIII.

QVOMODO ACCIPIENDVM SIT QVOD AIT: DIEM LEGITIMVM SEMPITERNVM. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

Quod scriptum est: et facietis diem hunc in proge- 118
nies uestras legitimum aeternum uel aeternalem — quod graece dicitur *αἰώνιον* — non sic accipiendum est, tamquam possit istorum praetereuntium dies esse ullus aeternus; sed illud aeternum est quod iste significat dies: uelut cum dicimus ipsum deum aeternum, non utique istas duas syllabas aeternas dicimus, sed quod significant. quamquam diligenter scrutandum sit quomodo appellare scriptura soleat aeternum; ne forte ita dixerit sollemniter aeternum, quem nefas habeant praetermittere aut sua sponte mutare. aliud est enim quod praecipitur, quousque fiat — sicut praeceptum est, ut septies muros Hiericho circuiret arca — aliud cum praecipitur sic obseruari aliquid, ut nullus terminus praefiniatur obseruationis, siue cotidie siue per menses siue per annos sollemniter siue per multorum uel aliquorum annorum certa interualla. aut ergo sic appellauit aeternum, quod non sua sponte audeant desinere celebrare, aut, sicut dixi, ut non ipsa signa rerum, sed res, quae his significantur, aeternae intellegantur.

7 (et 9) Ex. 12, 14 20 cf. Ios. 6, 3 sq.

2 multiplicentur *T* 3 ipsā discritionē *P* 5 patientiam *Pv* abutentis] abeuntis *P* 6 *cap.* CXII *T* CXVIII *P* CXVIIII *v*; *om.* *G* 8 ex] et ex *P* 11 aeonion *PTv* eonion *MV* 14 dicemus *P* sillabas *P* 15 aeterna *V* 16 scriptura appellare *v* appellari *P* scriptura] *om. T* 17 solemniter *Pv* quem] quę *v* habeantur *v* 20 cum] eum *T* 21 obseruationes P^1 23 aut] ut P^1 25 ut] *om. T*

Sustulerunt autem filii Israhel de Ramesse in Soccoth in sescenta milia peditum uiri praeter instructum uel censum.

CIIII.

DE QVADRINGENTIS ANNIS NON AD SERVITVTEM, SED AD PEREGRINATIONEM SEMINIS ABRAHAE REFERENDIS. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

119 Quod ergo dixit deus ad Abraham: sciendo scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria, et in seruitutem redigent eos et nocebunt illis quadringentis annis, non sic accipiendum est, tamquam in illa durissima seruitute quadringentos annos dei populus fuerit; sed quia scriptum est: in Isaac uocabitur tibi semen, ex anno natiuitatis Isaac usque annum egressionis ex Aegypto computantur anni CCCCV. cum ergo de quadringentis triginta detraxeris uiginti quinque, qui sunt a promissione usque ad natum Isaac, non mirum est, si CCCC et V annos summa solida quadringentos uoluit appellare scriptura, quae solet tempora ita nuncupare, ut quod de summa perfectioris numeri paululum excrescit aut infra est, non computetur. non itaque quod ait: in seruitutem redigent eos et nocebunt illis, ad quadringentos annos referendum est, tamquam per tot annos eos habuerint in seruitute; sed referendi sunt CCCC anni ad id quod dictum est: peregrinum erit semen

1 Ex. 12, 37 8 Gen. 15, 13 13 Gen. 21, 12

1 sustulerunt—censum *MTV*: *om. Pv* 4 *cap.* CXIII *T* CXVIIII *P* CXX *v*; *om. G* 5 quadrigentis *MV* quadragentis *T* quadraginta P^1 6 habrahę *P* 7 exodi *PTv*: genesi *MV* 9 propriam *V* 11 quadrigentis *T* quadragintis P^1 12 quadrigentos *T* quadringentis *v* quadraginta P^1 annis *v* 14 naciuitatis *V* 15 CCCCV] quadraginta quinque P^1 quadrigentis TV^1 quadrintis P^1 17 CCCC] quadrigentos *T* quadringintas P^1 19 tempore P^1 nunccupare *T* 20 paulolum *v* 22 quadrigentos *T* 23 seruitutem *PT* 24 CCCC] quadrigenti *T* quadringinti P^1

tuum in terra non propria; quia, siue in terra Chanaan siue in Aegypto, peregrinum erat illud semen, antequam hereditatem sumerent terram ex promissione dei; quod factum est posteaquam ex Aegypto liberati sunt; ut hyperbaton hic intellegatur et ordo uerborum sit: sciendo scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria quadringentis annis; illud autem interpositum intellegatur: et in seruitutem redigent eos et nocebunt illis, ita ut ad quadringentos annos ista interpositio non pertineat. in extrema enim parte annorum summae huius, hoc est post mortem Ioseph, factum est, ut in Aegypto populus dei duram perageret seruitutem.

CV.

QVA DIVISIONE NVMERANDA SINT DECEM PRAECEPTA LEGIS. EX EODEM QVAESTIONVM LIBRO DE EXODO.

Quaeritur decem praecepta legis quemadmodum diuidenda 120
sint, utrum quattuor sint usque ad praeceptum de sabbato, quae ad deum pertinent, sex autem reliqua, quorum primum est: honora patrem et matrem, quae ad hominem pertinent; an potius illa tria sint et ista septem. qui enim dicunt illa quattuor esse, separant quod dictum est: non erunt tibi di alii praeter me, ut aliud praeceptum sit: non facies tibi idolum et cetera, ubi figmenta colenda prohibentur; unum autem uolunt esse: non concupisces uxorem proximi tui, non concupisces domum proximi tui

5 Gen. 15, 13 19 Ex. 20, 1—17

2 antequam] donec antiquam *v* 4 hiperbaton *Vv* hyperbatom *P* intellegatur hic *v* 7 quadringentos annos *v* intellegatur *P* 8 in] *om. P* 9 ut] ut non *v* ista] ita P^1 10 extrama *P* 11 post] *om. MV* 13 *cap.* CXIIII *T* CXX *P* CXXI *v*; *om. G* 14 nunerande P^1 sunt P^2 15 de exodo *scripsi*: exodi *PT* de genesi *MV*; *om. v* 19 patrem] patrem tuum *P* 22 dii *GPv* alii] alieni P^1 24 non concupisces—p. 362, 2 uolunt esse] *om. Gv* 25 non concupisces—tui] *om. MV* proximi tui] *om. T*

et omnia usque in finem. qui uero illa tria esse dicunt et ista septem, unum uolunt esse quidquid de uno colendo deo praecipitur, ne aliquid aliud praeter illum pro deo colatur; haec autem extrema in duo diuidunt, ut aliud sit: non concupisces uxorem proximi tui, aliud: non concupisces domum proximi tui. decem tamen esse praecepta neutri ambigunt, quoniam hoc scriptura testatur.

Mihi tamen uidetur congruentius accipi tria illa et ista septem, quia et trinitatem uidentur illa quae ad deum pertinent insinuare diligentius intuentibus. et re uera quod dictum est: non erunt tibi di alii praeter me, hoc ipsum perfectum explicatur, cum prohibentur colenda figmenta. concupiscentia porro uxoris alienae et concupiscentia domus alienae tantum in peccando differunt, ut illi quod dictum est: non concupisces domum proximi tui, adiuncta sint et alia dicente scriptura: neque agrum eius, neque seruum eius, neque ancillam eius, neque bouem eius neque subiugalem eius, nec omne pecus eius, nec quaecumque proximi sui sunt. discreuisse autem uidetur concupiscentiam uxoris alienae a concupiscentia cuiuslibet rei alienae, quando utrumque sic coepit: non concupisces uxorem proximi tui; non concupisces domum proximi tui, et huic coepit cetera adiungere. non autem cum dixisset: non concupisces uxorem proximi tui, huic conexuit alia dicens: „neque domum eius neque agrum eius neque seruum eius“ et cetera: sed omnino apparent haec esse coniuncta quae uno praecepto uidentur contineri, et discreta ab illo ubi uxor nominata est. illud autem ubi dictum est: non erunt tibi di alii praeter me, apparet huius rei

1 uera P^1 2 ista* (e *ras.*) P 9 quia] qui P^1 quę P^2 et trinitatem] ex trinitate* (m *ras.*; ex t *in ras. a m. 2*) P 10 insunuare T^1 11 dii Pv ali*i* P 13 porro] uero Pv 14 peccato P^1 15 adiunctę P 18 subiugalem T^1V (*cf. Rönsch p. 118*): subiugale PT^2v neque omne v pecus (eius *om.*) T 19 sui TV: tui Pv 20 (et 21) aliaene T a] et v concupiscentiam v 24 non] et non P 25 alia] talia P^2T 27 continere P^1 29 dii Pv alii] alieni P^1

diligentiorem exsecutionem esse in his quae subiuncta sunt. quo enim pertinet: non facies tibi idolum neque ullum simulacrum, quaecumque in caelo sunt sursum et quaecumque in terra deorsum et quaecumque sub terra in aqua; non adorabis eis neque seruies illis, nisi ad id quod dictum est: non erunt tibi di alii praeter me?

Sed rursus quaeritur quo differat: non furtum facies, ab eo quod paulo post de non concupiscendis proximi rebus praecipitur. non quidem omnis, qui rem proximi concupiscit, furatur; sed si omnis, qui furatur, rem proximi concupiscit, poterat in illa generalitate, ubi de non concupiscenda re proximi praecipitur, etiam illud quod ad furtum pertinet contineri. similiter etiam quaeritur quo differat quod dictum est: non moechaberis, ab eo quod paulo post dicitur: non concupisces uxorem proximi tui. in eo quippe quod dictum est: non moechaberis, poterat et illud intellegi. nisi forte in illis duobus peccatis moechandi et furandi ipsa opera notata sunt, in his uero extremis ipsa concupiscentia; quae tantum differunt, ut aliquando moechetur qui non concupiscit uxorem proximi, aliqua alia causa cum illi miscetur, aliquando autem concupiscat nec ei misceatur poenam timens. et hoc fortasse lex ostendere uoluit, quod utrumque peccata sint.

Item quaeri solet utrum moechiae nomine etiam fornicatio teneatur. hoc enim graecum uerbum est, quo iam scriptura utitur pro latino; moechos tamen graece non nisi adulteros

1 subiuncta] sibi iuncta *v* 2 quo enim] quoniam *T* 3 simulachrum *V* 5 eis P^1TV: eos *v* ea P^2 6 dii *Pv* alii] alieni P^1 8 quo] quid GP^2v qđ P^1 10 non quidem — 13 praecipitur] *om.* *V* concupiscet ** (e *in* i *corr.*; et *ras.*) *P* 11 furatur sed — concupiscit *om.* T^1 si *om.* T^2 concupisci G^1v 12 non de *P* 14 quo] quid GP^2v qđ P^1 15 (*et* 17) moechaueris *T* 17 et *om.* *T* 18 ipso P^1 19 notata sunt *om.* T^1 20 moechatur G^1v 22 concupiscit G^1v ei] eis G^1P^1v 23 utraque *PTv* 25 moechia *v* nomine *om.* *v* 26 quo] quod P^1(?)*v* iam *om.* *T*

dicit. sed utique ista lex non solis uiris in populo, uerum etiam feminis data est. neque enim quia dictum est: non concupisces uxorem proximi tui, nihil hic sibi praeceptum debet putare femina et tamquam licite concupiscere uirum proximae suae. si ergo hic ex illo quod uiro dictum est intellegitur, quamuis non dictum sit, quod etiam ad feminam pertineat, quanto magis eo quod dictum est: non moechaberis uterque sexus astringitur, cum et ipsum praeceptum potest referri ad utrumque, sicut: non occides, non furaberis, et quae alia similiter non expresso uno sexu utrique uidentur sonare communiter. tamen ubi unus exprimitur, honoratior utique exprimitur, id est masculinus, ut ex hoc intellegat etiam femina quid sibi praeceptum sit. ac per hoc si femina moecha est habens uirum, concumbendo cum eo qui uir eius non est, etiam si ille non habeat uxorem, profecto moechus est et uir habens uxorem concumbendo cum ea quae uxor eius non est, etiam si illa non habeat uirum. sed utrum, si faciat qui uxorem non habeat, uel femina, quae uirum non habet, praecepti huius transgressione teneantur, merito quaeritur; si enim non tenentur, non est prohibita in decalogo fornicatio, sed sola moechia, id est adulterium, quamuis omnis moechia fornicatio esse intellegatur, sicut locuntur scripturae. dominus autem dicit in euangelio: quicumque dimiserit uxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam moechari. hic autem utique fornicationem appellauit, si cum alio peccet quae uirum habet, quod est

23 Matth. 5, 32

1 in populo] *om. P* 4 putari *v* licitae *T* 5 uiro] uero P^1V 6 faeminam *V* 7 eo] ex eo *V* 8 moecaberis *V* moechaueris *T* moecharis *P* 10 furaueris *T* et *om. P* quae alia *Tv*: quae aliter *V* alia*quae (ae *ras.*) *P* 12 masculus *v* 13 (*et* 14) faemina *V* sibi] si *T* 14 moecha] moechata P^1v concumbendo *PTv*: non concumbendo *V* 16 est] *eras. in P* 17 ille P^1 uirum] uirū ꝑfecto mecha P^2 *in ras.* 18 faemina *V* 19 transgresione *T* transgressioni P^1 20 prohibito P^1 22 moechia] moechia etiam T^2v esse fornicatio *P* intellegitur *PTv* loquuntur *T* 24 excepto *v* 25 autem *V*: *om. PTv*

moechia, id est adulterium. omnis ergo moechia etiam fornicatio in scripturis dicitur. sed utrum etiam omnis fornicatio moechia dici possit, in eisdem scripturis non mihi interim occurrit locutionis exemplum. sed si non omnis fornicatio etiam moechia dici potest, ubi sit in decalogo prohibita illa fornicatio, quam faciunt uiri, qui uxores non habent, cum feminis, quae maritos non habent, utrum inueniri possit ignoro. sed si furti nomine bene intellegitur omnis inlicita usurpatio rei alienae — non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit; sed utique a parte totum intellegi uoluit, quidquid inlicite rerum proximi aufertur: — profecto et nomine moechiae omnis inlicitus concubitus atque illorum membrorum non legitimus usus prohibitus debet intellegi.

Et quod dictum est: non occides, non putandum est fieri contra hoc praeceptum, quando lex occidit uel occidi aliquem deus iubet. ille enim facit qui iubet, quando ministerium negare non licet.

In eo etiam quod dictum est: falsum testimonium non dices aduersus proximum tuum, quaeri solet utrum prohibitum sit omne mendacium; ne forte non sit hoc praeceptum aduersus eos qui dicunt tunc esse mentiendum, quando id mendacium prodest alicui et nihil obest ei cui mentiris; tale quippe non est aduersus proximum tuum; ut ideo uideatur hoc addidisse scriptura, quae posset breuiter dicere: falsum testimonium non dices, sicut dixit: non occides, non moechaberis, non furaberis. sed hinc magna quaestio est nec a festinantibus commode explicari potest, quomodo accipiendum sit: perdes omnes, qui lo-

28 Ps. 5, 7

1 moechia id] moechiã id P^1 moechari id *T* 2 utrum* *T* 5 ubi] unde P^2 prohibe*ta (e *in* i *corr. m. 2*) *P* 6 qui] que P^1 7 faeminis *V* quae] qui *Tv* inuenire P^1 8 si] *om. v* furti] forti hoc *v* 10 a parte] aperte P^1V 11 rerum rerum V^1 (*corr. m. 2*) nominae *V* 12 inlicitos concubitos *P* 13 legitimos P^2 prohibitos *P* 20 mendacium] mandatum P^1 hoc] *om. v* 22 id] idē *v* ad P^1 ei] *om. T* 24 possit *Pv* 26 moechaueris *T* furaueris *T* 27 explicare P^1

cuntur mendacium, et: noli uelle mentiri omne mendacium, et cetera huius modi.

CVI.

EXPOSITIO DECEM PRAECEPTORVM SALVA FIRMITATE SVI AD LITTERAM FVNDAMENTI. EX DECALOGI EXPOSITIONE AD POPVLVM.

121 Prius in fundamento posita rerum gestarum firmitate significantia debemus inquirere, ne subtracto fundamento in aere uelle aedificare uideamur. ad plagas decem non pertinet quod primum factum est signi causa, ut uirga in serpentem conuerteretur. aditus enim erat ipse ad Pharaonem, quo commendabatur Moses educturus ex Aegypto populum dei: nondum autem contumaces feriebantur, sed diuino signo iam terrebantur. uirga significat regnum dei, idemque regnum dei esse utique populum dei, serpentem autem tempus mortalitatis huius; mors enim a serpente propinata est. tamquam ergo cadentes de manu domini in terram mortales effecti sunt; unde proiecta uirga ex manu serpens effecta est. fecerunt et magi Pharaonis similiter; uirgis eorum proiectis serpentes facti sunt. sed prius serpens Mosi, id est uirga Mosi, deuorauit omnes serpentes magorum. tunc demum cauda comprehensa identidem uirga facta est et regnum remeauit ad manum. sunt ergo uirgae magorum populi impiorum uicti Christi nomine; cum in eius corpus transferuntur, tamquam a serpente

1 Eccli. 7, 13 10 cf. Ex. 7, 10 sqq.

1 mentire P^1v 3 *cap.* CXV *T* CXXI *P* CXXII *v*; *om. G* 4 praeceptorum] praeceptorum et decem plagari *T* 5 ex] ex ipsa *Pv* 7 in *om. v* posito *Tv* rerum] postea rerum *v* firmitatē *v* significantiam P^1 9 aedifacare P^1 ad] sed ad *Pv* 11 adytus *V* auditus *v* erat enim ipse *T* enim ipse erat *Pv* commendatur *T* commendaretur P^2 12 moyses PT^2v educturum P^2 populos dei ex aegypto *v* 13 autem] enim *Pv* 15 serpentem (*corr. m. 1*) *T* 17 cadentis P^1 effecti] facti *Pv* 18 effecta] ••fecta (ef *ras.*) *P* 20 moysi PT^2v 24 transferantur P^1

Mosi deuorantur, donec redeat regnum dei ad manum dei, sed in fine mortalis saeculi, quod significat cauda serpentis; magnum signum! fiat, fiat! audistis quid debeatis desiderare: audite quid debeatis uitare.

Primum praeceptum in lege de colendo uno deo: non erunt, inquit, tibi di alii praeter me. Prima plaga Aegyptiorum: aqua conuersa est in sanguine. compara primum praeceptum primae plagae: deum unum, ex quo sunt omnia, in similitudine intellege aquae, ex qua generantur omnia. quo enim pertinet sanguis nisi ad carnem mortalem? quid est ergo conuersio aquae in sanguinem, nisi quia obscuratum insipiens cor eorum? dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt et commutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. gloria incorruptibilis dei sicut aqua; similitudo imaginis corruptibilis hominis sicut sanguis. et hoc quidem fit in corde impiorum. nam deus incommutabilis manet; neque enim quia et apostolus dixit: commutauerunt, ideo mutatus est deus.

Secundum praeceptum: non accipies nomen domini dei tui in uanum. qui enim accipit nomen domini dei sui in uanum, non mundabitur. nomen domini dei nostri Iesu Christi ueritas est; ipse enim dixit: ego sum ueritas. ueritas ergo mundat, uanitas inquinat. et quoniam qui loquitur ueritatem, de dei loquitur — qui enim loquitur mendacium, de

5 Ex. 20, 3 7 cf. Ex. 7, 20 11 Rom. 1, 21 sqq. 20 Ex. 20, 7 23 Io. 14, 6 25 cf. Io. 8, 44

1 moysi PT^2v manu V 2 in *om.* v 3 fiat fiat TV: fiat P^1 fiet P^2v quid] quae T 4 quid] quod T 5 de] *om.* T^1 6 dii PTv 7 sanguinem Pv 9 in similitudine—omnia] *om.* MV similitudinem GPv qua] quo G^1P^1v omnia] *om.* G^1v 10 enim MV: autem $GPTv$ 11 obscuratum] obscuratum est PTv 12 insepiens P se] *om.* T esse se v 14 similitudine* (e *a m. 2 in ras.*) P 15 gloria—imaginis] *add.* P^2 *in mg.* 16 corruptibilis hominis] *om.* P 19 motatus P^1 25 dei M^1TV: deo M^2Pv

suo loquitur — ueritatem loqui est rationabiliter loqui, uanitatem autem loqui est strepere potius quam loqui; merito: quia secundum praeceptum est dilectio ueritatis, cui contraria est dilectio uanitatis. loquitur autem ueritas, perstrepit uanitas. huic praecepto secundo contrariam uidete secundam plagam. quae est illa secunda plaga? ranarum abundantia. habes expressam significatam uanitatem, si attendas ranarum loquacitatem. uide amatores ueritatis, non accipientes in uanum nomen domini dei sui, loqui sapientiam inter perfectos, etiam in perfectos; non quidem loqui quod sapere non possunt, non tamen recedere a ueritate et pergere in uanitatem. quamuis enim imperfecti non capiant si quid paulo excelsius fuerit disputatum de uerbo dei, deo apud deum, per quod facta sunt omnia, possintque capere quod inter eos loquitur Paulus tamquam inter paruulos Christi, Iesum, et hunc crucifixum, non tamen illa est ueritas et ista est uanitas. uanitas autem esset, si Christum mortem non impleuisse, sed finxisse diceremus, si uulnera illa in phantasmate fuisse, si sanguinem non uerum, sed simulatum de uulneribus emanasse, si falsas eum cicatrices tamquam post falsa uulnera demonstrasse. cum uero ista omnia uera dicimus, facta dicimus, certa, expressa, impleta credimus et praedicamus, quamuis de sublimi illius et de incommutabili ueritate non loquamur, non tamen imus in uanitatem. qui autem illa omnia in Christo falsa et simulata dicunt, ranae sunt clamantes in palude; strepitum uocis

6 cf. Ex. 8, 6 9 cf. I Cor. 2, 6 13 cf. Io. 1, 1 sqq. 15 cf. I Cor. 1, 23

2 autem *om.* *v* est *om.* *v* 4 ueritas *om.* *P* perstrepit] per strepitum *P* 5 contrarium P^1T^1 contraria *v* 6 habundantia *P* expressum P^1 7 significantem *v* ranarum *om.* P^1 9 etiam in perfectos] *om.* *v* 10 sapere] capere *T* 12 capiunt *T* 13 deo] *om.* *T*; dm̄ P^2 15 Christi *om.* *T* Iesum] ihm̄ (ihu̅ *v*) xpm̄ *PTv* 16 illa est] est illa *v* ista est *V*: ista *PTv* 17 mortem *om.* P^1 finxisse *P* 18 fantasmate *PTv* 21 uera] uere *v* facta (ct *a m. 2 in ras.*) *T* dicemus P^1 certe *Tv* 23 de] dī *P* incommutabile P^1 25 strepidum uoces P^1

habere possunt, doctrinam sapientiae insinuare non possunt. denique in ecclesia locuntur haerentes ueritati ueritatem, per quam facta sunt omnia, ueritatem uerbum carnem factum et habitare in nobis; ueritatem Christum natum de deo, unum de uno, unigenitum et coaeternum; ueritatem accepta forma serui natum ex uirgine Maria, passum, crucifixum, resurgentem, ascendentem; ubique ueritatem, et quam paruulus aetate capere non potest; ueritatem et in pane et in lacte, in pane magnorum, in lacte paruulorum. idem quippe panis ut lac fiat per carnem traicitur. qui autem huic ueritati contradicunt et in sua uanitate decepti decipiunt, ranae sunt taedium offerentes auribus, non cibum mentibus. audi denique homines rationabiliter loquentes: non sunt loquellae neque sermones, quorum non audiantur uoces eorum; sed uoces non inanes, quia in omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terrae uerba eorum. si autem et ranas contrario uis intellegere, illum uersum psalmi recole: uana locuti sunt unusquisque ad proximum suum.

Tertium praeceptum: memento diem sabbati sanctificare eum. in tertio isto praecepto insinuatur quaedam uacationis indictio, quae est cordis tranquillitas ac mentis, quam facit bona conscientia; ibi sanctificatio, quia ibi spiritus dei. denique uidete uacationem, hoc est quietem: super quem, inquit, requiescet spiritus meus nisi super humilem et quietum et trementem uerba mea? inquieti ergo resiliunt ab spiritu sancto, rixarum amatores,

13 Ps. 18, 4 sq. 18 Ps. 11, 3 20 Ex. 20, 8 24 Es. 66, 2

1 insunuare *P* 2 loquuntur *T* 3 quam] quem P^1v 4 habitantem P^2 de] a *v* 5 ueritate *v* 7 *post* ueritatem *add. a*: et quam perfecti capiunt; *om. libri* aetate *MV*: *om. GPTv* 8 magnorum] agnorum *v* 9 ut] et *v* fiet *v* 10 autem] T^2 *in ras.* 11 in] *om. P* 12 inferentes P^2T 13 rationaliter *T* loquelae *Tv* 14 audientur P^1 15 non] *om. v* exiit *P* 16 si] sicut T^1 17 contrario uis *V*: uis e contrario *PTv* 22 uocationis P^1 indicio P^1v 23 fecit P^1 25 requiescit *PTv* nisi *Vv*: *om. PT* 26 quietem *P* inquieti] inquiete P^1

calumniarum seminatores, contentionis quam ueritatis cupidiores; inquietudine sua non admittunt quietem sabbata spiritalem. contra istorum inquietudinem dicitur, tamquam ut sabbatum habeant in corde sanctificationem spiritus dei: esto mansuetus ad audiendum uerbum, ut intellegas. quid intellecturus sum? deum dicentem: „cessa ab inquietudine tua; non sit tumultus quidam in corde tuo per corruptionem uolitantibus phantasmatibus et compungentibus; non sit". ita deum enim intellecturus es dicentem tibi: uacate et uidete, quoniam ego sum dominus. tu per inquietudinem uacare non uis, contentionum tuarum corruptione caecatus exigis uidere quod non potes. attende enim et contrariam tertiam plagam huic praecepto tertio: scinifes natae sunt in terra Aegypti de limo. muscae quaedam sunt minutissimae, inquietissimae, inordinate uolitantes, in oculos irruentes, non permittentes hominem quiescere, dum abiguntur, et irruunt, dum abactae rursus adeunt, sicut omnino uana phantasmata cordis contentiosorum. tenete praeceptum, cauete plagam.

Quartum praeceptum est: honora patrem tuum et matrem tuam. huic contraria quarta Aegyptiorum plaga cynomyia est. quid est cynomyia? canina musca; graecum uocabulum est. caninum est parentes non agnoscere. nihil tam caninum, quam cum illi qui genuerunt non agnoscuntur. merito autem et catuli canum caeci nascuntur.

Quintum praeceptum est: non moechaberis. quinta plaga

4 Eccli. 5, 13 9 Ps. 45, 11 13 cf. Ex. 8, 17 19 Ex. 20, 12 20 cf. Ex. 8, 24 25 Ex. 20, 13

1 contentiones P^1 2 admittunt *V*: ad se admittunt *PTv* quietum *Pv* sabbata P^1T^1V: sabbatum P^2v sabbati T^2 spiritale *v* et spiritalem (et *add. m. 2*) *P* 6 sum] sim *v* inquietudine] iniquitate *v* 8 fantasmatibus *PTv* compungentibus] compungentibus te *PTv* 12 et] *om. v* 13 scynefes *V* sciniphes *T* nati *T* 14 inquietissimae] *om.* T^1 15 uolitantis P^1 oculos] occulto P^1 16 ambiguntur T^1v abactae] abiectae *P* 17 adeunt *V*: redeunt *PTv* fantasmata *PTv* 20 tuam] *del. m. 2 in T* contraria] contria *V* quarta] in quarta (in *add. m. 2*) *P* 21 cynomia *libri* cynomyia est] c. enim *v* 23 cum illi qui *PTv*: illi qui cum *V* 24 autem] ergo *PTv*

est mors in pecora Aegyptiorum. comparemus: da hominem moechari meditantem, coniugio non contentum suo; appetitum quendam carnis in se domare non uult, qui est nobis pecoribusque communis. etenim concumbere et generare etiam pecudum est; ratiocinari, intellegere humanum est. ideo ratio, quae praesidet in mente, motus inferiores carnis tamquam regnans et dominans frenare debet, non immoderate et illicite passim uageque laxare. ideoque ipsis pecoribus natura datum est instituente creatore, ut non moueantur ad feminas et ad concubitum nisi certis temporibus; neque enim ratione se cohibet alio tempore pecus, sed omnino ipso motu frigescente torpescit. homo autem ideo semper moueri potest, quia et refrenare motum potest. tibi dominationem rationis creator dedit, tibi praecepta continentiae tamquam in bestias inferiores lora concessit. tenes tu quod pecus non potest, et ideo speras tu quod pecus non potest. aliquantum laboras in continendo: non laborat pecus; sed gaudebis semper in aeternitate, ad quam non peruenit pecus. si opus fatigat, merces consoletur; et ipsa enim patientia est interiorem motum frenare et quod habes commune cum pecore non tamquam pecus in omnia relaxare. quod si contemseris te et imaginem dei, in qua fecit te, neglexeris, uictus cupiditate insinuatarum rerum, tamquam amisso homine eris pecus, non quasi conuersus in naturam pecoris, sed in hominis forma habens similitudinem pecoris, qui non audis dicentem: nolite esse sicut equus et mulus non habentes intellectum. sed forte eligis

1 cf. Ex. 9, 6 25 Ps. 31, 9

1 da] ad P^2 *in ras.* 2 moechare *PVv* non] *om. T* contemtum *T* 5 pecodum T^1 & intellegere (& *add. m. 2*) *P* 6 mentem *TV* inferioris *P* 8 uagaque P^1 pecoribus] *om.* T^1 9 instituente (te *obduxit m. 2 in V*) *TVv*: instituere P^1 creatore] creaturae T^1 moueatur *v* faeminas *V* 12 semper ideo *v* 14 praeceptū (ū *in* a *corr. m. 2*) *T* 15 speres *v* 16 quod —potest] *om. v* laboras aliquantum *PTv* 17 aeternitatē *V* 18 mercis P^1 21 laxare *T* te] te in te P^2T qua] quo P^1 22 te fecit *v* 23 ammisso *P* eris] *add.* P^2 *in mg.* 24 natura *T* 26 eligis] diligis *T*

tibi esse pecus et libera uagari libidine nulla lege appetitum carnis ad continentiam refrenando. attende plagam: si pecus es, non times; saltem mori times.

Sextum praeceptum: non occides. sexta plaga: pustulae in corpore et uesicae bullientes et scatentes et incendia uulnerum ex fauilla fornacis. tales sunt animae homicidales: ardent ira, quia per iram homicidii fraternitas deperiit. ardent homines ira, ardent et gratia; sed alius est feruor sanitatis, alius feruor ulceris. ardentes papulae per totum concepta homicidia scatent et sanum non est; feruet, sed non de spiritu dei. nam et qui uult subuenire feruet ⟨et qui uult occidere feruet;⟩ ille praecepto, ille morbo; ille bonis operibus, ille saniosis ulceribus. si possemus uidere animas homicidarum, plus plangeremus quam putrescentia corpora ulceratorum.

Sequitur: non furaberis, praeceptum septimum. et plaga septima: grando in fructibus. quod contra praeceptum subducis, de caelo perdes; nemo enim habet iniustum lucrum sine iusto damno. uerbi gratia, qui furatur adquirit uestem, sed caelesti iudicio amittit fidem. ubi lucrum, ibi damnum; uisibiliter lucrum, inuisibiliter damnum; lucrum de sua caecitate, damnum de domini nube. neque enim aliquid sine prouidentia, carissimi. aut uere putatis ea quae patiuntur homines dormiente deo pati? passim uidentur fieri haec, nubes colligi, imbres infundi, grandinem iaci, tonitruis terram concuti, coruscatione terreri; passim putantur fieri et quasi ad diuinam

4 Ex. 20, 15 5 cf. Ex. 9, 10 15 Ex. 20, 14 16 cf. Ex. 9, 23 sqq.

1 liber *v* uagare *V* uacare *v* libidini *v* 2 refrenando *a*: refrenandam *V* refrenandum PT^1v refrenans T^2 3 saltim *Pv* 5 uessicae T^1v 6 ex] et *v* fabilla *TV* fauillae *v* homicidiales *v* 7 homicidi T^1 deperiit (i *del. m. 2*) *T* 11 et qui uult occidere feruet *a*: *om. libri* 13 saniosis] scabiosis *v* possimus *Vv* 14 putriscentia *V* 15 furaueris *TV* 17 perdis *T* 18 adquiret *v* 19 ammittit *T* amittat *v* ibi] ubi T^1V 21 sine] sine dei *v* 22 uere] iure *uel* uire G^1v 24 collegi *V* himbres *V* grandines T^2 tonitruis P^2T: tonitrues P^1 thonitruis *v* tronitus V^1 tonitrus V^2

prouidentiam non pertinere. contra tales cogitationes uigilat ille psalmus: laudate dominum de terra — cum laudes dictae essent de caelo — dracones et omnes abyssi, ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, quae faciunt uerbum eius. ergo qui suo malo desiderio forinsecus furantur, dei iudicio intrinsecus grandinantur. o si possent inspicere agrum cordis sui, profecto lugerent, dum ibi non inuenirent quod in os mentis mitterent; et si in furto suo inuenirent quod in auiditatem uentris mitterent, maior fames esset hominis interioris, maior fames et periculosior plaga et grauior mors. multi mortui ambulant et multi facinorosi de diuitiis exsultant. denique seruum dei scriptura intus dicit locupletem: absconditus, inquit, cordis uestri homo, qui est ante deum diues. non ante homines diues, sed ante deum diues; ubi deus uidet, ibi diues. quid ergo tibi prodest? ubi homo non uidet furaris, et ubi deus uidet grandinaris.

Octauum praeceptum: falsum testimonium non dices. octaua plaga: lucusta, animal dente noxium. quid autem uult falsus testis nisi nocere mordendo et consumere mentiendo? denique admonens homines dei apostolus, ne se falsis criminationibus appetant: si mordetis, inquit, et comeditis inuicem, uidete, ne ab inuicem consumamini.

Nonum praeceptum: non concupisces uxorem proximi tui. nona plaga: densae tenebrae. etenim est quaedam moechia, contra quam supra praeceptum est, etiam in non appetenda castitate uxoris alienae. moechus est enim et qui

2 Ps. 148, 7 sq. 13 I Petr. 3, 4 18 Ex. 20, 16 19 cf. Ex. 10, 12 sq. 22 Gal. 5, 15 24 Ex. 20, 17 25 cf. Ex. 10, 22

3 drachones *V* 4 glacies] lacies *V* 7 possint *v* 8 furto T^2v: furtu MT^1V 9 habiditatem *MV* auiditate *Pv* uentris] mentris V^1 (*corr. m. 2*) ment*is (r *ras.*) *M* 10 famis (esset) T^1 hominis esset *v* famis T^1 et] est *T* 12 diuitiis] uanis diuitiis' *PTv* 13 dicit] *om. T*; dicet *v* locuplitem *V* 16 ubi homo] si ubi h. P^2T non] *om.* P^1 fura**ris (ue *ras.*) *T* 19 locusta T^2v 21 hominis T^1 apostolos T^1 23 ne] in *V* 26 est] datum est *v* non] non* (a *ras.*) *T* 27 appetenda] appendenda T^1 mechos *T* et PT^2V: *om.* T^1v

non it ad uxorem alienam, tantum quia non contentus est sua. iam uero non solum post suam peccare sed etiam alienam adtemtare uere densae sunt tenebrae. nihil enim sic dolet in corde patientis; et qui hoc facit alteri, nihil sic uolet pati. ad alia paratior est omnis homo; hoc autem nescio utrumne est qui tolerabiliter ferat. o densas tenebras ista facientium, talia concupiscentium! uere excaecantur furore horribili. furor enim indomitus est conculcare uiri uxorem.

Decimum praeceptum est: non concupisces ullam rem proximi tui, non pecus, non possessionem, non subiugium; non aliquid omnino proximi tui concupisces. huic malo plaga contraria est decima, mors primogenitorum. in qua plaga cum comparationem quandam quaero, nihil mihi interim occurrit — fortassis occurrat melius diligentiusque inquirentibus — nisi quia qui omnes res, quas habet, heredibus seruat reprehenditur. hic autem clamat: **** qui rem proximi concupiscit et qui furto aufert et qui furatur aliquid proximi non potest nisi rem proximi furari. sed de furto superius iam praeceptum est; ubi intellegas et rapinam; non enim de furto praeciperet et de rapina taceret scriptura, nisi te intellegere uoluisset, quia si poenale est clanculo auferre, multo maioris poenae est uiolenter eripere. auferre ergo nolenti siue occulte siue palam habet praeceptum suum. concupiscere autem rem proximi, quod notat deus, in corde, etiam si iustam ibi successionem quaeras, non licet. denique qui uolunt res alienas tamquam iuste possidere, heredes se quaerent fieri a morientibus. quid enim tam iustum uidetur

9 Ex. 20, 17 12 cf. Ex. 12, 29

2 solum (*om.* non) *v* 3 aliena *V* 5 alia *TV*: aliena *v* alienam *P* 6 o] *om. v* 7 facientium] patientium *v* talia] an talia *v* 8 conculcari *v* concalcari *T* 10 tui] *om. T* 11 subiugum *v* concupiscas *T* 15 quia qui *scripsi*: quia *TV* qui *v* 16 clamat] *sc.* scriptura; *lacunam indicaui*; *fort. supplendum:* non aliquid proximi tui concupisces. nam et 17 proximi] proximi sui *v* 21 intellegere te *v* si] *om. T* 22 uiolenter] uolenter T^1 23 nolentis *v* 25 iustam ibi] iusta mihi *V* 26 se] esse *v* 27 quaerunt *Tv*

quam rem sibi derelictam possidere, habere iure communi? „quid aput te facit, homo? dimissum est mihi; hereditatem consecutus sum; testamentum lege.“ nihil uidetur iustius ista uoce auaritiae. tu laudas quasi iure possidentem: deus damnat iniuste concupiscentem. uide qualis es, qui optas te ab aliquo heredem fieri: non uis, ut habeat heredes. in heredibus autem nihil carius primogenito. proinde in primogenitis tuis puniris, qui concupiscendo res alienas id quod tibi iure non debebatur quasi iuris umbram perquiris. et facile est quidem, fratres, corporaliter amittere primogenitos: moriuntur enim homines siue ante parentes suos siue post parentes suos; mortui moriuntur. illud molestum est, ne per hanc occultam et iniustam concupiscentiam primogenita cordis tui perdas. primogenitus enim in nobis imaginem habet gratiae dei; nouus natus, prius natus inter omnes tamquam natos cordis nostri primogenita fides est. nemo enim bene operatur, nisi fides praecesserit. omnia opera tua bona filii tui sunt spiritales; sed inter hos tibi primo nata est fides. quisquis rem alienam occulte concupisces, interius fidem perdes. eris enim primo sine dubio simulator, obsequens non caritate, sed fraude, ueluti amans eum a quo te cupis fieri heredem; amando eum mori quaeris et, ut in re eius te uideas possessorem, illi inuides successorem.

Heia, fratres, decursa decem praecepta et decem plagas, comparatos contemtores praeceptorum contumaciae Aegyptiorum! cautos uos fecimus, ut habeatis securi res uestras in praeceptis dei: res uestras, inquam, res uestras interioris arcae uestrae, interioris thesauri uestri; res uestras, quas uobis nec fur nec latro nec uicinus potens possit auferre; ubi nec tinea

3 lege *v*: lego *TV* 5 qui optas te] qua potestate *v* 8 concupiscis *v* non] *om. V* 10 corporabiliter *v* 11 mortui *PTV*: morte *v* 14 habebat *v* 15 prior *PTv* natos] natus *v* 17 tua *om. v* 18 primo nata *V*: primogenita *PTv* 19 concupiscis *v* perdis *Tv* 20 caritatem sed fraudem *v* 22 *ab* illi inuides *incipit fol. 94 cod. D* 24 decim *DP*^{1} 25 cumparatos *D*^{1} 26 facimus *Dv* 27 *alterum* uestras *om. DTv* interiores *Dv* 28 interiores *D* 29 ubi *om. v*

nec robigo metuenda est; cum quibus diues exit et naufragus. sic enim eritis populus dei inter iniquos Aegyptios, illis haec in corde patientibus, uobis autem incolumibus in ipsis interioribus hominibus uestris, donec ducatur populus de Aegypto quodam exodo suo. quod et fit; nam illud semel factum est, hoc non cessat fieri.

Sanctificatio nulla diuina et uera est nisi ab spiritu sancto. non enim frustra dictus est proprie spiritus sanctus; cum sit et pater sanctus et filius sanctus, nomen tamen proprium hoc spiritus accepit, ut tertia in trinitate persona sanctus spiritus diceretur. ipse requiescit super humilem et quietum tamquam in sabbato suo. ad hoc septenarius numerus etiam sancto spiritui deputatur; hoc scripturae nostrae satis indicant. uiderint meliora meliores et maiora maiores, et de isto septenario numero subtilius aliquid et diuinius aliquid dicant et explicent: ego tamen quod in praesenti sat est, illud uideo, illud uos ad uidendum commemoro, septenariam istam rationem inueniri proprie sancto spiritui deputatam, quia septimo die sonat sanctificatio. et unde probamus sancto spiritui deputari septenariam numeri rationem? dicit Esaias spiritum dei uenire super fidelem, super christianum, super Christi membrum, sapientiae, intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis, spiritum timoris dei. si secuti estis, septem res percurri, tamquam descendentem ad nos spiritum dei a sapientia usque ad timorem, ut nos ascendamus a timore ad sapientiam: initium sapientiae timor domini. ita ergo septenarius spiritus et unus spiritus, septenaria operatione unus. an ali-

11 cf. Es. 66, 2 20 cf. Es. 11, 2 sq. 26 Prou. 1, 7

1 rubigo *DTv* exit] exĭt (ss *a m. 2*) *D* 3 incolomibus *v* incolumi••bus (ni *ras.*) *D* 4 educatur *D*^{2}*T* 9 pater sanctus *DPTv*: p. $\overline{\text{sps}}$ *V* filius sanctus] f. $\overline{\text{sps}}$ *V* 10 spiritus sanctus *PT* 13 spiritu *T*^{1} 14 septinario *T*^{1} 16 sat] sad *D*^{1}*v* 17 septinariam *T*^{1} 18 inuenire *v* propriae *D* spiritui sancto *v* 20 septinariam *T*^{1} 21 membra *v* 22 sapientiae] sapientiae et *P*^{1}*T* 23 spiritum] et spiritum *v* percucurri *D*^{1}*v* 24 discendentem *D* a] *om. v* 25 ut] et *D*^{1}*v* 26 domini] dei *DT*

quid euidentius uultis? pentecosten diem festum scriptura sancta de septimanis factum commemorat. habes in scriptura Tobiae, ubi euidenter dicit istum diem festum factum de septimanis. septies enim septeni XLVIIII in summa redeunt. sed tamquam ut redeatur ad caput — spiritu enim sancto ad unitatem colligimur, non ab unitate dispergimur — ideo ad XLVIIII additur unum unitatis et fiunt quinquaginta. non ergo iam sine causa quinquagesimo die post ascensionem domini uenit spiritus sanctus. resurrexit dominus, ascendit ab inferis, nondum in caelum; ab illa resurrectione, ab illa ab inferis assumtione numerantur quinquaginta dies, et uenit spiritus sanctus, in quinquagenario numero tamquam natalem sibi apud nos faciens. XL enim diebus hic conuersatus est cum discipulis suis, quadragensimo die ascendit in caelum et peractis ibi decem diebus, tamquam decimo praeceptorum signo, uenit spiritus sanctus, quia nemo implet legem nisi per gratiam spiritus sancti. itaque, fratres, manifestum est septenarium istum numerum ad spiritum sanctum pertinere. quisquis autem non cohaeret unitati Christi et oblatrat aduersus unitatem Christi, intellegendus est non habere spiritum sanctum. contentiones enim et dissensiones non faciunt nisi animales, de quibus apostolus dicit: animalis autem homo non percipit quae sunt spiritus dei. deinde scriptum est in epistula Iudae apostoli: hi sunt qui segregant semet

2 cf. Tob. 2, 1 22 I Cor. 2, 14 24 Iud. 1, 19

2 septemanis *D* habens D^2v habe**s (ti *ras.*) *P* scripturam (*om.* in) *T* 3 festum *om. P* 4 septemanis *D* septeni] septem D^1 5 spiritui D^1TVv 6 collegimur *D* 7 XLVIIII] quadraginta nouū (ū *a m. 2 in ras.*) *D* additur] monas additur *v* unum unitatis] *om. v* non ergo — causa] *om. v* ergo] enim *D* 8 quinquagesimo (n *add. m. 2*) *T* quinquaginsemo (e *in* i *corr. m. 2*) *D* 10 nondum — inferis *om.* T^1 ab illa *om. v* inferis (*om.* ab) *V* 12 quinquaginario DT^1 13 cum] dominus cum *DTv* 14 quadraginsemo *D* 15 decem] decim *D* 17 istum septenarium *v* 20 intellegendum *T* est] est eum *T* 22 animales D^1 23 quae] ea quae *T* 24 in] et in *DTv* epistola *DTv*

ipsos — reprehendens loquebatur — animales, spiritum non habentes. quid manifestius? quid euidentius? merito ueniant, etsi eadem credentes quae nos, tamen accepturi spiritum sanctum, quem habere non possunt, quamdiu sunt hostes unitatis. hos autem comparat apostolus magis Pharaonis: habentes, inquit, formam pietatis, sed uirtutem eius abnegantes: in signo tertio defecerunt.

Iam uidete quare in tertio signo defecerunt. mementote eos qui aduersantur unitati non habere spiritum sanctum. tria uero illa praecepta prima in decalogo ad dei dilectionem pertinere intelleguntur, ut septem cetera intellegantur ad dilectionem proximi pertinere; ut duabus tabulis legis, decem praeceptis, duo illa tamquam summaria praecepta teneantur: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota uirtute tua; et diliges proximum tuum tamquam te ipsum: in his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. referamus ergo tria prima praecepta ad dilectionem dei. quae tria prima? primum: non erunt tibi di alii praeter me; cui contraria plaga est aqua conuersa in sanguine: propter quod summum principium creatoris ad similitudinem humanae carnis adductum. secundum praeceptum: ne accipias nomen domini dei tui in uanum pertinet, quantum arbitror, ad regnum dei, quod est filius dei. unus enim deus et unus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia. contra uerbum ranae; uide contra uerbum ranas, contra rationem strepitum, contra ueritatem uanitatem. tertium praeceptum de sabbato

5 II Tim. 3, 5 14 Matth. 22, 37 sqq. 19 Ex. 20, 3 22 Ex. 20, 7

1 *post* loquebatur *add. PT*: hi sunt qui segregant semet ipsos 2 ueniat *v* 3 accepturi] accipere *v* 4 quem] neque *v* non] *om. v* *in* possunt *desinit fol. 94 D*; *desideratur folium unum* 7 in signo] qui in signo *GTv* 8 signo tertio *v* 12 ut] aut *v* legis] legem *v* decem] et decem *Tv* 13 teneamus *v* 16 tamquam] sicut *v* 18 praecepta prima *v* 19 dii T^2v cui] *om. v* 20 sanguinem *Tv* 21 similitudinem *Vv*: simulationem *PT* 23 pertinent *v* 26 uide *TV*: uidete *Pv*

pertinens ad spiritum sanctum propter sanctificationem, quae prima in sabbato sonuit; quod uobis paulo ante uehementer, quantum potuimus, commendauimus. huic praecepto contraria inquietudo in muscis de corruptione nascentibus, in oculos irruentibus. ideo in hoc tertio signo defecerunt qui unitatis inimici spiritum sanctum non habuerunt; facit enim hoc spiritus sanctus poena. aliud enim facit gratia, aliud poena; aliud enim facit implendo, aliud deserendo. denique ut iam euidenter confitentibus ipsis Pharaonis magis agnoscere ualeamus, quomodo appellatus est in euangelio spiritus dei, uideamus quod nomen accepit. obicientes domino conuicium Iudaei cum dixissent: hic non eicit daemonia nisi in Beelzebub, principe daemoniorum, respondit ille: si ego in spiritu dei eicio daemonia, certe superuenit in uobis regnum dei. quod alius euangelista sic narrat: si ego in digito dei eicio daemonia. quod alius euangelista dixit „spiritus dei" alius dixit „digitus dei". ergo spiritus dei digitus dei. ideo lex data scripta digito dei; quae lex data est in monte Sina quinquagesimo die post occisionem ouis celebrato pascha a populo Iudaeorum. implentur quinquaginta dies post occisionem ouis et datur lex scripta digito dei: implentur quinquaginta dies post occisionem Christi et uenit spiritus sanctus. gratias domino occultanti prouidenter, aperienti suauiter. iam uidete hoc etiam, fratres, Pharaonis magos euidentissime confiteri; deficientes in tertio signo dixerunt: digitus dei est hic.

12 Matth. 12, 24 et 28 15 Luc. 11, 20 26 Ex. 8, 19

4 oculis *v* 5 inruentibus *T* 9 ipsis confitentibus *T* pharaoni *V* ualemus *T* 12 beelzebub *Tv*: belzebub *MV* 13 principem *MV* 15 enarrat *T* 17 alius] alius euangelista *v* 19 syna *v* quinquagesima *v* occissionem T^1 occasionem *v* 20 pasca *v* 21 datur] data est *v* scripta] scribtura T^1 22 implebantur *v* 23 domino] deo *v* 24 pharaoni *v* 26 hic est *v*

CVII.

ITEM EXPOSITIO DECALOGI AD POPVLVM. EX TRACTATV DE DECEM CHORDIS PSALTERII.

122 Tota lex in duobus praeceptis est, dilectione dei et dilectione proximi; ad duo itaque praecepta, id est ad dilectionem dei et proximi, pertinet decalogus. ad primum praeceptum tres chordae pertinent, quia deus trinitas. ad alterum praeceptum uero, id est ad dilectionem proximi, septem chordae: quomodo uiuatur inter homines. nam ipse numerus septenarius tamquam septem chordarum incipit ab honore parentum: honora patrem tuum et matrem tuam. ad parentes enim suos homo aperit oculos et haec uita ab eorum amicitia sumit exordium. quisquis autem suis parentibus non defert honorem, quibus parcere poterit? honora patrem tuum et matrem tuam; et dicit apostolus: honora patrem et matrem, quod est mandatum primum. quomodo primum, quando quartum mandatum est, nisi quia in septenario numero est primum? ad dilectionem proximi primum est in altera tabula. nam ideo duae tabulae legis datae sunt. deus enim famulo suo Mosi in monte duas tabulas dedit, in quibus duabus tabulis lapideis conscripta erant decem praecepta legis — quod et psalterium decem chordarum — tria in una tabula ad deum pertinentia, septem in altera tabula ad proximum. in altera ergo tabula primum est: honora patrem tuum et matrem tuam; secundum: non moechaberis; ter-

10 (et 14) Ex. 20, 12 15 Eph. 6, 2 20 cf. Ex. 31, 18 24 Ex. 20, 12 sqq.

1 *cap.* CXVI *T* CXXII *P* CXXIII *Gv* 3 cordis *TV* 4 dilectione dei] in dilectione d. *T* 6 pertinet] pertinet et *T* 7 cordae *Vv* uero praeceptum *Tv* 8 cordae *Vv* 9 septinarius *T* 10 cordarum *TVv* honore] hore *V* 12 eorum *V*: illorum *Tv* 14 poterit (u *ras.*; erit *a m. 2*) *T* 15 patrem] patrem tuum *GPv* matrem] matrem tuam *Pv* 16 est] *om. Gv* 20 moysi *Gv* 22 et *V*: est *GPTv* cordarum *libri* 23 ad proximum —tabula] *om. T* 25 moechaueris *T*

tium: non occides; quartum: non furaberis; quintum: non falsum testimonium dices; sextum: non concupisces uxorem proximi tui; septimum: non concupisces rem proximi tui. haec iungamus illis tribus ad dilectionem dei pertinentibus, si in psalterio decem chordarum uolumus cantare canticum nouum.

Modo non me intueamini, sed sermonem dei. nolite irasci medicamento uestro; non inueni enim aliud qua transire. ueni ad quintam chordam, homo, qui tango psalterium decem chordarum; numquid praetermissurus eram quintam? immo assidue percussurus. in illa enim uideo iacere totum paene genus humanum, in illa uideo plus laborari. ipsam percutiendo quid dico? nolite moechari post uxores, quia non uultis, ut moechentur post uos uxores uestrae. nolite ire uos quo eas sequi non uultis. sine causa uos excusare conamini, quando dicitis: „numquid eo ad uxorem alienam? ad ancillam meam eo“. uis ut dicat tibi: „numquid eo ad uirum alienum? ad seruum meum eo“. dices: „non est uxor aliena, ad quam uado“. numquid uis dicatur tibi: „non est uir alienus, ad quem uado“? absit, ut dicat hoc illa. melius enim dolet te quam imitatur te. illa enim casta et sancta femina et uere christiana, quae dolet fornicantem uirum, et non dolet propter carnem, sed dolet propter caritatem, non ideo non uult ut facias, quia et ipsa non facit, sed quia tibi non expedit. nam si propterea non facit, ut tu non facias, si feceris, faciet. si autem deo illud debeat, si Christo illud debeat quod tu exigis et ideo reddat quia iubet ille, et si fornicatur uir, castitatem illa deo exhibet. Christus enim loquitur in cordibus bonarum feminarum, loquitur intus ubi non audit uir, quia nec dignus est,

1 furaueris *T* 5 in] im *v* cordarum *libri* 7 intuemini *v* 8 aliud qua] alio quo *v* transirem *v* 9 cordam *Vv* homo] o homo *v* 10 cordarum *Vv* 13 quid dico quid dico (*corr. m. 2*) *T* uxores *TV*: uxores uestras *v* 18 dices (e *expunxit m. 2*) *V*: dicis *Tv* 19 dicatur] ut dicatur *v* 21 faemina *V* uere *V*: uera *Tv* 24 expedit] (ex *add. m. 2 in mg.*) *T* 28 faeminarum *V* 29 audit uir] auditur *T*

si talis est; loquitur ergo ille interius et dicit et consolatur filiam suam huius modi uerbis: „de iniuriis uiri tui torqueris; quid tibi enim fecit, dole; sed ipsum noli imitari, ut male facias, sed ipse te imitetur in bono. nam in eo quod male facit noli eum putare caput tuum, sed me“. nam si et in eo quod male facit caput est, secuturum est corpus caput suum; eunt ambo per praeceps. ut autem non sequatur caput malum suum, teneat se ad caput ecclesiae Christum, huic debens castitatem suam, huic deferens honorem suum. absens sit uir, praesens sit uir: non peccat illa, quia numquam est absens cui debet, ne peccet.

CVIII.

TESTIMONIVM DE LEGE IMPERATORIS ANTONINI CONTRA EXCVSATIONEM MARITORVM ADVLTERANTIVM. EX LIBRO DE ADVLTERINIS CONIVGIBVS AD POLLENTIVM II.

123 Christiani audiunt: caput mulieris uir; ubi se agnoscunt duces, illas autem comites esse debere. et ideo cauendum uiro illac ire uiuendo, qua timet, ne uxor sequatur imitando. sed istis quibus displicet, ut inter uirum et uxorem par pudicitiae forma seruetur, et potius eligunt, maximeque in hac causa, mundi legibus subditi esse quam Christi, quoniam iura forensia non eisdem quibus feminas pudicitiae nexibus uiros uidentur obstringere: legant quid imperator Antoninus, non utique christianus, de hac re constituerit; ubi maritus uxorem de adulterii crimine accusare non sinitur, cui moribus suis non praebuit castitatis exemplum, ita ut ambo damnentur, si

16 Eph. 5, 23

1 ille *V*: *om. Tv* 2 uiri] *om. T* tuis *T* 3 quid] quod *v* 6 male] mele *v* fecit *v* 7 praeceps (prae *a m. 2 supr. uers.*) *T* malum caput *Tv* 8 suum] meum *v* se] sed *Vv* (d *ras. in V*) ad] et *v* christus *v* debet *Tv* 11 ne] ut non *Tv* 12 *cap.* CXVII *T* CXXIII *P* CXXIIII *Gv* 16 agnuscunt V^1 18 illac] illo *v* 19 istis] *an scrib.* isti? 22 faeminas *V* 25 de] *om. v*

ambos pariter impudicos conflictus ipse conuicerit. nam supra dicti imperatoris haec uerba sunt, quae aput Gregorianum leguntur: „sane“, inquit, „litterae meae nulla parte causae praeiudicabunt. neque enim, si penes te culpa fuit, ut matrimonium solueretur, et secundum legem Iuliam Eupasia uxor tua nuberet, propter hoc rescripto meo adulterii damnata erit, nisi constet esse commissum. habebunt autem ante oculos hoc inquirere, an, cum tu pudice uiueres, illi quoque bonos mores colendi auctor fuisti. periniquum enim mihi uidetur esse, ut pudicitiam uir ab uxore exigat, quam ipse non exhibet. quae res potest et uirum damnare, non ob compensationem mutui criminis rem inter utrumque componere uel causam facti tollere“. si haec obseruanda sunt propter decus terrenae ciuitatis, quanto castiores quaerit caelestis patria et societas angelorum?

CVIIII.

EXPLETIO PRAEDICTAE EXPOSITIONIS AD POPVLVM. ITEM EX EODEM DE DECEM CHORDIS SERMONE.

Haec ergo, fratres mei, facite, ut possitis concordare cum 124
aduersario. nec amara sunt quae dico aut, si amara sunt, curent. potio ista si amara est, accipiatur. quia in periculo sunt uiscera, amara est; bibatur. melius est modica amari-

1 ambos] ambo *T* *ab* (impu)dicos conflictus *incipit fol. ultimum* (*95*) *cod. D* conflictos *T* conflactus D^1 conuincerit *DT* 2 aput *V*: apud *DT* in (*in ras.*) *v* 3 legit (it *in ras.*) *v* sanae *V* 4 nequae D^1 penis D^1 5 eopasia D^1 eopasiā D^2 eupania] *v* 6 ad*ulterii (u *ras.*) *D* 7 constet esse] constetisse D^1 constitisset *v* oculus D^1 8 pudicae *T* ille D^1 12 inter in *T* uel—tollere] *add.* T^2 *supr. uers.* 13 tollere *DPv*: tolere T^2 tollerare *MV* terraenae *D* 16 *cap.* CXVIII *T* CXXIIII *DP*; *om. Gv* 17 expo*si*tionis (si *a m. 2*) *D* *post* populum *add.* *DGPTv*: contra uirorum pessimam libertatem de fornicatione se (se *eras. in D*; *om. in G*) excusare uolentium (uolentum DG^1) 18 eodem] supra scripto *Dv* cordis *DVv* 21 potio] potius *Dv* pericolo D^1

tudo in faucibus quam aeternum tormentum in uisceribus. mutate ergo uos; quicumque non faciebatis hoc bonum castitatis, iam facite. nolite dicere: „non potest fieri“. foedum est, fratres mei, turpe est, ut uir dicat non posse fieri quod facit femina. scelus est, ut uir dicat: „non possum“. quod potest femina uir non potest? quid enim? illa carnem non portat? prior a serpente decepta est. castae uxores uestrae ostendunt uobis fieri posse quod non uultis facere; et dicitis fieri non posse! sed forte dices ideo illam facilius facere posse, quia multa illi custodia est, legis praeceptum, diligentia maritalis, terror etiam legum publicarum; est etiam uerecundiae et pudoris illius magnum munimentum. multae custodiae faciunt feminam castiorem; uirum faciat ipsa uirilitas. nam ideo mulieri maior custodia, quia maior infirmitas. illa erubescit uiro; tu non erubescis Christo? tu liberior, quia fortior; quia facile uinces, ideo tibi commissus es. super illam et diligentia uiri et terror legum et consuetudo morum et uerecundia maior: et deus super te, tantum deus. inuenis enim facile pares uiros, quibus non timeas erubescere, quia faciunt illud multi. et tanta est peruersitas generis humani, ut aliquando metuendum sit, ne castus erubescat inter impudicos. ideo non cesso tangere quintam istam chordam propter ipsam peruersam consuetudinem et labem totius, ut dixi, generis humani. si quis inter uos faciat homicidium — quod auertat deus! — pellere illum uultis de patria et continuo, si fieri potest, excludere. si quis faciat furtum, oditis illum nec uidere uultis. si quis dicat falsum testimonium, abominamini nec uobis homo uidebitur. si quis concupiscat res alienas, raptor et in-

3 faedum *V* est] enim *v* 4 turpe] et turpe *v* posse *DMVv*: posset P^1 possit P^2 potest *T* 5 faemina *V* 6 illam *T* 9 dicis *T* 11 ueregundiae D^1 13 faeminam *V* 14 erubiscit D^1 15 erubiscis D^1 erubesces *v* 16 uincis *DTv* diligentiam *D* 17 consuetudo (*om.* et) *v* 22 cordam *DVv* 23 totius] potius *v* 24 facit *Dv* 25 pellere] repellere *T* fieri] feri D^1T^1 26 si quis—uultis] *om. v* oditis D^1P^2TV (*cf. Rönsch l. c. p. 281*): odistis D^1P^1 28 concupiscit *v*

iustus reputatur. si quis uolutatus fuerit cum ancillis suis, amator blande accipitur; conuertuntur uulnera in ioca. si quis autem exsistat qui dicat se castum non facere adulterium, notum autem sit quod non faciat, erubescit accedere ad illos non sui similes, ne insultent, ne irrideant, ne dicant non esse uirum. ad hoc delapsa est humana peruersitas, ut uir habeatur uictus a libidine et uir non habeatur uictor libidinis. triumphantes exsultant et non sunt uiri; iacent prostrati et uiri sunt! si spectares, ille tibi uideretur fortior qui iaceret sub bestia, quam qui perimeret bestiam?

Sed quia dissimulatis a pugna interiore et delectant uos pugnae exteriores, ideo non uultis pertinere ad canticum nouum, ubi dicitur: qui docet manus meas in proelio, digitos meos ad bellum. est enim bellum, quod secum agit homo, dimicans contra concupiscentias malas, frenans auaritiam, elidens superbiam, suffocans ambitionem, trucidans libidinem. has pugnas facis in occulto, et non uinceris in aperto. ad hoc docentur manus uestrae ad proelium et digiti uestri ad bellum. non est hoc in spectaculis uestris. in illis spectaculis non id est uenator quod citharista. aliud agit uenator, aliud facit citharista: in spectaculo dei unum est. tange easdem decem chordas et feras occides; utrumque simul facis. tangis primam chordam, qua unus colitur deus: cecidit bestia superstitionis. tangis secundam, qua non accipis nomen domini dei tui in uanum: cecidit bestia erroris nefandarum haeresum, quae id putauerunt. tangis tertiam chordam, ubi pro spe futurae quietis facis quidquid facis: interficitur crudelior

13 Ps. 17, 35 et 143, 1

1 reputatur *V*: deputatur *DTv* uolutatus] uiolatus *v* 2 amator *T*: amatur *DVv* 3 exsistat] existimat *v* qui] quod *v* 4 notum] et notum *v* erubiscet D^1 accedere (n *ras.*) *D* 6 delabsa *V* 9 *post* iaceret *explicit D* 10 peremeret *V* 13 in proelio *TV*: ad proelium et (e *v*) *Pv* 19 id est] idem est *P* idem *v* 20 aliud agit—citharista] *om.* T^1 agit] ait T^2 21 chitharista (h *del. m. 2*) *T* cytharista *v* 22 cordas *Vv*; *sic semper* faeras *V* 23 qua] quia *Tv* (*et* 25) caecidit *V* 25 uanum *Tv*: uacuum *V* 27 facit quicquid *v*

ceteris bestiis amor saeculi huius. propter amorem enim saeculi huius laborant homines in omnibus negotiis: tu autem in omnibus bonis operibus tuis labora, non propter amorem saeculi huius, sed propter sempiternam requiem, quam promittit deus. uide quomodo utrumque simul facis: et chordas tangis et bestias occidis, id est et citharista es et uenator. non uos delectant talia spectacula, ubi non promeremur oculos editoris, sed oculos redemtoris? honora patrem tuum et matrem tuam; tangis quartam chordam, ut honorem parentibus deferas: cecidit bestia impietatis. non moechaberis; tangis quintam chordam: cecidit bestia libidinis. non occides; tangis sextam chordam: cecidit bestia crudelitatis. non furtum facies; tangis septimam chordam: cecidit bestia rapacitatis. non falsum testimonium dices; tangis octauam chordam: cecidit bestia falsitatis. non concupisces uxorem proximi tui; tangis nonam chordam: cecidit bestia adulterinae cogitationis. aliud est enim non facere aliquid tale praeter uxorem, aliud non appetere alienam uxorem; ideo duo praecepta sunt: non moechaberis et: non concupisces uxorem proximi tui. non concupisces rem proximi tui; tangis decimam chordam: cecidit bestia cupiditatis. ita cadentibus omnibus bestiis securus et innocens in dei dilectione et humana societate uersaris. tangens chordas decem quot bestias occides? nam multa capita sunt sub istis capitibus; in singulis chordis non singulas bestias, sed greges interficis bestiarum. sic enim canticum nouum cum amore, non cum timore cantabis.

Noli dicere tibi, quando forte luxurianter uis aliquid agere: „adhuc uxorem non habeo; facio quod uolo; non enim post

1 besteis *T* 3 bonis] *om. v* 5 chordam *T* 6 id est] idem *v* cytharista *v* es et] est *v* 7 ubi (non *om.*) *v* 8 editioris *V* 10 (11. 13. 15. 16) caecidit *V* 14 tangis | tangis *V* 19 moechaueris *T* 20 concupisces] *om. v* 21 decimam] (am *add. m. 2*) *T* caecidit *V* 23 tanges *T* tangis *v* 24 quod *T* occides. *V*: occidis *Tv* cupita *V* 26 enim] ergo *T* amore (*om.* cum) G^1v 28 luxorianter P^1 luxurię G^2v aliquid uis *GPTv*

uxorem meam pecco". iam nosti pretium tuum; iam nosti quo accedis, quid manduces, quid bibas, immo quem manduces, quem bibas. abstine te a fornicationibus. ne forte dicas mihi: „ad fornicem uado, ad meretricem pergo, ad prostitutam eo, nec illud praeceptum uiolo, quod dictum est: non moechaberis, quia uxorem nondum habeo nec post illam aliquid facio; nec illud praeceptum uiolo, quod dictum est: non concupisces uxorem proximi tui. qui ad publicum uado, in quod praeceptum incurro?" non inuenimus chordam? quo neruo ligemus fugitiuum istum? non fugiat — habet unde ligetur — sed amet te: non enim ligamentum, sed ornamentum in ipsis decem chordis inuenimus. decem enim praecepta ad duo illa referuntur, sicut audiuimus, ut diligamus deum et proximum; et duo illa ad unum illud. unum est autem: quod tibi fieri non uis, alii ne feceris. ibi continentur decem, ibi continentur duo.

Sed dicis: „furtum si faciam, id facio quod pati nolo; si occidam, id facio quod ab altero pati nolo; si parentibus meis honorem non deferam, quando uolo deferatur mihi a filiis meis, id facio quod pati nolo; si sim moechus et aliquid tale molìar, id facio quod pati nolo. nam si quis interrogetur, dicit: nolo uxor mea tale aliquid faciat; si concupisco uxorem proximi mei, nolo quisquam concupiscat meam: id facio quod pati nolo. si concupiscam rem proximi mei, nolo ut auferatur mea: id facio quod pati nolo. cum uero ad meretricem eo, cui facio quod pati nolo?" quod grauius est, ipsi deo. intellegat sanctitas uestra. etenim quod tibi fieri non uis, alii

5 Ex. 20, 14 14 (et 27) Tob. 4, 16

1 iam — tuum *om.* G^1v quo] quid *P* 2 accidis G^1V occidis *P* 3 abstinere *T* 4 fornicem] fornicariam G^2v prostitutum G^1v 5 illum G^1MP^1V uiolo] uolo G^1 non moechaberis — dictum est G^3T: *om.* G^1MPVv moechaueris *T* 8 qui] quia *v* publicum *PTVv*: publicam *a* uado] *om. v* 10 nerbo *V* 11 amet te] amat te *v* admitte P^2 legamentum P^1 13 sicuti *v* 15 decem, ibi continentur] *om. v* 17 dices P^1Tv id] ideo G^1v si occidam] *om. MV*; *spat. uacuum 9 litt. in V* 21 quis *om. T* 22 nolo] nolo ut *GPTv* si concupisco — pati nolo G^3T: *om.* G^1MPVv

ne feceris, ad duo praecepta pertinet. quomodo pertinet ad duo praecepta? si homini non feceris quod pati non uis ab homine usque, ad proximi praeceptum pertinet, ad dilectionem proximi, ad septem chordas; si autem quod non uis pati ab homine ipsi deo uis facere, quid est hoc? non facis alteri quod pati non uis? carior tibi factus est homo quam deus? „ergo quomodo facio“ inquit „deo?“ corrumpis te ipsum. „et unde iniuriam deo facio, quia corrumpo me ipsum?“ unde tibi facit iniuriam qui uoluerit forte lapidare tabulam tuam pictam, in qua tabula imago tua est, in domo tua inaniter posita ad uanum honorem tuum nec sentiens nec loquens nec uidens? si quis illam lapidet, non in te it contumelia? cum uero imaginem dei, quod es tu, corrumpis in te per fornicationes et per diffluentias libidinis, attendis quia ad nullius uxorem accessisti, attendis quia post uxorem tuam nihil fecisti, quia uxorem non habes, et non attendis per libidines illicitas fornicationis cuius imaginem uiolasti? postremo deus, qui scit quid tibi utile sit, qui uere sic gubernat seruos suos ad utilitatem illorum, non ad suam — non enim indiget seruis quasi adiutorio, sed tu indiges domini auxilio — ipse ergo dominus, qui scit quid tibi utile sit, uxorem concessit, nihil amplius. hoc iussit, hoc praecepit, ne per inlicitas uoluptates corruat templum eius, quod esse coepisti. numquid ego hoc dico? apostolus hoc dixit; ipsum audite: nescitis quia templum dei estis et spiritus dei habitat in uobis? hoc dicit christianis, hoc dicit fidelibus: nescitis quia templum dei estis et spiritus dei habitat in uobis? si quis templum dei corruperit, corrumpit illum deus. uidetis quomodo minatur? non uis corrumpi domum

24 I Cor. 3, 16 sq.

1 ne] non *v* pertinet—praecepta] *om.* T^1 praecepta pertinent T^2V 3 usque *V*: *om. Tv* proxim *T* 7 deo] ipsi deo *Tv* 8 facio] facto *T* 14 ad nullius—quia *GPTv*: *om. V* 16 libidinis *v* fornicationes *v* 18 uere] *om. v* 20 adiutorio P^2: adiutorium P^1TV adulterio *v* 24 apostolum *PTv* hoc dixit ipsum *V*: *om. PTv* 28 corrumpit] corrumpet T^2 29 corrumpere *v*

tuam: quare corrumpis domum dei? certe non facis alicui quod pati non uis. non est ergo qua euadatur; tenetur ille qui se teneri non putabat. omnia enim peccata hominum aut ad corruptelam pertinent flagitiorum aut ad facinora nocendi. quia deo nocere non potes in facinoribus, in flagitiis eum offendis, in corruptelis eum offendis, in te illi facis iniuriam. facis enim iniuriam gratiae eius, dono ipsius. seruum si haberes, uelles ut seruiret tibi seruus tuus: serui tu meliori domino, deo tuo. seruum tuum non tu fecisti: et te et seruum tuum ille fecit. uis ut seruiat tibi cum quo factus es: et non uis seruire ei a quo factus es? ergo cum uis ut seruiat tibi seruus tuus homo et tu non uis seruire domino tuo, facis deo quod tu pati non uis. ergo illud unum praeceptum continet duo, illa duo continent decem, illa decem continent omnia.

CX.

QVID SIT: ET OMNIS POPVLVS VIDEBAT VOCES. ITEM EX LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

Et omnis populus uidebat uocem et lampadas et 125
uocem tubae et montem fumantem. solet quaeri, quomodo populus uidebat uocem, cum uox non ad uisum, sed potius ad auditum pertinere uideatur. sed sicut modo dixi „uideatur“ de omnibus, quae a me dicta sunt, sic „uidere“ solet pro generali sensu poni non solum corporis uerum etiam animi. unde et illud est: cum uidisset Iacob, quia sunt escae in Aegypto, unde utique absens erat. quamquam nonnulli „uidere“ uocem nihil aliud esse arbitrati sunt quam intellegere, qui uisus mentis est. cum uero hic breuiter di-

17 (et 19) Ex. 20, 18 25 Gen. 42, 1

2 qua] (a *a m. 2*) *T* 3 tenere *V* 5 noceri *V* potest *v* 6 in corruptelis] incorruptibilem *v* eum *V*: *om. Tv* 7 eius *V*: ipsius *Tv* 8 serui] serue *V* 10 et] *et (s *ras.*) *T* 12 domino** (dō? *ras.*) *T* 13 illum *v* continent *v* 16 *cap.* CXVIIII *T* CXXV *Pv*; *om. G* 19 uoces *Tv* 26 aescae (a *del. m. 2*) *T*

cendum esset, quod populus uidebat uocem et lampadas et uocem tubae et montem fumantem, quaestio maior oreretur, quomodo audiebat lampadas et montem fumantem, quod pertinet ad sensum uidendi. nisi quis dicat nec tam breuiter dicendum fuisse, ut totum diceretur: audiebat uocem et uidebat lampadas et audiebat uocem tubae et uidebat montem fumantem. duo quippe genera uocis erant, et de nubibus, sicut tonitrua, et de tuba, si tamen ipsam dixit uocem, quae de nubibus edebatur. ac per hoc melius in his quae ad sensum audiendi pertinebant generalis sensus est positus, hoc est uidendi, cum breuiter totum uellet scriptura complecti, quam ut in his quae pertinent ad uidendi sensum subintellegeretur auditus: quo more loqui non solemus. nam „uide quid sonet“ solemus dicere; „audi quid luceat“ non solemus.

CXI.

DE DIS ARGENTEIS ET AVREIS FIERI PRAECEPTO PROHIBITIS. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

126 Non facietis uobis deos argenteos et deos aureos non facietis uobis. repetitur quod in primo praecepto inculcatum est; et ex dis argenteis et aureis omnia utique simulacra intelleguntur, sicut in illo etiam psalmo: idola gentium argentum et aurum.

19 Ex. 20, 23 22 Ps. 134, 15

1 uoces *v* 3 oriretur *v* 5 brebiter *V* 6 lapadas *v* 8 thonitrua *v* ipsa *V* 12 in] *om. v* pertinet *T* 13 non *v*: nos *TV* 14 sonat *v* 16 *cap.* CXXI *P* CXXVII *Gv*; *deest in T* 17 diis *GPv* prohibitis] prohibuit *G* 18 exodi] genesi *MV* 20 reppetitur *Gv* 21 diis *GPv* utique omnia *GPv*

CXII.

QVOMODO INTELLEGATVR: NON COQVES AGNVM IN LACTE MATRIS SVAE. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

Non coques agnum in lacte matris suae quomodo 127
intellegatur ad uerborum proprietatem, nescio utrum possit reperiri. si enim alicuius significationis causa prohibitum acceperimus agnum in lacte coqui, nullus usus est ita coquendi; si autem in diebus, quibus lactatur, quis hoc habuit umquam Iudaeorum in obseruatione, ut agnum non coqueret, nisi cum desisteret sugere? quid est autem: in lacte matris suae? quasi posset, etiam si hoc intellegeretur, sine huius praecepti transgressione coqui, si eo nato mortua matre eius ab oue alia lactaretur, cum alicuius profecto rei significandae causa esse praeceptum nemo ambigit. sed etiam illa quae possunt obseruantia factitari, non sine causa ita praecepta sunt; significant enim aliquid. hoc uero quomodo obseruetur ad proprietatem uerborum, aut non est aut non elucet. intellectum tamen de Christo approbo, quod hac prophetia praedictus est non occidendus a Iudaeis infans, quando Herodes quaerens eum, ut occideret, non inuenit; ut coques quod dictum est pertineat ad ignem passionis, hoc est tribulationem. unde dicitur: uasa figuli probat fornax, et homines iustos temtatio tribulationis. quia ergo non est tunc infans passus, cum quaerente Herode huius modi periculum imminere uideretur, praedictum est his uerbis: non coques agnum in lacte matris suae.

2 (et 5) Ex. 23, 19 20 cf. Matth. 2, 13—16 23 Eccli. 27, 5

1 *cap.* CXX *T* CXXVII *P* CXXVIII *Gv* 3 eodem *om. v* libro] libro supra scripto *v* 6 intellegantur *v* 7 repperiri *v* caus (a *add. m. 2*) *V* 8 acciperimus *V* 18 elucit (i *in* e *corr. m. 2*) *V* 19 quod] quo *v* 21 quoques *v* 25 quaerende *T* 26 est] *om. T* 27 lactem *V* *post* matris suae *add. T*: hinc iam ex alio opere scī augustini quae secuntur adiecta sunt

127ᵃ Non occides Christum; prophetia enim uidetur praemonens, ne se boni Israhelitae sociarent malis Iudaeis, a quibus Christus passus est. tribulatio quippe passionis tamquam ignis est; unde scriptum est: tamquam aurum in fornace probauit illos, et sicut holocaustum hostiam suscepit illos. cui sententiae dominus quoque attestatur dicens: baptismo habeo baptizari, quem uos nescitis. hoc enim ait, cum dixisset: ignem ueni mittere in mundum. dicit enim Iohannes: ipse uos baptizabit in spiritu sancto et igni, quod intellegitur et purgatione sanctificationis et probatione tribulationis. eundem ignem significauit etiam ipse, cum ad passionem duceretur; ubi dixit illis qui eum plangebant, quod super se potius plangere deberent. ita enim terminauit, ut diceret: si in uiridi ligno hoc faciunt, in arido quid facient? monentur enim boni, ne ad Christum crucifigendum malis consentiant. dictus est enim agnus dei, qui tollet peccata mundi. non ergo coques agnum in lacte matris suae: non ingeres Christo ignem passionis in illo die, quo conceptus est; tunc enim et passus traditur, id est VIII kal. apriles, ex quo die usque ad kal. ianuarias, quo natus commendatur, VIIII menses computantur decimo inchoato. perhibentur autem ubera feminarum ex die conceptionis lac colligere. est autem alius sensus facilior. non coques agnum in lacte matris suae: paruulum adhuc et lactantem — qualibus dicit apostolus: lac uobis potum dedi, non escam — non mittes in praeproperam passionem:

4 Sap. 3, 6 6 Luc. 12, 49 et 50 9 Matth. 3, 11 Luc. 3, 16 cf. Io. 1, 33 14 Luc. 23, 31 16 Io. 1, 29 25 I Cor. 3, 2

2 israhelitae boni *v* a] *om.* T^1 4 fornacem *MV* 5 et sicut—illos] *om. MV* holocaustum (h *add. m. 2*) *T* holocausti (i *in ras. a m. 2*) *P* 6 baptimo *V* baptismum *PT* 9 baptizauit *v* 10 igne *v* intellegitur] intelletur *v* et purgatione] ad purgationem *v* et probatione] ad probationem *v* 11 etiam] enim *v* 15 facient] fiet P^2 (*in ras.*) *T* monentur] morientur *v* enim] ergo *Tv* 16 consentient *v* 17 tollit T^1v 20 aprilis *v* ad kal. *V*: in VIII kł *Tv* 21 commendatus *v* 22 faeminarum *V* 23 autem *V*: *om. Tv* 26 mittas *v* praepoperam] propere *v*

tamquam Christo sit dictum, qui talibus adhuc discipulis pepercit, pro quibus se offerens ait: si ergo me quaeritis, sinite hos abire. atque ut intellegeretur adhuc eos inualidos et minus idoneos fuisse passioni tamquam agnos in lacte matris, secutus ait euangelista: ut impleretur sermo, quem dixit: quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam. unde apparet eos, si tunc paterentur, fuisse perituros; hoc enim tunc non passi sunt quod postea passi sunt, non adhuc agni in lacte, sed iam arietes in grege.

CXIII.

CVR PROPITIATORIVM ARCAE SVPERPONENDVM DIXERIT. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

Propitiatorium quid dicat superimponendum super arcam quaeri solet; sed cum aureum fieri iubeat eiusque longitudinem et latitudinem tantam exprimat, quanta et ipsius arcae dicta est, procul dubio uelut tabulam auream tantae formae fieri praecepit, qua tegeretur arca: ita ut in ipso propitiatorio essent duo cherubin, hinc atque inde alterutrum attendentes, ita ut uultus eorum in propitiatorium essent et pinnis suis obumbrarent propitiatorium: quod magnum est sacramentum. aurum quippe significat sapientiam, arca significat secretum dei. in arca iussa sunt poni lex et manna et uirga Aaron: in lege praecepta sunt, uirga potestas significatur, manna gratia, quia nisi cum gratia non est potestas praecepta faciendi. uerum tamen quia lex a quouis proficiente non ex omni parte completur, propitiatorium est desuper. ad hoc enim opus est, ut propitius sit deus, et ideo superponitur, quia 128

2 Io. 18, 8 et 9 11 cf. Ex. 25, 17

1 qui talibus] qualibus *v* 4 agnus *v* 5 ait *om. T* 8 non *PTv*: *om. V* 10 *cap.* CXXI *T* CXXVIII *P* CXXVIIII *v*; *om. G* 11 cur] qua tur P^1 quare P^2 archae *T* 15 quantam (m *del. m. 1*) *V* 16 est] sit *v* 18 cherubim *v* 19 esset *T* pennis *T* 27 deus *om. T* superponitur *MPV*: desuper ponitur *Tv*

superexsultat misericordia iudicio. duo enim cherubin pinnis suis obumbrant propitiatorium, id est honorant uelando, quoniam ministeria ista sunt; et inuicem se attendunt, quia consonant — duo quippe testamenta figurantur ibi — et uultus eorum sunt in propitiatorium, quia misericordiam dei, in qua una spes est, ualde commendant. denique hinc se promisit locuturum deus ad Mosen de medio cherubin desursum propitiatorii. porro si creatura rationalis in multitudine scientiae — quoniam hanc interpretationem habent cherubin — duobus ipsis animalibus significatur, ideo duo sunt, ut societatem caritatis commendent, ideo pinnis suis propitiatorium obumbrant, quia deo, non sibi tribuunt pinnas suas, id est deum honorant uirtutibus, quibus praestant; et uultus eorum non sunt nisi in propitiatorium, quia cuicumque prouectui ad multitudinem scientiae spes non est nisi in dei misericordia.

CXIIII.

QVOD DICENTI MOSI: OSTENDE MIHI GLORIAM TVAM, RESPONDIT DOMINVS: EGO TRANSIBO ANTE TE ET CETERA. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

129 Cum dixisset Moses ad dominum: ostende mihi gloriam tuam, respondit ei dominus: ego transibo ante te gloria mea, et uocabo nomine domini in conspectu tuo; et miserebor cui misertus ero, et misericordiam praestabo cui misericordiam praestitero; cum paulo ante dixisset: ipse antecedam te et requiem

1 Iac. 2, 13 17 (et 20) Ex. 33, 14–23

1 superexaltat MT^1V^2v misericordiam *v* cherubim *v* 2 pennis T^2v 3 ministeria *TV*: mia *v* et] ei *v* 4 ibi testamenta figurantur *Tv* 6 una] unica *v* 7 moysen *v* cherubim *v* 8 si] sic *v* 11 pennis *v* 12 pennas *Vv* 16 *cap.* CXXII *T* CXXVIIII *P* CXXX *v*; *om. G* 17 dicente *Gv* moysi *Gv* 20 moyses *Gv* 21 te] *om. T* 22 nomen *Gv* 23 et misericordiam — praestitero] *om. T* 25 cum] cui *v*

tibi dabo. quod Moses sic uidetur accepisse: antecedam te, tamquam non ei populoque praesens in itinere futurus esset; et ideo ait: si non tu ipse simul ueneris nobiscum, ne me educas hinc et cetera. deus autem neque hoc ei negauit dicens: et hoc tibi uerbum, quod dixisti, faciam. quomodo ergo, cum dixisset Moses: ostende mihi gloriam tuam, rursus tamquam praecessurus et non cum eis simul futurus uidetur dicere: ego transibo ante te, nisi quia hoc aliud est? ille quippe intellegitur loqui et dicere: transibo ante te, de quo dicit euangelium: cum uenisset hora, ut transiret de hoc mundo ad patrem: qui transitus etiam pascha interpretari perhibetur. haec itaque magna omnino prophetia est. ipse enim ante omnes sanctos transiit ad patrem de hoc saeculo parare illis mansiones regni caelorum, quas dabit eis in resurrectione mortuorum; quoniam transiturus ante omnes primogenitus a mortuis factus est.

Gratiam uero suam in eo ipso ualde commendat, cum dicit: et uocabo nomine domini in conspectu tuo, tamquam in conspectu populi Israhel, cuius Moses, cum haec audiret, typum gerebat. in conspectu enim gentis ipsius ubique dispersae uocatur dominus Christus in omnibus gentibus. uocabo autem dixit, non „uocabor", actiuum uerbum pro passiuo ponens genere locutionis inusitato: in quo nimirum magnus sensus latet. sic enim fortasse significare uoluit se ipsum hoc facere, id est gratia sua fieri, ut uocetur dominus in omnibus gentibus.

Quod uero addidit: et miserebor cui misertus ero,

10 Io. 13, 1 16 cf. Coloss. 1, 18

1 moyses *v* 2 tamquam] et tamquam *v* ei] *ei (d *ras.*) *T* populoque *V*: populo cui *v* populo *T* 6 moyses *v* 8 uideretur *v* 10 dicitur in euangelio *v* 11 uenisset] uidisset *v* transiret] transiret ihs̄ *Tv* 15 eis] illis *T* 16 promogenitus V^1 18 gratia *V* commendat] commemorat *v* 19 nomen *v* tuo — 20 conspectu] *om. v* 20 moyses *v* 21 ubique *Tv*: ubi *MV* 22 uocatur] uocaturus *T* 24 **genere (in? *ras.*) *T* 25 enim *om. v*

et misericordiam praestabo cui misericordiam praestitero, plane expressius ostendit uocationem, qua nos uocauit in suum regnum et gloriam, non pro meritis nostris, sed pro misericordia sua. quoniam enim se gentes introducturum pollicebatur dicens: uocabo nomine domini in conspectu tuo, commendauit hoc se misericorditer facere; sicut apostolus dicit: dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter ueritatem dei ad confirmandas promissiones patrum, gentes autem super misericordiam glorificare deum. hoc ergo praedictum est: miserebor cui misertus ero, et misericordiam praestabo cui misericordiam praestitero. quibus uerbis prohibuit hominem uelut de propriarum uirtutum meritis gloriari, ut qui gloriatur in domino glorietur. non enim ait: „miserebor talibus uel talibus", sed: cui misericors fuero: ut neminem praecedentibus bonis operibus suis misericordiam tantae uocationis meruisse demonstret. etenim Christus pro impiis mortuus est.

Sed utrum hoc idem repetere uoluerit, cum addidit: misericordiam praestabo cui misericordiam praestitero — uel, sicut alii interpretati sunt: cui misericors fuero, — an aliquid intersit nescio. quod enim in graeca lingua duobus uerbis dictum est, ἐλεήσω et οἰκτειρήσω — quod unum atque idem uidetur significare — non potuit latinus diuersis uerbis dicere et diuersis modis eandem misericordiam repetiuit. si autem diceretur: „miserebor cui misereor et miserebor cui misereor", aut „miserebor cui misertus ero", non satis commode

7 Rom. 15, 8 et 9 14 II Cor. 10, 17 18 cf. Rom. 5, 6

2 plane] ibi plane *Tv* expraessius *V* uocatione *T* 3 uocauit] ostendit *v* nostris] *om. T* 4 misericordiam suam (*corr. m. 1*) *V* gentes] egentes *v* 5 nomen *v* 6 hoc] *om. v* 7 dicit] dixit *v* 17 demonstet (r *add. m. 2*) *T* 22 in greco (*om.* lingua) *v* 23 ἐλεήσω] eleeso *TV* leeso *v* οἰκτειρήσω] oectyreso *V* oeetyreso *T* ωnceyphcω (on se cheso *a m. 2*) *v* 24 *post* diuersis *ras. 6 litt. in T* 26 misereor] miserior *T* misertus *v* et] aut *v* 27 misereor — cui] *om. v* commodo *V pr.*

dici uideretur. et tamen fortius ille ipse ibi sensus est, quod aut ipsius misericordiae suae firmitatem deus ista repetitione monstrauit — sicut: „amen, amen“ sicut: „fiat, fiat“ sicut repetitio somnii Pharaonis pluraque similia — aut in utrisque populis, gentibus et Hebraeis, hoc modo deus praenuntiauit misericordiam se esse facturum. quod apostolus ita dicit: sicut enim uos aliquando non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis illorum incredulitate: sic et ipsi nunc non crediderunt in uestra misericordia, ut et ipsi misericordiam consequantur. conclusit enim deus omnes in incredulitatem, ut omnium misereatur.

Deinde post hanc suae misericordiae commendationem respondit ad illud quod ei dictum fuerat: ostende mihi gloriam tuam, uel quod supra petiuerat Moses dicens: ostende mihi temet ipsum, manifeste uideam te: non poteris, inquit, uidere faciem meam; non enim uidebit homo faciem meam et uiuet: ostendens huic uitae, quae agitur in sensibus mortalibus corruptibilis carnis, deum sicuti est apparere non posse; id est, sicut est uideri in illa uita potest, ubi ut uiuatur huic uitae moriendum est.

Item interposito articulo dicente scriptura: et ait dominus, sequitur et loquitur: ecce locus penes me. quis enim locus non penes deum est, qui nusquam est absens? sed ecclesiam significat dicendo: ecce locus penes me, tamquam templum suum commendans. et stabis, inquit, super petram — quia super hanc petram, ait dominus, aedificabo ecclesiam meam — statim ut transiet gloria

6 Rom. 11, 30—32 27 Matth. 16, 18

4 populis (is *a m. 2 in ras.*) *T* 6 facturum esse *v* ita] *om. v* 7 uos] *om. v* 8 illorum] in illorum *T* 10 uestram misericordiam *T* 11 incredulitate *Tv* 15 moyses *v* 16 uideam P^1V: ut uideam P^2Tv 18 uidebit] uidet *v* 19 corruptibilibus *v* 20 sicuti] sicut *T* 21 potest *om. v* 24 locus] locutus (ut *del. m. 2*) *V* paenes *T* deum (*om.* est) T^1 28 transibit *v*

mea, id est: statim ut transiet gloria mea, stabit super petram, quia post transitum Christi, id est post passionem et resurrectionem Christi, stetit populus fidelis super petram. et ponam te, inquit, in cauerna petrae: munimen firmissimum significat. alii autem interpretati sunt: in specula petrae. sed graecus habet ὀπήν; hoc autem foramen uel cauernam rectius interpretamur.

Et tegam manu mea super te, donec transeam; et auferam manum meam, et tunc uidebis posteriora mea; facies autem mea non uidebitur tibi. cum iam dixisset: stabis super petram, statim ut transiet gloria mea — ubi intellegitur post transitum suum promisisse super petram stabilitatem — quomodo accipiendum est quod ait: ponam te in cauerna petrae et tegam manu mea super te, donec transeam; et auferam manum, et tunc uidebis posteriora mea? quasi iam illo in petra constituto tegat manu sua super eum et deinde transeat, cum esse in petra non possit nisi post eius transitum. sed recapitulatio intellegenda est rei praetermissae, quali solet uti scriptura in multis locis; postea quippe dixit quod ordine temporis prius est. qui ordo ita se habet: tegam manu mea super te, donec transeam, et tunc uidebis posteriora mea; nam facies mea non uidebitur tibi; et stabis super petram, statim ut transiet gloria mea, et ponam te in cauerna petrae. hoc enim factum est in eis quos tunc significabat persona Mosi, hoc est Israhelitis, qui in dominum Iesum, sicut Actus apostolorum indicant, postea crediderunt, id est statim ut transiit eius gloria. nam posteaquam resur-

1 id est — mea] *om. v* stabis *v* 6 ὀπήν] open *TV* ope *v* 7 cauerna *v* 8 tegam] ptegam *v* manum meam *v* 9 meam] meam usq. hic *v* posteriora] posterio *T* 14 tegam] tangam *v* 15 manum meam *v* 16 manum] manum meam *v* 19 recapitulati° (o *add. m. 2*) *T* 20 quali] qua *v* postea (ostea *a m. 2 in ras.*) *T* 21 dixit] dicere *v* 22 manum meam *v* 24 stabis] stabilis *T* 25 cauernam *v* 27 moysi *v* hoc *V*: id *Tv* israheliticis *v* 29 transiuit *v*

rexit a mortuis et ascendit in caelum, misso desuper spiritu sancto cum linguis omnium gentium apostoli loquerentur, compuncti sunt corde multi ex eis qui crucifixerant Christum; quem ut non cognouissent et dominum gloriae crucifixissent, caecitas ex parte Israhel facta est, sicut dictum fuerat: tegam manu mea super te, donec transeam. unde psalmus dicit: quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua, diem appellans, quando Christus diuina miracula faciebat, noctem, quando sicut homo morie-batur, quando et illi titubauerunt qui in die crediderant. hoc est ergo: cum transiero, tunc uidebis posteriora mea: „transiero de hoc mundo ad patrem; posterius in me credituri sunt quorum typum geris". tunc enim compuncti corde dixerunt: quid faciemus? et iussi sunt ab apostolis agere paenitentiam et baptizari in nomine Iesu Christi, ut dimitterentur illis peccata eorum. quod in psalmo illo sequitur, cum dictum esset: die ac nocte grauata est super me manus tua — id est: ut non cognoscerem; si enim cognouissent, numquam dominum gloriae crucifixissent — sequitur et iungit: conuersus sum in haerumnam, dum confringeretur spina, id est: cum essem corde compunctus. deinde addidit: peccatum meum cognoui et facinus meum non operui: posteaquam uiderunt, quanto scelere Christum crucifixerint. et quia receperunt consilium, ut agerent paenitentiam et in baptismo remissionem acciperent peccatorum: dixi, inquit, pronuntiabo aduersum me delictum meum domino, et tu remisisti impietatem cordis mei.

5 cf. Rom. 11, 25 7 Ps. 31, 4 14 Act. 2, 37 et 38 18 I Cor. 2, 8 22 Ps. 31, 5

4 ut] cum *v* 5 israhel *V*: in israhel *Tv* 6 manum meam *v* 10 crediderunt *v* 11 est] *om. P* ergo] ergo ait P^2 uidebunt *P* 12 transiero PT^1V: cum transiero T^2v 17 cum] ut *v* esset] est *v* 18 cognoscerent *v* 19 dominum] deum *v* 20 aerumna *v* 21 confringitur *v* configeretur *T* 23 meus *v* uiderent *T* 24 crucifixerunt *v* 26 aduersus *v* 27 delicta mea *v*

Hanc autem prophetiam, quam locutus est dominus ad Mosen, satis res ipsa indicat, quando quidem de petra uel cauerna eius et de manus eius superpositione, de uisione posteriorum eius nihil postea uisibili opere subsecutum legitur. mox enim adiungit interposito articulo scriptura: et dixit dominus ad Mosen, cum ipse dominus utique etiam illa quae supra sunt loqueretur; atque inde contexit quid deinceps dominus dicat: excide tibi duas tabulas lapideas sicut et primas et cetera.

CXV.

QVOMODO TABVLAE, QVAS ERAT MOYSES DEO VTIQVE PRAESCIENTE FRACTVRVS, NON AB HOMINE DICANTVR ESSE, POSTERIORES VERO IN TABERNACVLO DEI TAMDIV MANSVRAE AB HOMINE ABSCISAE SINT VEL CONSCRIPTAE. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EXODI.

130 Et scripsit in tabulas uerba testamenti, decem uerba. de Mose dictum est, quod ipse scripserit, cui etiam deus paulo ante dixerat: scribe tibi uerba haec. cum uero primum legem accepit, cuius tabulas abiecit et fregit, nec ipse excidisse dictus est tabulas lapideas et modo dictum est: excide tibi duas tabulas lapideas; nec ei dictum est, ut scriberet, sicut ei modo dicitur; nec eas ipse scripsisse narratur, sicut modo narrat scriptura et dicit: scripsit in tabulis uerba testamenti, decem uerba. sed tunc dictum est: et dedit Mosi, statim ut cessauit loqui ad eum in monte Sina, duas tabulas testimonii, tabulas lapideas scriptas digito dei. deinde paulo

5 (et 21) Ex. 34, 1 16 Ex. 34, 27 sq. 25 Ex. 31, 18

1 prophetiam *V*: pr. potius fuisse *Pv* pr. potuisse fuisse *T* 2 moysen *Pv* 5 scripture *v* 6 moysen *Pv* 8 sicut (*om.* et) *v* 10 *cap.* CXXIII *T* CXXX *P* CXXXI *v*; *om. G* 11 moses *T* 15 exodi] ex eō *P* genesi *MV* 16 tabulis *Tv* testamenta *T*¹ 17 moyse *Pv* 21 est] *om. v* 23 narrat] *om. v* et] *om. v* 25 moysi *v* 26 Sina] sine *v* 27 scripta *T*

post: et conuersus, inquit, Moses descendit de monte, et duae tabulae testimonii in manibus eius, tabulae lapideae, scriptae ex utraque parte earum, hinc atque hinc erant scriptae, et tabulae opus dei erant, et scriptura scriptura dei et sculpta in tabulis. proinde magna oritur quaestio, quomodo illae tabulae, quas erat Moses utique deo praesciente fracturus, non hominis opus dicantur esse nec ab homine scriptae, sed scriptura dei, digito dei; posteriores uero tabulae tamdiu mansurae et in tabernaculo ac templo dei futurae iubente quidem deo, tamen ab homine excisae sint, ab homine scriptae. an forte in illis prioribus gratia dei significabatur, non hominis opus, qua gratia indigni facti sunt reuertentes corde in Aegyptum et faciendo idolum; unde illo beneficio priuati sunt, et propterea Moses tabulas fregit? istis uero tabulis posterioribus significati sunt qui de suis operibus gloriantur — unde dicit apostolus: ignorantes dei iustitiam et suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti — et ideo tabulae humano opere sculptae et humano opere scriptae datae sunt, quae cum ipsis manerent, ad eos significandos de suis operibus gloriaturos, non de digito dei, hoc est de spiritu dei?

Certe ergo repetitio legis nouum testamentum significat; illud autem uetus significabat; unde confractum et abolitum est. maxime cum secundo lex datur, nullo terrore datur, sicut illa in tanto strepitu ignium, nubium et tubarum, unde tremefactus populus dixit: non loquatur deus ad nos, ne moriamur: unde significatur timor esse in uetere testamento, in nouo dilectio. quomodo igitur soluitur haec quaestio, quare

1 Ex. 32, 15 et 16 17 Rom. 10, 3 27 Ex. 20, 19

1 moyses *v* 3 ex] *om. v* 4 atque hinc] atque inde *v* 5 scriptura scriptura *Vv*: scriptura *T* et sculpta] est sculpta *v* 7 moyses *v* deo utique *Tv* 8 hominis opus *TV*: ab homine *v* 10 templum *T* 13 opus qua *TV*: ac per hoc illa *v* cordae *T* 15 moyses *v* 19 opere — quae cum] T^2 *in ras.* exculptae T^2 20 ad] *om. v* 25 maxime *TVv*: maxime quoniam *a* 28 ueteri *v* 29 haec soluitur *Tv*

illae opus dei, istae opus hominis, et illae conscriptae digito dei, istae scriptae ab homine? an forte ideo magis in illis prioribus uetus significatum est testamentum, quia deus ibi praecepit, sed homo non fecit? lex enim posita est in uetere testamento, quae conuinceret transgressores; quae subintrauit, ut abundaret delictum. non implebatur timore, quae non impletur nisi caritate. et ideo dicitur opus dei, quia deus legem constituit, deus conscripsit; nullum opus hominis, quia homo deo non obtemperauit et eum potius lex reum fecit. in secundis autem tabulis homo per adiutorium dei tabulas facit atque conscribit, quia noui testamenti caritas legem facit. unde dicit dominus: non ueni legem soluere, sed implere. dicit autem apostolus: plenitudo legis caritas; ⟨et: fides⟩, quae per dilectionem operatur. factum est itaque homini in nouo testamento quod in uetere difficile fuit, habenti fidem, quae per dilectionem operatur, atque illo digito dei, hoc est spiritu dei, intus ea in corde scribente, non foris in lapide. unde dicit apostolus: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus; quoniam caritas dei, qua ueraciter impletur praeceptum, diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. hoc est ergo: primo data est lex — ubi significatur uetus testamentum, quod est opus tantummodo dei et conscriptio digiti dei — quod apostolus dicit: itaque lex sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. lex ergo sancta et bona dei

5 Rom. 5, 20 12 Matth. 5, 17 13 Rom. 13, 10 14 Gal. 5, 6 19 II Cor. 3, 3 20 Rom. 5, 5 25 Rom. 7, 12

1 digito *TV*: opere *v* 2 scriptae] *om. v* ab homine *TV*: opus hominis *v* *ante* an *add. v*: et ille conscripte digito dī. iste conscripte ab homine 3 praecepit ibi *v* 4 ueteri *v* 6 habundaret *v* non *V*: non enim *Tv* implebantur *V* 7 impletur *PVv*: implebatur *T* nisi *PVv*: *om. T* 8 opos *v* 9 reum lex *Tv* 11 fecit *v* conscribit *TV*: scripsit *v* 12 fecit *v* soluere legem *v* 14 et fides *a*: *om. GPTVv* 20 qua—praeceptum] *om. v* 21 nostris] *om. T* 24 conscritio *v* digito *T* 25 lex *V*: lex quidem *PTv*

opus est: ubi homo nihil agit, quia non obtemperat, sed reatu potius premitur lege minante atque damnante. peccatum enim, inquit, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. beatus autem homo est, cum hoc mandatum sanctum et iustum et bonum est etiam opus eius, sed per gratiam dei.

CXVI.

EX SERMONE AD POPVLVM. QVAE SIT INREMISSIBILIS BLASPHEMIA IN SPIRITVM SANCTVM.

Prius ergo ut aduertatis et intellegatis, admoneo non dixisse 131
dominum: „omnis blasphemia in spiritum non remittetur“, neque dixisse: „qui dixerit quodcumque uerbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei“, sed: qui dixerit uerbum. illud enim si dixisset, nihil nobis omnino remaneret, unde disputare possemus. quoniam, si omnis blasphemia et omne uerbum, quod dicitur contra spiritum sanctum, non remitteretur hominibus, ex nullo genere impietatis eorum qui dono Christi et sanctificationi ecclesiae contradicunt, uel paganorum uel Iudaeorum aut quorumlibet haereticorum, nonnullorum etiam in ipsa catholica imperitorum quemquam ecclesia lucraretur. sed absit, ut hoc dominus diceret; absit, inquam, ut ueritas diceret omnem blasphemiam uel omne uerbum, quod contra spiritum sanctum diceretur, non habere remissionem neque in hoc saeculo neque in futuro.

2 Rom. 7, 13 13 Matth. 12, 32

2 praemitur *V* 3 apareat *v* 7 *cap.* CXXIIII *T* CXXXI *P* CXXXII *v*; *om. G* 8 *ante* ex *praemittunt GPTv*: de (*om. PT*) blasphemia in spiritum (spiritu *T*) sanctum (sancto *T*) quae non remittetur uno nomine uocari potest impaenitentia id est cor impaenitens plasphemia *v* 10 ut] *om. T* 11 spiritu *T* remittitur *T* remittet *v* 12 neque *TV*: atque *v* 13 non] no *v* 15 possimus *v* 16 remittetur *T* 20 in] *om. T* 22 omnem] omne *T* omne] omnem *v*

Exercere quippe nos uoluit difficultate quaestionis, non decipere sententiae falsitatė. quapropter non est necesse, ut omnem blasphemiam et omne uerbum, quod dicitur contra spiritum sanctum, remissionem quisquam existimet non habere; sed necesse est plane, ut sit aliquid blasphemiae et aliquod uerbum, quod si dicatur contra spiritum sanctum, nullam umquam ueniam remissionemque mereatur. quia si omne acceperimus, quisnam poterit saluari? si autem rursum nullum putauerimus, contradicimus saluatori. est ergo sine dubio aliqua blasphemia et aliquod uerbum, quod si dictum fuerit contra spiritum sanctum, non remittetur. quod sit autem hoc uerbum, quaeri a nobis dominus uoluit; ideo non expressit. quaeri, inquam, uoluit, non negari. solent enim scripturae ita loqui, ut, quando aliquid sic dicitur, ut neque ex toto neque ex parte dictum definiatur, non sit necesse ex toto, sed fieri possit, ex parte ut intellegatur. ista ergo sententia ex toto, id est uniuersaliter pronuntiaretur, si diceretur: „omnis blasphemia in spiritum non remittetur“ aut: „qui dixerit ullum uerbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro“; ex parte autem, id est particulariter pronuntiaretur, si diceretur: „quaedam blasphemia in spiritu non remittetur“. quia nec uniuersaliter ergo nec particulariter pronuntiata sententia est — non enim dictum est: „omnis blasphemia spiritus“ aut: „quaedam blasphemia“, sed tantummodo indefinite dictum est: spiritus blasphemia non remittetur; nec dictum est: „qui dixerit quodcumque uerbum“ aut: „qui dixerit quoddam uerbum“, sed indefinite: qui dixerit uerbum — non est necesse, ut omnem blas-

2 falsitate *PV*: facultate *Tv* 5 aliquid *V*: aliqua *Tv* blasphemiae *scripsi*: blasphemia *PTVv* et] aut *v* 6 si] *om. v* contra spiritum sanctum dicatur *v* 8 acciperimus *V* rursum] sursum *v* 9 contradicemus *v* 11 remitteture *v* 15 diffiniatur *v* 16 possit *Vv*: posset *T* posse (e *in ras. a m. 2*) *P* ut ex parte *PTv* ista] ita *T* 22 nec uniuersaliter ergo *V*: ergo non uniuersaliter *PTv* 25 indefinitae *V* balsphemiae *v* 26 nec] neque *v* 27 qui dixerit] *om. v* indefinitae *V* indifinite *v* infinite *T*

phemiam uel omne uerbum intellegamus, sed necesse est plane, ut quandam blasphemiam et quoddam uerbum uoluerit intellegi dominus, quamuis id exprimere noluerit, ut quaerendo, petendo, pulsando si quid recti intellectus acceperimus, non uiliter habeamus.

Hoc ut manifestius uideatis, illud attendite quod ait idem ipse de Iudaeis: si non uenissem et locutus eis fuissem, peccatum non haberent. neque enim ita dictum est, ut sine ullo omnino peccato uellet intellegi futuros fuisse Iudaeos, si non uenisset et locutus eis fuisset; plenos quippe inuenit oneratosque peccatis. propter quod dicit: uenite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis. unde, nisi sarcinis peccatorum ex transgressionibus legis? quoniam lex subintrauit, ut abundaret delictum. cum ergo ipse etiam alibi dicat: non ueni uocare iustos, sed peccatores, quomodo, si non uenisset, peccatum non haberent, nisi quia ista sententia nec uniuersaliter nec particulariter, sed indefinite pronuntiata non omne peccatum cogit intellegi? sed plane nisi aliquod peccatum intellexerimus, quod non haberent, nisi Christus uenisset et locutus eis fuisset, falsam — quod absit — sententiam esse dicemus. non ergo ait: „si non uenissem et locutus eis fuissem, nullum peccatum haberent", ne ueritas mentiretur. nec rursus definite dixit: „si non uenissem et locutus eis fuissem, quoddam peccatum non haberent", ne pium studium parum exerceretur. in omni quippe copia scripturarum sanctarum pascimur apertis et exercemur obscuris: illinc famis expellitur, hinc fastidium. quia ergo

7 Io. 15, 22 11 Matth. 11, 28 13 Rom. 5, 20 15 Matth. 9, 13

1 omnem *T* uerbum] uer *v* 3 id] *om. v* 4 acciperimus *V* non uiliter] non ui**liter (ri *ras.*) *T* uiriliter *v* 8 haberet *T* 9 ullo *TV*: illo *v* peccato *TV*: peccatores *v* 10 uenisset] inuenisset *T* 15 dicit T^1 18 indefinite *T*: indifinite *v* infinitae *V* pronuntiat *v* cogit *Tv*: coget *V* 19 intellexerimus] non intellexerimus *v* 20 eis] *om. v* 21 diceremus *v* 23 definitae *V* difinite *v* 24 ne pium] nempe dum *v* 26 et *V*: *om. Tv* 27 illinc] *om. v*

dictum non est: „peccatum nullum haberent“, non perturbemur, cum peccatores Iudaeos, etiam si dominus non uenisset, agnoscimus; sed tamen quia dictum est: si non uenissem, peccatum non haberent. unde necesse est, etiam si non omne, aliquod tamen eos ex aduentu domini quod non habebant contraxisse peccatum. illud ipsum profecto est, quod in praesentem sibique loquentem non crediderunt eumque inimicum deputantes, quoniam uera dicebat, insuper occiderunt. hoc peccatum tam magnum et horrendum, si non uenisset et locutus eis fuisset, utique non haberent. sicut ergo ibi cum audiuimus: peccatum non haberent, non omne, sed aliquod peccatum intellegimus, ita in hodierna lectione cum audiuimus: spiritus blasphemia non remittetur, non omnem blasphemiam, sed quandam; et cum audissemus: qui dicit uerbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei, non omne uerbum, sed quoddam intellegere debemus. nam et hoc ipsum quod ait: spiritus autem blasphemia non remittetur, utique non omnis spiritus, sed spiritus sancti blasphemiam necesse est intellegamus. quod etsi planius alibi non diceret, quis tam uecors esset, ut aliud intellegeret? secundum hanc regulam locutionis et illud accipitur: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu. non enim ait: „et ab spiritu sancto“, et tamen hoc intellegitur. nec quoniam dixit: ex aqua et spiritu, omnem spiritum quisquam intellegere cogitur. quocirca cum audis: spiritus autem blasphemia non remittetur, sicut non omnem spiritum, ita non omnem blasphemiam oportet accipias.

22 Io. 3, 5

1 non est dictum *Tv* haberent] habent *T* non haberent *v* 2 peruruemur *V* 5 aliquid *T* 7 sibique PT^2Vv: sibi T^1 eumque] cumque *v* 9 orrendum *v* 10 utique] *om. v* sicut—non haberent] *om. v* 11 non omne] utique non omne *v* omne* (s *ras.*) *T* 12 intellegamus *v* hodierna** *T* 13 blasphemiae *v* 15 uerbum] *add.* T^2 *in mg.* 17 spiritum *T* 20 planius] plenius *v* non] *om.* T^1 21 accipietur *v* 23 et ab *V*: et ibi *T* ibi *v* 25 quacirca *v* cum (um *in ras. a m. 2*) *T*: eum *Vv* 27 accipiamus *v*

Audire iam uelle uos uideo, quoniam non est omnis, quaenam sit illa blasphemia spiritus, quae non remittetur, et quod sit uerbum — quoniam non est omne — quod si dictum fuerit contra spiritum sanctum, non remittetur neque in hoc saeculo neque in futuro. iam et ego uellem dicere quod intentissime exspectatis audire; sed tolerate aliquantas maioris diligentiae moras, donec adiuuante domino totum quod occurrerit expediam. alii quippe duo euangelistae Marcus et Lucas, cum de hac re loquerentur, non dixerunt blasphemiam seu uerbum, ut intellegeremus non omnem blasphemiam, sed quandam, nec uerbum omne, sed quoddam.

ITEM INTER CETERA.

Quia non potest omnis intellegi, ne paganis, Iudaeis, haereticis omnique hominum generi, qui diuersis erroribus et contradictionibus blasphemant in spiritum sanctum, spem remissionis, si se correxerint, auferamus, restat utique, ut in eo quod scriptum est: qui blasphemauerit in spiritum sanctum, non habet remissionem in aeternum, ille intellegatur qui non omni modo, sed eo modo blasphemauerit, ut ei numquam possit ignosci.

Sicut enim in eo quod dictum est: deus neminem temtat, non omni, sed quodam temtationis modo deus neminem temtare intellegendus est, ne falsum sit illud quod scriptum est: temtat uos dominus deus uester, et ne Christum negemus deum uel dicamus falsum euangelium, ubi legimus, quod interrogabat discipulum temtans eum; ipse autem

8 cf. Marc. 3, 29 et Luc. 12, 10 21 Iac. 1, 13 24 Deut. 13, 3 26 Io. 6, 6

2 blaphemia *v* 5 et ego] ergo (er *a m. 2 in ras.*) *P* uellem dicere *PVv*: olim dicerem *T* 7 occurrit *v* 10 intellegerimus *Vv* blasphemiam] blasphemiam iam (iam *del. m. 2*) *V* 11 quodam *V* 12 item inter cetera] *om. PT* 13 quia] quia ergo *T* 15 contradictionibus] c. suis *PTv* in] *om. T* 16 in] *om. v* 17 spiritu sancto T^1v 22 quodam *Tv*: quod *V* 23 illud] *om. T* scriptum] dictum *v* 25 euangelium] testimonium *v*

sciebat quid esset facturus — est enim temtatio adducens peccatum, qua deus neminem temtat; et est temtatio probans fidem, qua et deus temtare dignatur — ita cum audimus: qui blasphemauerit in spiritum sanctum, non omne blasphemandi genus debemus accipere, sicut nec ibi omne temtandi. item cum audimus: qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit, non utique intellegimus eo modo credentes, quo et daemones credunt et contremescunt, nec in eo numero baptizatos, in quo magus Simon baptizari potuit, sed saluus esse non potuit. sicut ergo cum diceret: qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit, non omnes credentes et baptizatos, sed quosdam intuebatur, in ea scilicet constitutos fide, quae apostolo distinguente per dilectionem operatur: ita cum dixit: qui blasphemauerit in spiritu sancto, non habet remissionem in aeternum, non omnem, sed quendam blasphemantis spiritum sanctum intendebat reatum, quo quisque fuerit obligatus, nulla umquam remissione soluetur.

Illud etiam quod ait: is qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in illo, quomodo intellecturi sumus? numquid etiam illos hic poterimus accipere, de quibus dicit apostolus quod iudicium sibi manducent et bibant, cum ipsam carnem manducent et ipsum sanguinem bibant? numquid et Iudas, magistri uenditor et traditor impius, quamuis primum ipsum manibus eius confectum sacramentum carnis et sanguinis eius cum ceteris discipulis, sicut apertius Lucas euangelista declarat, manducarit

6 (et 11) Marc. 16, 16 8 Iac. 2, 19 9 cf. Act. 8, 13 14 Gal. 5, 6 19 Io. 6, 56 22 cf. I Cor. 11, 29 27 cf. Luc. 22, 21

2 qua *Vv*: quia *T* 3 qua et] qua *v* 4 audiuimus *Tv* 5 accipere] *om. v* 6 audiuimus *v* 8 eo] quo *v* credunt *om. v* 9 baptizatus *v* 15 spiritu sancto *V*: spiritum sanctum *Tv* 16 quandam *T* blasphemantis] blasphemantem in *v* 18 soluatur *T* 19 is] his P^1; *om. T* 20 bibit *PTv*: bibet *MV* 22 poterimus] debemus *v* 24 et] *om. T* 27 discipulis *PVv*: apostolis *T* manducaret *Tv*

et biberit, mansit in Christo aut Christus in eo? tam multi denique, qui uel corde ficto carnem illam manducant et sanguinem bibunt uel, cum manducauerint et biberint, apostatae fiunt, numquid manent in Christo aut Christus in eis? sed profecto est quidam modus manducandi illam carnem et bibendi illum sanguinem, quo modo qui manducauerit et biberit, in Christo manet et Christus in eo. non ergo quocumque modo quisque manducauerit carnem Christi et biberit sanguinem Christi, manet in Christo et in illo Christus, sed certo quodam modo: quem modum ipse utique uidebat, quando ista dicebat. sic igitur et in eo quod ait: qui blasphemauerit in spiritum sanctum, non habet remissionem in aeternum, non quocumque modo blasphemauerit, reus est huius inremissibilis delicti, sed modo quodam, quem nos quaerere atque intellegere uoluit qui hanc sententiam ueram terribilemque depromsit.

ITEM INTER CETERA.

Pro captu nostro, quantum ista per speculum et in aenigmate, praesertim talibus quales adhuc sumus uidere conceditur, insinuatur nobis in patre auctoritas, in filio natiuitas, in spiritu sancto patris filiique communitas, in tribus aequalitas. quod ergo commune est patri et filio, per hoc nos uoluerunt habere communionem et inter nos et secum, per illud donum nos colligere in unum, quod ambo habent unum, hoc est per spiritum sanctum deum et donum dei. in hoc enim diuinitati reconciliamur eaque delectamur. nam quid nobis prodesset quidquid boni nossemus, nisi etiam diligeremus? sicut autem ueritate discimus, ita caritate diligimus, ut et plenius cognoscamus et beati cognito perfruamur. caritas porro diffusa est

29 cf. Rom. 5, 5

1 biberet *Tv* 10 utique ipse *T* 11 sic (c *add. m. 2*) *T* 17 item inter cetera] *om. T* 20 patre (re *a m. 2 in ras.*) *T* auctoritas] auctoritas et *Tv* 22 uoluit *Tv* 25 deum *Tv*: *om. MV* 26 reconchiliamur *V* quid] quid boni *v* 27 sicut—diligimus] *om. v* 28 ueritatem *MV* caritatem *MV*

in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. et quia peccatis alienabamur a possessione uerorum bonorum, caritas cooperit multitudinem peccatorum. est ergo pater filio ueritati origo uerax et filius de ueraci patre orta ueritas et spiritus sanctus a patre bono et filio bono effusa bonitas. omnium est autem non impar diuinitas nec separabilis unitas. primo ergo in nos ad accipiendam uitam aeternam, quae in nouissimo dabitur de bonitate dei munus, uenit ab initio fidei remissio peccatorum.

ITEM INTER CETERA.

Per quod beneficium eruimur de potestate tenebrarum et princeps huius mundi mittetur foras a fide nostra, qui operatur in filiis infidelitatis nulla ui alia nisi societate et obligatione peccati. in spiritu enim sancto, quo in unum dei populus congregatur, eicitur spiritus immundus, qui in se ipsum diuiditur. contra hoc donum gratuitum, contra istam dei gratiam loquitur cor impaenitens. ipsa ergo impaenitentia est spiritus blasphemia, quae non remittetur neque in hoc saeculo neque in futuro. contra enim spiritum sanctum, quo baptizantur quorum peccata omnia dimittuntur et quem accepit ecclesia, ut cui dimiserit peccata dimittantur ei, uerbum ualde malum et nimis impium siue cogitatione siue etiam lingua sua dicit. quem patientia dei cum ad paenitentiam adducit, ipse secundum duritiam cordis sui et cor impaenitens thesaurizat sibi iram in die irae et reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera eius. haec ergo impaenitentia — sic enim uno aliquo nomine possumus utcum-

3 cf. I Petr. 4, 8 11 cf. Coloss. 1, 13 12 cf. Io. 12, 31 24 cf. Rom. 2, 4 sqq.

2 possione (se *add. m. 2*) *V* uerorum] uirorum *T* 4 ueritati] ueritatis *v* ueracis *v* 5 effusa] effusa est *T* 10 item inter cetera *V*: *om. Tv* 11 eruimur] meruimur *T* 12 mittitur *T* nostra] nam *v* 13 ui] uia *v* 15 congregatus *v* 17 impaeniten (s *add. m. 2*) *T* 18 est] et *T* blasphemiam *MV* 20 accipit *v* 21 dimittentur *v* 26 reddit *v*

que appellare blasphemiam et uerbum contra spiritum sanctum, quod remissionem non habet in aeternum — haec, inquam, impaenitentia, contra quam clamabat et praeco et iudex dicentes: paenitentiam agite; appropinquauit enim regnum caelorum; contra quam dominus os euangelicae praedicationis aperuit et contra quam ipsum euangelium in toto orbe praedicandum esse praedixit, ubi posteaquam resurrexit a mortuis, ait discipulis suis: oportebat Christum pati et resurgere a mortuis tertio die et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem: haec omnino impaenitentia non habet remissionem neque in hoc saeculo neque in futuro, quia paenitentia impetrat remissionem in hoc saeculo, quae ualeat in futuro.

Sed ista impaenitentia uel cor impaenitens quamdiu quisque in hac carne uiuit non potest iudicari. de nullo enim desperandum est, quamdiu patientia dei ad paenitentiam adducit nec de hac uita rapit impium; qui non uult mortem impii, quantum reuertatur et uiuat. paganus est hodie; unde scis, utrum sit futurus crastino christianus? Iudaeus infidelis est hodie; quid, si cras credit in Christum? haereticus est hodie; quid, si cras sequitur catholicam ueritatem? schismaticus est hodie; quid, si cras amplectitur catholicam pacem? quid, si isti quos in quocumque genere erroris notas et tamquam desperatissimos modo damnas, antequam finiant istam uitam, agunt paenitentiam et inueniunt ueram uitam? proinde, fratres, etiam ad hoc uos admoneat quod ait apostolus: nolite ante tempus quicquam iudicare. haec enim blasphemia

4 Matth. 3, 2 8 Luc. 24, 46 sq. 18 cf. Ezech. 18, 23 27 I Cor. 4, 5

3 dicens *v* 4 paenitentia *v* adpropinquabit *v* 8 pati xp̄m *T* 14 quae ualeat in futuro *PTv*: *om. MV; in V spatium uacuum relictum 22 fere litt.* ualet P^1 16 iudicare *v* disperandum *Vv* 19 scis *Tv*: scit *MV* 20 est] *om.* T^1 21 xp̄o *v* 22 scismaticus *v* 25 disperatissimos *Vv* 26 agant *v* 27 hoc (oc *a m. 2 in ras.*) *T* huc *v*

spiritus, cui numquam est ulla remissio — quam non omnem, sed quandam intellegimus eamque perseuerantem duritiam cordis impaenitentis uel diximus uel inuenimus uel etiam, quantum existimamus, ostendimus — non potest in quoquam, sicut diximus, dum adhuc in hac uita est, deprehendi. quod non ideo uideatur absurdum, quia cum homo usque in finem huius uitae in dura impaenitentia perseuerans diu multumque loquatur aduersus hanc gratiam spiritus sancti, euangelium tamen tam longam contradictionem cordis impaenitentis quasi breue aliquod uerbum appellauit dicens: quicumque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro. haec enim quamuis prolixa sit et plurimis uerbis contexta et producta blasphemia, solet tamen scriptura etiam multa uerba uerbum appellare. neque enim unum uerbum locutus est quicumque propheta; et tamen sic legitur: „uerbum, quod factum est ad illum uel illum prophetam“. et apostolus: presbyteri, inquit, duplici honore honorentur, maxime qui laborant in uerbo et doctrina; non ait „in uerbis“, sed: in uerbo. et sanctus Iacobus: estote, inquit, factores uerbi, et non auditores tantum; non ait et ipse: „uerborum“ sed: uerbi, quamuis tam multa uerba de scripturis sanctis in ecclesia celebriter et sollemniter legantur, dicantur, audiantur. sicut ergo quantocumque tempore quisque nostrum in praedicando euangelio laborauerit, non uerborum, sed uerbi dicitur praedicator; et quantocumque tempore quisque uestrum nostram praedicationem diligenter atque instanter audierit, non uerborum, sed uerbi audiendi

10 Matth. 12, 32 17 cf. Es. 2, 1 Ioel 1, 1 Seph. 1, 1 19 I Tim. 5, 17 21 Iac. 1, 22

1 numquam *PTv*: umquam *V* 4 exsistimamus *V* 7 impaenitentia] penitentia *v* 9 cordis *TV*: cor eius *v* 12 ei] *om.* *v* 19 praesbiteri *V* prespiteri *v* 23 ipse (*om.* et) *v* 24 sollemniter *Vv* 25 quantumcumque M^1 27 quantoscumque *v* 28 uestrum] nostrum *T*

studiosissimus nuncupatur: ita eo more, quo scriptura loquitur et quem nouit ecclesiastica consuetudo, quisquis uniuersa sua uita, quam in ista gerat carne, quantalibet longitudine protendatur, quaecumque uerba uel ore uel sola cogitatione locutus fuerit corde impaenitenti contra remissionem peccatorum, quae fit in ecclesia, uerbum dicit contra spiritum sanctum. ideo autem non solum uerbum, quod dictum fuerit contra filium hominis, sed omne prorsus peccatum et blasphemia remittetur hominibus; quia ubi hoc peccatum non fuerit cordis impaenitentis contra spiritum sanctum, quo in ecclesia peccata soluuntur, cuncta alia dimittuntur. quomodo autem hoc remittetur, quod etiam remissionem impedit aliorum? omnia ergo dimittuntur eis, in quibus hoc non est quod numquam dimittitur; in quibus est autem, quoniam hoc numquam dimittitur, nec alia dimittuntur, quia omnium remissio uinculo istius impeditur. non ergo propterea quicumque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei, qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur, quia in trinitate maior est filio spiritus sanctus, quod nullus umquam uel haereticus dixit; sed quoniam quisque restiterit ueritati et blasphemauerit ueritatem, quod est Christus, etiam post tantam sui praedicationem, ut uerbum apud homines caro fieret et habitaret in nobis, quod est filius hominis ipse idem Christus, si non dixerit uerbum illud cordis impaenitentis contra spiritum sanctum — de quo dictum est: qui non renatus fuerit ex aqua et spiritu, et de quo item dictum est: accipite spiritum sanctum; si cui dimiseritis peccata, dimittentur illi — id est si paenituerit eum, accipiet per donum remis-

22 cf. Io. 1, 14 25 Io. 3, 5 26 Io. 20, 22 sq.

1 quo] quod *M* scriptura *PTv* (a *in ras. a m. 2 T*): scribtum *MV* 2 quem] quae *v* uniuersam suam uitam *v* 3 isto P^1 gerit *PTv* quantalibet] quanta habet *v* 10 quo] quę *v* 13 dimittetur *T* 14 quoniam] *om. v* hoc] hoc quod *v* dimittetur *T* 17 ei] et *T* 19 nullus *PTv*: ullus *MV* 20 quisque *MV*: quisquis P^2T quis P^1v resisterit *v* 23 idem ipse *PTv* 24 illud] *om. T* 27 si cui] sicut *T* dimittentur *MV*: dimittuntur *Tv* 28 illis *v*

sionem omnium peccatorum, simul et huius, quo uerbum dixit contra filium hominis, quia peccato ignorantiae siue contumaciae uel cuiusque blasphemiae non addidit peccatum impaenitentiae contra donum dei et gratiam regenerationis uel reconciliationis, quae fit in ecclesia spiritu sancto.

Proinde nec illud sentiendum est quod quidam putant, ideo remitti uerbum, quod dicitur contra filium hominis, non remitti autem quod dicitur contra spiritum sanctum, quia propter susceptam carnem factus est filius hominis Christus: qua carne utique maior est spiritus sanctus, qui substantia proprie aequalis est patri et unigenito filio secundum eius diuinitatem, secundum quam et ipse unigenitus filius aequalis est patri et spiritui sancto. nam si hoc propterea dictum esset, profecto de omni cetera blasphemia taceretur, ut haec sola remissibilis uideretur quae contra filium hominis dicitur, quia sicut homo solum putatur. cum uero praemissum sit: omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus — quod etiam apud alium euangelistam ita positum est: omnia dimittentur filiis hominum peccata et blasphemiae, quibus blasphemauerint — procul dubio et illa blasphemia, quae contra patrem dicitur, ista generalitate concluditur; et tamen haec sola inremissibilis definitur, quae dicitur contra spiritum sanctum. numquidnam et pater formam serui accepit, qua sit maior spiritus sanctus? non utique; sed ideo post uniuersalem commemorationem omnium peccatorum omnisque blasphemiae eminentius uoluit exprimere blasphemiam, quae dicitur contra filium hominis, quia etiam si illo peccato fuerint homines obligati — quod commemorauit ubi ait: si non uenissem et locutus eis fuissem, peccatum non haberent; quod

18 Marc. 3, 28 28 Io. 15, 22

1 huius] *om. v* quo] quoniam *v* 3 cuiusque *MPVv*: cuiuscumque *T* addit *v* 4 reconchiliationis *V* 5 spiritu *PTV*: in spiritu *v* 7 remitti* autem (t *ras.*) *T* 10 proprie *Vv*: propria *T* 14 remisibilis *T* 15 quia *MTV*: qua *Pv* 17 apud *PTv*: *om. MV* 18 aliam *T* euangelista *MV* 29 fuissem] non fuissem *v*

etiam in euangelio secundum Iohannen ualde graue ostendit esse peccatum, ubi ait de ipso spiritu sancto, cum eum se missurum esse promitteret: ille arguet mundum de peccato, de iustitia et de iudicio; de peccato quidem, quod non crediderunt in me —: tamen si non dixerit illa cordis impaenitentis duritia uerbum contra spiritum sanctum, etiam hoc quod dictum est contra filium hominis remittetur.

Hinc fortassis aliquis quaerat, utrum tantummodo spiritus sanctus peccata dimittat an et pater et filius. respondemus, quod et pater et filius. ipse enim filius de patre dicit: si dimiseritis peccata hominibus, dimittet uobis pater uester peccata uestra. cui nos quoque dicimus in oratione dominica: pater noster, qui es in caelis; atque inter cetera et hoc petimus dicentes: dimitte nobis debita nostra. de se ipso autem ait: ut sciatis, quod habet filius hominis potestatem in terra dimittendi peccata. si ergo, inquis, et pater et filius et spiritus sanctus peccata dimittunt, cur illa impaenitentia, quae numquam dimittitur, tantummodo ad spiritus blasphemiam dicitur pertinere, tamquam ille qui hoc impaenitentiae peccato fuerit obligatus dono sancti spiritus resistere uideatur, quod eo dono fiat remissio peccatorum?

Haec ita dicuntur, ut tamen inseparabilis intellegatur operatio trinitatis, ita ut cum operatio patris dicitur, non eam sine filio et spiritu sancto operari intellegatur; et cum operatio filii, non sine operatione patris et spiritus sancti; et cum operatio spiritus sancti, non sine patre et filio.

3 Io. 16, 8 sq. 11 Matth. 6, 14 14 Matth. 6, 9 et 12 16 Matth. 9, 6

1 iohannen V^1: iohannem TV^2v 2 se eum *v* 3 arguit *v* 4 de iudicio *V*: iudicio *Tv* 9 hinc *V*: hic *PTv* fortasses *T* 10 dimitta*t (n *ras.*) *P* remittat *T* 15 inter] in terra & *v* demitte T^1 16 se] *om.* T^1 habeat *v* 18 inquit *v* 19 dimittitur *Vv*: dimittetur P^2T 23 *post* peccatorum *add.* *v*: Inter cetera 24 ita** *T* 26 cum (et *om.*) *v* 27 operatione patris *MV*: patre *PTv* spiritus sancti *MV*: spiritu sancto *PTv*

satis notum est recte credentibus uel etiam ut possunt intellegentibus, et illud ideo dictum esse de patre: ipse facit opera, quod ab illo sit origo etiam operum, a quo est exsistentia cooperantium personarum, quia et filius de illo natus est et spiritus sanctus principaliter de illo procedit, de quo natus est filius et cum quo illi communis est idem spiritus. hinc est quod dominus Iesus in spiritu sancto daemones eicit. neque enim et solus hoc implere non poterat atque illum adiutorium tamquam huic operi non sufficiens assumebat; sed spiritum diuisum in semet ipsum eo spiritu congruebat expelli, quem pater et filius non diuisum in semet ipso communiter habent.

Sic et peccata, quia praeter ecclesiam non dimittuntur, in eo spiritu dimitti oportebat, quo in unum ecclesia congregatur. denique si quemquam extra ecclesiam suorum paeniteat peccatorum et huius tanti peccati, quod alienus est ab ecclesia dei, cor impaenitens habeat, quid ei prodest illa paenitentia, cum isto solo uerbum dicat contra spiritum sanctum, quod extraneus est ab ecclesia, quae accepit hoc donum, ut in spiritu sancto fiat remissio peccatorum? quam remissionem cum trinitas faciat, proprie tamen ad spiritum sanctum intellegitur pertinere. ipse enim spiritus adoptionis filiorum, in quo clamamus: abba pater, ut ei possimus dicere: dimitte nobis debita nostra. et in hoc cognoscimus, sicut Iohannes apostolus ait, quoniam Christus in nobis manet et de spiritu, quem dedit nobis. ipse spiritus testimonium reddet spiritui nostro, quia sumus

2 Io. 14, 10 7 cf. Luc. 11, 20 22 Rom. 8, 15 23 Matth. 6, 12 25 I Io. 3, 24 26 Rom. 8, 16

6 natus (*om.* est) *T* spiritus *Vv*: christus *T* 7 eiecit *v* 9 adiutorium *Vv*: ad adiutorium *T* 10 eo *V*: eo ipso *Tv* 11 ipsum P^1Tv 14 ecclesię *v* 16 huius] huic *v* quod *TV*: quo *v* alienus] aligenum *v* 17 impaenitens (s *a m. 2 in ras.*) *T* ei] *om. v* 18 istum solum *v* quod] quo *v* 19 accipit *T* 22 pertinere] poenitere *v* ipse P^1Vv: ipse est P^2T 23 ei] *om.* T^1 26 et P^1V: *om.* P^2Tv 27 reddit *v*

filii dei. ad ipsum enim pertinet societas, qua efficimur unum corpus unici filii dei. unde scriptum est: si qua igitur exhortatio in Christo, si quod solacium caritatis, si qua societas spiritus. propter hanc societatem illi in quos primitus uenit linguis omnium gentium sunt locuti, quia per linguas consociatio constat generis humani; et sic oportebat per linguas omnium gentium significari istam societatem filiorum dei et membrorum Christi futuram in omnibus gentibus, ut, quemadmodum tunc ille apparebat accepisse spiritum sanctum, qui loquebatur linguis omnium gentium, ita ille se nunc agnoscat accepisse spiritum sanctum, qui tenetur uinculo pacis ecclesiae, quae diffunditur in omnibus gentibus. unde dicit apostolus: studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis.

Quod autem ipse sit spiritus patris, ipse filius dicit: de patre procedit; et alio loco: non enim uos estis, qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. quod uero ipse sit spiritus filii, apostolus dicit: misit deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem: abba pater, hoc est clamare facientem; nos enim clamamus, sed in illo, id est ipso diffundente caritatem in cordibus nostris, sine qua inaniter clamat quicumque clamat. unde item dicit: quisquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. ad quem ergo in trinitate proprie pertinet huius communio societatis nisi ad eum spiritum, qui est patri filioque communis? neque enim habitat in quoquam spiritus sanctus sine patre et filio, sicut nec filius sine patre et spiritu sancto nec sine illis pater. inseparabilis

2 Philipp. 2, 1 13 Eph. 4, 3 15 Io. 15, 26 16 Matth. 10, 20 19 Gal. 4, 6 23 Rom. 8, 9

3 exortatio *v* 5 quos *Tv*: quo *V* uenit (it *a m. 2 in ras.*) *T* 6 per] sicut *v* 7 significare *v* 9 gentibus, ut] *om. v* 10 qui loquebatur — sanctum] *om. v* 11 nunc ille se *T* 18 fili T^1 19 in] *om.* T^1 20 clamare] clamorem *v* 21 illa P^1 diffundente *Pv*: diffundentem *V* diffunte *T* caritatem *PTv*: *om. V* 23 item] iterum *v* xp̄i non] T^2 *in ras.* 25 propriae *T* 26 patri *Tv*: patris *V* 27 sicut — sancto] *om. v*

est quippe operatio, quia inseparabilis habitatio; sed singillatim plerumque per creaturae significationes, non per suam substantiam demonstrantur, sicut sua temporum spatia syllabis occupantibus separatim uoce pronuntiantur, nec tamen a se ipsis ullis interuallis momentisque temporum separantur. non enim umquam dici possunt simul, cum esse non possint nisi semper simul. sed, ut iam non semel diximus, ideo remissio peccatorum, qua in se diuisi spiritus euertitur et expellitur regnum, ideo societas unitatis ecclesiae, extra quam non fit ipsa remissio peccatorum, tamquam proprium opus est spiritus sancti patre sane et filio cooperantibus, quia societas est quodam modo patris et filii et spiritus sanctus. nam pater non communiter habetur pater a filio et spiritu sancto, quia non est pater amborum; et filius non communiter habetur filius a patre et spiritu sancto, quia non est filius amborum. spiritus autem sanctus communiter habetur a patre et filio, quia spiritus est unus amborum.

Quisquis igitur reus fuerit impaenitentiae contra spiritum, in quo unitas et societas communionis congregatur ecclesiae, numquam illi remittetur, quia hoc sibi clausit ubi remittitur; et merito damnabitur cum spiritu, qui in se ipso diuisus est, diuisus et ipse contra spiritum, qui in se ipso diuisus non est.

ITEM INTER CETERA.

Vt de blasphemia spiritus haec sententia diceretur, causa extitit ex commemoratione spiritus immundi, qui in se ipsum diuisus est. dictum enim erat de domino, quod in principe daemonum eiceret daemones. ibi se dominus ait in spiritu

1 operatio *V*: habitatio *PTv* quia *V*: quorum *PTv* inseparabilis *V*: est inseparabilis *Pv* est in inseparabilis *T* habitatio *V*: operatio *PTv* 4 a *om. T* 6 possint] possunt *v* 8 qua T^2v: quam T^1V 12 et spiritus *V*: ipse spiritus *Tv* 16 filio] a filio *v* 20 sibi hoc *v* remittetur *v* 22 ipso] ipsum *P* 23 item inter cetera] *om. T* 24 de *om. v* blasphemie *v* 25 ipsum *V*: ipso *Tv* 26 quod] qui *M* principe *Pv*: principem *MTV* (*cf. p. 379, 13*) 27 ibi] T^2 *in ras.*; ubi *v* se] T^2 *in ras.*

sancto eicere daemones, ut spiritus, qui non est in se diuisus, eum qui in se diuisus est uincat atque eiciat, ille autem homo in eius perditione remaneat, qui in huius qui in se diuisus non est pacem per impaenitentiam transire detrectat. hoc enim Marcus ita narrat: amen dico uobis, quoniam omnia dimittuntur filiis hominum peccata et blasphemiae, quae blasphemauerint; qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non habebit remissionem in aeternum, sed reus erit aeterni delicti. haec uerba domini cum dixisset, sua deinde coniunxit dicens: quoniam dicebant: spiritum immundum habet: ut ostenderet hinc fuisse exortam causam, ut hoc diceret, quod dixerunt eum in Beelzebub principe daemoniorum daemones repellere: non quia ipsa esset blasphemia, quae non remittetur, cum et haec remittatur, si recta paenitentia consequatur; sed quod hinc, ut dixi, causa extitit, ut a domino illa sententia proferretur facta mentione spiritus immundi, quem aduersum se ipsum dominus diuisum ostendit propter spiritum sanctum, qui non solum aduersum se diuisus non est, sed etiam quos collegit efficit indiuisos, peccata, quae aduersum se diuisa sunt, dimittendo eosque mundatos inhabitando.

ITEM INTER CETERA.

Nam etsi quisquam ita sit contrarius ueritati, ut deo loquenti non in prophetis, sed in unico filio, cum propter nos eum, ut nobis in eo loqueretur, filium hominis esse uoluit, reluctetur: remittetur ei, cum paenitendo conuersus fuerit ad

5 Marc. 3, 28 sqq. 13 cf. Luc. 11, 18

3 huius qui ** *T* in (*ante* se) *add.* T^2 *in mg.* 4 detractat *v* 6 dimittentur *v* 7 quae *V*: quibus *PTv* blasphemauerint] plasmarunt (u *in* i *corr. m. 1*) *T* 8 blasphemauerit] plasmauerit (it *a m. 2*) *T* 10 dein *v* coniungit *v* 12 exhortam *T* 13 belzebub *V* 14 pellere *PTv* 15 et] *om. v* 17 proferetur *T* proferatur *v* 18 (*et* 19) aduersus *Tv* 20 colligit *Tv* aduersus *Tv* 23 item inter cetera] *om. T* 25 loquente *v* cum *P* (*in ras.*) *Tv*: ut *V* 26 ut *PTv*: et *V*

dei benignitatem; qui cum mortem impii nollet, quantum ut reuertatur et uiuat, dedit ecclesiae suae spiritum sanctum, ut cuicumque in eo peccata dimitteret, dimitterentur ei. qui uero huic dono extiterit inimicus, ut non illud per paenitentiam petat, sed ei per impaenitentiam contradicat, fit inremissibile non quodcumque peccatum, sed contemta uel etiam oppugnata ipsa remissio peccatorum. atque ita dicitur uerbum contra spiritum sanctum, cum ex dispersione ad congregationem numquam uenitur, quae ad remittenda peccata accepit spiritum sanctum. ad quam congregationem etiam si per ministrum reprobum et fictum aliquis accesserit corde non ficto, in ipso spiritu sancto remissionem accipit peccatorum. qui spiritus in sancta ecclesia etiam isto tempore, quo uelut area cum palea trituratur, sic operatur, ut nullius ueram confessionem aspernetur, nullius simulatione fallatur atque ita reprobos fugiat, ut etiam per eorum ministerium probos colligat. unum ergo suffugium est, ne sit inremissibilis blasphemia: cor impaenitens caueatur nec aliter paenitentia prodesse credatur, nisi ut teneatur ecclesia, ubi remissio peccatorum datur et societas spiritus in pacis uinculo custoditur.

1 cf. Ezech. 33, 11

1 benignitatem] bonitatem *v* 2 suae] *om. T* 5 contradicat (at *a m. 2 in ras.*) *T* 9 numquam uenitur—congregationem] *om. P*[1] 10 accipit *V* 11 *post* per *add. a*: malum clericum, sed tamen catholicum; *om. GMPTVv* 13 spiritus] in spiritu *v* 14 quo] quod *T* 15 nullus (i *a m. 2*) *T* 16 etiam] eam *T* ministeria *v* 18 inremisibilis *T* 19 teneatur] redeatur *v* ecclesia] in ecclesiam *v*

CXVII.

DE HIS QVI COTIDIE ET HIS QVI PERRARO COMMVNICANT, VEL ETIAM DE HIS QVI IN CENA DOMINI POST COMMVNEM CIBVM EVCHARISTIAM SVMVNT. EX LIBRO PRIMO AD INQVISITIONES IANVARII.

Dixerit aliquis non cotidie accipiendam eucharistiam. quae- 132
sieris quare? „quoniam“ inquit „eligendi sunt dies, quibus purius homo continentiusque uiuit, quo ad tantum sacramentum dignus accedat. qui enim manducauerit indigne, iudicium sibi manducat et bibit“. alius contra: „immo“ inquit „si tanta est plaga peccati atque impetus morbi, ut medicamenta differenda sint, auctoritate antistitis debet quisque ab altario remoueri ad agendam paenitentiam et eadem auctoritate reconciliari. hoc est enim indigne accipere, si eo tempore accipiat, quo debet agere paenitentiam, non ut arbitrio suo, cum libet, uel auferat se communioni uel reddat. ceterum si tanta non sunt, ut excommunicandus quisque homo iudicetur, non se debere a cotidiana medicina dominici corporis separare“. rectius inter eos fortasse quispiam dirimit litem, qui monet, ut praecipue in Christi pace permaneant. faciat autem unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. neuter autem eorum exhorreat corpus et sanguinem domini, sed saluberrimum sacramentum certatim honorare contendant. neque enim litigauerunt inter se aut quisquam eorum se alteri praeposuit Zacchaeus et ille centurio, cum alter eorum gaudens

9 I Cor. 11, 29 25 cf. Luc. 19, 6

1 *cap.* CXXV *T* CXXXII *P* CXXXIII *v*; *om. G* 2 cottidie *v* 3 caena *V* domini] *om. T* communem *PTv*: communionem *MV* (unio *in ras. a m. 2 in V*) 4 euchristiam *v* sumunt] sumunt uarietatem etiam celebrandorum sacramentorum docet fieri non obesse *v* inquisiones *T* 6 dixit *v* 7 inquit (qu *a m. 2 in ras.*) *T* 13 altari *v* eadem] ad eadem *v* 14 reconchiliari *V* 16 communioni] a communione *v* 18 deberet *v* codidiana (d *prius in* t *corr. m. 1*) *V* cottidiana *v* 20 praecipuae *T* pace *Tv*: pacem *V* 22 autem *MV*: enim *PTv* 25 zaccheus *TV* zacheus *v*

in domum suam susceperit dominum, alter dixerit: non sum dignus, ut sub tectum meum intres: ambo saluatorem honorificantes diuerso et quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. ualet enim ad hanc similitudinem quod in primo populo unicuique fidelium manna secundum propriam uoluntatem in ore sapiebat: sic in uniuscuiusque ore christiani sacramentum illud, quo subiugatus est mundus. nam et ille honorando non audet cotidie sumere et ille honorando non audet ullo die praetermittere. contemtum solum non uult cibus iste sicut manna fastidium. inde enim et apostolus indigne dicit acceptum ab eis qui hoc non discernebant a ceteris cibis ueneratione singulariter debita. continuo quippe cum dixisset: iudicium sibi manducat et bibit, addidit, ut diceret: non diiudicans corpus, quod satis toto ipso loco in epistula ad Corinthios prima, si diligenter attendatur, apparet.

Sic aliquis peregrinus in eo forte loco, ubi perseueranter in obseruatione quadragesimae nec quinta sabbati lauant relaxantue ieiunium: „non“ inquit „hodie ieiunabo“. quaeritur causa. „quia non fit“ inquit „in patria mea“. quid aliud iste nisi consuetudinem suam consuetudini alterius praeponere conatur? non enim mihi de libro dei hoc recitaturus est aut uniuersae qua dilatatur ecclesiae plena uoce certabit aut ostendet illum contra fidem facere, se autem secundum fidem, moresque hinc optimos aut illum uiolare aut se custodire conuincet. uiolant sane quietem et pacem suam de superflua quaestione rixando. mallem tamen in rebus huius modi, ut et ille in huius et

1 Matth. 8, 8 6 cf. Sap. 16, 20 (cf. Aug. Retractt. II, 20) 13 I Cor. 11, 29

1 susceperat *v* 2 saluatorem—ambo] *om.* T^1 4 enim *V*: etiam *PTv* 6 uniuscuiusque in P^2Tv unusquisque in P^1 8 cotidie—11indigne dicit accep(tum) *add.* T^2 *in ras.* cottidie *v* 10 inde] in die (i *alterum a m. 2 in ras.*) *V* 11 non] nunc (u *ex* o *corr.*, c *in ras. add. m. 2*) *V* 12 cybis *v* 14 addit *v* 15 epistola *PTv* 17 sic *TV*: si *v* 18 nec] ne *T* 18 labant *MV* relaxanue *V* relaxando (do *a m. 2 in ras.*) *M* relaxant *v* 23 certauit *V* ostendit *TVv* 25 optimus *V* 27 in huius *PTv*: huius *V*

hic in illius patria ab eo quod ceteri faciunt non abhorreret. siue etiam, in aliena patria cum peregrinaretur, ubi maior et frequentior et feruentior est populus dei, uidit uerbi gratia bis offerri quinta sabbati ultimae quadragesimae, et mane et ad uesperam, ueniensque in patria sua, ubi in fine diei mos est offerri, male atque inlicite fieri contendat, quoniam aliter ipse uiderit, puerilis est iste sensus, cauendus in nobis, tolerandus et corrigendus in nostris.

ITEM EX EODEM LIBRO PRIMO AD INQVISITIONES C. S.

His enim causis, id est aut propter fidem aut propter mores, uel emendari oportet quod perperam fiebat uel institui quod non fiebat. ipsa quippe mutatio consuetudinis, etiam quae utilitate adiuuat, nouitate perturbat. quapropter quae utilis non est, perturbatione infructuosa et consequenter noxia est. Nec ideo putari debet institutum esse multis locis, ut illa die post refectionem offeratur, quia scriptum est: identidem et calicem post cenam dicens. ipsam enim potuit appellare cenam, quod iam corpus acceperant, ut deinde calicem acciperent. nam quia alibi dicit: conuenientibus ergo uobis in unum non est dominicam cenam manducare — hanc ipsam acceptionem eucharistiae dominicam cenam uocans — illud magis mouere potuit homines, ut iam refecti die illo uel offerrent uel sumerent eucharistiam, quod in euangelio dicit: cum autem illi manducarent, accepit Iesus panem et benedixit, cum etiam superius

19 I Cor. 11, 20 24 Matth. 26, 26

1 in illius *PTv*: illius *V* 2 siue] si uero *v* 4 quadragensime *T* 5 patria sua *V*: patriam suam *Tv* 6 offerre *v* inlicitae *V* aliter *PVv*: alibi aliter *T* 7 cabendus M^1V^1 9 inquisitionem *GP* inquisionem *v* c̄ s̄ (cuius supra *?*) *MV*: eiusdem ianuarii *GTv* ianuarii *P* 11 emendare *v* perperę *v* uel institui — fiebat] *om. MV*; *in V spatium uacuum 23 litt.* 13 nobitate *V* 14 perturuatione *V* 17 (*et* 18) caenam *V*; *sic semper* 18 quod] quo *v* acciperant *V* 22 magis] magis magisque *v* 23 die *PTv*: de *V*

dixisset: cum sero autem factum esset, recumbebat cum duodecim. et manducantibus illis dixit: quoniam unus ex uobis tradet me. post enim tradidit sacramentum; et liquido apparet, quando primo acceperunt discipuli corpus et sanguinem domini, non eos accepisse ieiunos.

Numquid tamen propterea calumniandum est uniuersae ecclesiae, quod a ieiunis semper accipitur? ex hoc enim placuit spiritui sancto, ut in honore tanti sacramenti in os christiani prius dominicum corpus intraret quam ceteri cibi; nam ideo per uniuersum orbem mos iste seruatur. neque enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi aut cenati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debeant aut, sicut faciebant quos apostolus arguit et emendat, mensis suis ista miscere. namque saluator quo uehementius commendaret mysterii illius altitudinem, ultimum hoc uoluit infigere cordibus et memoriae discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat; et ideo non praecepit, quo deinceps ordine sumeretur, ut apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat, sacraret hunc locum. nam si hoc ille monuisset, ut post cibos alios semper acciperetur, credo, quod eum morem nemo uariasset. cum uero ait apostolus de hoc sacramento loquens: propter quod, fratres, cum conuenitis ad manducandum, inuicem exspectate; si quis esurit, domi manducet, ut non ad iudicium conueniatis, statim subtexuit: cetera autem, cum uenero, ordinabo. unde intellegi datur — quia multum erat, ut in epistula totum illis agendi

1 Matth. 26, 20 sq. 22 I Cor. 11, 33 sq.

2 illis *V*: eis *PTv* 4 loquido T^1 primum *v* 9 honorem *PT* in os P^2Tv: nos P^1V 10 prius P^2T: *om.* P^1Vv 11 quia] quia id *T* 12 post cibos *Tv*: cibos post *PV* pransi] prasi *V* prandi P^1 caenati P^1V 13 debeant *PVv*: debebunt *T* 14 sicut *Pv*: si quod *V* sicut illi *T* faciebat *V* emendauit *T* 15 misceri *V* 17 digressurus *Tv*: digressus *V* 18 quo] quod *T* 19 apostolis (is *a m. 2 in ras.*) *T* ecclesiam *T* 24 domui *T* 25 iudicium *TV*: uicium *v* 27 epistola *PTv* illis *Vv*: illum *T*

ordinem insinuaret, quae uniuersa per orbem seruat ecclesia — ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diuersitate uariatur.

CXVIII.

EX LIBRO SECVNDO AD EVNDEM IANVARIVM. QVID SIBI VELIT IN CELEBRATIONE PASCHAE OBSERVATIO SABBATI ET LVNAE; ET DE QVADRAGESIMA VEL DE CONSONANTIA PENTECOSTES CVM DIE LEGIS DATAE.

Quaeris quae causa sit, cur anniuersarius dies celebrandae 133
dominicae passionis non ad eundem redeat anni diem sicut dies, qua traditur natus; et deinde subiungis: „si hoc fit propter sabbatum et lunam, quid sibi uelit in hac re obseruatio sabbati et lunae?“ hic primum oportet noueris diem natalis domini non in sacramento celebrari, sed tantum in memoriam reuocari, quod natus sit; ac per hoc nihil opus erat nisi reuolutum diem anni, quo ipsa res facta est, festa deuotione signari. sacramentum est autem in aliqua celebratione, cum rei gestae commemoratio ita fit, ut aliquid etiam significare intellegatur, quod sancte accipiendum est. eo itaque modo agimus pascha, ut non solum quod factum est in memoriam reuocemus, id est quod mortuus Christus et resurrexit, sed etiam cetera, quae circa eum adtestantur, ad sacramentorum significationem non omittamus. quia enim, sicut dicit apostolus, mortuus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram, transitus quidam de morte ad uitam in illa passione domini et resur-

24 Rom. 4, 25

1 quae P^1V: quem Tv orbe V seruat] *om.* v ecclesiae v 2 morum T: horum PV 4 *cap.* CXXVI T CXXXIII P CXXXIIII Gv 5 ue*lit (1 *ras.*) P 6 celebration^{e} (e *add. m. 2*) T 7 quadragensima T pentecoste Pv pentecost T 9 quur T^1 11 fit Vv: sit T 14 celebrare v 15 reuocare v 18 aliquod v 21 mortuus PVv; mortuus est T et TV: *om.* Pv 23 non] *om.* v omittamus] imitamur v dixit v 24 et] *om.* v 26 passione M^2PTv: possessione M^1V

rectione sacratus est. nam etiam uocabulum ipsum, quod pascha dicitur, non graecum, sicut uulgo uideri solet, sed hebraeum esse dicunt qui linguam utramque nouerunt. neque enim a passione, quoniam πάσχειν graece dicitur pati, sed ab eo quod transitur, ut dixi, a morte ad uitam, hebraeo uerbo res appellata est: in quo eloquio pascha transitus dicitur, sicut perhibent qui haec sciunt. quod uoluit et ipse dominus tangere, cum ait: qui credit in me, transiet de morte ad uitam. et maxime idem euangelista hoc intellegitur exprimere uoluisse, cum celebraturo domino pascha cum discipulis, ubi cenam eis mysticam dedit: cum uidisset, inquit, Iesus, quia uenit hora, ut transiret de mundo ad patrem. transitus ergo de hac uita mortali in aliam uitam immortalem — hoc est enim de morte ad uitam — in passione et in resurrectione domini commendatur.

Hic transitus a nobis modo agitur per fidem, quae nobis est in remissionem peccatorum, in spe uitae aeternae diligentibus deum et proximum; quia fides per dilectionem operatur, et iustus ex fide uiuit. spes autem, quae uidetur, non est spes. quod enim uidet quis, quid sperat? si autem quod non uidemus speramus, per patientiam exspectamus. secundum hanc fidem et spem et dilectionem, qua coepimus esse sub gratia, iam commortui sumus cum Christo et consepulti illi per baptismum — sicut dicit apostolus: quia et uetus homo noster simul crucifixus est cum illo — et resurreximus cum illo, quia

8 Io. 5, 24 11 Io. 13, 1 18 Gal. 5, 6 19 Abac. 2, 4 Rom. 8, 24 sq. 24 cf. Rom. 6, 4 Coloss. 2, 12 25 Rom. 6, 6

2 graecum *PTv*: graecae cum *MV* 3 haebreum *V* liguam *v* 4 paschin *MVv* pas*hin *T* graecae *V* 6 pascha] *om. T* 8 de *V*: a *Tv* 10 celebraturo] celebraretur a *v* 11 misticam *T* 12 de *V*: de hoc *PTv* 14 enim] *om. v* 15 resurrectione (*om.* in) *T* 17 remissione *T* spe *TV*: spem *v* 23 dilectione *V* gratiam (m *del. m. 1*) *T* cūmortui *T* 24 illi] *om. T* 26 crucifixus *MTV*: confixus *Pv* est *MV*: est cruci *PTv*

et simul nos excitauit et simul sedere fecit in caelestibus. unde est illa exhortatio: quae sursum sunt sapite, non quae super terram. sed quia sequitur et dicit: mortui enim estis, et uita uestra abscondita est cum Christo in deo; cum Christus apparuerit, uita uestra, tunc et uos apparebitis cum illo in gloria, satis indicat quid uelit intellegi, quia nunc transitus noster ad uitam de morte, qui fit per fidem, in spe peragitur futurae in fine resurrectionis et gloriae, cum corruptibile hoc — id est caro ista, in qua gemimus modo — induet incorruptionem et mortale hoc induerit immortalitatem. nunc enim iam quidem habemus spiritus primitias, sed adhuc in nobis ipsis ingemescimus adoptionem exspectantes, redemtionem corporis nostri.

INTER CETERA.

Restat utique redemtio corporis nostri, quam exspectantes in nobismet ipsis ingemescimus. unde est illud: spe gaudentes, in tribulatione patientes. haec igitur innouatio uitae nostrae est quidam transitus de morte ad uitam: qui fit primo per fidem, ut in spe gaudeamus et in tribulatione patientes simus, dum adhuc exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. propter ipsum initium nouae uitae, propter nouum hominem, quem iubemur induere et exuere ueterem, expurgantes uetus fermentum, ut simus noua consparsio, quoniam pascha nostrum immolatus est Christus: propter hanc ergo

2 Coloss. 3, 2 sq. 10 cf. I Cor. 15, 53 12 Rom. 8, 23 17 Rom. 12, 12 21 II Cor. 4, 16 24 cf. Coloss. 3, 9 sq. 25 cf. I Cor. 5, 7

1 simul nos (*om.* et) *v* 2 illa *V*: et illa *Tv* exortatio *v* sursum] sur *T* 6 illo *TV*: ipso *v* 7 de morte ad uitam *Tv* 8 spe (*om.* in) *Tv* finem *V* 9 hoc, id est] T^2 *in ras.* 11 nunc enim] *om. v* habemus *MV*: habemus per fidem *PTv* 12 primitias spiritus *PTv* nobis] nobismet *PTv* ingemescimus *TV* gemimus *v* 15 inter cetera *V*: *om. PTv* 17 ingemiscimus *v* 19 est *a*: et *libri* 20 spe (*om.* in) *v* 23 initium ipsum *v* 26 ergo] *om. T*

uitae nouitatem primus mensis in anni mensibus celebrationi huic attributus est. nam ipse dicitur et mensis nouorum. quia uero in toto tempore saeculi nunc tertium tempus apparuit, ideo resurrectio domini triduana est. primum enim tempus est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia, ubi iam manifestatio est sacramenti prius occulti in prophetico aenigmate. hoc ergo et in lunari numero significatur. quia enim septenarius numerus solet in scripturis ad quandam significationem mysticus apparere, tertia hebdomade lunae pascha celebratur, id est qui dies occurrit a quarta decima in uicesimam primam.

Est illic et aliud sacramentum. quod si tibi obscurum fuerit, quia in talibus inquisitionibus minus eruditus es, non contristeris nec ideo me putes esse meliorem, quia haec in studiis puerilibus didici; qui enim gloriatur, in domino glorietur.

DE EXPOSITIONE PSALMI DECIMI INTER CETERA.

133[a] Duae sunt de luna opiniones probabiles: harum autem quae uera sit, aut non omnino aut difficillime arbitror posse hominem scire. cum enim quaeritur, unde lumen habeat, alii dicunt suum habere, sed globum eius dimidium lucere, dimidium autem obscurum esse; dum autem mouetur in circulo suo, eandem partem, qua lucet, paulatim ad terras conuerti, ut uideri a nobis possit, et ideo prius quasi corniculatam apparere. nam et si facias pilam ex dimidia parte candidam et dimidiam obscuram, si eam partem, qua obscura est, ante

2 Ex. 23, 15 15 II Cor. 10, 17

6 iam *TV*: nam *v* 7 enigmate *TVv* in] *om. T* lunari *Vv*[2]: luminari *Tv*[1] 9 significationem *V*: perfectionem *PTv* ebdomade *Tv* ebdomadae *V* ebdomadade (de *del. m. 2*) *P* 11 uicensimam *T* 14 putes me *v* meliorem] *om. v* 17 de expositione —cetera] *om. T* 18 oppiniones *T* 20 habet *T* 23 qua *V*: quae *Tv* 24 corniculata *T* apparet *T* 25 facias *PT*[2]*v*: faciat *V* factas *T*[1] 26 dimidiam] ex dimidia *v* parte *v* ua *MT*[1]*Vv*: quae *T*[2]

oculos habeas, nihil candoris uides, et cum coeperis illam candidam partem ad oculos conuertere, si paulatim facias, primo cornua candoris uidebis, deinde paulatim crescit, donec tota pars candens apponatur oculis et nihil obscurae alterius partis uideatur. quod si perseueres adhuc paulatim conuertere, incipit obscuritas apparere et candor minui, donec iterum ad cornua redeat et postremo totus ab oculis auertatur ac rursus obscura illa pars sola possit uideri. quod fieri dicunt, cum lumen lunae uidetur crescere usque ad quintam decimam, et rursus usque ad tricensimam minui et redire ad cornua, donec penitus nihil in ea lucis appareat. secundum hanc opinionem luna in allegoria significat ecclesiam, quod ex parte spiritali lucet ecclesia, ex parte autem carnali obscura est. et aliquando spiritalis pars in bonis operibus apparet hominibus, aliquando autem in conscientia latet ac deo tantummodo nota est, cum solo corpore apparet hominibus, sicut contingit, cum oramus in corde et quasi nihil agere uidemur, dum non ad terram, sed sursum cor habere iubemur ad dominum. alii autem dicunt non habere lunam lumen proprium, sed a sole inlustrari; sed quando cum illo est, eam partem ad nos habere, qua non inlustratur, et ideo nihil in ea lucis uideri; cum autem incipit ab illo recedere, inlustrari ab ea etiam parte, quam habet ad terram, et necessario incipere a cornibus, donec fiat quinta decima contra solem — tunc enim sole occidente oritur, ut quisquis occidentem solem obseruauerit, cum eum coeperit non uidere, conuersus ad orientem lunam surgere uideat — atque inde ex alia parte, cum ei coeperit

3 cornu *v* 4 canden (s *add. m. 2*) *T* obscurum *v* 7 postremo totus] post remoto *v* totus *T*: tota *MV* 8 quod] *om. G*¹*v* 9 et rursus usque] *om. V*; *spatium uacuum 19 litt.* et rursus—tricensimam] *om. MT* 10 tricensimam] *del. m. 1 in V* minui] minutq. *T* 12 alligoria *TV* quod—ecclesia] *om. v* quod *T*: quo *V* 14 pars] *om. T*¹ 17 dum non] *om. v* 18 iubemur] *om. v*; iubeamur *T* 20 illa *T*¹ ad] et *v* 23 parte *T*: partem *Vv* 24 solem occidentem *v* 25 oritur—solem] *om. v* 26 eum] *om. v* uideri *v* 27 ei *Vv*: *om. T*

propinquare, illam partem ad nos conuertere, qua non inlustratur, donec ad cornua redeat atque omnino inde non appareat, quia tunc illa pars, quae inlustratur, sursum est ad caelum, ad terram autem illa, quam radiare sol non potest. ergo et secundum hanc opinionem luna intellegitur ecclesia, quod suum lumen non habeat, sed ab unigenito dei filio, qui multis locis in sanctis scripturis allegorice sol appellatus est, inlustratur. quem nescientes et cernere non ualentes haeretici quidam ad istum solem corporeum et uisibilem, quod commune lumen est carnis hominum atque muscarum, sensus simplicium conantur auertere et nonnullorum auertunt, qui quamdiu non possunt interiorem lucem ueritatis mente contueri, simplici fide catholica contenti esse nolunt, quae una paruulis salus est et quo uno lacte ad firmitatem solidioris cibi certo robore peruenitur. quaelibet ergo duarum istarum opinionum uera sit,

ITEM AD IANVARIVM INTER CETERA.

133[b] illud certe manifestum est et cuiuis aduertenti facile cognitum, quod luna non augeatur ad oculos nostros nisi a sole recedendo neque minuatur nisi ad solem ex parte alia propinquando.

Attende nunc quod in Prouerbiis legimus: sapiens sicut sol permanet, stultus autem sicut luna mutatur. et quis est sapiens, qui permanet, nisi sol ille iustitiae, de quo dicitur: ortus est mihi iustitiae sol, et quem sibi non fuisse ortum in die nouissima plangentes impii dicturi

22 Eccli. 27, 11 25 Mal. 4, 2 cf. Sap. 5, 6

1 propinguare *v* 2 inde omnino *Tv* 3 quae] qua *v* 4 terra *T* illa *PTv*: illam *V* 5 et] *om.* T^1 7 alligorice *V* 9 uisibile *V* 12 lucem *PTv*: lucis *V* ueritate T^1 ueritatem T^2 mente—simplici] T^2 *in ras.* 14 solidioris (dioris *a m. 2 in ras.*) *T* 15 rubore *V* quaelibet] quae licet *v* 16 uera sit] *om. v* 17 item ad—cetera] *om. T* 18 cuiuis *V*: cuus *T* quilibet *v* aduertendi *V* 19 cogitum (n *a m. 2*) *T* non *om. v* nisi] *om. v* 26 plangentes *Tv*: plane *V*

sunt: et iustitiae lumen non inluxit nobis et sol non est ortus nobis? nam istum carnis oculis uisibilem solem oriri facit super malos et bonos deus, qui etiam pluit super iustos et iniustos. ducantur autem semper ex rebus uisibilibus ad inuisibilia congruae similitudines. quis ergo est ille stultus, qui tamquam luna mutatur, nisi Adam, in quo omnes peccauerunt? anima quippe humana recedens a sole iustitiae — ab illa scilicet interna contemplatione incommutabilis ueritatis — omnes uires suas in terrena conuertit et eo magis magisque obscuratur in interioribus ac superioribus suis; sed cum redire coeperit ad illam incommutabilem sapientiam, quanto magis ei propinquat affectu pietatis, tanto magis exterior homo corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem omnisque lux illa ingenii, quae ad inferiora uergebat, ad superiora conuertitur et a terrenis quodam modo aufertur, ut magis magisque huic saeculo moriatur et uita eius abscondatur cum Christo in deo. mutatur ergo in deterius ad exteriora progrediens et in uita sua proiciens intima sua; et hoc terrae, id est eis qui terrena sapiunt, melius uidetur, cum laudatur peccator in desideriis animae suae et qui iniqua gerit benedicitur. mutatur autem in melius, cum intentionem et gloriam suam a terrenis, quae in hoc saeculo apparent, paulatim auertit et ad superiora atque interiora conuertit; et hoc terrae, id est eis qui terrena sapiunt, deterius uidetur. unde illi impii postremam infructuosam agentes paenitentiam etiam hoc inter multa dicturi sunt: hi sunt quos aliquando habuimus in risum et in similitudinem improperii. nos insensati uitam illorum putabamus

1 Sap. 5, 6 3 cf. Matth. 5, 45 26 Sap. 5, 3 sq.

3 bonos et malos *Tv* 4 ducantur *V* (*m. 1 et 2*): ducuntur *v* dicuntur *T* semper] *om. v* 5 quis ergo — tamquam] T^2 *in ras.* 9 terrena] terna *v* 10 magisque] *om. v* 12 ei (i *a m. 2 in ras.*) *T* 14 illa] in illa *v* 15 a] *om. T* auferetur *V* 16 huic] hoc *v* absconditur T^1 17 Christo] T^2 *in ras.* 19 terrae *TV*: terrenis *v* 20 geret *V* 21 benedicetur *V* 23 et] *om. v* 24 terrae] *om. v* 28 putabamus *V*: aestimabamus *PTv*

insaniam. ac per hoc spiritus sanctus de uisibilibus ad inuisibilia et de corporalibus ad spiritalia sacramenta similitudinem ducens transitum illum de alia uita in aliam uitam, quod pascha nominatur, a XIIII luna uoluit obseruari, ut non solum propter tempus tertium — quod supra commemoraui, quia inde incipit hebdomada tertia — sed etiam propter ipsam conuersionem ab exterioribus ad interiora de luna similitudo assumeretur; usque ad uicensimam uero et primam propter ipsum numerum septenarium, quo uniuersitatis significatio saepe figuratur, qui etiam ipsi ecclesiae tribuitur propter instar uniuersitatis.

Ideo Iohannes apostolus in Apocalypsi ad septem scribit ecclesias. ecclesia uero adhuc in ista mortalitate carnis constituta propter ipsam mutabilitatem lunae nomine in scripturis significatur. unde est et illud: parauerunt sagittas suas in pharetra, ut insagittent in obscura luna rectos corde. prius enim quam fiat illud quod dicit apostolus: cum Christus apparuerit, uita uestra, tunc et uos cum illo apparebitis in gloria, obscura uidetur ecclesia in tempore peregrinationis suae, inter multas iniquitates gemens; et tunc sunt timendae insidiae fallacium seductorum, quas nomine sagittarum intellegi uoluit. unde alio loco propter nuntios fidelissimos ueritatis, quos ubique parit ecclesia, dicitur luna testis in caelo fidelis. et cum de regno domini psalmus caneret: orietur, inquit, in diebus eius iustitia et abundantia pacis, quoad usque interficiatur luna, id est abundantia pacis in tantum crescet, donec omnem

15 Ps. 10, 2 17 Coloss. 3, 4 24 Ps. 88, 38 25 Ps. 71, 7

5 quia *TV*: quoniam iam *v* 6 ebdomada *v* ebdoma^{da} (da *a m. 2*) *V* ebdomadas *T* conuersionem *v*: conuersationem *TV* 8 uicensiam *V* uicesimam *v* 11 uniuersitatis (uni *a m. 2 in ras.*) *T* 12 apocalypsin *TV* scrib*it (s *ras.*) *T* 15 et *Vv*: *om. T* 16 ut *PTv*: *om. V* insagittent *V*: sagittent *PTv* 17 enim] *om. v* 23 luna *TV*: sicut luna *v* 24 domini] T^2 *in ras.* 25 in] *om. T* 26 (*et* 27) habundantia *v*

mutabilitatem mortalitatis absumat. tunc nouissima inimica destruetur mors et quidquid nobis restitit ex infirmitate carnis, unde nobis perfecta pax nondum est, consumitur omnino, cum corruptibile hoc induet incorruptionem et mortale hoc induet immortalitatem. unde et illius ciuitatis muri, quae Hiericho appellatur — quae in hebraeo eloquio luna interpretari dicitur — septimo circumacta testamenti arca corruerunt. quid enim nunc agit annuntiatio regni caelorum, quam circumactio arcae significauit, nisi ut omnia munimenta mortalis uitae, id est omnis spes huius saeculi, quae resistit spei futuri saeculi, in dono septenarii spiritus per liberum arbitrium destruatur? ob hoc enim circumeunte arca non impulsu uiolento illi muri, sed sponte ceciderunt. sunt et alia testimonia scripturarum, quae nobis ingerunt per commemorationem lunae ecclesiae significationem, quae in ista mortalitate ab illa Hierusalem, cuius ciues sunt sancti angeli, in haerumnis et laboribus peregrinatur. non ideo tamen putare debent stulti, qui nolunt in melius commutari, adoranda esse ista luminaria, quia ducitur ex eis aliquando similitudo ad diuina mysteria figuranda. ex omni enim creatura ducitur. nec ideo in sententiam damnationis debemus irruere, quae ore apostolico de quibusdam profertur, qui coluerunt et seruierunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in saecula. sicut enim non adoramus pecora, quamuis dictus sit et agnus et uitulus, nec feram, quia dictus sit leo de tribu

1 cf. I Cor. 15, 26 4 cf. I Cor. 15, 53 sq. 6 cf. Ios. 6, 19 22 Rom. 1, 25 25 cf. Io. 1, 29 Ezech. 43, 19 cf. Apoc. 5, 5

2 restitit *V*: resistit *PTv* 3 pax *TV*: pars *v* consumetur P^2T 4 induetur *v* incorruptione *T* 5 immortalitatem (t *altera in ras. a m. 2*) *T* 6 quae *V*: quod *Tv* ebreo *v* 7 archa *v* 9 arche *v* 10 resistit *PTv*: res est *MV* 11 septinarii *T* spiritus *MV*: spiritus sancti *PTv* 12 circumeuntem *MV* archa *v* arcam *MV* 13 caeciderunt *V* 14 ingerunt] inserunt *v* 16 sunt] *om. T* aerumnis *Tv* 18 quia] qua *T* 19 ducitur *Tv*: dicitur *V* 20 ex *TV*: ab *v* 25 et agnus *TV*: $\overline{\text{xps}}$ agnus *v* faeram *MV* quia *Tv*: qua *MV*

Iuda, nec lapides, quia petra erat Christus, nec montem Sion, quia in ipso figuratur ecclesia: sic nec solem aut lunam, quamuis ex ea caelesti creatura, sicut ex multa terrestri, sacramentorum figurae ad informationes mysticas assumuntur.

INTER CETERA.

Non igitur nos de sole et luna, annuis menstruisue temporibus actionum nostrarum euenta conicimus, ne in uitae humanae periculosissimis tempestatibus tamquam in scopulos miserae seruitutis illisi a libero arbitrio naufragemus: sed ad rem sacrate significandam similitudines habitas religiosissima deuotione suscepimus sicut de cetera creatura, de uentis, de mari, de terra, de uolatilibus, de piscibus, de pecoribus, de arboribus, de hominibus, ad sermonem quidem multipliciter, ad celebrationem uero sacramentorum iam christiana libertate parcissime, sicut de aqua, de frumento, de uino, de oleo. in seruitute autem ueteris populi multa etiam celebrari imperata sunt, quae nobis tantummodo intellegenda traduntur.

ITEM INTER CETERA.

Aliquantum interest inter obseruationes siderum ad aerias qualitates accommodatas, sicut agricolae uel nautae obseruant, aut ad notandas partes mundi cursumque aliquo et alicunde dirigendum, quod gubernatores nauium faciunt et hi qui per solitudines harenosas in interiora austri nulla certa semita

1 I Cor. 10, 4 2 cf. I Petr. 2, 4 et 6

3 multa] muta *v* terrestria *T* 5 inter cetera] *om. PTv* 6 annuis *Tv*: annus *V* menstruisuae *T* menstrui sui *v* 8 in] *om. v* scopulo *T* 9 libero *PTv*: misero *MV* 10 sacratae *V* sacratam *v* 11 suscipimus *Tv* 12 mare *v* 13 ad] a *T* sermone *T* 14 libertate] *add.* T^2 *in mg.* 16 seruitutem *v* imperata *Tv*: impetrata *V* 18 item inter cetera *MV*: *om. PTv* 19 aliquantum *MV*: sed quantum *PTv* intersit *PTv* inter] *om. v* ad aerias] *om. MV*; *lacuna 8 litt. in V* aereas T^2 20 agriculae *V* 21 ad] *om. v* aliunde *v* 22 guuernatores *V* 23 solitudinis *v* harenosa (*om.* in) *v*

gradiuntur; aut ⟨ad⟩ aliquid in doctrina utili figurate significandum fit nonnullorum siderum aliqua commemoratio: quantum ergo intersit inter has utilitates et uanitates hominum ad hoc obseruantium sidera, ut nec aeris qualitates nec regionum uias nec solos temporum numeros nec spiritalium similitudines, sed quasi fatalia rerum euenta perquirant, quis non intellegat?

Sed iam deinceps uideamus cur etiam id obseruatur, cum pascha celebramus, ut sabbatum occurrat. hoc enim proprium christianae religionis est. nam Iudaei tantummodo mensem nouorum et lunam obseruant a quarta decima usque ad uicensimam primam. sed quia illud eorum pascha, quo passus est dominus, ita occurrit, ut inter mortem eius et resurrectionem medius esset sabbati dies, addendum patres nostri censuerunt, ut et nostra festiuitas a Iudaeorum festiuitate distingueretur, et quod non frustra factum esse credendum est ab illo qui est ante tempora et per quem facta sunt tempora et qui uenit in plenitudine temporum et qui potestatem habebat ponendi animam suam et iterum recipiendi eam, et ideo non fatalem, sed opportunam sacramento, quod commendare instituerat, horam exspectabat, cum diceret: n o n d u m u e n i t h o r a m e a, ut in anniuersaria passionis eius celebratione a posteris seruaretur. quod enim nunc, ut superius dixi, fide ac spe peregrinamur atque ut ad id perueniamus dilectione satagimus, requies est quaedam ab omni labore omnium molestiarum sancta atque perpetua; in eam nobis ex hac uita fit transitus, quem dominus noster Iesus Christus sua passione praemonstrare et consecrare dignatus est. inest autem in illa requie

21 Io. 2, 4

1 ad *a*: *om. PTVv* aliquod *v* utilis *V* utile *v* figurate] *om. v*; figuratae *T* 4 regionum *PTv*: religionum *V* 5 solos *TV*: solis nec̃ *v* 6 perquirant *a*: perquirunt *TVv* 8 uideamur *V* 10 tamtummodo *V* 18 plenitudinem *MV* habet *Tv* 20 oportunam *TVv* 22 eius *Vv*: *om. T* 23 enim nunc ut] T^2 *in ras.* pereginamur (r *a m. 2*) *T* 25 est] *om. T* 26 eam *V*: ea *Tv* 28 requiae *T*

non desidiosa segnitia, sed quaedam ineffabilis tranquillitas actionis otiosae. sic enim ab huius uitae operibus in fine requiescitur, ut in alterius uitae actione gaudeatur. sed quia talis actio in dei laude agitur sine labore membrorum, sine angore curarum, non ad eam sic transitur per quietem, ut ipsi labor succedat, id est non sic incipiat esse actio, ut desinat quies. neque enim reditur ad labores et curas; sed permanet in actione quod ad quietem pertinet, nec in opere laborare nec in fluctuatione cogitare. quia ergo per requiem ad primam uitam reditur, unde anima lapsa est in peccatum, propterea sabbato requies significatur. illa autem prima uita, quae a peregrinatione redeuntibus et primam stolam accipientibus redditur, per unam sabbati — quem diem dominicum dicimus — figuratur. quaere septem dies, Genesim lege: inuenies septimum sine uespere, quia requiem sine fine significat. prima ergo uita non fuit sempiterna peccanti, requies autem ultima sempiterna est; ac per hoc et octauus sempiternam beatitudinem habebit, quia requies illa, quae sempiterna est, excipitur ab octauo, non extinguitur; neque enim esset aliter sempiterna. ita ergo erit octauus, qui primus, ut prima uita, sed aeterna, reddatur.

Sabbatum tamen commendatum est priori populo in otio corporaliter celebrandūm, ut figura esset sanctificationis in requiem spiritus sancti. numquam enim legimus in Genesi sanctificationem per omnes priores dies, sed de solo sabbato dictum est: sanctificauit deus diem septimum.

26 Gen. 2, 3

2 actionis] *om. v* otiosa *v* 3 gaudeat *v* 4 dei *Tv*: deo *PV* 5 angore *TV*: languore *v* 6 labor *a*: labori *TV* labores *v* succedant *v* esse incipiat *Tv* 9 fluctuatione *V*: cogitatione *PTv* cogitare *V*: fluctuare *PTv* 10 anima lapsa] animal ipsa *T* labsa *V* 11 sabbatum *v* 12 peregrinationibus *v* prima *T* stholam *V* 14 quaere septem dies] V^1 *in ras.* 16 peccanti *Tv*: peccati *V* 20 erit ergo *v* 23 celebrandum *a*: celebrando *TVv* 24 genesi (i *a m. 2 in ras.*) *T*

ITEM INTER CETERA.

Quia ergo caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, ideo sanctificatio in septimo die commemorata est, ubi requies commendatur. quia uero nec bene operari possumus nisi dono eius adiuti — sicut apostolus dicit: deus enim est, qui operatur in uobis et uelle et operari pro bona uoluntate — nec requiescere poterimus post omnia bona opera nostra, quae in hac uita gerimus, nisi eius dono ad aeternitatem sanctificati atque perfecti. propterea de ipso deo dicitur, quia, cum fecisset omnia opera bona ualde, septimo die requieuit ab omnibus operibus suis, quae fecit. futuram enim requiem significabat, quam post bona opera daturus erat hominibus. sicut enim, cum bene operamur, ipse dicitur operari in nobis, cuius munere bene operamur, ita cum requiescimus, ipse requiescere dicitur, quo donante requiescimus.

ITEM INTER CETERA.

Ideoque inter omnia decem illa praecepta solum ibi quod de sabbato positum est figurate obseruandum praecipitur. quam figuram nos intellegendam, non etiam per otium corporale celebrandam suscepimus. cum enim sabbato significetur spiritalis requies — de qua dictum est in psalmo: uacate et uidete, quoniam ego sum dominus, et quo uocantur homines ab ipso domino dicente: uenite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego uos requiescere

2 Rom. 5, 5 6 Philipp. 2, 13 11 Gen. 1, 31 et 2, 2 23 Ps. 45, 11 25 Matth. 11, 28 sq.

1 item inter cetera] *om. PTv* 7 uobis *TV*: nobis *v* 14 ipse dicitur—requiesci (*in* requiescimus) T^2 *in spatio uacuo* 16 quod*onante (d *ras.*) *T* 18 item inter cetera] *om. Tv* 19 decem M^2Tv: dem *V* idem M^1 20 sabbatu V^1 sabbatum MV^2 22 celebrandam *Tv*: celebrandū *V* suscipimus *v* 23 de qua *a*: denique *libri* 26 uos requiescere faciam *V*: uos reficiam *Tv* reficiam uos *P*

faciam; tollite iugum meum super uos et discite a me, quoniam mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris — cetera tamen ibi praecepta proprie, sicut praecepta sunt, sine ulla figurata significatione abseruamus.

ITEM INTER CETERA.

Vnde non inconuenienter intellegimus ad amorem excitandum, quo ad requiem tendimus, ualere omnia quae figurate in scripturis dicuntur, quando quidem id solum in decalogo figurate praecipitur, ubi requies commendatur, quae ubique amatur, sed in solo deo sancta et sola inuenitur et certa.

Dies tamen dominicus non Iudaeis, sed christianis resurrectione domini declaratus est et ex illo accepit habere festiuitatem suam. animae quippe omnium sanctorum ante resurrectionem corporis sunt quidem in requie, sed in ea non sunt actione, qua corpora recepta uegetantur. talem quippe actionem significat dies octauus, qui et primus, quia non aufert illam requiem, sed glorificat. non enim redit cum corpore difficultas ex corpore, quia nec corruptio. oportet enim corruptibile hoc indui incorruptionem et mortale hoc indui immortalitatem. quapropter ante domini resurrectionem quamuis sanctos patres plenos prophetico spiritu octaui sacramentum nequaquam lateret, quo significaretur resurrectio — nam et pro octauo psalmus scribitur et octauo die circumcidebantur infantes et in Ecclesiaste ad duorum testamentorum significationem dicitur: illis septem et illis octo —

19 I Cor. 15, 53 24 cf. Ps. 6 et 11 26 Eccle. 11, 2

4 *post* proprie *add. T*: sicut praecepta proprie; *del. m. 1* sine ulla *PT²Vv*: singula *T¹* prefigurata *v* 6 item inter cetera] *om. PTv* 11 sola *V*: certa *PTv* et certa *V*: *om. PTv* 13 accepit habere *V*: habere coepit *PTv* 17 quia *TV*: quia iam *v* 19 corruptio (c *add. m. 2*) *T* 20 incorruptione *Tv* 21 immortalitate *Tv* 23 latere *V* 24 nam (*om.* et) *T* psalmus cribitur *MV* octauo die *Vv*: octaua die *T* 25 ecclesiasten *Vv*

reseruatum est tamen et occultatum et solum celebrandum sabbatum traditum est, quia erat ante requies mortuorum. resurrectio autem nullius erat, qui resurgens a mortuis non moreretur et mors ei ultra non dominaretur; ut, postquam facta est talis resurrectio in corpore domini — ut praeiret in capite ecclesiae quod corpus ecclesiae speraret in finem — iam dies dominicus, id est octauus, qui et primus, inciperet celebrari. ipsa etiam causa intellegitur, cur obseruandum pascha — ubi ouem occidere et edere iubentur, cum manifestissime passionem domini figurat — non eis ita praeceptum est, ut attenderent occurrere sabbatum et cum mense nouorum ad tertiam lunae hebdomadem concurrere; ut eundem quoque diem dominus sua passione signaret, qui etiam dominicum, id est octauum, qui et primus est, declaraturus aduenerat.

Attende igitur sacratissimum triduum crucifixi, sepulti, suscitati. horum trium quod significat crux, in praesenti agimus uita; quod autem significat sepultura et resurrectio, fide ac spe gerimus. nunc enim dicitur homini: tolle crucem tuam et sequere me. cruciatur autem caro, cum mortificantur membra nostra super terram, fornicatio, immunditia, luxuria, auaritia et cetera huius modi, de quibus dicit: si enim secundum carnem uixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. hinc etiam de ipso dicit: mundus mihi crucifixus est et ego mundo. et alio loco: scientes, inquit, quia uetus homo noster simul crucifixus est cruci cum illo, ut euacuaretur corpus peccati, ut ultra non

18 Matth. 16, 24 21 Rom. 8, 13 24 Gal. 6, 14 25 Rom. 6, 6

1 tamen (*om.* et) *v* 2 ante *V*: antea *Tv* 3 mortuis *TV*: mortuis iam *v* 4 ei *TV*: illi *v* 6 finem *TV*: fine *v* 9 iubetur *v* 10 praefigurat *Tv* 11 cum *Vv*: eum *T* 12 tertiae *v* ebdomadem *TV* ebdomadam *v* 13 dominus *V*: dominus potius *PTv* 14 declaratus *v* aduenerat (erat *a m. 2 in ras.*) *T* 21 luxoria *T* 24 ipso *TV*: se ipso *v* 25 alio (*om.* et) *T* 26 uetus *Vv*: uerus *T* crucifixus *TV*: confixus *v* 27 euacuetur *Tv*

seruiamus peccato. quamdiu ergo id agunt opera nostra, ut euacuetur corpus peccati, quamdiu exterior homo corrumpitur, ut interior renouetur de die in diem, tempus est crucis. haec sunt etiam bona opera quidem, tamen adhuc laboriosa, quorum merces est requies.

ITEM INTER CETERA.

Et in scripturis quidem ueteribus ad agendum pascha non est praeceptum tempus nisi ex mense nouorum luna XIIII usque ad XXI. ex euangelio tamen, quia manifestum est quo etiam die dominus crucifixus sit et in sepultura fuerit et resurrexerit, adiuncta est etiam ipsorum dierum obseruatio per patrum concilia et orbi uniuerso christiano persuasum eo modo pascha celebrari oportere. quadragesima sane ieiuniorum habet auctoritatem et in ueteribus libris et ex ieiunio Mosi et Heliae, et ex euangelio, quia totidem diebus dominus ieiunauit, demonstrans euangelium non dissentire a lege et prophetis. in persona quippe Mosi lex, in persona Heliae prophetae accipiuntur, inter quos in monte gloriosus apparuit, ut euidentius emineret quod de illo dicit apostolus: testimonium habens a lege et prophetis. in qua ergo parte anni congruentius obseruatio quadragesimae constitueretur nisi confinis atque contigua dominicae passionis, quia in ea significatur haec uita laboriosa, cui opus est continentia, ut ab ipsius mundi amicitia ieiunetur, quae utique fallaciter blandiri et inlecebrarum fucos circumspargere atque iacere non cessat? numero autem quadragenario uitam istam propterea figurari arbitror, quia denarius, in quo est perfectio beatitudinis nostrae —

14 cf. Ex. 34, 28 15 cf. III Reg. 19, 8 cf. Matth. 4, 2 19 Rom. 3, 21

5 requies est *T* 6 item inter cetera] *om. Tv* 12 concilia *T*: conchilia *V* concilium *v* 13 sane] *om. v* 14 et ex *Vv*: ex *T* moysi *Pv* 16 non] *om. v* dissentire *TV*: descendere *v* 17 moysi *v* 21 quadragensime *T* 23 continentia] hęc continentia *v* 24 blandire *v* 25 iacere *PV*: iactare *T* iectare *v* 26 quadraginario *V*

sicut in octonario, quia redit ad primum, ita in hoc, quia creatura, quae septenario figuratur, adhaeret creatori, in quo declaratur unitas trinitatis — per uniuersum mundum temporaliter annuntiatus est, quia mundus et a quattuor uentis deliniatur et a quattuor elementis erigitur et a quattuor annuis temporum uicibus uariatur. decem autem quater in quadraginta consummatur; quadragenarius autem partibus suis computatus addit ipsum denarium, et fiunt quinquaginta, tamquam merces laboris et continentiae. neque enim frustra ipse dominus et quadraginta dies post resurrectionem in hac terra et in hac uita cum discipulis conuersatus est et, posteaquam ascendit in caelum, decem diebus interpositis promissum misit spiritum sanctum completo die pentecostes: qui dies quinquagenarius habet alterum sacramentum, quod septies septeni XLVIIII fiunt; et cum reditur ad initium, quod est octauus, qui et primus, dies quinquaginta complentur: qui celebrantur post domini resurrectionem iam in figura non laboris, sed quietis et laetitiae. propter hoc ieiunia relaxantur et stantes oramus, quod est signum resurrectionis. unde etiam diebus omnibus dominicis ad altare obseruatur et alleluia canitur, quod significat actionem nostram futuram non esse nisi laudem dei, sicut scriptum est: beati qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te.

Sed dies quinquaginta et in scripturis commendantur, non tantum in euangelio, quia tunc spiritus sanctus aduenit, sed etiam in ueteribus libris. nam et ipsi, posteaquam pascha occiso agno celebrauerunt, quinquaginta dies numerantur usque in diem, quo lex data est in monte Sina famulo dei Mosi digito dei scripta.

Celebratur uerum pascha et interpositis quinquaginta diebus

22 Ps. 83, 5 28 cf. Ex. 19, 1 et 31, 18

4 diliniatur *MV* 5 quattuor] quartus *v* .annuis *scripsi*: annus *MTVv* anni *a* 7 consummatur *TV*: consummantur *v* 13 pentecostes *a*: pentecosten *TVv* 17 in] *om. T* figuram *V* 19 signum est *v* 20 ad] *om. T* 21 futuram] *om. v* 28 syna *v* moysi *v*

datur ad caritatem spiritus sanctus, qui est digitus dei, contrarius hominibus sua quaerentibus et ideo iugum asperum et sarcinam grauem portantibus nec inuenientibus requiem animabus suis; quia caritas non quaerit quae sua sunt. ideo animositas haereticorum semper inquieta est; quos magorum Pharaonis habere conatum declarat apostolus dicens: sicut enim Iammes et Mambres restiterunt Mosi, sic et hi resistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem. sed ultra non proficient; dementia eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit. quia enim per ipsam corruptionem mentis inquietissimi fuerunt, in signo tertio defecerunt fatentes sibi aduersum esse spiritum sanctum, qui erat in Mose. nam deficientes dixerunt: digitus dei est hic. sicut autem conciliatus et placatus spiritus sanctus requiem praestat mitibus et humilibus corde, ita contrarius et aduersus immites ac superbos inquietudine exagitat. quam inquietudinem muscae illae breuissimae significauerunt, sub quibus magi Pharaonis defecerunt dicentes: digitus dei est hoc.

ITEM INTER CETERA.

Numera itaque a quarta decima primi mensis, quo factum est pascha, usque ad diem tertium tertii mensis: inuenies decem et septem primi mensis, xxx secundi, tres tertii; qui fiunt quinquaginta. lex in arca est sanctificatio in corpore domini, per cuius resurrectionem nobis requies futura promittitur, ad quam percipiendam sancto spiritu caritas inspiratur.

4 I Cor. 13, 5 7 II Tim. 3, 8 sq. 14 (et 19) Ex. 8, 19

7 restiterunt *v*: resisterunt *TV* moysi *v* 10 daementia *V* dementia enim *Tv* 13 mose *T*: moyse *v* mosen *V* 14 hic *V*: hoc *Tv* 16 immites] immitibus *v* 17 superbis *v* inquietudine] inquietudinem *v* 18 significauerunt *TV*: signauerunt *v* 19 hoc *Vv*: hic *T* 20 item inter cetera] *om. Tv* 21 quo *v*: quod *TV* 22 pascha] *om. T*¹ tertium] *del. m. 2 in V* 23 tertii tres *v* 24 archa *v* est *Vv*: et *T* 25 domini *TV*: xp̄i *v* 26 spiritu sancto *v*

spiritus autem nondum erat datus, quia Iesus nondum erat clarificatus. inde prophetia illa cantata est: exsurge, domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuae. ubi requies, ibi et sanctificatio. unde nunc ut amemus et desideremus, pignus accepimus. uocantur autem ad requiem alterius uitae — quo ab ista uita transitur, quod pascha significat — omnes in nomine patris et filii et spiritus sancti.

Propterea quinquagenarius numerus ter multiplicatus addito ad eminentiam sacramenti ipso ternario in illis magnis piscibus inuenitur, quos dominus iam post resurrectionem nouam uitam demonstrans a dextera parte leuari imperauit; nec retia rupta sunt, quia tunc haereticorum inquietudo non erit. tunc homo quietus et perfectus, purgatus in anima et corpore per eloquia domini casta, argentum igne examinatum terrae, purgatum septuplum, accipiet mercedem denarium, ut sint decem et septem. nam et in hoc numero sicut in aliis multiplices figuras exhibentibus sacramentum mirabile reperitur. nec immerito etiam psalmus XVII in libro Regnorum solus integer legitur, quia regnum illud significat, ubi aduersarium non habebimus. titulus enim eius est: in die, qua eruit eum dominus de manu omnium inimicorum eius et de manu Saul. quis enim figuratur in Dauid nisi ille qui uenit secundum carnem ex semine Dauid? qui utique in corpore suo, quod est ecclesia, adhuc patitur inimicos. unde illi persecutori, quem uoce mactauit et in suum corpus traiciens quodam modo manducauit, sonuit de caelo: Saule, Saule, quid me persequeris? quando autem eruetur hoc

1 Io. 7, 39 2 Ps. 131, 8 10 cf. Io. 21, 6 et 11 15 Ps. 11, 7 19 cf. II Reg. 22, 1—51 24 cf. Rom. 1, 3 27 Act. 9, 4

2 inde *Vv*: in die *T* 6 alterius *TV*: huius *v* 10 ternario *TV*: denario *v* 12 leuare *v* 14 perfectus et quietus *Tv* in anima] T^2 *in ras.* 17 sicut *TV*: sicut et *v* 19 repperitur *libri*; r *prima ex* m *corr. V* libro regnorum *V*: regnorum libris *PTv* 26 uoce *Vv*: uocem *T* et in suum—manducauit] *om.* T^1 27 trahitiens T^2 de caelo *Vv*: *om. T* 28 eruitur *v*

corpus eius de manu omnium inimicorum eius, nisi cum et illa nouissima inimica destruetur mors? ad hoc tempus pertinet numerus ille CLIII piscium. nam et ipse numerus decem et septies surgens in trigonum CLIII summam complet. ab uno utique usque ad decem septem surgens medios adde et inuenies: ad unum scilicet adde duo, fiunt utique tria; adde tria, fiunt sex; adde quattuor, fiunt decem; adde quinque, fiunt XV; adde VI, fiunt XXI; adde ita ceteros et ipsum septimum decimum, fiunt CLIII.

Haec de scripturis firmissime tenentur, id est pascha et pentecoste. ut XL illi dies ante pascha obseruentur, ecclesiae consensio roborauit; sic etiam, ut octo dies neophytorum distinguantur a ceteris, id est ut octauus primo concinat. ut autem alleluia per illos solos dies quinquaginta in ecclesia cantetur, non usque quaque obseruatur; nam et aliis diebus uarie cantatur alibi atque alibi, ipsis tamen diebus ubique. ut autem stantes et in illis diebus et in omnibus dominicis oremus, utrum ubique seruetur ignoro; tamen quid in eo sequatur ecclesia dixi, ut potui, et arbitror esse manifestum.

CXVIIII.

ITEM EX EODEM LIBRO SECVNDO AD IANVARIVM. DE HIS QVI DE PAGINIS EVANGELICIS SORTES LEGVNT.

134 Qui de paginis euangelicis sortes legunt, etsi optandum est, ut hoc potius faciant quam ad daemonia consulenda concurrant, tamen et ista mihi displicet consuetudo, ad negotia saecularia et ad uitae huius uanitatem propter aliam uitam loquentia oracula diuina uelle conuertere.

1 et illa *TV*: illa *v* 3 et ipse *TV*: ipse *v* 4 summam *Vv*: summae *T* 5 septem *V*: et septem *PTv* medios *a*: medias *TV* monas *v* 11 pentecoste *a*: pentecosten *TVv* dies illi *T* 12 neophitorum *TVv* 13 primo *T*: primus *V* primam *v* 16 ubique *Vv*: utique *T* 17 ut] *om. v* 20 *cap.* CXXVII *T* CXXXIIII *P* CXXXV *v*; *num. om. G* 21 item *MV*: *om. GTv* qui de *MVv*: qui *T* 22 paginis] paganis V^1; *corr. m. 2* 24 hoc] haec *v* consullenda *T* 27 diuina *TV*: diuina illi *v*

CXX.

EX SERMONE AD POPVLVM IN VIGILIIS PASCHAE. QVOD IN GENESI DIES A LVCE COEPERINT ET NVNC A NOCTIBVS COMPVTENTVR.

Dicendum est cur tanta celebritatè hodierna potissimum 135
nocte uigilemus. quod die tertio resurrexerit a mortuis dominus Christus, nullus ambigit christianus. hac autem nocte hoc factum esse sanctum euangelium contestatur. totum enim diem a praecedente nocte computari non dubium est, non secundum dierum ordinem, qui commemorantur in Genesi — quamquam et illic tenebrae praecesserunt; nam tenebrae erant super abyssum, cum dixit deus: fiat lux, et facta est lux — sed quia illae tenebrae nondum erant nox; nondum enim praecesserat dies. diuisit quippe dies inter lucem et tenebras, et prius lucem uocauit diem, deinde tenebras noctem; et facta luce usque alterum mane commemoratus est dies unus. manifestum est illos dies a luce coepisse et transacta luce usque ad mane singulos terminatos. sed posteaquam creatus homo a luce iustitiae ad peccati tenebras declinauit, a quibus eum Christi gratia liberat, factum est, ut nunc dies a noctibus computemus, quia non a luce ad tenebras, sed a tenebris ad lucem uenire conamur et domino adiuuante fieri speramus. sic et apostolus dixit: nox praecessit, dies autem appropinquauit; abiciamus itaque opera tenebrarum et induamus nos arma lucis. dies igitur dominicae

11 Gen. 1, 2 sq. 23 Rom. 13, 12

1 *cap.* CXXVIII *T* CXXXV *P* CXXXVI *v*; *num. om. G* 3 coeperit *MV* a *MTV*: in *v* 4 compatentur (a *in* u *corr. m. 2*) *V* 5 cur (quur *P*) tanta *PTv*: curante *V* quurante *M* 6 resurrexit *Tv* 8 sanctum *MV*: secundum *Tv* diem *TV*: *om. v* 9 computari P^2Tv: computare P^1 comparari *V* 10 commerantur (mo *a m. 2*) *T* 11 illic *Tv*: illi *V* 13 illae *TV*: illa et *v* nondum erant nox] *om. v* 16 usque *V*: usque ad *Tv* 19 eum (e *ex* c *corr. m. 2*) *T* 23 sic *TV*: sicut *v* dicit *Tv* 24 appropinquabit *v*

passionis, quo crucifixus est, iam transactam noctem propriam sequebatur: ideoque clausus et terminatus est usque ad parasceuen, quam Iudaei etiam cenam puram uocant, ab eius noctis exordio incipiente sabbati obseruatione. deinde sabbati dies a sua nocte incipiens finitus est uespere incipientis noctis, quae pertinet ad initium dominici diei, quoniam eum dominus suae resurrectionis gloria consecrauit. illius itaque noctis ad initium diei dominici pertinentis nunc ista sollemnitate memoriam celebramus. illam noctem agimus uigilando, qua dominus resurrexit, et illam uitam, de qua paulo ante dicebamus, meditamur, ubi nec mors ulla nec somnus est, quam in sua carne nobis inchoauit, quam sic excitauit a mortuis, ut iam non moriatur nec mors ei ultra dominetur. nam quoniam uenientes ad sepulchrum eius, a quibus diligentibus quaerebatur, diluculo corpus non inuenerunt responsumque acceperunt ab angelis, quod iam resurrexerat, manifestum est quod ea nocte resurrexerit, cuius extremitas illud diluculum fuit. deinde cui resurgenti paulo diutius uigilando concinimus, praestabit, ut cum illo sine fine uiuendo regnemus. sed etsi forte his horis, quibus nos ducimus istam uigiliam, illius adhuc corpus in sepulchro erat nondumque resurrexerat, nec sic uigilando sumus incongrui, quia ille dormiuit, ut uigilemus, qui est mortuus, ut uiueremus.

2 ideque (o *a m. 2*) *T* parasceuen *a*: parasceue *TVv* 3 caenam *V* 4 incipiente* (s *ras.*) *T* incipientes *V* obseruatione *TVv*: obseruationem *a* 6 dominicę *v* 7 suae *TV*: sua *v* 8 dominicę diei *v* memoriam *v*: memoria *TV* 12 inchoauit *TV*: innotuit uit *v* 13 ultra *Vv*: ultra non *T* nam *TV*: namque *v* quoniam] *om. v* 16 acciperunt *V* 17 resurrexerit *V*: resurrexit *Tv* 20 nos *Tv*: non *MV* 21 sic *Vv*: si *T*

CXXI.

EX LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII PRIMO. QVOMODO SECVNDVM FIGVRAM IONAE TRES DIES ET TRES NOCTES IN PASSIONE DOMINI COMPVTENTVR.

Sicut enim fuit Iona in uentre ceti tribus diebus 136
et tribus noctibus, sic erit et filius hominis in
corde terrae tribus diebus et tribus noctibus. sextae
feriae diei partem, qua sepultus est, cum praeterita nocte pro
nocte et die accipies, hoc est pro toto die, sabbati noctem et
diem et noctem dominicam cum eodem die inlucescente: ac per
hoc accipiendo partem pro toto habes triduum et tres noctes.
quod enim dicuntur decem menses praegnantis, nouem sunt
pleni; sed initium decimi pro toto accipitur. et quod se
dominus ostendit in monte, post sex dies factum dicit unus
euangelista, alter uero post octo dies dicit, partem posteriorem
primi diei, in quo futurum hoc dominus promisit, et partem
priorem nouissimi diei, in quo completum est quod promisit,
pro totis atque integris diebus annumerans: ut intellegas eum
qui dixit: post sex dies solos medios commemorasse, qui toti
atque integri completi sunt. in Genesi enim a lumine incipit
dies et finit ad tenebras ad significandum lapsum hominis;
nunc autem a tenebris ad lucem, sicut dictum est de tenebris
lucem clarescere, quia a peccatis homo liberatus peruenit ad
lucem iustitiae.

5 Matth. 12, 40 14 cf. Matth. 17, 1 sq. 15 cf. Luc. 9, 28
20 cf. Gen. 1, 5 sqq. 22 cf. II Cor. 4, 6

1 *cap.* CXXVIIII *T* CXXXVI *P* CXXXVII *v*; *num. om. G*
2 primo] primo titulo VII *T* 5 ionas (s *del. T*) *PT* coeti *MTVv* 6 filius (*om.* et) *Tv* 8 pro nocte] *om. T* 9 sabbato nocte et die *TV* 13 tota *V* 14 montem *V* 19 commerasse *v* qui *V:* qui uere *Tv* 21 ad tenebras *TV*: in t. *v* labsum *V* 23 clarescere *V*: splendescere *PTv* appeccatis *v*
24 *in T sequitur cap.* CXXX de prouidentia dei (*cf. cap. 355*), *cum quo cohaeret cap. 137*

[CVR HIC MALO HOMINI BENE SIT VEL BONO MALE. EX LIBRO DE PROVIDENTIA DEI.

137 Hinc maxime credendum est quod pietas praedicat, manifestum futurum esse iudicium, quia nunc uidemus humanas felicitates et clades indiscrete bonis et malis uelut sine ullo iudicio esse communes, cum dei iustitia, cuius sic eminet in rebus exiguis prouidentia, nullo modo relinquat sine ullo iudicio passim fluitare maiora. quid autem maius est non solum in ista humana uerum etiam in angelica creatura, quam ut mali iusta miseria puniantur, boni uero beatitudine perfruantur? quod ergo nunc malo homini quasi bene est, occulta poena est felicitas falsa. quod autem homini bono male est, non praemium pietati negatur, sed ad maiora praemia patientia pietatis augetur. item quod aliquando et in hac uita malo homini male est, aut emendatio est aut afflictio peccatorum. quando autem bono homini bene est, non est illius supernae patriae certissimum gaudium, sed huius periculosae peregrinationis qualecumque solacium. haec atque huius modi si cogitaret infidelis impietas, in gubernandis et ordinandis rebus humanis diuinam prouidentiam non negaret nec in suis tenebrosis et mortiferis uiribus contra lumen et uitam sapientiae perduraret. illud ergo attendat homo infidelis, quod dicere non potest ab hominibus institutum, ne deum neget rebus humanis ordinem dare, qui docuit apiculas cellas fauorum tam mirabiliter ordinare: ipsi quippe homini quis dedit inordinatis

1 *cap.* CXXXVII *P* CXXXVIII *Gv*: *deest in MV* libro *GPv*: sermone *T* 5 cla*des *T* 6 commones *P* 10 misera (i *a m. 2*) *P* bona G^1 uero] uera *P* 12 filicitas *P* falsa *PT*: falsa est G^2 (*in ras.*) *v* homine P^1 13 pietati *T*: pietatis *GPv* ad *T*: *om. GPv* patientia* (e *ras.*) *P* 14 augetur *T*: augeatur G^1P augeantur G^2v 15 homine P^1 aut afflictio est *P* 16 homini G^2P: homine G^1T 17 peregrinationes P^1 18 si] *om.* T^1 20 diuina *v* 22 dicere* (t *ras.*) *P* 23 ne *PT*: et ne *Gv* deum *GPv*: dn̄m *T* 24 qui *PT*: quod *Gv* docuit *PT*: docuerit *Gv* 25 ipse P^1 ipso G^1v homine G^1

rebus offendi et rerum ordine delectari? nonne hoc in suae animae natura inuenit, quam sibi ipse non fecit? nam quare ordine non inuento in rebus humanis deum res humanas gubernare non credit, nisi quia rebus inordinatis ordinatas praeponere naturaliter nouit? ergone homo iudicat ordinationem potius quam perturbationem operibus conuenire diuinis et deus ordinatum iudicium non habet de hominibus uniuersis, qui ordini sensum creauit in singulis? habet plane, habet; non dubitet pietas, etsi non comprehendit infirmitas. opera fabrorum ea nempe laudamus, quae inspicere possumus, mechanicorum autem stupemus et, nisi aperta atque monstrata fuerint, eos impossibilia potuisse miramur. cur ergo de iudiciis dei tam temere iudicamus et diuini operis ordinem, ubi non potuerimus uidere, festinamus negare, laudantes prouidentiam creatoris in arborum foliis et eam non putantes esse in rebus humanis, nec potius inuestigabiliter et latenter ordinem rerum humanarum currere credimus, quem uel immensum comprehendere uel occultum inspicere non ualemus? sed rerum diuinitus institutarum ordines manifesti, ex quibus coniciantur occulti, feriunt etiam oculos impiorum.]

1 delectare G^1 dilectare P^1 2 quam Gv: quae PT 5 nouit G^1PT: non nouit G^2v iudicet G^2v 8 ordini PT: ordine Gv in P^2T: *om.* GP^1v 9 opera] *om.* P^1 10 faborum (r *add. m. 2*) P laudemus G^1 11 moechanicorum GPv moe*chanicorum (n *ras.*) T nisi G^2PT: si** G^2 si v 13 temere] timere P^1 15 putantes esse P^2T: putant esse G^1P^1v 19 rerum G^1PT: rebus G^2v institutarum PT: instituit ut harum G^2v instititutarum G^1 20 imporum P

CXXII.

EX LIBRO DE CIVITATE DEI VICESIMO. QVID IN LIBRO ECCLESIASTE SALOMON DE HIS QVAE IN HAC VITA BONIS MALISQVE COMMVNIA SINT DISPVTARIT.

138 Nunc quando non solum in malo sunt boni et in bono mali, quod uidetur iniustum, uerum etiam plerumque et malis mala eueniunt et bonis bona proueniunt, magis inscrutabilia fiunt iudicia dei et inuestigabiles uiae eius. quamuis ergo nesciamus, quo iudicio deus ista uel faciat uel fieri sinat, apud quem summa uirtus est et summa sapientia, summa iustitia, nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla iniquitas, salubriter tamen discimus non magni pendere seu bona seu mala, quae uidemus bonis malisque esse communia, et illa bona quaerere, quae bonorum, atque illa mala maxime fugere, quae propria sunt malorum. cum uero ad illud dei iudicium uenerimus, cuius tempus iam proprie dies iudicii et aliquando dies domini nuncupatur, non solum quaecumque tunc iudicabuntur uerum etiam quaecumque ab initio iudicata et quaecumque usque ad illud tempus adhuc iudicanda sunt, apparebunt esse iustissima. ubi hoc quoque manifestabitur, quam iusto iudicio dei fiat, ut nunc tam multa ac paene omnia iusta iudicia dei lateant sensus mentesque mortalium, cum tamen in hac re piorum fidem non lateat iustum esse quod latet.

Nempe Salomon, sapientissimus rex Israhel, qui regnauit in Hierusalem, librum, qui uocatur Ecclesiastes et a Iudaeis

1 *cap.* CXXXVIII *P* CXXXVIIII *v*; *num. om. GT* 2 libro P^2T: libris *GMVv* uicesimo] XX titulo III *Tv* ecclesiaste* (s *ras.*) *P* ecclesiastes *GMTVv* 3 salamon *v* his quae] hisq. *T* 4 sint communia *T* sunt communia *Pv* disputaret *Tv* *post* disputarit *add. V*: hic capitul× CCCXII et post illud istud 5 sunt] *om. v* 6 uidetur] uidi *v* 7 eueniunt] ueniunt *v* bonis] bonas *v* 9 quo *Vv*: quod *T* 10 uirtus est—sap. summa] *add.* T^2 *in mg.* 13 esse bonis malisque *Tv* 15 dei *Vv*: *om. T* 18 ab initio—quaecumque] *om. v* 23 fidem *Tv*: fide *V* 25 salamon v^1

quoque habetur in sacrarum canone litterarum, sic exorsus est: uanitas uanitantium, dixit ecclesiastes, uanitas uanitantium, omnia uanitas. quae abundantia homini in omni labore suo, quo laborat sub sole? et cum ex hac sententia conecteret cetera, commemorans haerumnas erroresque uitae huius et uanescentes interea temporum lapsus, ubi nihil solidum, nihil stabile retinetur, in ea rerum uanitate sub sole illud etiam deplorat quodam modo, quod cum sit abundantia sapientiae super insipientiam sicut abundantia lucis super tenebras, sapientisque oculi sint in capite ipsius et stultus in tenebris ambulet, unus tamen incursus incurrat omnibus, utique in hac uita, quae sub sole agitur, significans uidelicet ea mala, quae bonis et malis uidemus esse communia. dicit etiam illud quod et boni patiantur mala, tamquam mali sint, et mali, tamquam boni sint, adipiscantur bona, ita loquens: est, inquit, uanitas, quae facta est super terram, quia sunt iusti, super quos uenit sicut factum impiorum, et sunt impii, super quos uenit sicut factum iustorum. dixi quoniam hoc quoque uanitas. in hac uanitate, cui quantum satis uisum est intimandae totum istum librum uir sapientissimus deputauit, — non utique ob aliud, nisi ut eam uitam desideremus, quae uanitatem non habet sub hoc sole, sed ueritatem sub illo qui fecit hunc solem — in hac ergo uanitate numquid nisi iusto dei rectoque iudicio similis eidem uanitati factus uanesceret homo? in diebus tamen uanitatis suae

2 Eccle. 1, 2 sq. 9 cf. Eccle. 2, 13 sq. 16 Eccle. 8, 14

1 canhone *V* literarum *v* 2 uanitantium G^1V: uanitatum G^2PTv; *cf. Aug. Retractt. I 7, 3* 3 uanitantium G^1TV: uanitatum G^2Pv habundantia *v* 5 ex *TV*: *om. v* conecteret *TV*: subnecteret *v* cetera *TV*: certe *v* erumnas *v* 9 habundantia *v* 10 sint *TV*: sunt *v* 12 incurrat *GVv*: occurrat *T* omnibus *TV*: in omnibus *Gv* 13 significat *T* 19 factum *TV*: facta *v* dixi *GTv*: dixit *V* 21 intimendae *T* 24 solem *TV*: *om. v* ergo *TV*: *om. v* 26 uanesceret *TV*: euanescere *v*

interest plurimum, utrum resistat an obtemperet ueritati et utrum sit expers uerae pietatis an particeps, non propter uitae huius uel bona adquirenda uel mala uitanda uanescendo transeuntia, sed propter futurum iudicium, per quod erunt et bonis bona et malis mala sine fine mansura. denique iste sapiens hunc librum sic conclusit, ut diceret: deum time et mandata eius custodi, quia hoc est omnis homo. quia hoc omne opus deus adducet in iudicium in omni despectu siue bonum siue malum. quid breuius, uerius, salubrius dici potuit? deum, inquit, time et mandata eius custodi, quia hoc est omnis homo. quicumque enim est, hoc est, custos utique mandatorum dei, quoniam qui hoc non est, nihil est; non enim ad ueritatis imaginem reformatur remanens in similitudine uanitatis. quia omne hoc opus — id est quod ab homine fit in hac uita — siue bonum siue malum deus adducet in iudicium in omni despecto, id est in omni etiam, qui contemtibilis hic uidetur et ideo nec uidetur; quoniam deus et ipsum uidet nec eum despicit nec cum iudicat praeterit.

CXXIII.

ITEM EX EODEM LIBRO DE CIVITATE DEI XX. QVIBVS SENTENTIIS DOMINI DIVINVM IVDICIVM IN FINE FVTVRVM SAECVLI DECLARETVR.

139 Saluator cum obiurgaret ciuitates, in quibus uirtutes magnas fecerat neque crediderant, et eis alienigenas anteponeret:

6 (et 14) Eccle. 12, 13 sq.

4 et] *om.* *v* 6 librum] lilibrum *v* 8 hoc omne *V*: omne hoc *Tv* adducet *TV*: ducit *v* 9 omni *Tv*: omne *V* despectu *TV*: dispectu *v* siue malum] si uel malum *T* 14 similitudinem *V* 16 adducit *v* 17 despecto *V*: despectu *T* dispecto *v* 18 et ideo nec uidetur *GPTv*: *om.* *MV* 19 iudicat *TV*: diiudicat *v* 20 *cap.* CXXXI *T* CXXXVIIII *P* CXL *v*; *num.* *om.* *G* 22 diuinum *MV*: *om.* *PTv* 23 declaratur *v* 25 alienigenas *TV*: alienas *v*

uerum tamen, inquit, dico uobis, Tyro et Sidoni remissius erit in die iudicii quam uobis. et paulo post alteri ciuitati: amen, inquit, dico uobis, quia terrae Sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi. hic euidentissime praedicat diem iudicii esse uenturum. et alio loco: uiri Nineuitae, inquit, surgent in iudicio cum generatione ista et condemnabunt eam, quia paenitentiam egerunt in praedicatione Ionae, et ecce plus quam Iona hic. regina austri surget in iudicio cum generatione ista et condemnabit eam, quia uenit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis, et ecce plus quam Salomon hic. duas res hoc loco discimus, et uenturum esse iudicium et cum mortuorum resurrectione uenturum. de Nineuitis enim et regina austri quando ista dicebat; de mortuis sine dubio loquebatur, quos tamen in die iudicii resurrecturos esse praedixit. nec ideo dixit: „condemnabunt", quia ipsi iudicabunt, sed quia ex ipsorum comparatione isti merito damnabuntur. rursus alio loco, cum de hominum bonorum et malorum nunc permixtione, postea separatione — quae utique dies iudicii futura est — loqueretur, adhibuit similitudinem de tritico seminato et superseminatis zizaniis eamque suis exponens discipulis: qui seminat, inquit, bonum semen, est filius hominis; ager autem est mundus et cetera.

INTER CETERA.

Hic iudicium quidem uel diem iudicii non nominauit, sed eum multo clarius ipsis rebus expressit et in fine saeculi

1 Matth. 11, 22 3 Matth. 11, 24 6 Matth. 12, 41 sq. 22 Matth. 13, 37

1 sydoni *V* 6 niniuitae *v* 7 condemnabit *v* quia — 10 condemnabit eam] *om. v* 9 in *V*: *om. T* 13 discimus *Tv*: dicimus *MV* 14 resurrectione *Tv*: resurrectionem *MV* niniuitis *v* 16 nec *Vv*: ne *T* 20 dies *V*: die *Tv* 24 cetera *MV*: cetera usque ad locum quo ait qui habet aures audiendi audiat *GPTv* 25 inter cetera *MV*: *om. GPTv* 26 nominauit *TV*: nominatim *v* 27 fine *v*: finem *MTV*

futurum esse praedixit. item discipulis suis: amen, inquit, dico uobis, quod uos qui secuti me estis in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israhel. hic discimus cum suis discipulis iudicaturum Iesum. unde et alibi Iudaeis dixit: si ego in Beelzebub eicio daemonia, filii uestri in quo eiciunt? ideo ipsi iudices erunt uestri. nec quoniam super duodecim sedes sessuros esse ait, duodecim solos homines cum illo iudicaturos putare debemus. duodenario quippe numero uniuersa quaedam significata est iudicantium multitudo propter duas partes numeri septenarii, quo significatur plerumque uniuersitas: quae duae partes, id est tria et quattuor, altera per alteram multiplicatae duodecim faciunt. nam et quattuor ter et tria quater duodecim sunt, et si qua alia huius duodenarii numeri quae ad hoc ualeat ratio reperitur. alioquin quoniam in locum Iudae traditoris apostolum Matthian legimus ordinatum, apostolus Paulus, qui plus illis omnibus laborauit, ubi ad iudicandum sedeat non habebit. qui profecto cum aliis sanctis ad numerum iudicum se pertinere demonstrat, cum dicit: nescitis quia angelos iudicabimus? de ipsis quoque iudicandis in hoc numero duodenario similis causa est. non enim quia dictum est: iudicantes duodecim tribus Israhel, tribus Leui, quae tertia decima est, ab eis iudicanda non erit aut solum illum populum, non etiam gentes ceteras iudicabunt. quod autem ait: in regeneratione, procul dubio mortuorum resurrectionem nomine uoluit regenerationis intellegi. sic enim caro nostra regenerabitur per incorruptionem, quemadmodum

1 Matth. 19, 28 7 Matth. 12, 27 18 cf. Act. 1, 26
19 cf. I Cor. 15, 10 21 I Cor. 6, 3 24 Matth. 19, 28

2 estis me *Tv* 3 filius (s *a m. 2 in ras.*) *T* in] *om.* T^1
7 belzebub *T* 8 ipsi *MTV*^{2}*v*: ipi V^1 uestri erunt *v* 12 septinarii *v* 15 ter *Vv*: tria *T* 16 huius *TV*: usus *v* 17 repperitur *V* 18 mathian *T* matthiam *v* 19 omnibus illis *Tv*
24 tribus leui *Tv*: tribu leui *V* 27 regeneraratione *T*

est anima nostra regenerata per fidem. multa praetereo, quae de ultimo iudicio ita dici uidentur, ut diligenter considerata reperiantur ambigua uel magis ad aliud pertinentia, siue scilicet ad eum saluatoris aduentum, quo per totum hoc tempus in ecclesia sua uenit, hoc est in membris suis particulatim atque paulatim, quoniam tota corpus est eius, siue ad excidium terrenae Hierusalem, quia et de illo cum loquitur, plerumque sic loquitur, tamquam de fine saeculi atque illo die iudicii nouissimo et magno loquatur, ita ut dinosci non possit omnino, nisi ea quae apud tres euangelistas Matthaeum, Marcum et Lucam de hac re similiter dicta sunt inter se omnia conferantur. quaedam quippe alter obscurius, alter explicat planius, ut ea quae ad unam rem pertinentia dicuntur appareat unde dicantur. quod facere utcumque curaui in quadam epistula, quam rescripsi ad beatae memoriae uirum Esychium, Salonitanae urbis episcopum, cuius epistulae titulus est: De fine saeculi.

CXXIIII.

EX EPISTVLA AD ESYCHIVM EPISCOPVM SALONITANVM. DE DIVERSA OPINATIONE TRIVM FIDELIVM SERVORVM TEMPVS ADVENTVS DOMINI ARBITRANTIVM.

Diligendus ergo est et exspectandus domini, sicut sancte hortaris, aduentus, magnam dicens esse beatitudinem diligentibus eius aduentum et adhibens apostoli testimonium, cuius 140

16 Ep. 199

1 regenerata *Tv*: regeneratam *V* praeterea *v* 3 reperiantur — pertinentia] *om. v* repperiantur *V* 4 tempus *TV*: corpus *v* 6 quoniam *TV*: quae *v* eius est *v* 7 et *TV*: cum *v* illa *v* cum] *om. v* 9 posset *T* 10 mattheum *V* matheum *Tv* 11 lucan (n *add. m. 2*) *T* 15 epistola *v* esychium *V*: esycium *T* esytium *v* 16 salonitę *T* epistolae *v* 18 *cap.* CXXXII *T* CXL *P* CXLI *v*; *num. om. G* 19 esycium *Pv* esuchicium G^1 salonitanum *MV*: sal. de fine mundi *GPT* sal. consulentem de fine mundi *v* 20 diuer**sa *T* 21 aduentus domini tempus *PTv* 22 sanctae *V* 23 ortaris *v*

uerba sic ponis: de cetero reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus iustus iudex in illa die, non solum autem mihi, sed et his qui diligunt aduentum domini. tunc enim, sicut ex euangelio commemoras, iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. et quod propheta dicit: ecce enim caligo et tenebrae operient terram super gentes, in te uero apparebit dominus et maiestas eius in te uidebitur. item quod scriptum est: qui uero exspectant dominum, exsultabunt cum uirtute, producent pinnas sicut aquilae, current et non laborabunt, ambulabunt et non esurient. hoc plane piissime et uerissime dicis, commendans eorum beatitudinem qui diligunt aduentum domini. sed et illi quibus dicebat apostolus: non cito moueamini mente, quasi instet dies domini, diligebant utique aduentum domini nec eos dicens doctor gentium ab illa dilectione frangebat, qua ut inflammarentur uolebat; et ideo nolebat, ut crederent eis a quibus audiebant instare diem domini, ne forte, cum transisset tempus, quo eum crediderant esse uenturum et uenisse non cernerent, etiam cetera fallaciter sibi promitti arbitrantes et de ipsa mercede fidei desperarent. non ergo ille diligit aduentum domini qui eum asserit propinquare, nec ille qui eum asserit non propinquare, sed ille potius qui eum, siue prope siue longe sit, sinceritate fidei, firmitate spei, ardore caritatis exspectat. nam si tanto magis diligitur dominus, quanto magis creditur et praedicatur citius esse uenturus, magis eum diligebant qui eius aduentum iam instare dicebant, quam hi

1 II Tim. 4, 8 5 Matth. 13, 43 6 Es. 60, 2 9 Es. 40, 31 14 II Thess. 2, 2

4 domini *TV*: eius *v* 6 sui *TV*: mei *v* 10 pennas *v* 11 ambulabunt *Tv*: ambulant *V* 12 pissime *T pr.* 16 dicens *V*: haec dicens *Tv* 18 eis *TVv*²: eos *v*¹ 19 instare* (m *ras.*) *T* 20 crederant *v* 22 ille *TV*: *om. v* 23 proprinquare *T* nec ille — propinquare] *om. v* 25 sinceritate *MTV*¹*v*: sine * critate *V*² 28 qui *TV*: quibus *v* quam* *T*

quos apostolus eis credere prohibebat, uel ipse apostolus, qui hoc utique non credebat.

Si ergo latet, quando ecclesia fructificante atque crescente uniuersus omnino a mari usque ad mare orbis implebitur, procul dubio latet, quando finis erit; ante quippe non erit.

Vt autem tibi tamquam sancto homini dei et sincerissimo fratri aperiam, de hac quaestione quid sentiam: error quidem in utroque uitandus est, quantum ab homine uitari potest, siue citius siue tardius quam futurum est dominus uenturus esse credatur. sed mihi quisquam non uidetur errare, cum aliquid nescire se scit, sed cum se putat scire quod nescit. remoueamus itaque de medio seruum illum malum, qui dicens in corde suo: moram facit dominus meus uenire, dominatur conseruis suis et ebriosis conuiuando miscetur; iste quippe procul dubio domini sui odit aduentum. quo seruo malo semoto constituamus ante oculos tres seruos bonos familiam dominicam diligenter sobrieque tractantes, aduentum domini sui sitienter desiderantes, uigilanter exspectantes, fideliter amantes: si unus eorum citius, alter tardius dominum putat esse uenturum, tertius uero suam de hac re ignorantiam confitetur, quamquam omnes consonent euangelio, quo omnes diligunt manifestationem domini et eam desideranter et uigilanter exspectant, uideamus tamen quis amplius consonet. unus dicit: „uigilemus et oremus, quia citius uenturus est dominus“. alter dicit: „uigilemus et oremus, quia breuis et incerta est ista uita, quamuis tardius uenturus sit dominus.“ tertius dicit: „uigilemus et oremus, quia et breuis atque incerta est ista uita et nescimus tempus, quando uenturus sit dominus“. euangelium dicit: uidete, uigilate et orate;

13 Matth. 24, 48 sq. Luc. 12, 45 29 Marc. 13, 33

1 eis *TV*: qui hoc utique *v* prohibebantur *v* 3 quando T^2Vv: quod T^1 12 dicens *TV*: dicit *v* 14 conuiuuendo T^1 conuiuendo *v* 15 domini *GPTv*: dn̄s *MV* odit *GPTv*: *om. MV* 16 semoto *TV*: remoto *v* 17 sobriaeque *V* 21 confiteatur *v* consonant *v* quo *V*: quia *PTv* 22 eam *TV*: eum *v* 25 et incerta GP^1T^2Vv: *om.* T^1; *eras.* P^2

nescitis enim quando tempus sit. obsecro te, quid aliud dicere audimus hunc tertium, quam quod dicere audimus et euangelium? omnes quidem prae desiderio regni dei hoc uolunt esse uerum quod putat primus; sed hoc secundus negat, tertius uero non negat aliquid horum, sed ignorare se fatetur quis uerum dicat illorum. proinde si hoc factum fuerit quod praedixerat primus, gaudebunt cum illo secundus et tertius; omnes enim manifestationem domini diligunt. exsultabunt itaque citius uenisse quod diligunt. si autem factum non fuerit et apparere coeperit hoc potius esse uerum quod dicebat secundus, metuendum est, ne inter ipsas moras perturbentur qui crediderant quod dixerat primus, et incipiant domini aduentum non tardum putare, sed nullum: qui uides quantus sit interitus animarum. quod si tantae fidei fuerint, ut se ad secundi praedicta conuertant et dominum etiam tardantem fideliter et patienter exspectent, abundabunt tamen opprobria et insultationes atque irrisiones inimicorum, multos infirmos a christiana fide auertentium dicendo tam fallaciter eis regnum esse promissum, quam fallaciter dicebatur cito esse uenturus. qui autem credunt quod dicit secundus, tardius dominum esse uenturum, si falsum fuerit inuentum citius domino ueniente, nullo modo qui ei crediderant turbabuntur in fide, sed inopinato gaudio perfruentur. quapropter qui dicit dominum citius esse uenturum, optabilius loquitur, sed periculose fallitur. utinam ergo sit uerum, quia erit molestum, si non erit uerum. qui autem dicit dominum tardius esse uenturum et tamen credit, sperat, amat eius aduentum, profecto de tarditate eius, etiam si fallitur, feliciter fallitur. habebit enim maiorem patientiam, si hoc ita erit, maiorem

2 audimus hunc *Tv*: audemus h. *V* 3 et *V*: *om. GPTv* 6 uerum *TV*: uera *v* factum* *T* 8 domini *TV*: *om. v* diligunt *V*: diligunt et *Tv* 9 itaque *Vv*: utrique *T* 12 incipient *v* 13 aduentum domini *v* qui uides *TV*: quis uidet *v* 16 exspect*ent (a *ras.*) *T* 19 *eis (r *ras.*) *V* 20 uenturus *V*: uenturum *Tv* 22 ei T^2Vv: & T^1 crediderant ei *v* 24 obtabilius *v* 25 quia *TV*: quod *v* 26 tardius (s *in ras. a m. 2*) *T* 27 amat *TV*: et amat *v* . 28 feliciter *PTv*: fideliter *V*

laetitiam, si non erit. ac per hoc ab eis qui diligunt manifestationem domini ille auditur suauius, iste creditur tutius. qui autem quid horum sit uerum ignorare se confitetur, illud optat, hoc tolerat, in nullo eorum errat, quia nihil eorum aut affirmat aut negat. obsecro te, ut me talem non spernas, quia et ego te diligo id affirmantem quod uerum esse desidero, et tanto magis nolo fallaris, quanto magis amo quod polliceris, et quanto magis uideo periculosum esse, si fallaris.

CXXV.

EX LIBRO DE CIVITATE DEI XX. QVAE SIT PRIMA RESVRRECTIO, QVAE SECVNDA.

Amen, amen dico uobis, quia uenit hora et nunc 141
est, quando mortui audient uocem filii dei, et qui audierint uiuent. sicut enim pater habet uitam in semet ipso, sic dedit et filio habere uitam in semet ipso. nondum de secunda resurrectione, id est corporum, loquitur, quae in fine futura est, sed de prima, quae nunc est. hanc quippe ut distingueret, ait: uenit hora et nunc est; non autem ista corporum, sed animarum est. habent enim et animae mortem suam in impietate atque peccatis, secundum quam mortem mortui sunt de quibus idem ait: sine mortuos sepelire mortuos suos, ut scilicet in anima mortui in corpore mortuos sepelirent. propter istos ergo impietate et iniquitate in anima mortuos: uenit, inquit,

12 Io. 5, 25 sq. 22 Matth. 8, 22

1 manifastationem T^1 5 affirmat *TV*: firmat *v* spernans (n *del. m. 2*) *T* 8 et *Vv*: *om. T* uideo *TV*: uideo quod *v* fallaris *V*: falleris *Tv* 9 *cap.* CXXXIII *T* CXLI *P* CXLII *v*; *num. om. G* 10 XX *MV*: XX inter cetera et ad locum *Tv* 14 audierint *TV*: audiunt *v* enim *TV*: autem *v* 15 semet *Vv*: se *T* sic dedit—semet ipso] *om. v* et *V*: *om. T* 17 finem *v* 19 non *TV*: quando non *v* autem] *om. v* 20 atque *TV*: et *v* 21 quibus] *om.* T^1 idem *V*: idem dominus *PTv* 23 propter *TV*: pro *v* istos *TV*: istius modi *v* 24 mortuis *v*

hora et nunc est, quando mortui audient uocem filii dei, et qui audierint uiuent. qui audierint dixit „qui oboedierint, qui crediderint et usque in finem perseuerauerint“. nec fecit hic ullam differentiam bonorum et malorum; omnibus enim bonum est audire uocem eius et uiuere ad uitam pietatis ex impietatis morte transeundo. de qua morte ait apostolus Paulus: ergo omnes mortui sunt; et pro omnibus mortuus est, ut et qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. omnes itaque mortui sunt in peccatis nemine prorsus excepto siue originalibus siue etiam uoluntate additis uel ignorando uel sciendo nec faciendo quod iustum est; et pro omnibus mortuis uiuus mortuus est unus, id est nullum habens omnino peccatum, ut qui per remissionem peccatorum uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro omnibus mortuus est propter peccata nostra et resurrexit propter iustificationem nostram, ut credentes in eum qui iustificat impium ex impietate iustificati tamquam ex morte uiuificati ad primam resurrectionem, quae nunc est, pertinere possemus. ad hanc enim primam non pertinent nisi qui beati erunt in aeternum; ad secundam uero, de qua mox locuturus est, et beatos pertinere docebit et miseros. ista est misericordiae, illa iudicii. propter quod in psalmo scriptum est: misericordiam et iudicium cantabo tibi, domine. de quo iudicio consequenter adiunxit atque ait: et potestatem dedit ei et iudicium facere, quia filius hominis est. hic ostendit quod in ea carne ueniet iudicaturus, in qua uenerat iudicandus. ad hoc enim ait: quoniam filius hominis est; ac deinde subiungens unde agimus: nolite, inquit, mirari

7 II Cor. 5, 14 sq. 23 Ps. 100, 1 25 Io. 5, 27 29 Io. 5, 28 sq.

3 et usque—perseuerauerint] *om. v* 4 ulla *T* 8 ut et—mortuus est] *om. v* 10 neminem *V* 13 mortuis TV^2v: mortuus MV^1 19 possimus *v* 21 ad (d *add. m. 2*) *T* 22 ita (s *add. m. 2*) *T* est *TV*: est et *v* 25 ei *TV*: *om. v* 29 subiunges (n *a m. 2*) *T* agimus *TV*: ait *v*

hoc, quia ueniet hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient uocem eius et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitae, qui mala egerunt, in resurrectionem iudicii. hoc est illud iudicium, quod paulo ante sicut nunc pro damnatione posuerat dicens: qui uerbum meum audit et credit ei qui misit me, habet uitam aeternam et in iudicium non ueniet, sed transiet a morte in uitam, id est pertinendo ad primam resurrectionem, qua nunc transitur a morte ad uitam, in damnationem non ueniet, quam significauit appellatione iudicii, sicut etiam hoc loco, ubi ait: qui male egerunt, in resurrectionem iudicii, id est damnationis. resurgat ergo in prima qui non uult in secunda resurrectione damnari. uenit enim hora et nunc est, quando mortui audient uocem filii dei, et qui audierint uiuent, id est in damnationem non uenient, quae secunda mors dicitur; in quam mortem post secundam quae corporum futura est resurrectionem praecipitabuntur qui in prima, quae animarum est, non resurgunt. ueniet enim hora — ubi non ait: „et nunc est“, quia in fine erit saeculi, hoc est in ultimo et maximo iudicio dei — quando omnes, qui in monumentis sunt, audient uocem eius et procedent. non dixit, quemadmodum in prima: „et qui audierint uiuent“; non enim omnes uiuent, ea uita scilicet, quae quoniam beata est, sola uita dicenda est. nam utique non sine qualicumque uita possent audire et de monumentis resurgente carne procedere. quare autem non omnes uiuent, in eo quod sequitur docet: qui bona, inquit, fecerunt, in resurrectionem uitae, hi sunt qui uiuunt, qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicii, hi sunt qui non uiuent, quia secunda morte morientur. mala quippe

6 Io. 5, 24 14 Io. 5, 25 28 Io. 5, 29

3 qui *V*: qui uero *PTv* 8 transiet *Vv*: transit *T* a *TV*: de *v* 9 transitur *TV*: transiturus *v* 12 male *Vv*: mala *T* resurrectione *V* iudici *T* 18 resurrectione *v* praecipitabiuntur *V* 29 uiuunt *V*: uiuent *Tv*

egerunt, quoniam male uixerunt; male autem uixerunt, quia in prima quae nunc est animarum resurrectione non reuixerunt aut in eo quod reuixerunt non in finem usque manserunt. sicut ergo duae sunt regenerationes, de quibus iam supra locutus sum, una secundum fidem, quae nunc fit per baptismum, alia secundum carnem, quae fiet in eius incorruptione atque immortalitate per iudicium magnum atque nouissimum: ita sunt et resurrectiones duae: una prima et nunc est et animarum est, quae uenire non permittit in mortem secundam; alia secunda, quae non nunc, sed in saeculi fine futura est, nec animarum, sed corporum est, quae per ultimum iudicium alios mittit in secundam mortem, alios in eam uitam, quae non habet mortem.

CXXVI.

EX LIBRO DE CIVITATE DEI XX. DE DVABVS RESVRRECTIONIBVS ET MILLE ANNIS.

142 De his duabus resurrectionibus idem Iohannes euangelista in libro, qui dicitur Apocalypsis, eo modo locutus est, ut earum prima a quibusdam nostris non intellecta insuper etiam in quasdam ridiculas fabulas uerteretur. ait quippe in libro memorato Iohannes apostolus: et uidi angelum descendentem de caelo, habentem clauem abyssi et catenam in manu sua. et tenuit draconem illum serpentem antiquum, qui cognominatus est diabolus et satanas. alligauit illum mille annis et misit illum in abyssum et clausit et signauit super eum,

21 Apoc. 20, 1 sqq.

1 quoniam male *TVv*²: q. mala *v*¹ 2 *post* reuixerunt *ras. 11 fere litt. in T* 3 reuixerunt *PVv*: resurrexerunt *T* 5 fidem *Tv*: fide *V* 10 nunc *TV*: nunc est *v* 12 mittit *MVv*: mittet *T* 14 *cap.* CXXXIIII *T* CXLII *P* CXLIII *v*; *num. om. G* 15 XX *MV*: XX titulo VII *Tv* 18 apocalypsis (y *a m. 2 in ras.*) *T* apocalipsis *v* 20 uerteretur *a*: uerterentur *MTVv* 21 descendentem *TV*: descendem *v* 22 clabem *MV* 23 drachonem *V* 25 illum *TV*: eum *v* 26 clausit *Vv*: clusit *T* eum *TV*: illum *v*

ut non seduceret iam gentes, donec finiantur mille anni; post haec oportet eum solui breui tempore. et uidi sedes et sedentes super eas, et iudicium datum est. et animae occisorum propter testimonium Iesu et propter uerbum dei, et si qui non adorauerunt bestiam nec imaginem eius neque acceperunt inscriptionem in fronte aut in manu sua, et regnauerunt cum Iesu mille annis. reliqui eorum non uixerunt, donec finiantur mille anni. haec resurrectio prima est. beatus et sanctus est qui habet in hac prima resurrectione partem. in istis secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes dei et Christi et regnabunt cum eo mille annis. qui propter haec huius modi libri uerba primam resurrectionem futuram suspicati sunt corporalem, inter cetera maxime numero annorum mille permoti sunt, tamquam oporteret in sanctis in eo modo uelut tanti temporis fieri sabbatismum, uacatione scilicet sancta post labores annorum sex milium, ex quo creatus est homo et magni illius peccati merito in huius mortalitatis haerumnas de paradisi felicitate dimissus est, ut, quoniam scriptum est: unus dies apud dominum sicut mille anni et mille anni sicut dies unus, sex annorum milibus tamquam sex diebus impletis sequatur uelut septimus sabbati in annis mille postremis, ad hoc scilicet sabbatum celebrandum resurgentibus sanctis. quae opinio esset utcumque tolerabilis, si aliquae deliciae spiritales illo in sabbato affuturae sanctis per domini praesentiam crederentur. nam etiam nos hoc opinati fuimus aliquando. sed cum eos qui tunc resurrexerint dicant immo-

21 II Petr. 3, 8

3 iudicium (*om.* et) *v* 5 Iesu] ih̄m *T* 8 Iesu] ih̄m *T* 9 mille anni] *om. v* 14 qui propter *V*: quapropter *Tv* modi *MV*: *om. Tv* 15 suspicati sunt *TV*: suspicantes *v* 17 in eo modo *MV*: eo modo *Tv* 18 sabbatis**mum (si *ras.*) *T* uacatione *Tv*: uocatione *MV* 20 aerumnas *v* paradysi *v* 24 uelut *T*: uel *Vv* 26 dilitiae *T* 27 illo in *V*: in illo *Tv*

deratissimis carnalibus epulis uacaturos, in quibus cibus sit tantus ac potus, ut non solum nullam modestiam teneant, sed modum quoque ipsius incredulitatis excedant, nullo modo ista possunt nisi a carnalibus credi. hi autem qui spiritales sunt istos ista credentes chiliastas appellant graeco uocabulo, quos uerbum e uerbo exprimentes nos possumus miliarios nuncupare. eos autem longum est refellere ad singula, sed potius quemadmodum scriptura haec accipienda sit iam debemus ostendere.

Ait ipse dominus Iesus Christus: nemo potest introire in domum fortis et uasa eius eripere, nisi primo alligauerit fortem, diabolum uolens intellegi fortem, quia ipse genus humanum potuit tenere captiuum; uasa uero eius, quae fuerat erepturus, fideles suos futuros, quos ille in diuersis peccatis atque impietatibus possidebat. ut ergo alligaretur hic fortis, propterea uidit iste apostolus in Apocalypsi angelum descendentem de caelo, habentem clauem abyssi et catenam in manu sua. et tenuit, inquit, draconem illum serpentem antiquum, qui cognominatus est diabolus et satanas; et alligauit illum mille annis, hoc est eius potestatem ab eis seducendis ac possidendis qui fuerant liberandi cohibuit atque frenauit. mille autem anni duobus modis possunt, quantum mihi occurrit, intellegi: aut quia in ultimis annis mille ista res agitur, id est sexto annorum miliario tamquam sexto die, cuius nunc spatia posteriora uoluuntur, secuturo deinde sabbato, quod non habet uesperam, requie scilicet sanctorum,

10 Marc. 3, 27 16 Apoc. 20, 1 sq.

1 aepulis *T* 2 putus *T pr.* 3 incredulitates *T pr.* 5 ista *V*: ita *Tv* chilastas *v* 6 e *TV*: ex *v* nos *Vv*: non *T* possumus *Vv*: possemus *T* 7 nuncupare *T* eos *Tv*: eas *V* longe *v* refellere *TV*: repellere *v* 8 haec *TV*: *om. v* 11 eius *Tv*: eis *V* arripere *v* 16 apocalypsin *T* apocalipsis *v* 17 abentem *T* clabem *V* 19 drachonem *V* dacronem *T* 21 ac *TV*: atque *v* 26 sequituro (v *add. m. 2*) *T* sequitur *v* 27 requie *V*: requies *Tv*

quae non habet finem, ut huius miliarii tamquam diei nouissimam partem, quae remanebat usque ad terminum saeculi, mille annos appellauerit eo loquendi modo, quo pars significatur a toto; aut certe mille annos pro annis omnibus huius saeculi posuit, ut perfecto numero notaretur ipsa temporis plenitudo. millenarius quippe numerus denarii numeri quadratum solidum reddit. decem quippe decies ducta fiunt centum, quae iam figura quadrata, sed plana est. ut autem in altitudine surgat et solida fiat, rursus centum decies multiplicantur et mille sunt. porro si centum ipsa pro uniuersitate aliquando ponuntur — quale illud est, quod dominus omnia sua dimittenti et eum sequenti promittit dicens: accipiet in hoc saeculo centuplum; quod exponens quodam modo apostolus ait: quasi nihil habentes et omnia possidentes, quia et ante iam dictum erat: fidelis hominis totus mundus diuitiarum est — quanto magis mille pro uniuersitate ponuntur, ubi est soliditas ipsius denariae quadraturae? unde nec illud melius intellegitur quod in psalmo legitur: memor fuit in saeculum testamenti sui uerbi, quod mandauit in mille generationes, id est in omnes.

Et misit illum, inquit, in abyssum. utique diabolum misit in abyssum, quo nomine significata est multitudo innumerabilis impiorum, quorum in malignitate aduersus ecclesiam dei multum profunda sunt corda, non quia ibi diabolus ante non erat, sed ideo illuc dicitur missus, quia exclusus a credentibus plus coepit impios possidere. plus namque possidetur a diabolo qui non solum est alienatus a deo uerum

12 Matth. 19, 29 14 II Cor. 6, 10 15 Prou. 17, 6 19 Ps. 104, 8

1 nouissimi *v* 3 appellauerit—mille annos] *om.* T^1 6 denarii *Tv*: denari *V* 8 iam *TV*: etiam *v* plana *T*: plena *Vv* altitudinem *v* 9 rursum *v* 14 et omnia—quia] T^2 *in ras.* 22 utique—abyssum] *om. v* 25 quia *TVv*: qua *M* ante diabolus *v* 26 non erat] nouerat *M* illuc *Tv*: illud *MV* 27 credentibus] T^1 *in ras.* plus namque—diabolo] *om. v*

etiam gratis odit seruientes deo. et clausit, inquit, et signauit super eum, ut non seduceret iam gentes, donec finiantur mille anni. clausit super eum dictum est „interdixit ei, ne posset exire“, id est uetitum transgredi. signauit autem quod ait, significasse mihi uidetur, quia occultum esse uoluit qui pertineant ad partem diaboli et qui non pertineant. hoc quippe in saeculo isto prorsus latet, quia et qui uidetur stare utrum sit casurus, et qui uidetur iacere utrum sit resurrecturus incertum est. ab eis autem gentibus seducendis huius interdicti uinculo et claustro diabolus prohibetur atque cohibetur, quas pertinentes ad Christum seducebat antea uel tenebat. has enim deus elegit ante mundi constitutionem eruere de potestate tenebrarum et transferre in regnum filii caritatis suae, sicut apostolus dicit. nam seducere illum gentes etiam nunc et secum trahere in aeternam poenam, sed non praedestinatas in aeternam uitam quis fidelis ignorat? nec moueat quod saepe diabolus seducit etiam illos qui regenerati iam in Christo uias ingrediuntur dei. nouit enim dominus qui sunt eius; ex his in aeternam damnationem neminem ille seducit. sic enim eos nouit dominus ut deus, quem nihil latet etiam futurorum, non ut homo, qui hominem ad praesens uidet — si tamen uidet cuius cor non uidet — qualis autem postea sit futurus nec se ipsum uidet.

13 cf. Eph. 1, 4 14 cf. Coloss. 1, 13 19 II Tim. 2, 19

1 clusit *T* 3 clusit *T* 4 ue*titum *T* 5 ait *V*: addidit *PTv* 6 qui *TV*: quę *v* 7 qui *TV*: quę *v* 8 et qui uidetur iacere — resurrecturus] *om. v* 9 resurrecturus *V*: surrecturus *T* 10 interdicto *v* 15 etiam *TV*: est iam *v* 18 iam *TV*: etiam *v*

CXXVII.

SEQVITVR SETEXTVS LIBRI VICESIMI. DE ALLIGATIONE ET SOLVTIONE DIABOLI.

Ad hoc ergo ligatus est diabolus et inclusus in abysso, ut 143
iam non seducat gentes, ex quibus constat ecclesia, quas ante seductas tenebat, antequam essent ecclesia. neque enim dictum est: „ut non seduceret aliquem“ sed: ut non seduceret, inquit, iam gentes; in quibus ecclesiam procul dubio uoluit intellegi. donec finiantur, inquit, mille anni, id est aut quod remanet de sexto die, qui constat ex mille annis, aut omnes anni, quibus deinceps hoc saeculum peragendum est. nec sic accipiendum est quod ait: ut non seduceret gentes, donec finiantur mille anni, quasi postea sit seducturus eas dumtaxat gentes, ex quibus praedestinata constat ecclesia, a quibus seducendis illo est uinculo claustroque prohibitus. sed aut illa locutione dictum est, quae in scripturis aliquotiens inuenitur, qualis est in psalmo: sic oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri; neque enim cum misertus fuerit non erunt oculi seruorum eius ad dominum deum suum; aut certe iste est ordo uerborum: et clausit et signauit super eum, donec finiantur mille anni; quod uero interposuit: ut non seduceret iam gentes, ita se habet, ut ab huius ordinis conexione sit liberum et seorsum intellegendum, uelut

7 Apoc. 20, 3 17 Ps. 122, 2

1 *cap.* CXXXV *T* CXLIII *Pv*; *num. om. G* 2 sequitur—uicesimi] *om. T* setextus M^2V: textus *v* sextus *P*; *om.* M^1 allegatione *V* 3 diaboli] d. libro uicensimi (*sic*) *T* 4 ligatus *TV*: alligatus *v* 6 essent (n *del. m. 2*) *T* esset *v* nec *v* 7 aliquem—seduceret] *add.* T^2 *in mg.* sed ut] seductum *v* 14 seducturum (*corr. m. 1*) *T* praedistinata T^1 17 aliquotiens *T* aliquoties *v* sic] sic̄ (*uirgulam add. m. 2*) *V* sic** *T* 19 nostri *TV* nobis *v* 20 *post* oculi *rasura 6 litt. in T* 23 ita *Tv*: ista *V* 24 seorsum *TV*: sursum *v*

si post adderetur, ut sic se haberet tota sententia: et clausit et signauit super eum, donec finiantur mille anni, ut non seduceret iam gentes, id est ideo clausit, donec finiantur mille anni, ut non seduceret iam gentes.

Post haec, inquit, oportet eum solui breui tempore. si hoc est diabolo ligari et includi, ecclesiam non posse seducere, haec ergo erit solutio eius, ut possit? absit. numquam enim ab illo ecclesia seducetur praedestinata et electa ante mundi constitutionem, de qua dictum est: nouit dominus qui sunt eius. et tamen hic erit etiam illo tempore, quo soluendus est diabolus, sicut ex quo est instituta hic fuit, et erit omni tempore, in suis utique qui succedunt nascendo morientibus.

CXXVIII.

EX EODEM LIBRO DE CIVITATE DEI XX. QVID RESPONDENDVM SIT EIS QVI PVTANT RESVRRECTIONEM AD SOLA CORPORA, NON ETIAM AD ANIMAS PERTINERE.

144 Haec resurrectio prima est. beatus et sanctus qui habet in hac prima resurrectione partem, id est particeps eius est. ipse est autem particeps eius, qui non solum a morte, quae in peccatis est, reuiuescit uerum etiam in eo quod reuixerit permanebit. in istis, inquit, secunda mors non habet potestatem. habet ergo in reliquis, de quibus superius ait: reliqui eorum non uixerunt, donec finiantur mille anni, quoniam toto isto temporis interuallo, quod mille annos uocat, quantumcumque in eo quisque eorum uixit in corpore, non reuixit a morte, in qua eum

1 (et 5) Apoc. 20, 3 9 II Tim. 2, 19 18 Apoc. 20, 5 sq.

6 diabolu (u *ex* o *corr. m. 2*) *T* 8 seducetur *T*: seducitur *G Pv* seduceret (ret *add. m. 2 in spatio 5 litt.*) *V* seducere *M* praedistinata *GPv* et electa *PT*: *om. GMVv* 10 hic *TV*: haec *v* 14 *cap.* CXXXVI *T* CXLIIII *Pv*; *num. om. G* 15 XX *MV*: XX inter cetera et (et *del.* T^2) ad locum *Tv* 21 reuiuescet v^1 23 ergo *TV*: *om. v* 25 tempore *v*

tenebat impietas, ut sic reuiuescendo primae resurrectionis particeps fieret atque in eo potestatem secunda mors non haberet.

Sunt qui putant resurrectionem dici non posse nisi corporum ideoque istam quoque primam in corporibus futuram esse contendunt. quorum enim est, inquiunt, cadere, eorum est resurgere. cadunt autem corpora moriendo; nam et a cadendo cadauera nuncupantur. non ergo animarum, inquiunt, resurrectio potest esse, sed corporum. sed quid contra apostolum dicunt, qui eam resurrectionem appellat? nam secundum interiorem, non secundum exteriorem hominem utique resurrexerunt quibus ait: si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt sapite. quem sensum uerbis aliis alibi posuit dicens: ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris, sic et nos in nouitate uitae ambulemus. hinc est et illud: surge qui dormis et exsurge a mortuis, et inluminabit te Christus. quod autem dicunt non posse resurgere nisi qui cadunt et ideo putant resurrectionem ad corpora, non ad animas pertinere, quia corporum est cadere, cur non audiunt: non recedatis ab illo, ne cadatis, et: suo domino stat aut cadit, et: qui se putat stare caueat, ne cadat? puto enim quod in anima, non in corpore casus iste cauendus est. si igitur cadentium est resurrectio, cadunt autem et animae, profecto et animas resurgere confitendum est. quod autem, cum dixisset: in istis secunda mors non habet potestatem, adiunxit atque ait: sed erunt sacerdotes dei et Christi et regnabunt cum eo mille annis, non utique de solis episcopis et presbyteris dictum est, qui proprie iam uocantur in ecclesia sacerdotes;

12 Coloss. 3, 1 14 Rom. 6, 4 16 Eph. 5, 14 21 Eccli. 2, 7 Rom. 14, 4 22 I Cor. 10, 12 26 Apoc. 20, 6

1 reuiuiscendo (i *altera ex* e *corr.*) *T* 6 contendant *v* est enim *v* 7 nam (*om.* et) *v* 8 cadabera *V* 12 resurrexerant *T* 22 caueat *TV*: uideat *v* 26 cum *TV*: *om. v* dixisset *TV*: dixit sed *v* 30 qui *Tv*: *om. V* propriae (a *del. m. 2*) *T*

sed sicut omnes christos dicimus propter mysticum chrisma, sic omnes sacerdotes, quoniam membra sunt unius sacerdotis; de quibus apostolus Petrus: plebs, inquit, sancta, regale sacerdotium. sane, licet breuiter atque transeunter, insinuauit esse deum Christum dicendo: sacerdotes dei et Christi, hoc est patris et filii, quamuis propter formam serui sicut hominis filius, etiam sacerdos ita Christus effectus sit in aeternum secundum ordinem Melchisedech. de qua re in hoc opere non semel diximus.

CXXVIIII.

EX EODEM LIBRO XX. DE GOG ET MAGOG, QVOS AD PERSEQVENDAM ECCLESIAM DEI SOLVTVS PROPE FINEM SAECVLI DIABOLVS INCITABIT.

145 Et cum finiti fuerint mille anni, soluetur satanas de custodia sua ad seducendas nationes, quae sunt in quattuor angulis terrae, Gog et Magog, et trahet eas in bellum, quorum numerus est ut harena maris. ad hoc ergo tunc seducet, ut in hoc bellum trahat. nam et antea modis quibus poterat per mala multa et uaria seducebat. exibit autem dictum est: „in apertam persecutionem de latebris erumpet odiorum“. haec enim erit nouissima persecutio nouissimo imminente iudicio, quam sancta ecclesia toto terrarum orbe patietur, uniuersa scilicet ciuitas Christi ab uniuersa diaboli ciuitate, quantacumque erit utraque super terram. gentes quippe istae, quas appellat Gog et Magog, non sic sunt accipiendae, tamquam sint aliqui in

3 I Petr. 2, 9 14 Apoc. 20, 7 sq.

2 memba (r *add. m. 2*) *T* 4 licet *TV*: licet et *v* 7 ita etiam sacerdos *Tv* 8 mechisedech *v* re] rē *v* 10 *cap.* CXXXVII *T* CXLV *P* CXLVI *v*; *num. om. G* 18 haerena (e *del. m. 2*) *T* arenae *v* 22 nouissima *Vv*: in nouissima *T* persecutione (ne *add. m. 2*) *T* imminente *V*: imm**ente (in *eras.*) *M* inmente (in *add. m. 2*) *T* eminenti *v* 24 utraque *TV*: utrumque *v* 25 quippe] *om. v* 26 in aliqua *TV*: mali qua *v*

aliqua parte terrarum barbari constituti, siue quos quidam suspicantur Getas et Massagetas propter litteras horum nominum primas, siue aliquos alios alienigenas et a Romano iure seiunctos. toto namque orbe terrarum significati sunt isti esse, cum dictum est: nationes, quae sunt in quattuor angulis terrae, easque subiecit esse Gog et Magog. quorum interpretationem nominum esse comperimus Gog „tectum“, Magog „de tecto“, tamquam domus et ipse qui procedit de domo. gentes ergo sunt, in quibus diabolum uelut in abysso superius intellegebamus inclusum, et ipse de illis quodam modo sese efferens et procedens, ut illae sint tectum, ipse de tecto. si autem utrumque referamus ad gentes, non unum horum ad illas, alterum ad diabolum: et tectum ipsae sunt, quia in eis nunc includitur et quodam modo tegitur inimicus antiquus, et de tecto ipsae erunt, quando in apertum odium de operto erupturae sunt.

CXXX.

EX EODEM LIBRO XX. AN AD VLTIMVM IVDICIVM PERTINEAT IMPIORVM, QVOD DESCENDISSE IGNIS DE CAELO ET EOSDEM COMEDISSE MEMORATVR.

Quod uero ait: et ascenderunt supra terrae latitu- 146
dinem et cinxerunt castra sanctorum et dilectam ciuitatem, non utique ad unum locum uenisse uel uenturi esse significati sunt, quasi uno aliquo loco futura sint castra sanctorum et dilecta ciuitas, cum haec non sit nisi Christi

21 Apoc. 20, 9

1 quos *Vv*: quod *T* 2 masagetas *v* 3 alienigenas *PTV*: alienas *v* 5 nationes *TV*: in nationes *v* 6 angulis *Tv*: angulos *V* 7 interpretatione *T* 8 de tecto *TV*: detectum *v* 11 sese *TV*: se *Pv* illae *TV*: illi *v* 12 de tecto] detectum *v* 13 ipsi *v* 14 nunc *GMPT*²*Vv*: non *T*¹ includitur *GMP Vv*: concluditur *T* 15 ipsi *v* 16 operto *TV*: cooperto *v* 17 *cap.* CXXXVIII *T* CXLVI *P* CXLVII *v*; *num. om. G* 19 descendisset *v* 23 unum *TV*: *om. v* 24 loco *TV*: *om. v* 25 sit (n *add. m. 2*) *T*

ecclesia toto terrarum orbe diffusa; ac per hoc ubicumque tunc erit, quae in omnibus gentibus erit, quod significatum est nomine latitudinis terrae, ibi erunt castra sanctorum, ibi erit dilecta deo ciuitas eius, ibi ab omnibus inimicis suis, quia et ipsi in omnibus cum illa gentibus erunt, persecutionis illius immanitate cingetur, hoc est in angustias tribulationis artabitur, urguebitur, concludetur nec militiam suam deseret, quae uocabulo est appellata castrorum.

Quod uero ait: et descendit ignis de caelo et comedit eos, non extremum putandum est id esse supplicium, quod erit, cum dicetur: discedite a me, maledicti, in ignem aeternum. tunc quippe in ignem mittentur ipsi, non ignis de caelo ueniet in ipsos. hic autem bene intellegitur ignis de caelo de ipsa firmitate sanctorum, qua non cessuri sunt saeuientibus, ut eorum faciant uoluntatem. firmamentum est enim caelum, cuius firmitate illi cruciabuntur ardentissimo zelo, quoniam non poterunt attrahere in partes antichristi sanctos Christi. et ipse erit ignis, qui comedet eos, et hoc a deo, quia dei munere insuperabiles erunt sancti: inde excruciantur inimici. sicut enim in bono positum est: zelus domus tuae comedit me, ita e contrario: zelus occupauit plebem ineruditam et nunc ignis contrarios comedet. et nunc utique, excepto scilicet ultimi illius igne iudicii. aut si eam plagam, qua percutiendi sunt ecclesiae persecutores ueniente iam Christo, quos uiuentes in-

9 Apoc. 20, 9 11 Matth. 25, 41 21 Ps. 68, 10 Es. 26, 11

1 ubicumque *TV*: ubique *v* 3 ibi erit *a*: ubi e. *TVv* 4 ab *TV*: cum *v* inimicis *TV*: amicis *v* 5 ipse *v* erunt *TV*: erit *v* 7 urgebitur *Tv* concluditur *v* deseret *TV* (e *tertium ex* i *corr. m. 1 V*): deserit *v* 9 descendet *v* comedet *v* 11 dicitur *v* 13 intellegitur *T* 15 cessuri *Tv*: cessura *V* 16 enim caelum est *v* illa (a *in* i *corr.*) *T* 17 quoniam *Vv*: qui (i *in ras.*) *T* potuerunt *Tv* (u *pr. del. m. 2 T*) adtrahere (d *ex* t *corr. m. 2*) *T* 18 sanctos Christi] *om. v* 19 quia] qui *P* dei *PTV*: de eius *v* erunt *MV*: fiunt *PTv* 20 inde *V*: unde *PTv* bonum *v* 22 occupabit T^2v nunc *Vv*: tunc *T* 25 uenienti *v*

ueniet super terram, quando interficiet antichristum spiritu oris sui, ignem appellauit descendentem de caelo eosque comedentem: neque hoc ultimum supplicium erit impiorum, sed illud quod facta corporum resurrectione passuri sunt.

CXXXI.

ITEM EX EODEM LIBRO XX DE CIVITATE DEI. QVID APOSTOLVS THESSALONICENSIBVS SCRIPSERIT DE MANIFESTATIONE ANTICHRISTI.

Rogamus, inquit, uos, fratres, per aduentum do- 147
mini nostri Iesu Christi et nostrae congregationis in ipsum, ut non cito moueamini mente neque terreamini neque per spiritum neque per uerbum neque per epistulam tamquam per nos, quasi instet dies domini, ne quis uos seducat ullo modo; quoniam nisi uenerit refuga primum et reuelatus fuerit homo peccati, filius interitus, qui aduersatur et superextollitur suprà omne, quod dicitur deus aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat ostentans se, tamquam sit deus. non retinetis in memoria, quod adhuc, cum essem apud uos, haec dicebantur uobis? et nunc quid detineat scitis, ut reueletur in suo tempore. iam enim mysterium iniquitatis operatur. tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat; et tunc reuelabitur iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, et eua-

1 cf. II Thess. 2, 8 9 II Thess. 2, 1—12

3 ultimum (lt *add. m. 2*) *T* 5 *cap.* CXXXVIIII *T* CXLVII *P* CXLVIII *v*: *num. om. G* 6 item] *om. Tv* quid *MPV*: quod *GTv* 7 thessallonicensibus *MV* thesalonicensibus *v* 13 aepistulam (u *in* o *corr. m. 2*) *T* epistolam *v* nos *MPTV*: nos missam G^2v 18 in templo *PTv*: templo *V* ostentas (n *add. m. 2*) *T* ostendens *v* 19 memoriā (*uirgulam add. m. 2*) *T* 20 dicebantur *MV*: dicebam *PTv* 21 detineant *v* 23 qui *Tv*: quo *V* 25 Iesu T^1

cuabit inluminatione praesentiae suae eum, cuius est praesentia secundum operationem satanae in omni uirtute et signis et prodigiis mendacii et in omni seductione iniquitatis his qui pereunt pro eo, quod dilectionem ueritatis non receperunt, ut salui fierent. et ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio et iudicentur omnes, qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. nulli dubium est eum de antichristo ista dixisse diemque iudicii — hunc enim appellat diem domini — non esse uenturum, nisi ille prior uenerit, quem refugam uocat, utique a domino deo. quod si de omnibus impiis merito dici potest, quanto magis de isto! sed in quo templo dei sit sessurus incertum est; utrum in illa ruina templi, quod a Salomone rege constructum est, an uero in ecclesia. non enim templum alicuius idoli aut daemonis templum dei apostolus diceret. unde nonnulli non ipsum principem, sed uniuersum quodam modo corpus eius, id est ad eum pertinentem hominum multitudinem simul cum ipso suo principe hoc loco intellegi antichristum uolunt rectiusque putant etiam latine dici, sicut in graeco est, non: in templo dei, sed: in templum dei sedeat, tamquam ipse sit templum dei, quod est ecclesia; sicut dicimus: „sedet in amicum“, id est uelut amicus, uel si quid aliud isto locutionis genere dici solet. quod autem ait: et nunc quid detineat scitis, id est quid sit in mora, quae causa sit dilationis eius, ut reueletur in suo tempore, scitis. quoniam scire illos dixit, aperte

1 inluminatione (l *add. m. 2*) *V* 4 pereunt] pereunt et non credunt *v* pro eo—receperunt] *om. v* 6 fient *v* mittet T^2 *V*: mittit T^1v 8 conserunt (sen *add. m. 2*) *V* 9 eum] *om.* T^1 10 diemque (m *del. m. 2*) *T* dieque *v* 11 uenturam *v* 16 alicuius *TV*: *om. v* dęmoniis *V* 18 uniuersum *TV*: ipsum *v* 19 multitudinē (ē *a m. 2 in ras.*) *T* 22 sedeat *Vv*: sedet *T* 23 sedet *Vv*: sedet et *T* in amicum *TV*: inimicus *v* 26 quid sit *T* in *TV*: *om. v* dilationis *Vv*: dilectionis *T*

hoc dicere noluit. et ideo nos qui nescimus quod illi sciebant peruenire cum labore ad id quod sensit apostolus cupimus nec ualemus, praesertim quia et illa quae addidit hunc sensum faciunt obscuriorem. nam quid est: iam enim mysterium iniquitatis operatur. tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat; et tunc reuelabitur iniquus? ego prorsus quid dixerit me fateor ignorare, suspiciones tamen hominum, quas uel audire uel legere potui, non tacebo. quidam putant hoc de imperio dictum fuisse Romano et propterea Paulum apostolum non id aperte scribere uoluisse, ne calumniam uidelicet incurreret, quod Romano imperio male optauerit, cum speraretur aeternum; ut hoc quod dixit: iam enim mysterium iniquitatis operatur, Neronem uoluerit intellegi, cuius iam facta uelut antichristi uidebantur. unde nonnulli ipsum resurrecturum et futurum antichristum suspicantur. alii uero nec occisum putant, sed subtractum potius, ut putaretur occisus, et uiuum occultari in uigore ipsius aetatis, in qua fuit, cum crederetur extinctus, donec suo tempore reueletur et restituatur in regnum. sed multum mihi mira est haec opinantium tanta praesumtio. illud tamen quod ait apostolus: tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat, non absurde de ipso Romano imperio creditur dictum, tamquam dictum sit: „tantum qui modo imperat imperet, donec de medio fiat“ id est de medio tollatur. et tunc reuelabitur iniquus: quem significari antichristum nullus ambigit. alii uero et quod ait: quid detineat scitis et: mysterium operari iniquitatis non putant dictum nisi de malis et fictis, qui sunt in ecclesia, donec perueniat ad tantum numerum, qui antichristo magnum populum faciat, et hoc esse mysterium iniquitatis,

1 illi* *T* 5 qui *Tv*: quo *V* 6 fiat (t *a m. 2 in ras.*) *V* 8 suspiciones *TV*: suspitio est *v* 11 calumnia *V* incurret *T* 12 speraretur *TV*: speretur *v* ut *V*: in *Tv* 13 enim *V*: etiam *T*; *om. v* 14 neronem *TV*: nec romanum *v* 15 nonnulli ipsum] nonnullu psum V^1 (*corr. m. 2*) 16 suspicantur — occisum] *om.* T^1 20 opinantium (u *in ras.*) *T* 23 sit dictum *v* 29 perueniat *TV*: perueniant *v* antichristi *T*

quia uidetur occultum; hortari autem apostolum fideles, ut in fide, quam tenent, tenaciter perseuerent dicendo: tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat, hoc est donec exeat de medio ecclesiae mysterium iniquitatis, quod nunc occultum est. ad ipsum enim mysterium pertinere arbitrantur quod ait in epistula sua Iohannes euangelista: pueri, nouissima hora est; et sicut audistis, quod antichristus sit uenturus, nunc autem antichristi multi facti sunt; unde cognoscimus, quod nouissima sit hora. ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis; quod si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. sicut ergo ante finem in hac hora, inquiunt, quam Iohannes nouissimam dicit, exierunt multi haeretici de medio ecclesiae, quos multos dicit antichristos, ita omnes tunc inde exibunt, qui non ad Christum, sed ad illum nouissimum antichristum pertinebunt, et tunc reuelabitur. alius ergo sic, alius autem sic apostoli obscura uerba coniectat; quod tamen eum dixisse non dubium est: non ueniet ad uiuos et mortuos iudicandos Christus, nisi prius uenerit ad seducendos in anima mortuos aduersarius eius antichristus, quamuis ad occultum iam iudicium dei pertineat quod ab illo seducentur. praesentia quippe eius erit, sicut dictum est, secundum operationem satanae in omni uirtute et signis et prodigiis mendacii et in omni seductione iniquitatis his qui pereunt. tunc enim soluetur satanas et per illum antichristus in omni sua uirtute mirabiliter quidem, sed mendaciter operabitur. quae solet ambigi

7 I Io. 2, 18 sq. 22 II Thess. 2, 9 sq.

2 fide *Tv*: fidem *V* 3 qui T^2Vv: quo T^1 5 arbitrantur (n *ex* r *corr. m. 1 V*) *TV*: arbitratum *v* 6 epistola T^2v 10 exierunt ex nobis *v* 12 hora (h *add. m. 2*) *T* 13 inquiunt *TV*: in qua uiuunt *v* 14 antichristos dicit *v* 17 apostoli T^2Vv: apostolus T^1 coniectat *V*: coniunctat *T* contractat *v* 18 quod *TV*: quę *v* 20 seducendas *V* eius *Vv*: id est (id *add. m. 2*) *T* 21 iam ad occultum *Tv* 26 antichristus *V*: antichristum *Tv* sua *TV*: *om. v* 27 mendaciter *TV*: non mendaciter *v*

utrum propterea dicta sint signa et prodigia mendacii, quoniam mortales sensus per phantasmata decepturus est, ut quod non facit facere uideatur, an quia illa ipsa, etiam si erunt uera prodigia, ad mendacium pertrahent crediturosnon ea potuisse nisi diuinitus fieri, uirtutem diaboli nescientes, maxime quando tantam quantam numquam habuit acceperit potestatem. non enim quando de caelo ignis cecidit, phantasmata fuerunt, et tantam familiam cum tantis gregibus pecorum sancti Iob uno impetu absumsit et turbo irruens et domum deiciens filios eius occidit; quae tamen fuerunt opera satanae, cui deus dederat hanc potestatem. propter quod horum ergo dicta sint prodigia et signa mendacii, tunc potius apparebit. sed propter quodlibet horum dictum sit, seducentur eis signis atque prodigiis qui seduci merebuntur, pro eo quod dilectionem, inquit, ueritatis non receperunt, ut salui fierent. nec dubitauit apostolus addere ac dicere: ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio. deus enim mittet, quia deus diabolum facere ista permittit iusto ipse iudicio, quamuis faciat ille iniquo malignoque consilio. ut iudicentur, inquit, omnes, qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. proinde iudicati seducentur et seducti iudicabuntur. sed iudicati seducuntur illis iudiciis dei occulte iustis, iuste occultis, quibus ab initio peccati rationalis creaturae numquam iudicare cessauit; seducti autem iudicabuntur no-

1 sint *TV*: sunt *v* 4 crediturus T^1 5 ea *TV*: *om. v* fieri *T* 6 acciperit *V* accepere *v* 7 quando] *om. P* dedae *T* ignis] *om. P* phantasmata fuerunt *MV*: *om. GPTv* 8 tantam *GMPVv*: tamquam *T* 10 occidit *MV*: occidit (occidens *Gv*) phantasmata fuerunt *GPTv* 11 dederant (n *del. m. 2*) *T* propter *MV*: sed propter *GPTv* quod *Vv*: quid *T* horum] eorum *v* 12 ergo *TV*: ero *v* sint *TV*: sunt *v* prodigia — dictum sit] *om. v* 13 seducent *v* 14 eis *TV*: eos *v* 15 reciperunt *V* 16 dubitauit *TV*: dum uitauit *v* 17 mittet T^2V: mittit T^1v 19 permittit *V*: permittet *Tv* ipse *V*: ipso *Tv* 23 seducentur *a* 24 iuste *TV*: iustis *v*

uissimo manifestissimoque iudicio per Christum Iesum iustissime iudicaturum, iniustissime iudicatum.

CXXXII.

EX EODEM LIBRO XX. QVID IDEM APOSTOLVS IN PRIMA AD EOSDEM EPISTVLA DE RESVRRECTIONE MORTVORVM DOCVERIT.

148 Sed hic apostolus tacuit de resurrectione mortuorum; ad eosdem autem scribens in epistula prima: nolumus, inquit, ignorare uos, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut et ceteri, qui spem non habent. nam si credimus, quod Iesus mortuus est et resurrexit, ita et deus eos qui dormierunt per Christum adducet cum eo. hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quia nos uiuentes, qui reliqui sumus in aduentum domini, non praeueniemus eos qui ante dormierunt; quoniam ipse dominus in iussu, in uoce archangeli et in tuba dei descendit de caelo, et mortui in Christo resurgent primo; deinde nos uiuentes, qui reliqui sumus, simul cum illis rapimur in nubibus obuiam Christo in aera et ita semper cum domino erimus. haec uerba apostolica resurrectionem mortuorum futuram, quando ueniet Christus utique ad uiuos et mortuos iudicandos, praeclarissime ostendunt.

Sed quaeri solet, utrum illi quos hic uiuentes inuenturus est

7 I Thess. 4, 13—17

1 manifestissimoque *MV*: manifestoque *PTv* 2 iniustissime iudicatum] *om. v* 3 *cap.* CXL *T* CXLVIII *P* CXLVIIII *v*; *num. om. G* 5 epistola *v* 7 inquit—fratres] *obduxit m. 2 V* 9 ceri (te *add. m. 2*) *V* 11 Christum *TV*: ihm *v* 12 eo *V*: illo *Tv* 13 nos *Vv*: *om. T* 14 aduentu *v* non praeueniemus—dominus] *om. v* 16 in tuba *Vv*: tuba *T* dei] *om. T pr.* descendit *TV*: descendet *v* 17 primo *TV*: primi *v* 18 rapimur *V*: rapiemur *Tv* 19 obuiam *V*: in obuiam *Tv* Christo *TV*: *om. v* 20 haec (hae *a m. 2 in ras.*) *V* 21 utique christus *Tv*

Christus, quorum personas in se atque in illos qui tunc secum uiuebant transfigurabat apostolus, numquam omnino morituri sint an ipso temporis puncto, quo cum resurgentibus rapientur in nubibus in obuiam Christo in aera, ad immortalitatem per mortem mira celeritate transibunt. neque enim dicendum est fieri non posse, ut, dum per aera in sublime portantur, in illo spatio et moriantur et reuiuescant. quod enim ait: et ita semper cum domino erimus, non sic accipiendum est, tamquam in aere nos dixerit semper cum domino esse mansuros, quia nec ipse utique ibi manebit, quia ueniens transiturus est; uenienti quippe ibitur obuiam, non manenti. sed ita cum domino erimus, id est sic erimus habentes corpora sempiterna, ubicumque cum illo fuerimus. ad hunc autem sensum, quo existimemus etiam illos quos hic uiuos inuenturus est dominus in ipso paruo spatio et passuros mortem et accepturos immortalitatem, ipse apostolus nos uidetur urguere ubi dicit: in Christo omnes uiuificabuntur, cum alio loco de ipsa loquens resurrectione corporum dicat: tu quod seminas, non uiuificatur, nisi moriatur. quomodo igitur quos uiuentes hic Christus inueniet per immortalitatem in illo uiuificabuntur, etsi non moriantur, cum uideamus propter hoc esse dictum: tu quod seminas, non uiuificatur, nisi moriatur? aut si recte non dicimus seminari nisi ea corpora hominum, quae moriendo quoquo modo reuertuntur in terram — sicut sese habet etiam illa in transgressorem patrem generis humani diuinitus prolata sententia: terra es et in terram ibis: — fatendum

17 I Cor. 15, 22 19 I Cor. 15, 36 27 Gen. 3, 19

1 personas *T*: personam *v* personae *V m. 1 et 2* in illos *V*: illos *Tv* 2 transfigurat *v* 3 an *TV*: sed in *v* 6 sublime *TV*: sublimia *v* 7 reuiuiscant *v* 10 nec *TV*: *om. v* quia ueniens] qua u. *T* 14 quo *TV*: quod *v* exsistimemus *V* 16 nos PT^2Vv: nos non T^1 17 urgere *PTv* arguere *V* 18 loquens *TV*: loqueretur *v* 19 dicit *Tv* nisi *TV*: nisi prius *v* 21 per *TV*: in *v* 24 seminare *v* 25 quoquo (quo *del. m. 2*) *V* 26 transgressorem *TV*: transgressione *v* patrem *TV*: patris *v* 27 terram *Tv*: terra *V*

est istos, quos nondum de corporibus egressos cum ueniet Christus inueniet, et istis uerbis apostoli et illis de Genesi non teneri, quoniam sursum in nubibus rapti non utique seminantur, quia nec eunt in terram nec redeunt, siue nullam prorsus experiantur mortem siue paululum in aere moriantur.

Sed aliud rursus occurrit, quod idem dixit apostolus, cum de resurrectione corporum ad Corinthios loqueretur: omnes resurgimus, uel, sicut alii codices habent: omnes dormiemus. cum ergo nec resurrectio fieri, nisi mors praecesserit, possit nec dormitionem possimus illo loco intellegere nisi mortem, quomodo omnes uel dormient uel resurgent, si tam multi, quos in corpore inuenturus est Christus, nec dormient nec resurgent? si ergo sanctos, qui reperientur Christo ueniente uiuentes eique in obuiam rapientur, crediderimus in eodem raptu de corporibus mortalibus exituros et ad eadem mox immortalia redituros, nullas in uerbis apostoli patiemur angustias, siue ubi dicit: tu quod seminas non uiuificatur, nisi moriatur, siue ubi dicit: omnes resurgimus aut: omnes dormiemus; quia nec illi per immortalitatem uiuificabuntur, nisi quamlibet paululum tamen ante moriantur, ac per hoc et a resurrectione non erunt alieni, quam dormitione praecedunt quamuis breuissima, non tamen nulla. cur autem nobis incredibile uideatur illam multitudinem corporum in aere quodam modo seminari atque ibi protinus immortaliter atque incorruptibiliter reuiuescere, cum credamus quod idem ipse apostolus apertissime dicit, in ictu oculi futuram resurrectionem et in membra sine fine uictura tanta facilitate tamque inaestimabili uelocitate rediturum antiquissimorum

7 (et 26) I Cor. 15, 52

1 egressis *v* 8 resurgimus *TV*: resurgemus *v* 9 nisi] T^2 *in ras.* 10 possimus *V*: possumus *Tv* 11 si tam — resurgent] *om. v* 13 repperientur *V* 15 mortalibus corporibus *Tv* 18 resurgimus *V*: resurgemus *v* surgimus *T* 20 paulolum *v* tamen *TV*: *om. v* 21 quam *TV*: qua *v* 22 procedunt *v* 24 seminare *v* 25 reuiuiscere *v* 28 tamque *v*: tamquam *V* iamque *T*

cadauerum puluerem? nec ab illa sententia, qua homini dictum est: terra es et in terram ibis, futuros illos sanctos arbitremur immunes, si eorum morientium in terra non reccident corpora, sed sicut in ipso raptu morientur, ita et resurgent, dum feruntur in aera. in terram quippe ibis est: „in hoc ibis amissa uita quod eras, antequam sumeres uitam“, id est hoc eris exanimatus quod eras, antequam esses animatus — terrae quippe insufflauit deus in faciem flatum uitae, cum factus est homo in animam uiuam — tamquam diceretur: „terra es animata, quod non eras; terra eris exanimis, sicut eras;“ quod sunt et antequam putrescant omnia corpora mortuorum; quod erunt et illa, si morientur, ubicumque moriantur, cum uita carebunt, quam continuo receptura sunt. sic ergo ibunt in terram, quia ex uiuis hominibus terra erunt, quemadmodum it in cinerem quod fit cinis, it in uetustatem quod fit uetus, it in testam quod ex luto fit testa; et alia sescenta sic loquimur. quomodo autem sit futurum quod nunc pro nostrae ratiunculae uiribus utcumque conicimus, tunc erit potius, ut nosse possimus. resurrectionem quippe mortuorum futuram et in carne, quando Christus uenturus est uiuos iudicaturus et mortuos, oportet, si christiani esse uolumus, ut credamus. sed non ideo de hac re inanis est fides nostra, si quemadmodum futura sit perfecte comprehendere non ualemus.

8 cf. Gen. 2, 7

3 terram *fort.* reccident *V*: recident *T* recidunt *v* 4 resurgent *V*: resurgunt *Tv* 5 est *TV*: id est *v* in hoc] *obduxit m. 2 V* 6 ibis *Vv*: ibi *T* sumeres — antequam] *om. v* 8 insuflauit *TV* inflauit *v* 10 terra* eris(s *ras.*) *T* exanimis *Tv*: exanimes *V* 11 putrescat *V* 14 quemadmodum it M^2Tv: q. id M^1V 17 sit *TV*: fit *v* 19 possimus *Vv*: possemus *T* 21 iudicaturos *V* 24 ualemus (a *add. m. 2*) *v*

CXXXIII.

EX EODEM LIBRO DE CIVITATE DEI XX. DE ADVENTV HELIAE ANTE IVDICIVM, CVIVS PRAEDICATIONE SCRIPTVRARVM SECRETA RESERANTE IVDAEI CONVERTENTVR AD CHRISTVM.

149 Cum admonuisset, ut meminissent legis Mosi — quoniam praeuidebat eos multo adhuc tempore non eam spiritaliter, sicut oportuerat, accepturos — continuo subiecit: et ecce ego mittam uobis Helian Tesbiten, antequam ueniat dies domini magnus et inlustris, qui conuertet cor patris ad filium et cor hominis ad proximum suum, ne forte ueniens percutiam terram penitus. per hunc Heliam magnum mirabilemque prophetam exposita sibi lege ultimo temporum ante iudicium Iudaeos in Christum uerum, id est in Christum nostrum, esse credituros celeberrimum est in sermonibus cordibusque fidelium. ipse quippe ante aduentum iudicis saluatoris non immerito speratur esse uenturus, quia etiam nunc uiuere non immerito creditur. curru namque igneo raptus est de rebus humanis, quod euidentissime sancta scriptura testatur. cum uenerit ergo exponendo legem spiritaliter, quam nunc Iudaei carnaliter sapiunt, conuertet cor patris ad filium, id est cor patrum ad filios. singularem quippe pro numero plurali interpretes septuaginta posuerunt; et est sensus, ut etiam filii sic intellegant legem, id est Iudaei, quemadmodum eam patres intellexerunt, id est prophetae, in quibus erat et ipse Moses. sic enim cor

7 Mal. 4, 5 sq. 18 cf. IIII Reg. 2, 11

1 *cap.* CXLI *T* CXLVIIII *P* CL *v*; *num. om. G* 5 ammonuisset *TV* iam monuisset *v* moysi *v* 8 heliam *Tv* tesbiten *TV*: thespiten *v* ueniet *T* 9 conuertat *v* 12 expositam *Tv* (m *del. m. 2 T*) 13 sibi lege *TV*: legem sibi *v* temporum *MV*: tempore *Tv* iudiciam (a *in* u *corr. m. 2*) *V* 15 quippe *TV*: qui *v* 16 speratur esse *TV*: sperandus est *v* 17 quia *TV*: qui *v* 18 raptus] ruptus *Tpr.* 19 ergo uenerit *v* exponendo *TV*: exponere *v* 20 carnaliter *TV*: *om. v* 21 ad filium—patrum] *om. v* 22 singulare *T* 23 ut *TV*: *om. v* intellegunt *v* legem] *om. v* 25 et *TV*: *om. v* moyses *v*

patrum conuertetur ad filios, cum intellegentia patrum perducetur ad intellegentiam filiorum et cor filiorum ad patres eorum, dum in id quod senserunt illi, consentiunt et isti; ubi Septuaginta dixerunt: et cor hominis ad proximum suum. sunt enim inter se ualde proximi patres et filii. quamquam in uerbis septuaginta interpretum, qui prophetice interpretati sunt, potest alius sensus idemque electior inueniri, ut intellegatur Helias cor dei patris conuersurus ad filium; non utique agendo, ut pater diligat filium, sed docendo, quod pater diligat filium; ut et Iudaei quem prius oderant diligant eundem, qui noster est, Christum. Iudaeis enim nunc auersum cor habet deus a Christo nostro, quia hoc putant. eis ergo tunc cor eius conuertetur ad filium, cum ipsi conuerso corde didicerint dilectionem patris in filium. quod uero sequitur: et cor hominis ad proximum suum, id est conuertit Helias et cor hominis ad proximum suum, quid melius intellegitur quam cor hominis ad hominem Christum? cum enim sit in forma dei deus noster, formam serui accipiens esse dignatus est etiam proximus noster. hoc ergo faciet Helias. ne forte, inquit, ueniam et percutiam terram penitus. terra sunt enim qui terrena sapiunt, sicut Iudaei carnales usque nunc; ex quo uitio contra deum murmura illa uenerunt: quia mali ei placent, et: uanus est qui seruit deo.

23 Mal. 2, 17 Mal. 3, 14

1 perducitur *v* 2 ad intellegentiam filiorum] *om. v* intellegentia *T* patres *Tv*: patre *V* 3 consentiunt *TV*: sentiunt *v* ubi *TV*: ibi *v* 6 interpretum *TV*: interpretatum *v* 7 alius *TV*: alio *v* sensu *v* eademque *v* electior *T*: lectori *V* lectio *v* inuenire *V* 8 intellegatur *Tv*: intellegantur *V* 9 ut *a*: quod *TVv* docendo — filium] *om. v* 10 ut et *TV*: ut *v* 11 christum *TV* (m *ex* s *corr. m. 1 V*): christus *v* a*uersum *T* aduersum *v* 15 id est — proximum suum] *om. T*[1] 20 paenitus *T* 23 mali *TV*: mala *v* ei *Vv*: et *T*

CXXXIIII.

EX LIBRO DE CIVITATE DEI XXI. AN POSSINT CORPORA IN VSTIONE IGNIS ESSE PERPETVA.

150 Quid igitur ostendam, unde conuincantur increduli, posse humana corpora animata atque uiuentia non solum numquam morte dissolui, sed in aeternorum quoque ignium durare tormentis? nolunt enim hoc ad omnipotentis nos referre potentiam, sed aliquo exemplo persuaderi sibi flagitant. quibus si respondebimus esse animalia profecto corruptibilia, quia mortalia, quae tamen in mediis ignibus uiuant, nonnullum etiam genus uermium in aquarum calidarum scaturrigine reperiri, quarum feruorem nemo impune contrectat, illos autem non solum sine ulla sui laesione ibi esse, sed extra esse non posse: aut nolunt credere, si ostendere non ualemus, aut, si ualuerimus siue oculis demonstrare res ipsas siue per testes idoneos edocere, non satis adhuc ad exemplum esse rei, de qua quaestio est, eadem infidelitate contendent, quia haec animalia nec semper uiuunt et in illis feruoribus sine doloribus uiuunt. suae quippe naturae conuenientibus uegetantur illis, non cruciantur elementis; quasi non incredibilius sit uegetari quam cruciari talibus rebus. mirabile est enim dolere in ignibus et tamen uiuere, sed mirabilius uiuere in ignibus nec dolere. si hoc autem creditur, cur non et illud?

1 *cap.* CXLII *T* CLI *v*; *num. om. GP* 10 in *TV*: *om. v* uiuant *TV*: uiuunt *v* 11 scaturrigine *T*: scaturriginem *MV* scaturine *v* repperiri *MV* 12 impune (m *a m. 2 in ras.*) *T* 13 lesione *V* 14 credere *TV*: haec credere *v* 16 satis *MV*: satis esse *PTv* adhuc *scripsi*: ad hoc *MV* hoc *PTv* ad *PTVv*: *om. M* esse *MV*: *om. PTv* 17 est *Vv*: *om. T* infidelitatem *T* contendunt *v* animalia *Vv*: in animalia *T* 18 foruoribus *T* 21 dolere *V*: dolore *T* durare *v* 22 et tamen—ignibus] *om. v* dolere *Vv*: dolore *T* 23 autem hoc *Tv*

CXXXV.

AN CONSEQVENS SIT, VT CORPOREVM DOLOREM SEQVATVR CARNIS INTERITVS.

Sed nullum esse inquiunt corpus, quod dolere possit nec 151
possit mori. et hoc unde scimus? nam de corporalibus quis certus est daemonum, utrum in eis doleant, quando se affligi magnis cruciatibus confitentur? quod si respondetur terrenum corpus solidum scilicet atque conspicuum nullum esse atque, ut uno potius nomine id explicem, nullam esse carnem, quae dolere possit morique non possit: quid aliud dicitur, nisi quod sensu corporis homines et experientia collegerunt? nullam namque carnem nisi mortalem sciunt; et haec est eorum tota ratio, ut quod experti non sunt nequaquam esse arbitrentur. nam cuius rationis est dolorem facere mortis argumentum, cum uitae potius sit indicium? etsi enim quaerimus, utrum semper possit uiuere, certum tamen est uiuere omne, quod dolet, doloremque omnem nisi in re uiuente esse non posse. necesse est ergo, ut uiuat dolens, non est necesse, ut occidat dolor, quia nec corpora ista mortalia et utique moritura omnis dolor occidit et, ut dolor aliquis possit occidere, illa causa est, quoniam sic est anima conexa huic corpori, ut summis doloribus cedat atque discedat; quoniam et ipsa compago membrorum atque uitalium sic infirma est, ut eam uim, quae magnum uel summum dolorem facit, non ualeat sustinere. tunc autem tali corpori anima et eo conectetur modo, ut illud uinculum, sicut nulla temporis longitudine soluitur, ita nullo dolore rumpatur. proinde etiam si caro nunc talis nulla est,

1 *cap.* CXLIII *T* CLII *v*; *num. om. GP* 2 ut *MPTV:* ut in *v* 4 corpus *TV*: *om. v* 5 possit] *om. v* corporalibus *V*: corporibus *Tv* 7 crucia*tibus (n *ras.*) *T* 9 ut] *om. Tpr.* 13 esse *V*: esse posse *Tv* 16 possit ueuere (*corr. m. 1*) *T* est tamen *v* 19 ista *TV*: *om. v* 20 posset *v* 21 summi*s (i *ras.*) *T* 25 et *TV*: ut *v* conectetur *v*: quonectetur *V* conectitur P^2T conectentur P^1 26 soluitur *TV*: soluuntur *v* 27 rumpatur *Vv*: rum patitur *T* est nulla *v*

quae sensum doloris perpeti possit mortemque non possit, erit tamen tunc talis caro, qualis nunc non est, sicut talis erit et mors, qualis nunc non est. non enim nulla, sed sempiterna mors erit, quando nec uiuere anima poterit deum non habendo nec doloribus corporis carere moriendo. prima mors animam nolentem pellit e corpore, secunda mors animam nolentem tenet in corpore: ab utraque morte communiter id habetur, ut quod non uult anima de suo corpore patiatur.

Attendunt autem isti contradictores nullam esse nunc carnem, quae dolorem pati possit mortemque non possit, et non attendunt esse tamen aliquid tale, quod corpore maius sit. ipse quippe animus, cuius praesentia corpus uiuit et regitur, et dolorem pati potest et mori non potest. ecce inuenta res, quae, cum sensum doloris habeat, immortalis est. hoc igitur erit tunc etiam in corporibus damnatorum, quod nunc esse scimus in animis omnium. si autem consideremus diligentius, dolor, qui dicitur corporis, magis ad animam pertinet. animae est enim dolere, non corporis, etiam quando ei dolendi causa exsistit a corpore, cum in eo loco dolet, ubi laeditur corpus. sicut ergo dicimus corpora sentientia et corpora uiuentia, cum ab anima sit corporis sensus et uita, ita corpora dicimus et dolentia, cum dolor corpori nisi ab anima esse non possit. dolet itaque anima cum corpore eo in loco eius, ubi aliquid contingit, ut doleat; dolet et sola, quamuis sit in corpore, cum aliqua causa etiam inuisibili tristis est ipsa corpore incolumi. dolet etiam non in corpore constituta; nam utique dolebat diues

2 sicut — non est] *om. v* et *V*: ei *T* 4 erit *TV*: est *v* 6 nolentem pellit *V*: uolentem p. *v* non latentem p. *T* pellit *V*: uellit *T* pellit — nolentem] *om. v* 7 tenet (t *altera ex* n *corr.*) *T* morte* (m *ras.*) *T* 9 ¹sti (i *add. m. 2*) *V* 10 pati possit *Vv*: p. posset *T* 13 et] *om. v* res *V*: res est *Tv* 15 esse *TV*: *om. v* 18 exsistit *TV*: extitit *v* 19 leditur *V* 20 sentientia *V*: sententia *T* sentienda *v* et corpora — et uita] *om. v* 21 corporis *V*: corpori *T* ita *TV*: ita et *v* dolentia (*om.* et) *v* 22 corpori *TV*: corporis *v* nisi *MTV*²: siisi *V*¹; *om. v* 23 eo in *MV*: in eo *Tv* aliquod *v* 24 sola (*om.* et) *v* 25 inuisibili *V*: inuisibiliter *Tv* est *Vv*: & *T* incolome *v* 26 non *TV*: *om. v*

ille apud inferos, quando dicebat: crucior in hac flamma. corpus autem nec exanime dolet nec animatum sine anima dolet. si ergo a dolore argumentum recte sumeretur ad mortem, ut ideo mors possit accidere, quia potuit accedere et dolor, magis ad animam pertineret mori, ad quam magis pertinet et dolere. cum uero illa quae magis dolere potest non possit mori, quid momenti affert, cur illa corpora, quoniam futura sunt in doloribus, ideo etiam moritura esse credamus? dixerunt quidem Platonici ex terrenis corporibus moribundisque membris esse animae et metuere et cupere et dolere atque gaudere. unde Vergilius: „hinc“ inquit — id est ex moribundis terreni corporis membris — „metuunt cupiuntque, dolent gaudentque.“ sed conuicimus eos in duodecimo huius operis libro, habere animas secundum ipsos ab omni etiam corporis labe purgatas diram cupiditatem, qua „rursus incipiunt in corpora uelle reuerti.“ ubi autem potest esse cupiditas, profecto etiam dolor potest. frustrata quippe cupiditas siue non perueniendo quo tendebat siue amittendo quo peruenerat uertitur in dolorem. quapropter si anima, quae uel sola uel maxime dolet, habet tamen quandam pro suo modo immortalitatem suam, non ideo mori poterunt illa corpora, quia dolebunt. postremo si corpora faciunt, ut animae doleant, cur eis dolorem possunt, mortem uero inferre non possunt, nisi quia non est consequens, ut mortem faciat quod dolorem facit? cur ergo incredibile est ita ignes illis cor-

1 Luc. 16, 24 11 Aen. 6, 733 13 de ciu. dei XIIII 3 et 5 15 Aen. 6, 720 sq.

3 recte sumereter—5 quam magis] T^2 *in spatio uacuo relicto* 4 accidere T^2V: accedere *v* accedere *V*: accidere *Tv* 6 et dolere *V*: et doleri *v* et dolore *T* 7 mo*menti *T* 10 animae *TV*: animaeque *v* 11 dolere *Vv*: dolore *T* uirgilius *v* 13 gaudenque *V* conuincimus *v* duodecimo *libri*; *cf. adn. Dombarti ad hunc l. II p. 491* 14 habere *TV*: adire *v* secundum ipsos *TV*: sed non *v* 17 frustrata *TV*: frustrat *v* 18 perueniendo *Tv*: perueniendi *V* 19 peruenierat *v* 20 maxime (*om.* uel) *v* 21 poterant *v* 22 quia *Tv*: qua *V* 23 dolores *v* uero inferre non] V^1 *in spatio uacuo relicto* 25 facit *TV*: faciat *v* ignis *v*

poribus dolorem posse inferre, non mortem, sicut ipsa corpora dolere animas faciunt, quas tamen non ideo mori cogunt? non est igitur necessarium futurae mortis argumentum dolor.

CXXXVI.

EX EODEM LIBRO DE CIVITATE DEI XXI. QVOD IN REBVS MIRIS SVMMA CREDENDI RATIO SIT OMNIPOTENTIA CREATORIS.

152 Cur itaque facere non possit deus, ut et resurgant corpora mortuorum et igne aeterno crucientur corpora damnatorum, qui fecit mundum in caelo, in terra, in aere, in aquis innumerabilibus miraculis plenum, cum sit omnibus, quibus plenus est, procul dubio maius et excellentius etiam mundus ipse miraculum? sed isti, cum quibus uel contra quos agimus, qui et deum esse credunt, a quo factus est mundus, et deos ab illo factos, per quos ab illo administratur mundus, et miraculorum effectrices siue spontaneorum siue cultu et ritu quolibet impetratorum siue etiam magicorum mundanas uel non negant uel insuper et praedicant potestates, quando eis rerum uim mirabilem proponimus aliarum, quae nec animalia sunt rationalia nec ulla ratione praediti spiritus, sicut sunt ea quorum pauca commemorauimus, respondere assolent: „uis est ista naturae, natura eorum sic sese habet, propriarum istae sunt efficaciae naturarum“. tota itaque ratio est, cur Agrigentinum salem flamma fluere faciat, aqua crepitare, quia haec est natura eius. at hoc esse potius contra naturam uidetur, quae non igni, sed aquae dedit salem soluere, torrere autem igni, non aquae. sed ista, inquiunt, salis huius naturalis est uis,

1 corpora *TV*: in corpore *v* 2 dolere *V*: dolore *T* dolorem *v* animae *v* quos (o *in* a *corr. m. 2*) *T* 3 dolorum *v* 4 *cap.* CXLIIII *T* CLII *P* CLIII *v*; *num. om. G* 6 sit ratio *PTv* 8 igni *v* 9 innumerabilius *T* 11 ipso *v* 12 miraculo *v* qui *TV*: *om. v* 13 deos *a*: dominus *MV* dominos *T* eos *v* 16 mag•icorum *T* 18 aliaru *v* rationalia *TV*: rationabilia *v* 22 agregentinum *V* 23 faciant *T* 24 at *Vv*: ad *T* quae *TV*: quod *v* 25 aqua *T* torrere P^1Vv: terrore *T*

ut his contraria patiatur. haec igitur ratio redditur et de illo fonte Garamantico, ubi una uena friget diebus noctibusque feruet, ui utraque molesta tangentibus; haec et de illo alio, qui cum sit contrectantibus frigidus et facem sicut alii fontes extinguat accensam, dissimiliter tamen atque mirabiliter ipse idem accendit extinctam; haec et de lapide asbesto, qui cum ignem nullum habeat proprium, accepto tamen sic ardet alieno, ut non possit extingui; haec de ceteris, quae piget retexere, quibus licet uis insolita contra naturam inesse uideatur, alia tamen de illis non redditur ratio, nisi ut dicatur hanc eorum esse naturam. breuis sane ista est ratio, fateor, sufficiensque responsio. sed cum deus auctor sit naturarum omnium, cur nolunt fortiorem nos reddere rationem, quando aliquid uelut impossibile nolunt credere eisque redditionem rationis postentibus respondemus hanc esse uoluntatem omnipotentis dei? qui certe non ob aliud uocatur omnipotens, nisi quoniam quidquid uult potest, qui potuit creare tam multa, quae nisi ostenderentur aut credendis hodieque dicerentur testibus, profecto impossibilia putarentur, non solum quae ignotissima apud nos uerum etiam quae notissima posui: sicut de calce, quod feruet in aqua, in oleo frigida est; de magnete lapide, quod nescio qua sorbitione insensibili stipulam non moueat et ferrum rapiat; de carne non putrescente pauonis, cum putuerit et Platonis; de palea sic frigente, ut fluescere niuem non sinat, sic calente, ut maturescere poma compellat; de igne fulgido, quod secundum suum fulgorem lapides coquendo candificet et contra eundem suum fulgorem urendo plurima offuscet. tale est et quod nigrae maculae offunduntur ex oleo splendido, similiter nigrae lineae de candido imprimuntur

2 uena una *v* noctibusque *V*: noctibus *Tv* 5 ipse idem *V*: idem ipse *Tv* 6 aſbesto (ſ *ex* b *corr. m. 1*) *V* asbesto (o *ras.*) *M* 12 sit auctor *v* 14 eisque] eis quae *v* tationi *v* 18 credendis *Vv*: a credendis *T* 21 feruit *v* 22 quod *V*: quo *T* 23 ferrum (*om.* et) *v* putescente *T* putuerit *TV*: putruerit *v* 26 falgido (a *in* u *corr. m. 2*) *V* 28 et quod *Vv*: quod *T* nigrae *Tv*: innigrae *MV* 29 linae *T* impremuntur *V*

argento, de carbonibus etiam, quod accendente igne sic uertantur in contrarium, ut de lignis pulcherrimis taetri, fragiles de duris, imputribiles de putribilibus fiant.

INTER CETERA.

Etiam ipsa posui, quoniam apud eorum contra quos agimus historicos legi, ut ostenderem qualia multa multique illorum nulla reddita ratione in suorum litteratorum scripta litteris credant, qui nobis credere, quando id quod eorum experientiam sensumque transgreditur omnipotentem deum dicimus esse facturum, nec reddita ratione dignantur. nam quae melior et ualidior ratio de rebus talibus redditur, quam cum omnipotens ea posse facere perhibetur et facturus dicitur, quae praenuntiasse ibi legitur, ubi alia multa praenuntiauit, quae fecisse monstratur? ipse quippe faciet, quia se facturum ipse praedixit quae impossibilia putantur, qui promisit et fecit, ut ab incredulis gentibus incredibilia crederentur.

Si autem respondent propterea se non credere quae de humanis semper arsuris nec umquam morituris corporibus dicimus, quia humanorum corporum naturam nouimus longe aliter institutam, unde nec illa ratio hic reddi potest, quae de illis naturis mirabilibus reddebatur, ut dici possit: „uis ista naturalis est, rei huius ista natura est," quoniam scimus humanae carnis istam non esse naturam: habemus autem quid respondeamus de litteris sacris, hanc ipsam scilicet humanam carnem aliter institutam fuisse ante peccatum, id est ut posset numquam perpeti mortem, aliter autem post peccatum, qualis in haerumna huius mortalitatis innotuit, ut perpetem uitam tenere non possit. sic ergo aliter, quam nobis nota est, instituetur in resurrectione mortuorum.

1 agento *T* accedente *T* 3 putribilib. (b *altera ex* m *corr. m. 1*) *V* 4 inter cetera] *om. PTv* 5 etiam *MV*: sed ideo etiam *PTv* 6 historicos *TV*: istorias *v* 10 dignentur *T* 14 facturum *Vv*: futurum *T* ipse *V*: esse *PTv* 15 quae *V*: qui *Tv* 16 incredibia *V* 20 illa *TV*: ulla *v* hic *TV*: hinc *v* 23 autem *V*: quidem *T*; *om. v* quid *TV*: quod *v* 25 posset *a*: possit *TVv* 26 aerumna *Tv* 27 perpetim *v* 28 nobis *Vv*: *om. T* nota *V*: notum *Tv* resurrectionem *T*

CXXXVII.

EX EODEM LIBRO DE CIVITATE DEI XXI. AN HOC IVSTITIAE RATIO HABEAT, VT NON SINT EXTENSIORA POENARVM TEMPORA, QVAM FVERINT PECCATORVM.

Sic autem quidam eorum, contra quos defendimus ciuitatem 153
dei, iniustum putant, ut pro peccatis quamlibet magnis paruo
scilicet tempore perpetratis, poena quisque damnetur aeterna,
quasi ullius id umquam iustitia legis attendat, ut tanta mora
temporis quisque puniatur, quanta mora temporis unde puni-
retur admisit. octo genera poenarum in Legibus scribit esse
Tullius, damnum, uincla, uerbera, talionem, ignominiam,
exilium, mortem, seruitutem. quid horum est quod in breue
tempus pro cuiusque peccati celeritate coartetur, ut tanta
uindicetur morula, quanta deprehenditur perpetratum, nisi
forte talio? id enim agit, ut hoc patiatur quisque quod fecit.
unde illud est legis: oculum pro oculo, dentem pro
dente. fieri enim potest, ut tam breui tempore quisque
amittat oculum seueritate uindictae, quam tulit ipse alteri
improbitate peccati. porro autem si alienae feminae osculum
infixum rationis sit uerbere uindicare, nonne qui illud puncto
temporis fecerit, incomparabili horarum spatio uerberatur et
suauitas delectationis exiguae diuturno dolore punitur? quid
in uinculis? numquid tamdiu quisque iudicandus est esse
debere, quamdiu fecit unde meruit alligari, cum iustissime

16 Ex. 21, 24

1 *cap.* CXLV *T* CLIII *P* CLIIII *v*; *num. om. G* 3 habe*at *T* 4 quam *PTv*: qua *V* fuerunt *Pv* 6 ut *PVv*: *om. MT* 8 iustitia *PTv*: iustitiam *V* 9 quisque—temporis *GPTv*: *om. MV* 10 esse scribit *Tv* 11 uincla *MTV*: uincula *v* berbera *V* 12 breue (ue *add. m. 2*) *T* 13 cuiusque *TV*: cuius *v* peccati *PTv*: peccatis *V* 17 dente] dentem *T* 18 ammittat *Tv* saeueritate *V* 19 faminae *T* 20 ratione *v* 21 incomparabile *v* spatia *v* uerberatur *TV*: uerberum *v* 22 delectationis *V*: uoluptatis *PTv* diurno *v* dolere *T* 24 iustissima *v*

annosas poenas seruus in compedibus pendat, qui uerbo aut ictu celerrime transeunte uel lacessiuit dominum uel plagauit? iam uero damnum, ignominia, exilium, seruitus cum plerumque sic infliguntur, ut nulla uenia relaxentur, nonne pro huius uitae modo similia poenis uidentur aeternis? ideo quippe aeterna esse non possunt, quia nec ipsa uita, quae his plectitur, porrigitur in aeternum; et tamen peccata, quae uindicantur longissimi temporis poenis, breuissimo tempore perpetrantur. nec quisquam extitit qui censeret tam cito nocentium finienda esse tormenta, quam cito factum est uel homicidium uel adulterium uel sacrilegium uel quodlibet aliud scelus non temporis longitudine, sed impietatis et iniquitatis magnitudine metiendum. qui uero pro aliquo grandi crimine morte multatur, numquid mora, qua occiditur, quae perbreuis est, eius supplicium leges aestimant et non quod eum in sempiternum auferunt de societate uiuentium? quod est autem de ista ciuitate mortali homines supplicio primae mortis, hoc est de illa ciuitate immortali homines supplicio secundae mortis auferre. sicut enim non efficiunt leges huius ciuitatis, ut in eam quisque reuocetur occisus, sic nec illius, ut in uitam reuocetur aeternam secunda morte damnatus. quomodo ergo uerum est, inquiunt, quod ait Christus uester: in qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur uobis, si temporale peccatum supplicio punitur aeterno? nec attendunt non propter aequalitatem temporis, sed propter uicissitudinem mali, id est ut qui mala fecerit mala patiatur, eandem dictam

22 Luc. 6, 38

1 annosas *a*: a nobis *MPTVv* poenas *MV*: poenam *PT* poena *v* seruis *v* 2 ictu] dicto *T* uelaccessiuit (*corr. m. 1*) *T* placauit *v* 6 quae *Tv*: *om. V* 7 porrigitur *TV*: *om. v* 13 qui] quo T^1 pro] *om.* T^1v 14 moram *v* perbreuis *TV*: breuis *v* 18 de illa *V*: illa de *v* de *T* 20 illius *PTv*: in illius *MV* 23 fueritis] fueris (s *in ras. a m. 2*) *T* in ea *GMV*: *om. Tv* 24 temporalem *V* 25 non *PTv*: *om. V* propter *PTV*: propterea *v* aequalitatem *PTV*: qualitatem *v* 26 ut *TV*: et *v* fecerint *v* mala patiatur *TV*: male puniantur *v*

fuisse mensuram, quamuis hoc in ea re proprie possit accipi, de qua dominus cum hoc diceret loquebatur, id est de iudiciis et condemnationibus. proinde qui iudicat et condemnat iniuste si iudicatur et condemnatur iuste, in eadem mensura recipit, quamuis non hoc quod dedit; iudicio enim fecit, iudicio patietur; quamuis fecerit damnatione quod iniquum est, patitur damnatione quod iustum est.

CXXXVIII.

SEQVITVR SETEXTVS. DE MAGNITVDINE PRAEVARICATIONIS PRIMAE, OB QVAM AETERNA POENA DEBEATVR QVI EXTRA GRATIAM FVERIT SALVATORIS.

Sed poena aeterna ideo dura et iniusta sensibus uidetur 154
humanis, quia in hac infirmitate moribundorum sensuum deest ille sensus altissimae purissimaeque sapientiae, quo sentiri possit quantum nefas in illa prima praeuaricatione commissum est. quanto enim magis homo fruebatur deo, tanto maiore impietate dereliquit deum et factus est malo dignus aeterno, qui hoc in se peremit bonum, quod esse posset aeternus. hinc est uniuersi generis humani massa damnata, quoniam qui hoc primus admisit cum ea quae in illo fuerat radicata sua stirpe punitus est, ut nullus ab hoc iusto debitoque supplicio nisi misericordia et indebita gratia liberetur atque ita dispertiatur genus humanum, ut in quibusdam demonstretur quid ualeat misericors gratia, in ceteris quid

3 condamnat *v* iniuste si *TV*: iniustitia *v* 4 eandem mensuram (*om.* in) *v* 5 fecit *TV*: facit *v* 6 patietur *MV*: patitur *Tv* 8 *cap.* CXLVI *T* CLIIII *P* CLV *v*; *num. om. G* 9 sequitur setextus *MV*: *om. PTv* 10 aeterna poena *PTv*: aeternam poenam *V* debeatur *V*: omnibus debeatur *PTv* 11 gratiam *PTv*: gratia *V* fuerit *V*: fuerint *PTv* saluatoris] salutaris *v* *post* saluatoris *add. PTv*: ex libro de ciuitate dei XXI 16 est *MV*: sit *PTv* 18 peremit *TV*: perdet *v* possit *v* 19 aeternus *MV*: aeternum *Tv* uniuersi *MV*: uniuersa *Tv* 20 amisit *TV* amisit *v* 23 dispertiatur *TV*: debito *v*

iusta uindicta. neque enim utrumque demonstraretur in omnibus, quia, si omnes remanerent in poenis iustae damnationis, in nullo appareret misericors gratia; rursus si omnes a tenebris transferrentur in lucem, in nullo appareret ueritas ultionis. in qua propterea multo plures quam in illa sunt, ut sic ostendatur quid omnibus deberetur. quod si omnibus redderetur, iustitiam uindicantis iuste nemo reprehenderet; quia uero tam multi exinde liberantur, est unde agantur maximae gratiae gratuito muneri liberantis.

CXXXVIIII.

SEQVITVR SETEXTVS. CONTRA OPINIONEM EORVM QVI PVTANT CRIMINOSIS SVPPLICIVM POST MORTEM CAVSA PVRGATIONIS ADHIBERI.

155 Platonici quidem, quamuis impunita nulla uelint esse peccata, tamen omnes poenas emendationi adhiberi putant uel humanis inflictas legibus uel diuinis siue in hac uita siue post mortem, si aut parcatur hic cuique aut ita plectatur, ut hic non corrigatur. hinc est Maronis illa sententia, ubi, cum dixisset de terrenis corporibus moribundisque membris, quod animae

> hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque nec auras
> suspiciunt clausae tenebris et carcere caeco,

secutus adiunxit atque ait:

21 Aen. 6, 733 sqq.

4 transferentur *T* transfererentur *v* 6 quid] quod *v* quod si — redderetur] *om. MV* 7 repraehenderet *V* 8 uero** *T* liberantur — unde] *om. v* 9 gratuito] grauido *v* munere *v* 10 *cap.* CXLVII *T* CLV *P* CLVI *v*; *num. om. G* 11 sequitur setextus] *om. PTv* putant] po*tant P^1 optant *v* 12 criminosis] criminis *T* supplicia *v* 13 adhiberi] adh. ex eodem libro de ciuitate dei XXI *Tv* 14 ue*lint (1 *ras.*) *T* uellent *v* 15 omnibus *v* emendationis *v* 16 inflictas *a*: inflicta *TV* inflictae *v* in] *om. v* 17 hic] hinc *v* 18 non] *om. v* 21 cupiunt metuuntque *v* aures P^1v^1 22 suspiciunt *a* (*cf. p. 53, 16*): suscipiunt *PT Vv* clausa *v*

quin et supremo cum lumine uita reliquit —
id est cum die nouissimo reliquit eas ista uita —
non tamen — inquit — omne malum miseris nec funditus [omnes
corporeae excedunt pestes, penitusque necesse est
multa diu concreta modis inolescere miris.
ergo exercentur poenis ueterumque malorum
supplicia expendunt; aliae panduntur inanes
suspensae ad uentos, aliis sub gurgite uasto
infectum eluitur scelus aut exuritur igni.

qui hoc opinantur, nullas poenas non, sed purgatorias uolunt esse post mortem, ut, quoniam terris superiora sunt elementa aqua, aer, ignis, ex aliquo istorum mundetur per expiatorias poenas quod terrena contagione contractum est. aer quippe accipitur in eo quod ait: „suspensae ad uentos“, aqua in eo quod ait: „sub gurgite uasto“; ignis autem suo nomine expressus est, cum dixit: „aut exuritur igni“. nos uero etiam in hac quidem mortalitate esse quasdam poenas purgatorias confitemur, non quibus affliguntur quorum uita uel non inde fit melior uel potius inde fit peior; sed illis sunt purgatoriae qui eis cohercciti corriguntur. ceterae omnes poenae siue temporariae siue sempiternae, sicut unusquisque diuina prouidentia tractandus est, inferuntur uel pro peccatis siue praeteritis siue in quibus adhuc uiuit ille qui plectitur, uel pro exercendis declarandisque uirtutibus per homines et angelos seu bonos seu malos. nam etsi quisque mali aliquid alterius improbitate uel errore patiatur, peccat quidem homo, qui uel ignorantia uel iniustitia cuiquam mali aliquid facit, sed non peccat deus, qui iusto, quamuis occulto iudicio sinit fieri. sed temporarias

3 meseris *v* 5 excedunt] excidunt P^1T pestes *PVv*: potest *T* necesse] nec $\overline{ee}$ *T* 8 suppliciu* (m *ras.*) *T* 9 ad uentos] aduentus *v* 11 non sed *MV*: nisi *PTv* purgotorias (o *corr. m. 2*) *T* uolunt esse] uoluntates se *T* 15 ad uentos] aduentus *v* aquam *v* 16 gurgite] iurgite *T* 18 mortalitate *TV*: mortali uita *v* 19 inde non *v* 20 illis] illae *v* qui *TV*: quod *v* 24 uiuit ille *TV*: uiuunt illi *v* plectuntur *v* 25 per *Vv*: pro T^1 propter T^2 26 quisque *TV*: quisquam *v* mali] *om. v* aliquid *Vv*: quid *T* 29 fieri sinit *Tv*

poenas alii in hac uita tantum, alii post mortem, alii et nunc et tunc, uerum tamen ante iudicium illud seuerissimum nouissimumque patiuntur. non autem omnes ueniunt in sempiternas poenas, quae post illud iudicium sunt futurae, qui post mortem sustinent temporales. nam quibusdam quod in isto non remittitur remitti in futuro saeculo, id est ne futuri saeculi aeterno supplicio puniantur, iam supra diximus.

Rarissimi sunt autem qui nullas in hac uita, sed tantum postea poenas luunt. fuisse tamen aliquos, qui usque ad decrepitam senectutem ne leuissimam quidem febriculam senserint quietamque duxerint uitam, et ipsi nouimus et audiuimus.

CXL.

EX EODEM LIBRO DE CIVITATE DEI XXI. DE HIS QVI EOS QVI PERMANENT IN CATHOLICA FIDE, ETIAM SI PESSIME VIXERINT, TAMEN PROPTER FIDEI FVNDAMENTVM SALVANDOS ESSE DEFINIVNT.

156 Sunt qui propter id quod scriptum est: qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit, non nisi in ecclesia catholica perseuerantibus, quamuis in ea male uiuentibus, hoc promittunt, per ignem uidelicet saluandis merito fundamenti, de quo ait apostolus: fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. si quis autem aedificat super fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, faenum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestabitur; dies enim declarabit, quoniam in igni reuelabitur, et uniuscuiusque opus

18 Matth. 24, 13 22 I Cor. 3, 11 sqq.

6 remitti *TV*: remittetur *v* ne* *T* 8 sunt] *om. T pr.* 10 ne] ne^{c} (c *add. m. 2 uel 3*) *T* senserunt *v* 11 duxerunt *v* nou***imus (ssi *ras.*) *T* 13 *cap.* CXLVIII *T* CLVI *P* CLVII *v*; *num. om. G* 15 uixerunt *v* 18 sunt qui propter *PTv*: *om. MV* perseuerat *v* 25 super *TV*: supra *v* 26 ligna $T^{2}Vv$: lingua T^{1} 28 igni *V*: igne *Tv*

quale sit ignis probabit. si cuius opus permanserit, quod superaedificauit, mercedem accipiet; si cuius autem opus arserit, damnum patietur; ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. dicunt ergo cuiuslibet uitae catholicum christianum Christum habere in fundamento, quod fundamentum nulla haeresis habet a corporis eius unitate praecisa; et ideo propter hoc fundamentum, etiam si malae uitae fuerit catholicus christianus, uelut qui superaedificauerit ligna, faenum, stipulam, putant eum saluum fieri per ignem, id est per poenas ignis illius liberari, quo igne ultimo iudicio punientur mali.

CXLI.

EX EODEM LIBRO XXI. QVID SIT IN FVNDAMENTO HABERE CHRISTVM ET QVIBVS SPONDEATVR SALVS PER IGNIS VSTVRAM.

Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem 157
meum, in me manet et ego in eo. ostendit quid sit non sacramento tenus, sed re uera corpus Christi manducare et eius sanguinem bibere; hoc est in Christo manere, ut in illo maneat et Christus. sic enim hoc dixit, tamquam diceret: „qui non in me manet et in quo non maneo, non se dicat aut existimet manducare corpus meum aut bibere sanguinem meum.“ non itaque manent in Christo qui non sunt membra eius. non sunt autem membra Christi qui se faciunt membra meretricis, nisi malum illud paenitendo esse destiterint et ad hoc bonum reconciliatione redierint.

15 Io. 6, 57

2 superaedificabit *V* 7 habet a *TV*: habita *v* 11 ultimo *MV*: in ultimo *Tv* punietur malus *v* 12 *cap.* CXLVIIII *T* CLVII *P* CLVIII *Gv* 13 *loco tituli:* quid sit—usturam *exhibent* M^1V *titulum capitis CXLII* quid] quod T^1 15 bibit *PTv*: bibet *V* 16 eo *PTv*: eum *MV* non *TV*: in *v* 17 sacramento *Tv*: sacramentum *MV* tenus] tenere *v* 18 sanguinem eius *v* est *V*: est enim *Tv* 20 au^{t} (t *add. m. 2*) *V* 21 meum] *om. v* 24 nisi] *om. v* paenitendo] a paenitendo *v* destiterunt *v* desisterint *T* 25 reconchiliatione *V* redierunt *v*

Sed habent, inquiunt, christiani catholici in fundamento Christum, a cuius unitate non recesserunt, tametsi huic fundamento superaedificauerunt quamlibet pessimam uitam uelut ligna, faenum, stipulam. recta itaque fides, per quam Christus est fundamentum, quamuis cum damno — quoniam illa quae superaedificata sunt exurentur — tamen poterit eos quandoque ab illius ignis perpetuitate saluare. respondeat eis breuiter apostolus Iacobus: si quis dicat se fidem habere, opera autem non habeat, numquid poterit fides saluare eum? et quis est, inquiunt, de quo dicit apostolus Paulus: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem? simul quis iste sit inquiramus; hunc autem non esse certissimum est, ne duorum apostolorum sententias mittamus in rixam, si unus dicit: „si etiam mala opera quis habuerit, saluabit eum per ignem fides;“ alius autem: si opera non habeat, numquid poterit fides saluare eum?

Inueniemus ergo quis possit saluari per ignem, si prius inuenerimus quid sit habere in fundamento Christum. quod ut de ipsa similitudine quantocius aduertamus, nihil in aedificio praeponitur fundamento. quisquis itaque sic habet in corde Christum, ut ei terrena et temporaria nec ea quae licita sunt atque concessa praeponat, fundamentum habet Christum; si autem praeponit, etsi uideatur habere fidem Christi, non est tamen in eo fundamentum Christus, cui talia praeponuntur; quanto magis, si salutaria praecepta contemnens committat inlicita, non praeposuisse Christum, sed postposuisse conuincitur, quem posthabuit imperantem siue concedentem, dum contra eius imperata siue concessa suam per flagitia delegit

8 (et 15) Iac. 2, 14 11 I Cor. 3, 15

1 christiani] christi *v* 2 non] *om. v* 3 pessimam *TV*: et pessimam *v* 5 quoniam *TV*: quo *v* 6 exurantur (a *ex* u *corr.*) *v* 10 quis *TV*: qui *v* 12 autem *V*: tamen *Tv* 13 sententiam *v* 14 si unus *Tv*: sic u. *V* si etiam *V*: etiam si *Tv* 19 quantocius aduertamus] *om. v* 21 terrena* (e *ras.*) *V* temporaria *TV*: temporalia *v* 22 praeponet *v* 23 praeponit *TV*: praeponet *v* 27 concedentem *TV*: admonentem *v* 28 suam] sua *v* delegit *TV*: diligit *v*

expleri libidinem? si quis itaque christianus diligit meretricem eique adhaerens unum corpus efficitur, iam in fundamento non habet Christum. si quis autem diligit uxorem suam, si secundum Christum, quis ei dubitet in fundamento esse Christum? si uero secundum hoc saeculum, si carnaliter, si in morbo concupiscentiarum, sicut et gentes, quae ignorant deum, etiam hoc secundum ueniam concedit apostolus, immo per apostolum Christus. potest ergo et iste in fundamento habere Christum. si enim nihil ei talis affectionis uoluptatisque praeponat, quamuis superaedificet ligna, faenum, stipulam, Christus est fundamentum; propter hoc saluus erit per ignem. delicias quippe huius modi amoresque terrenos propter coniugalem quidem copulam non damnabiles tribulationis ignis exuret. ad quem pertinent ignem et orbitates et quaecumque calamitates, quae auferunt haec. ac per hoc ei qui aedificauit erit aedificatio ista damnosa, quia non habebit quod superaedificauit, et eorum amissione cruciabitur, quibus fruendo utique laetabatur; sed per hunc ignem saluus erit merito fundamenti, quia, etsi utrum id habere mallet an Christum a persecutore proponeretur, illud Christo non praeponeretur. uide in apostoli uerbis hominem aedificantem super fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos: qui sine uxore est, inquit, cogitat quae sunt dei, quomodo placeat deo. uide alium aedificantem ligna, faenum, stipulam: qui autem matrimonio iunctus est, inquit, cogitat ea quae sunt mundi, quomodo placeat uxori. uniuscuiusque opus manifestabitur; dies enim declarabit — dies utique tribulationis — quoniam in igni, in-

2 cf. I Cor. 6, 16 3 cf. Eph. 5, 25 6 cf. I Thess. 4, 5 22 I Cor. 7, 32 sq. 26 I Cor. 3, 13

1 expleri *V*: explere *Tv* 7 concedet *v* 11 fundamentum *Tv*: fundamento *V* 12 modi *TV*: mundi *v* 13 quidem *MTV*: *om. v* 14 exurit (i *in* e *corr. m. 2*) *V* ad *Vv*: at *T* 15 *ac *V* 20 proponeretur *Tv*: proponetur *MV* praeponeretur *TV*: proponeretur *v* 22 argentum *TV*: et argentum *v* 25 iunctus (iun *obduxit m. 2*) *V* 28 igni *V*: igne *Tv*

quit, reuelabitur. eandem tribulationem ignem uocat, sicut alibi legitur: uasa figuli probat fornax et homines iustos temtatio tribulationis. et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. si cuius opus permanserit — permanet enim quod quisque cogitat quae sunt dei, quomodo placeat deo — quod superaedificauit, mercedem accipiet — id est unde cogitauit, hoc sumet; — si cuius autem opus arserit, damnum patietur — quoniam quod dilexerat non habebit — ipse autem saluus erit — quia nulla eum tribulatio ab illius fundamenti stabilitate semouit — sic tamen quasi per ignem — quod enim sine inliciente amore non habuit, sine urente dolore non perdit. ecce, quantum mihi uidetur, inuentus est ignis, qui nullum eorum damnet, sed unum ditet, alterum damnificet, ambos probet. si autem ignem illum loco isto uoluerimus accipere, de quo dominus dicit sinistris: discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, ut in eis etiam isti esse credantur qui aedificant super fundamentum ligna, faenum, stipulam, eosque ex illo igne post tempus pro malis meritis impertitum liberet boni meriti fundamentum: quid arbitramur dextros, quibus dicetur: uenite, benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum, nisi eos qui aedificauerunt super fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos? sed in illum ignem, de quo dictum est: sic tamen quasi per ignem, si hoc modo est intellegendus, utrique mittendi sunt, et dextri scilicet et sinistri. illo quippe igne utrique probandi sunt, de quo dictum est:

2 Eccli. 27, 5 3 I Cor. 3, 13 sqq. 16 Matth. 25, 41 21 Matth. 25, 34

4 permanserit] manserit *v* 6 superaedificabit *V* 8 si *TV*: et si *v* cuius] cuis *T* 11 semouet *v* 13 perdit *TV*: perdet *v* 15 ambobus *v* probet] *om. v* loco *TV*: in loco *v* 16 dominus *TV*: *om. v* dicit T^1Vv: dicet T^2 19 ⁎igne (l *ras.*) *T* 20 meriti *V*: meritum *PTv* fundamentum *V*: fundamenti *PTv* 21 arbitramur *V*: arbitrabimur *T* arbitrabitur *v* dextros *TV*: de dextris *v* 22 mei⁎ (s *ras.*) *T* 23 aedificauerint *v* super *TV*: supra *v* 26 senistri *T*

dies enim declarabit, quoniam in igne reuelabitur et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. si ergo utrumque probabit ignis, ut, si cuius opus permanserit, id est non fuerit igne consumtum, quod superaedificauit, mercedem accipiat, si cuius autem opus arserit, damnum patiatur: profecto non est ipse aeternus ille ignis. in illum enim soli sinistri nouissima et perpetua damnatione mittentur, iste autem dextros probat. sed alios eorum sic probat, ut aedificium, quod super Christum fundamentum ab eis inuenerit esse constructum, non exurat atque consumat; alios autem aliter, id est ut quod superaedificauerunt ardeat damnumque inde patiantur, salui fiant autem, quoniam Christum in fundamento stabiliter positum praecellenti caritate tenuerunt. si autem salui fient, profecto et ad dexteram stabunt et cum ceteris audient: uenite, benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum, non ad sinistram, ubi illi erunt qui salui non erunt et ideo audient: discedite a me, maledicti, in ignem aeternum. nemo quippe ab illo igne saluabitur, quia in supplicium aeternum ibunt illi omnes, ubi uermis eorum non moritur et ignis non extinguitur, quo cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum. post istius sane corporis mortem, donec ad illum ueniatur qui post resurrectionem corporis futurus est damnationis et remunerationis ultimus dies, si hoc temporis interuallo spiritus defunctorum eius modi ignem dicuntur perpeti, quem non sentiant illi qui non habuerunt tales mores in huius corporis uita, ut eorum ligna et faenum et stipula consumatur, alii uero sen-

20 cf. Marc. 9, 44 sq. 21 cf. Apoc. 20, 10

1 quoniam *V*: quia *Tv* 3 probabit *TV*: probat *v* cuius *TV*: unius *v* 5 accipiet *T* opus autem *v* 6 patiatur *v*: patietur *TV* 15 uenite] *om. v* patres (*corr. m. 1*) *T* 16 illi *TV*: ille *v* 17 *post* ideo *ras. 3 litt. T* 20 uermes *v* moritur *TV*: morietur *v* extinguitur *T*: extinguetur *Vv* quo *Vv*: qui *T* 23 corporis *V*: corporum *Tv* et remunerationis *PTv*: *om. V* 25 eius *TV*: huius *v* sentient *v* 26 mores *TVv*: mores et amores *a* ut *a*: et *PTV*; *om. v* 27 ligna] uita *v* consummatur *v*

tiant, qui eius modi secum aedificia portauerunt siue ibi tantum siue et hic et ibi siue ideo hic, ut non ibi saecularia, quamuis a damnatione uenialia, concremantem ignem transitoriae tribulationis inueniant: non redarguo, quia forsitan uerum est. potest quippe ad istam tribulationem pertinere etiam mors ipsa carnis, quae de primi peccati perpetratione concepta est, ut secundum cuiusque aedificium tempus, quod eam sequitur, ab unoquoque sentiatur. persecutiones quoque, quibus martyres coronati sunt et quas patiuntur quicumque christiani, probant utraque aedificia uelut ignis et alia consumunt cum ipsis aedificatoribus, si Christum in eis non inueniunt fundamentum; alia sine ipsis, si inueniunt, quia licet cum damno salui erunt ipsi; alia uero non consumunt, quia talia reperiunt, quae maneant in aeternum. erit etiam in fine saeculi tribulatio tempore antichristi, qualis numquam antea fuit. quam multa erunt tunc aedificia siue aurea siue faenea super optimum fundamentum, quod est Christus Iesus, ut ignis ille probet utraque et de aliis gaudium, de aliis inferat damnum, neutros tamen perdat, in quibus haec inueniet propter stabile fundamentum. quicumque autem non dico uxorem, cuius etiam commixtione carnis ad carnalem utitur uoluptatem, sed ipsa quae ab eius modi delectationibus aliena sunt nomina pietatis humano more carnaliter diligendo Christo anteponit, non eum habet in fundamento et ideo non per ignem saluus erit, sed saluus non erit, quia esse cum saluatore non poterit, qui de hac re apertissime loquens ait: qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus;

26 Matth. 10, 37

2 saecularia *TV*: in illo saeculo *v* 3 a] *om. v* ueniali *v* 8 eam *Tv*: ea *V* onoquoque *v* 9 quas *TV*: quasi *v* 12 fundamentum (en *in ras.*) *T* sine *TV*: in *v* 14 repperiunt *Vv* 15 temporibus *v* 18 gaudium, de aliis] *om. v* 20 uxorem — uoluptatem] *scripsit m. 1 in spatio uacuo relicto V* 21 commistione *T* 22 eius *V*: huius *Tv* nomine *v* 24 eum] *om. T pr.* 25 sed — non erit] *om. v* quia *Vv*: qui *T* 26 apertissime] T^1 *in ras.*; appertissime *V* 27 aut matrem] T^2 *in ras.*

et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. uerum qui has necessitudines sic amat carnaliter, ut tamen eas Christo domino non praeponat malitque ipsis carere quam Christo, si ad hunc fuerit articulum temtationis adductus, per ignem erit saluus, quia ex earum amissione tantum necesse est urat dolor, quantum haeserat amor. porro qui patrem, matrem, filios, filias secundum Christum dilexerit, ut ad eius regnum obtinendum eique cohaerendum illis consulat uel hoc in eis diligat, quod membra sunt Christi: absit, ut ista dilectio reperiatur in lignis, faeno et stipula consumenda, sed prorsus aedificio aureo, argenteo, gemmeo deputabitur. quomodo autem potest eos plus amare quam Christum, quos amat utique propter Christum?

[DE EXPOSITIONE PSALMI LXXX.

Expone ergo, inquit, nobis ligna, faenum, stipulam qui 157a aedificant supra fundamentum quomodo non pereant, sed salui fiant, sic tamen tamquam per ignem. obscura quidem illa quaestio, sed ut possum breuiter dicam, fratres. sunt homines omnino contemtores saeculi huius, quibus non est natum quidquid temporaliter fluit; non haerent dilectione aliqua terrenis operibus, casti, sancti, continentes, iusti, fortassis et omnia sua uendentes et pauperibus distribuentes aut possidentes tamquam non possidentes et utentes hoc mundo tamquam non utentes. sunt autem alii qui rebus infirmitati concessis

17 cf. I Cor. 3, 15 23 cf. I Cor. 7, 30 sq.

2 qui *TV*: quia *v* 3 maletque *v* 4 fuerint T^1V 5 ex *a*: et *TVv* 8 optinendum *Tv* 9 consolat *V* 10 dilectio *TV*: dilectione *v* reperiatur *TV*: pereat *v* faeno *TV*: in foeno *v* 14 de expositione psalmi LXXX *T*: *tit. om. GPv*; *caput om. MV* 15 expone P^2: exponere G^1P^1T et ponere *v* stipula *T* qui *PT*: quia G^1v 17 tamquam *GPT*: quasi *v* quidem (em *add. m. 2*) *P* 19 natum *PT*: notum G^2v 22 uedentes (n *add. m. 2*) *T* distribuentes PT^2: destribuentes T^1 tribuentes *Gv* aut possidentes—et utentes] *om.* T^1 23 possedentes G^1 24 utantes G^1 alii qui *GPv*: aliqui *T* infirmitati *PT*: per infirmitatem G^2v

inhaerent aliquantum dilectione: non rapit uillam alienam, sed sic amat suam, ut si perdiderit conturbetur; non appetit uxorem alienam, sed sic haeret, sic miscetur suae, ut modum non ibi teneat praescriptum tabulis liberorum procreandorum causa; non tollit aliena, sed repetit sua et habet iudicium cum fratre suo. talibus enim dicitur: iam quidem omnino delictum est, quia iudicia habetis uobiscum. uerum ipsa iudicia in ecclesia iubet agi, non ad forum trahi; tamen delicta esse dicit. contendit enim christianus pro rebus terrenis amplius quam decet eum cui promissum est regnum caelorum; non totum cor sursum leuat, sed aliquam eius partem trahit in terram. denique si ueniat temtatio ducendi martyrii, illi qui habent in fundamento Christum et aedificant aurum, argentum, lapides pretiosos, qui dicunt ex hac opportunitate: bonum est mihi dissolui et esse cum Christo, alacres currunt, aut nihil aut modice de terrena fragilitate contristantur; illi autem amantes res proprias, domos proprias, grauiter conturbantur: faenum, stipula et lignum ardet. habent ergo ligna et faenum et stipulam super fundamentum, sed rerum concessarum, non inlicitarum. dico enim, fratres: possides fundamentum: haere caelo, calca terram. si talis es,

6 I Cor. 6, 7 13 cf. I Cor. 3, 11 sq. 15 Philipp. 1, 23

1 aliquantum (a *add. m. 2*) *G* dilectione* (m *ras.*; est qui *add. m. 3 in ras.*) *G* 2 si] *add.* G^2 *supr. uers.* prodiderit (pro *in* per *corr. m. 2*) *G* 3 alienum P^1 sic haeret *T*: sic adherit (it *in* et *corr. m. 2*) *P* sic erit G^1 si acceperit G^2v 4 ibi non *Gv* 5 tollet G^1P^1 eliena *P* 7 delictum] dilectum G^1 8 agit *v* trahi] trai *P* 9 dilecta G^1 christianos G^1 10 decit G^1 12 ueniet *P* ducendi] *del.* G^2; *om. v*; ducendo *P* ducendi temptatio G^1 martyrii] marthyri *P* martyribus G^2v (bus *ex* i *corr.* G^2) illis *Gv* (s *add.* G^2) 14 *argentum *T* praetiosos *T* oportunitate *libri* 15 alacris G^1 16 modici G^1P^1v de *PT*: *om. Gv* 17 domus P^1v et domus G^2 et domus proprias] *add.* G^2 *supr. uers.* 18 stipula G^3: stipulam G^1P^1Tv 19 stipulam (*om.* et) *P* super *PT*: pro *Gv* fundamento G^2v (o *ex* um *corr.* G^2) 21 possedes P^1 haere *PT*: aere G^1 aerem G^2v caelum G^2Pv calca*PT*: *om. v*; calla *G*

non aedificas nisi aurum, argentum, lapides pretiosos; cum autem dixeris: „amo possessionem istam, timeð ne pereat“ et imminet damnum et tu contristaris, non quidem praeponis eam Christo. nam sic amas possessionem istam, ut, si dicatur tibi: „ipsam uis an Christum?“ et si tristis eam perdis, plus tamen amplecteris Christum, quem posuisti in fundamento: saluus eris tamquam per ignem. audi aliud: non potes tenere possessionem istam, nisi dixeris falsum testimonium; et hoc non facere Christum in fundamento ponere est. ueritas enim dixit: os, quod mentitur, occidit animam. ergo si possessionem tuam diligis, non tamen propter illam facis rapinam, non propter illam dicis falsum testimonium, non propter illam homicidium, non propter illam falsum iuras, non propter illam Christum negas, eo, quod non propter illam facis haec, Christum habes in fundamento; tamen quia diligis illam et contristaris, si perdis illam, super fundamentum posuisti non aurum, argentum, lapides pretiosos, sed ligna, faenum, stipulam: saluus ergo eris, si ardere coeperit quod aedificasti, sic tamen tamquam per ignem. nemo ergo super fundamentum hoc aedificet adulteria, blasphemias, sacrilegia, idolatrias, periuria et putet se saluum futurum per ignem, quasi ista sint ligna, faenum, stipula; sed si aedificat amorem terrenorum super fundamentum regni caelorum, id est super Christum,

10 Sap. 1, 11

1 argentum] et argentum *G* 2 periat P^1 4 si] sic G^1P^1 6 qu*em (a *ras.*) *P* fundamento G^2v: fundamentum G^1PT 7 eris (s *ex* t *corr. m. 2*) *G* potes G^2P^2v: potest G^1P^1T 9 non *PT*: *om. Gv* 10 quod G^3PT: qui G^1v possessionem (ses *add. m. 2*) *G* 11 diliges P^1 12 non propter illam homicidium] *om. Gv* 14 eo] et eo quod non propter illam xp̄m negas G^1; *corr. m. 2* 15 tamen *T*: sed tamen *GPv* et *GPv*: *om. T* 16 perdis G^2Pv: perdes *T* prodis G^1 17 stipula G^1T 18 saluus ergo (us ergo *in ras. a m. 2*) *P* 19 fundamento P^1 20 sacrilegia* *GT* (s *ras. in G*) idolatrias *a*: idolatria *PTv* idolatriam *G* 21 se] tice G^1 dici G^2v futurum] fieri futurum G^1v sint] sunt G^1 22 stipulam *v* amore* (m *ras.*) *G* 23 supra fundamentum *G*

ardebit amor rerum temporalium et ipse saluus erit per idoneum fundamentum.

Inimici domini mentiti sunt ei dicendo: eo ad uineam et non eundo; et erit tempus non ad tempus, sed in aeternum. et qui sunt isti? et cibauit illos ex adipe frumenti. nostis adipem frumenti, unde cibantur multi inimici, qui mentiti sunt ei. et cibauit illos ex adipe frumenti: miscuit eos sacramentis suis. et Iudam, quando dedit buccellam, ex adipe frumenti cibauit; et inimicus domini mentitus est ei et erit tempus eius in aeternum. cibauit illos ex adipe frumenti. o ingratos! cibauit ex adipe frumenti et de petra melle saturauit eos: in heremo de petra aquam produxit, non mel. mel sapientia est, primatum dulcoris tenens in escis cordis. quam ergo multi inimici domini mentientes domino cibantur non solum ex adipe frumenti sed etiam de petra melle, de sapientia Christi! quam multi delectantur uerbo eius et cognitione sacramentorum eius, solutione parabularum eius! quam multi delectantur! quam multi clamant! et non est hoc mel de quolibet homine, sed de petra: petra autem erat Christus. quam multi ergo satiantur de melle isto! clamant, dicunt: „suaue est.“ dicunt: „nihil melius, nihil dulcius intellegi uel dici potuit.“ et tamen inimici domini mentiti sunt ei. nolo amplius immorari in rebus dolendis: quamquam terribiliter psalmus ad hoc finitus sit, tamen a fine eius, obsecro uos, recurramus ad caput: exultate deo adiutori nostro.]

3 Ps. 80, 16 sq. 9 cf. Io. 13, 26 13 cf. Ex. 17, 6
20 I Cor. 10, 4 26 Ps. 80, 2

1 per] *add.* G^2 *supr. uers.* 3 *uerba* inimici domini *et quae secuntur solus exhibet T* 6 adipe *a*: aipe *T* nostis *a*: nos *T*
11 ingratos (o *ex* u *corr. m. 2*) *T* 26 exultati *T*

CXLII.

EX EODEM LIBRO XXI. CONTRA EORVM PERSVASIONEM QVI PVTANT SIBI NON OFFVTVRA PECCATA, IN QVIBVS, CVM ELEMOSYNAS FACERENT, PERSTITERVNT.

Restat eis respondere, qui dicunt aeterno igne illos tantum- 158
modo arsuros qui pro peccatis suis facere dignas elemosynas neglexerunt, propter illud quod ait apostolus Iacobus: iudicium autem sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. qui ergo fecit, inquiunt, quamuis non correxerit perditos mores, sed nefarie ac nequiter inter ipsas suas elemosynas uixerit, cum misericordia illi futurum est iudicium, ut aut non damnetur omnino aut post aliquod tempus a damnatione nouissima liberetur. nec ob aliud extimant Christum de solo dilectu atque neglectu elemosynarum discretionem inter dextros et sinistros esse facturum, quorum alios in regnum, alios in supplicium mittat aeternum. ut autem cotidiana sibi opinentur, quae facere non cessant omnino, qualiacumque et quantacumque sint, per elemosynas dimitti posse peccata, orationem, quam docuit ipse dominus, et suffragatricem sibi adhibere conantur et testem. sicut enim nullus est, inquiunt, dies, quo a christianis haec oratio non dicatur, ita nullum est cotidianum qualecumque peccatum, quod per illam non dimittatur, cum dicimus: dimitte nobis debita nostra, si quod sequitur facere curemus: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. non enim ait dominus, inquiunt: „si dimiseritis peccata hominibus, dimittet uobis pater uester cotidiana parua peccata“ sed: dimittet,

7 Iac. 2, 13 23 Matth. 6, 12

1 *cap.* CL *T* CLVIII *P*; *num. om. Gv* 4 perstiterunt] *om. v* 5 igni *v* 7 neglexerunt *MV*: neglegunt *PTv* 10 nefariae *TV* 11 uixeris (s *in* t *corr. m. 2*) *T* 13 extimant *MV* (*cf. p. 159, 17. 296, 5*): existimant *PTv* 14 dilectu *a*: dilecto P^1 delictu *TVv* delicto P^2 neclectu *T* neglecto *v* neclecto *P* 15 facturum *Tv*: futurum *MV* 17 omnino non cessant *Tv* 19 *post* peccata *spatium 9 fere litt. in V* 20 athibere *T* 23 per illam *TV*: illa *v*

inquit, uobis peccata uestra. qualiacumque ergo uel quantacumque sint, etiam cotidie si perpetrentur nec ab eis uita discedat in melius commutata, per elemosynam ueniae non negatae remitti posse praesumunt. sed bene, quod isti dignas pro peccatis elemosynas commonent esse faciendas; quoniam, si dicerent qualescumque elemosynas pro peccatis cotidianis et magnis et quantacumque scelerum consuetudine misericordiam posse impetrare diuinam, ut ea cotidiana remissio sequeretur, uiderent se rem dicere absurdam atque ridiculam. sic enim cogerentur fateri fieri posse, ut opulentissimus homo decem nummulis diurnis in elemosynas impensis homicidia et adulteria et nefaria quaeque facta redimeret. quod si absurdissimum atque insanissimum est dicere, profecto, si quaeratur quae dignae sint pro peccatis elemosynae — de quibus etiam Christi praecursor ille dicebat: facite ergo fructus dignos paenitentiae — procul dubio non inuenientur eas facere qui uitam suam usque ad mortem cotidianorum criminum perpetratione confodiunt. primo quia in auferendis rebus alienis longe plura diripiunt, ex quibus perexigua pauperibus largiendo Christum se ad hoc pascere existimant, ut licentiam malefactorum ab illo emisse uel cotidie potius emere credentes securi damnabilia tanta committant. qui si pro uno scelere omnia sua distribuerent indigentibus membris Christi, nisi desisterent a talibus factis

15 Matth. 3, 8

2 cotidie si *V*: si cotidie *Tv* 3 uita *TV*: in hac uita *v* discedat *TV*: discedant *v* commutati *v* ueniae M^1TV: ueniam M^2v 4 negatae *TV* (tae *ex* re *corr. m. 1 V*): negare M^1 negari M^2 negant *v* remitti] ac remitti *v* remitti posse] *del.* M^2 praesumunt — elemosynas] *om.* M^1 5 commonent esse] commonentes se *T* 7 quantumcumque *T* 10 fieri *TV*: *om. v* opulentissimus *T* 11 diurnis *TV*: diuturnis *v* 13 si *TV*: *om. v* atque insanissimum *MPTV*: *om. v* 16 inuenietur *v* 18 confodiunt *TV*: confundunt *v* 20 largiendo *Tv*: largiendum *V* ad hoc *TV*: adhuc *v* 21 exsistimant *V* emisse (m *ras.*) *T* 23 qui *Vv*: quia *T* sua *Vv*: *om. T* 24 *post* indigentibus *spatium 5 litt. in V*

habendo caritatem, quae non agit perperam, aliquid eis prodesse non posset. qui ergo dignas pro suis peccatis elemosynas facit, prius eas facere incipit a se ipso. indignum est enim, ut in se non faciat qui facit in proximum, cum audiat dicentem deum: diliges proximum tuum tamquam te ipsum; itemque audiat: miserere animae tuae placens deo. hanc elemosynam, id est ut deo placeat, non faciens animae suae quomodo dignas pro peccatis suis elemosynas facere dicendus est? ad hoc enim et illud scriptum est: qui sibi malignus est, cui bonus erit? orationes quippe adiuuant elemosynae; et utique intuendum est quod legimus: fili, peccasti; ne adicias iterum et de praeteritis deprecare, ut tibi dimittantur. propter hoc ergo elemosynae faciendae sunt, ut, cum de praeteritis peccatis deprecamur, exaudiamur, non ut in eis perseuerantes licentiam male faciendi nos per elemosynas comparare credamus.

Ideo autem dominus et dextris elemosynas ab eis factas et sinistris non factas se imputaturum esse praedixit, ut hinc ostenderet quantum ualeant elemosynae ad priora delenda, non ad perpetua impune committenda peccata. tales autem elemosynas non dicendi sunt facere qui uitam nolunt a consuetudine scelerum in melius commutare, quia et in hoc quod ait: quando uni ex minimis meis non fecistis, mihi non fecistis, ostendit eos non facere etiam quando se facere existimant. si enim christiano esurienti panem tamquam christiano darent, profecto sibi panem iustitiae, quod ipse

1 cf. I Cor. 13, 4 5 Matth. 22, 39 6 Eccli. 30, 24 9 Eccli. 14, 5 11 Eccli. 21, 1 23 Matth. 25, 45

2 pro suis *Vv*: prorsus (i *add. m. 2*) *T* 3 incipiat *a* 4 non] *om. T pr.* 5 diligaes (a *del. m. 1*) *T* tuum *Vv*: *om. T* 7 deo *Vv*: *om. T* faciens *Vv*: *om. T* 11 elemosinae *V* utique (*om.* et) *v* 13 demittantur *T* elemosinae *V* 16 nos V^1; *del. m. 2* elemosynas *Tv*: elemosynas nos *V*; *an scribendum* nobis ? comparare—elemosynas] *om.* T^1 18 imputaturum *Vv*: imputarum *T* 19 elemosinae *V* delenda *TV*: diluenda *v* 20 perpetuum *v* 25 exsistimant *V* existimabant *v*

Christus est, non negarent, quoniam deus non cui detur, sed quo animo detur attendit. qui ergo Christum diligit in christiano, hoc animo ei porrigit elemosynam, quo accedit ad Christum, non quo uult impunitus recedere a Christo. tanto enim magis quisque deserit Christum, quanto magis diligit quod improbat Christus. numquid cuiquam prodest quod baptizatur, si non iustificatur? nonne qui dixit: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit in regnum dei, ipse etiam dixit: nisi abundauerit iustitia uestra super iustitiam scribarum et Phariseaeorum, non intrabitis in regnum caelorum? cur illud timendo multi currunt baptizari et hoc non timendo non multi currant iustificari? sicut ergo non fratri suo dicit: fatue, qui cum hoc dicit, non ipsi fraternitati, sed peccato eius infensus est — alioquin reus erit gehennae ignis — ita e contrario qui porrigit elemosynam christiano, non christiano porrigit qui non in eo diligit Christum; non autem diligit Christum qui iustificari recusat in Christo. et quemadmodum si quis praeoccupatus fuerit hoc delicto, ut fratri suo dicat: fatue, id est non eius peccatum uolens auferre conuicietur iniuste, parum est illi ad hoc redimendum elemosynas facere, nisi etiam quod ibi sequitur remedium reconciliationis adiungat — ibi enim sequitur: si ergo offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ad altare et uade prius reconciliari fratri

7 Io. 3, 5 9 Matth. 5, 20 14 Matth. 5, 22 23 Matth. 5, 23 sq.

1 non deus *v* cui detur *TV*: nunc uidetur *v* 3 ei *TV*: *om. v* elemosymam *T* 4 recedere impunitus *Tv* 6 numquid *V*: nam quid *Tv* 8 in] *eras. in T* 9 habundauerit *T* 10 iustitiam *V*: *om. Tv* 13 currant *V*: currunt *v* curant *T* iustificare (e *in* i *corr. m. 1*) *V* non *TV*: qui *v* 14 fatuae *T* ipsa fraternitate *v* 15 aliquin *T* 16 non christiano *TV*: cui *v* 17 eo *Tv*: eum *V* 19 hoc *TV*: in hoc *v* ut *TV*: et *v* 22 reconchiliationis *V* adiungit *T* 26 ad *TV*: ante *v* reconchiliari *V* reconciliare *T*

tuo, et tunc ueniens offers munus tuum — ita parum est elemosynas quantaslibet facere pro quocumque scelere et in consuetudine scelerum permanere. oratio uero cotidiana, quam docuit ipse Iesus — unde et dominica nominatur — delet quidem cotidiana peccata, cum cotidie dicitur: dimitte nobis debita nostra atque id quod sequitur non solum dicitur sed etiam fit: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; sed quia fiunt peccata, ideo dicitur, non ut ideo fiant, quia dicitur. per hanc enim nobis uoluit saluator ostendere, quantumlibet iuste in huius uitae caligine atque infirmitate uiuamus, non nobis deesse peccata, pro quibus dimittendis debeamus orare et eis qui in nos peccant, ut et nobis ignoscatur, ignoscere. non itaque propterea dominus ait: si dimiseritis peccata hominibus, dimittit uobis pater uester peccata uestra, ut de hac oratione confisi securi cotidiana scelera faceremus uel potentia, qua non timeremus hominum leges, uel astutia, qua ipsos homines falleremus; sed ut per illam disceremus non putare nos esse sine peccatis, etiam si a criminibus essemus immunes; sicut etiam legis ueteris sacerdotes hoc ipsum deus de sacrificiis admonuit, quae iussit eos primum pro suis, deinde pro populi offerre peccatis. nam et ipsa uerba tanti magistri et domini nostri uigilanter intuenda sunt. non enim ait: „si dimiseritis peccata hominibus, et pater uester dimittet uobis qualiacumque peccata“ sed ait: peccata uestra. cotidianam quippe orationem docebat et iustificatis utique discipulis loquebatur. quid est ergo: peccata uestra nisi „peccata, sine quibus nec uos eritis, qui iustificati et sanctificati estis“? ubi ergo illi qui per hanc orationem occasionem perpetrandorum cotidie scelerum

5 Matth. 6, 12 14 Matth. 6, 14 20 cf. Leu. 16, 6

1 uenies *v* offers *TV*: offer *v* 2 elemosinas *T* 6 atque *TV*: atque si *v* 8 ut *TV*: *om. v*. 9 fiant fiant *v pr.* 14 dimittit *V*: dimittet *Tv* 15 pater *V*: et pater *Tv* 16 uel *TV*: et *v* 18 falliremus *V* 21 quae *TV*: qui *v* primum (i *ex* o *corr. m. 1*) *T* 25 uestra *TV*: *om. v* cotidianam (ni *add. m. 1*) *T* 28 ubi *TV*: ibi *v*

quaerunt, dicunt dominum significasse etiam magna peccata, quoniam non dixit: „dimittet uobis parua", sed peccata uestra: ibi nos considerantes qualibus loquebatur et audientes dictum: peccata uestra nihil aliud debemus existimare quam parua, quoniam talium iam non erant magna. uerum tamen nec ipsa magna, a quibus omnino mutatis in melius moribus recedendum est, dimittuntur orationibus, nisi fiat quod ibi dicitur: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. si enim minima peccata, sine quibus non est etiam uita iustorum, aliter non remittuntur, quanto magis multis et magnis criminibus inuoluti, etiam si ea perpetrare desinant, nullam indulgentiam consecuntur, si ad remittendum aliis quod in eis quisque peccauerit inexorabiles fuerint, cum dicat dominus: si autem non dimiseritis hominibus, neque pater uester dimittet uobis. ad hoc enim ualet quod etiam Iacobus apostolus ait, iudicium futurum sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. uenire quippe debet in mentem ille seruus, cui debitori dominus eius relaxauit decem milia talentorum, quae postea iussit ut redderet, quia ipse non misertus est conserui sui, qui ei debebat centum denarios. in his ergo qui filii sunt promissionis et uasa misericordiae, ualet quod ait idem apostolus consequenter adiungens: superexsultat autem misericordia iudicio, quoniam et illi iusti, qui tanta sanctitate uixerunt, ut alios quoque recipiant in tabernacula aeterna, a quibus amici facti sunt de mamona iniquitatis, ut tales essent, misericordia liberati sunt ab eo qui

16 cf. Iac. 2, 13 18 cf. Matth. 18, 23 sqq. 22 Iac. 2, 13 25 cf. Luc. 16, 9

2 uobis *Vv*: nobis *T* 3 ibi nos—dictum] *om.* T^1 4 exsistimare *V* 5 quoniam *TV*: quia *v* 7 orationibus *Vv*: orantibus *T* 8 demittimus (e *ex* i *corr. m. 1*) *T* 9 minima *TV*: animae *v* 10 magis multis *Tv*: magis *V* 11 inuoluti *TV*: inuoluit *v* desinant *TV*: non desinant *v* 12 consequuntur *Tv* 14 neque] *om. Tpr.* 17 fecit *V*: fecerit *Tv* ille seruus *V*: etiam seruus ille *Tv* 18 eius *Vv*: *om. T* 21 filii *Tv*: fili *V* 22 superexultat *T* superexaltat *v* 23 misericordiam *v* 24 ut *TV*: et *v* 25 mammona *v*

iustificat impium, imputans mercedem secundum gratiam, non secundum debitum. in eorum quippe numero est apostolus, qui dicit: misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem. illi autem qui recipiuntur a talibus in tabernacula aeterna, fatendum est quod non sint his moribus praediti, ut eis liberandis sine suffragio sanctorum sua possit uita sufficere; ac per hoc multo amplius in eis superexsultat misericordia iudicio. nec tamen ideo putandus est quisquam sceleratissimus nequaquam uita uel bona uel tolerabiliore mutatus recipi in tabernacula aeterna, quoniam obsecutus est sanctis de mamona iniquitatis, id est de pecunia uel diuitiis, quae male fuerant adquisitae, aut etiam si bene, non tamen ueris, sed quas iniquitas putat esse diuitias, quoniam nescit quae sunt uerae diuitiae, quibus illi abundant qui et alios recipiunt in tabernacula aeterna. est itaque quidam uitae modus nec tam malae, ut his qui eam uiuunt nihil prosit ad capessendum regnum caelorum largitas elemosynarum, quibus etiam iustorum sustentatur inopia et fiunt amici qui in tabernacula aeterna suscipiant, nec tam bonae, ut ad tantam beatitudinem adipiscendam eis ipsa sufficiat, nisi eorum meritis quos amicos fecerint misericordiam consequantur. mirari autem soleo etiam apud Vergilium reperiri istam domini sententiam, ubi ait: facite uobis amicos de mamona iniquitatis, ut et ipsi recipiant uos in tabernacula aeterna; cui est et illa simillima: qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet; et qui recipit

3 I Cor. 7, 25 7 cf. Iac. 2, 13 22 Luc. 16, 9 25 Matth. 10, 41

5 sint *TV*: sunt *v* 7 superexaltat *v* misericordiam *v* 8 putandos (o *in* u *corr. m. 1*) *T* 9 uita *TV*: in uitam *v* bonam *v* tolerabiliorem *v* 10 mammona *v*; *sic ubique* 11 fuerant *V*: fuerunt *Tv* 12 adquaesitae *TV* ueris *V*: ueras *Tv* quas *TV*: quasi *v* iniquitas *V*: iniqu••as (it *ras.*) *T* inquisitas *v* 13 putet *v* sunt *V*: sint *Tv* 16 uiuant (a *in* u *corr. m. 1*) *T* 17 sustentantur *v* 18 tabernacula (ac *a m. 2 in ras.*) *T* 19 tam *PTv*: *om. V* ad tantam *PTv*: tam *V* 20 ipsa (a *add. m. 2*) *T* facerent *v* 22 uirgilium *v* repperiri *V* 24 et illa *Vv*: illa *T*

iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. nam cum Elysios campos poeta ille describeret, ubi putant habitare animas beatorum, non solum ibi posuit eos qui propriis meritis ad illas sedes peruenire potuerunt, sed adiecit atque ait:

quique sui memores alios fecere merendo,

id est qui promeruerunt alios eosque sui memores promerendo fecerunt; prorsus tamquam eis dicerent quod frequentatur ore christianorum, cum se cuique sanctorum humilis quisque commendat et dicit: „memor mei esto“, atque id ut esse possit promerendo efficit. sed quis iste sit modus et quae sint ipsa peccata, quae ita impediunt peruentionem ad regnum dei, ut tamen amicorum sanctorum meritis impetrent indulgentiam, difficillimum est inuenire, periculosissimum definire. ego certe usque ad hoc tempus cum inde satagerem, ad eorum indaginem peruenire non potui. et fortassis propterea latent, ne studium proficiendi ad omnia cauenda peccata pigrescat; quoniam si scirentur quae uel qualia sint delicta, pro quibus etiam permanentibus nec prouectu uitae melioris absumtis intercessio sit inquirenda et speranda iustorum, eis secura se obuolueret humana segnitia nec euolui talibus implicamentis ullius uirtutis expeditione curaret, sed tantummodo quaereret aliorum meritis liberari, quos amicos sibi de mamona iniquitatis elemosynarum largitate fecisset. nunc uero dum uenialis iniquitatis, etiam si perseueret, ignoratur modus, profecto et studium in meliora proficiendi orando et instando uigilantius adhibetur et faciendi de mamona iniquitatis sanctos amicos

6 Aen. 6, 664

2 elyseos *V* aelysios *T* ille (e *in ras.*) *T* 4 potuerint *v* 6 quique *Vv*: quisque *T* facere TV^1v (a *in* e *corr. m. 2 in V*) maerendo *V* 7 eosque] eos qui *v* 8 dicerent (n *del. m. 1*) *V*: diceret *Tv* 9 cuique (c *in ras. a m. 2*) *T* 15 cum *TV*: *om. v* satageram *v* 16 fortasse *v* 18 delicta (i *ex* e *corr.*) *v* 19 prouectum *v* meliorum *v* absumtis *TV*: assumptis *v* 20 eis *Tv*: ei *V* secura *TV*: cura *v* obuoluere *T* 21 *uolui (e *add. m. 2*) *T* talibus *Vv*: tatibus *T* ullius *TV*: illius *v* 23 sibi] ibi *v* 27 faciendis *v* sanctis amicis *v*

cura non spernitur. uerum ista liberatio, quae fit siue suis quibusque orationibus siue intercedentibus sanctis, id agit, ut in ignem quisque non mittatur aeternum, non ut, cum fuerit missus, post quantumcumque tempus inde eruatur. nam et illi qui putant sic intellegendum esse quod scriptum est, afferre terram bonam uberem fructum, aliam tricenum, aliam sexagenum, aliam centenum, ut sancti pro suorum diuersitate meritorum alii tricenos homines liberent, alii sexagenos, alii centenos, hoc in die iudicii futurum suspicari solent, non post iudicium. qua opinione quidam cum uideret homines impunitatem sibi peruersissime pollicentes, eo quod omnes isto modo ad liberationem pertinere posse uideantur, elegantissime respondisse perhibetur, bene potius esse uiuendum, ut inter eos quisque reperiatur qui pro aliis intercessuri sunt liberandis, ne tam pauci sint, ut cito ad numerum suum uel tricenum uel sexagenum uel centenum unoquoque eorum perueniente multi remaneant, qui erui iam de poenis illorum intercessione non possint et in eis inueniatur quisquis sibi spem fructus alieni temeritate uanissima pollicetur.

CXLIII.

EX LIBRO DE CIVITATE DEI XXII. DE AETERNA DEI ET INCOMMVTABILI VOLVNTATE.

Multa fiunt quidem a malis contra uoluntatem dei; sed 159
tantae est ille sapientiae tantaeque uirtutis, ut in eos exitus siue fines, quos bonos et iustos ipse praesciuit, tendant omnia,

6 cf. Matth. 13, 8

1 ista *TV*: *om. v* 2 agit *Vv*: agitur *T* 4 inde tempus *Tv* eruatur *TV*: seruetur *v* 5 illi *Vv*: illud *T* 6 afferre *Vv*: auferre *T* aliam tricenum — sexagenum] T^2 *in ras.* aliam *a*: alia *libri* 7 aliam *v*: alia *TV* 8 sexaginos (e *add. m. 2*) *V* 9 die *v*: diem *TV* 12 eligantissime *V* 13 bene] beno *T* 14 repperiatur *V* 20 *cap.* CLI *T* CLVIIII *P* CLX *Gv* 21 libro] eodem libro *T* 25 finis *v*

quae uoluntati eius uidentur aduersa. ac per hoc cum deus mutare dicitur uoluntatem, ut quibus lenis erat uerbi gratia reddatur iratus, illi potius quam ipse mutantur et eum quodam modo mutatum in his quae patiuntur inueniunt; sicut mutatur sol oculis sauciatis et asper quodam modo ex miti et ex delectabili molestus efficitur, cum ipse apud se ipsum maneat idem qui fuit. dicitur etiam uoluntas dei, quam facit in cordibus oboedientium mandatis eius, de qua dicit apostolus: deus est enim, qui operatur in uobis et uelle; sicut iustitia dei non solum qua ipse iustus est dicitur, sed illa etiam quam in homine, qui ab illo iustificatur, facit. sic et lex eius uocatur, quae potius est hominum, sed ab ipso data; nam utique homines erant quibus ait Iesus: in lege uestra scriptum est, cum alio loco legamus: lex dei eius in corde eius. secundum hanc uoluntatem, quam deus operatur in hominibus, etiam uelle dicitur quod non ipse uult, sed suos id uolentes facit; sicut dicitur cognouisse quod ut cognosceretur fecit, a quibus ignorabatur. neque enim dicente apostolo: nunc autem cognoscentes deum, immo cogniti a deo, fas est, ut credamus, quod eos tunc cognouerit deus praecognitos ante constitutionem mundi; sed tunc cognouisse dictus est, quod tunc ut cognosceretur effecit. de his locutionum modis iam et in superioribus libris memini disputatum. secundum hanc ergo uoluntatem, qua deum uelle dicimus quod alios effecit uelle, a quibus futura nesciuntur, multa uult nec facit. multa enim uolunt fieri sancti eius ab illo inspirata sancta uoluntate nec fiunt; sicut orant pro quibusdam pie sancteque, et quod orant non facit, cum ipse in eis hanc orandi uoluntatem sancto spiritu suo fecerit. ac per

9 Philipp. 2, 13 13 Io. 8, 17 14 Ps. 36, 31 19 Gal. 4, 9 21 cf. I Petr. 1, 20

2 dicitur mutare *v* 10 qua *V*: quia *Tv* est *TVv*¹: esse *v*² 11 in homine *TV*: homo *v* 13 Iesus *TV*: dominus *v* 15 eius *TV*: ipsius *v* 17 suos *TV*: eos *v* 21 praecognitos (os *ex* us *corr.*) *T* 22 effecit *Tv*: efficit *V* 24 qua *TV*: quam *v* 25 effecit *V*: efficit *Tv* 28 sanctaeque *T*

hoc, quando secundum deum uolunt et orant sancti, ut quisque sit saluus, possumus illo modo locutionis dicere: „uult deus et non facit“, ut ipsum dicamus uelle, qui ut uelint isti facit. secundum illam uero uoluntatem suam, quae cum eius praescientia sempiterna est, profecto in caelo et in terra omnia quaecumque uoluit non solum praeterita uel praesentia sed etiam futura iam fecit. uerum antequam ueniat tempus, quo uoluit, ut fieret quod ante tempora uniuersa praesciuit atque disposuit, dicimus: „fiet quando deus uoluerit“; si autem non solum tempus, quo futurum est, uerum etiam utrum futurum sit ignoramus, dicimus: „fiet, si deus uoluerit“; non quia deus nouam uoluntatem, quam non habuit, tunc habebit, sed quia id quod ex aeternitate in eius immutabili praeparatum est uoluntate tunc erit.

[ITEM DE EADEM VOLVNTATE DEI. EX PSALMO CX.

Magna opera domini, exquisita in omnes uoluntates eius. scrutare, exquire, uestiga, si potes, omnes uoluntates domini, in omnibus semper magna opera eius inuenies. nulla enim uoluntas potentior est ipsius uoluntate, contra quam cum aliquid fieri sinit, misericordiam suam iustitiamque demonstrat. sicut enim uult, ut homo non peccet, ita uult peccatori parcere, ut reuertatur et uiuat, ita etiam uult in peccatis perseuerantem punire, ut iustitiae potentiam contumax non euadat: ac sic quidquid delegeris, o homo, non deerit deo unde suam de te compleat uoluntatem. siue ergo iustificet impium siue arguat pigrum siue exspectet auersum 159*

16 Ps. 110, 2

3 iste *v* 8 quo *TV*: quod *v* 10 quo *TV*: quod *v* 13 in] *om. v* 15 *caput* 159* *deest in MV* *cap.* CLX *P* CX (*sic*) *Gv*; *num. om. T* ex psalmo CX *PT*: t. X G^2v t. X explicit G^1 17 uestigare G^1 inuestiga G^2v potest G^1T 19 potentior *GPv*: potior *T* 21 ut] *om.* P^1 homo** *P* 22 peccatori *T*: peccanti *GPv* 23 ut] G^2 *in ras.* 24 sic] si *T pr.* diligeris G^1P^1 elegeris G^2P^2 eligeris *v* 25 unde] inde G^1P^1v 26 expectat *P* a*uersum (d *ras.*) *P*

seu deserat puniendum, semper misericors est, semper iustus, semper omnipotens.]

CXLIIII.

SEQVITVR SETEXTVS. DE PROMISSIONE AETERNAE BEATITVDINIS SANCTORVM ET PERPETVIS SVPPLICIIS IMPIORVM.

160 Quapropter, ut cetera tam multa praeteream, sicut nunc in Christo uidemus impleri quod promisit Abrahae dicens: in semine tuo benedicentur omnes gentes, ita quod eidem semini eius promisit implebitur, ubi ait per prophetam: resurgent qui erant in monumentis, et quod ait: erit caelum nouum et terra noua, et non erunt memores priorum nec ascendet in cor ipsorum, sed laetitiam et exsultationem inuenient in ea. ecce ego faciam Hierusalem exsultationem et populum meum laetitiam; et exsultabo in Hierusalem et laetabor in populo meo, et ultra non audietur in illa uox fletus. et per alium prophetam quod praenuntiauit dicens eidem prophetae: in tempore illo saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro, et multi dormientium in terrae puluere — siue, ut quidam interpretati sunt, aggere — exsurgent, hi in uitam aeternam et hi in opprobrium et in confusionem aeternam. et alio loco per eundem prophetam: accipient regnum sancti altissimi et obtinebunt illud usque in saeculum et usque in sae-

7 Gen. 22, 18 10 Es. 26, 19 11 Es. 65, 17 sqq. 18 Dan. 12, 1 sq. 24 Dan. 7, 18

1 seu] siue *v* deserat *PT*: oderet G^1 oderit G^2v 3 *cap.* CLII *T* CLXI *GPv* 4 sequitur setextus *MV*: *om. GPTv* promissione] po*sione (s *ras.*) *T* 5 impiorum] ex eodem libro XXII *add. GPTv* 8 quod* *T* 12 ascendent *v* ascendat *P* 13 ea *Tv*: eam *MV* 17 illa *TV*: ea *v* 20 dormientium (u *a m. 2 in ras.*) *T* puluerem *T* 21 interpraetati *TVv* 22 in uitam (*om.* hi) *v* et hi in—aeternam] *om. v* 23 alio *TV*: in alio *v* 24 accipi*ent (a *ras.*) *T* 25 illud *Vv*: aliud *T* et usque in saeculum] *om. v*

culum saeculorum; et paulo post: regnum, inquit, eius regnum sempiternum; et alia, quae ad hoc pertinentia in libro uicesimo posui, siue quae non posui et tamen in eisdem litteris scripta sunt, uenient et haec, sicut ista uenerunt, quae increduli non putabant esse uentura. idem quippe deus utraque promisit, utraque uentura esse praedixit, quem perhorrescunt numina paganorum etiam teste Porphyrio, nobilissimo philosopho paganorum.

CXLV.

SEQVITVR: CONTRA SAPIENTES MVNDI, QVI PVTANT TERRENA HOMINVM CORPORA AD CAELESTE HABITACVLVM NON POSSE TRANSFERRI.

Sed uidelicet homines docti atque sapientes contra uim 161
tantae auctoritatis, quae omnia genera hominum, sicut tanto ante praedixit, in hoc credendum sperandumque conuertit, acute sibi argumentari uidentur aduersus corporum resurrectionem et dicere quod in tertio de republica libro a Cicerone commemoratum est. nam cum Herculem et Romulum ex hominibus deos esse factos asseueraret: „quorum non corpora“ inquit „sunt in caelum elata; neque enim natura pateretur, ut id quod esset e terra nisi in terra maneret.“ haec est magna ratio sapientium, quorum dominus nouit cogitationes, quoniam uanae sunt. si enim animae tantummodo essemus, id est sine ullo corpore spiritus, et in caelo habitantes terrena animalia nesciremus nobisque futurum

1 Dan. 7, 27 3 de ciu. dei XX, 21 sqq. 17 Cic. de rep. III, 28 22 Ps. 93, 11

3 uicensimo *T* siue quae — posui] *om.* v^1 4 ista *Vv*: ita *T* 7 numina *V*: nomina *Tv* etiam teste — paganorum] *om. v* 9 *cap.* CLIII *T* CLXII *GPv* 10 sequitur *MV*: item extet (extant *v*) quarto *Pv*; *om. T* terrenorum *v* 11 hominum] nominum *v* 12 transferre *v*; ex eodem libro XXII *add. PTv* 18 romolum *T* 19 aseueraret *T* non] *om. v* 21 e *TV*: *om. v* in terra *Tv*: in terram *V*

esse diceretur, ut terrenis corporibus animandis quodam uinculo mirabili necteremur: nonne multo fortius argumentaremur id credere recusantes et diceremus naturam non pati, ut res incorporea ligamento corporeo uinciretur? et tamen plena est terra uegetantibus animis haec membra terrena miro sibi modo conexa et implicata. cur ergo eodem uolente deo, qui fecit hoc animal, non poterit terrenum corpus in caeleste corpus attolli, si animus omni ac per hoc etiam caelesti corpore praestabilior terreno corpori potuit inligari? an terrena particula tam exigua potuit aliquid caelesti corpore melius apud se tenere, ut sensum haberet et uitam, et eam sentientem atque uiuentem dedignabitur caelum suscipere aut susceptam non poterit sustinere, cum de re sentiat et uiuat ista meliore, quam est corpus omne caeleste? sed ideo nunc non fit, quia nondum est tempus, quo id fieri uoluit, qui hoc quod uidendo iam uiluit multo mirabilius quam illud quod ab istis non creditur fecit. cur enim non uehementius admiramur incorporeos animos caelesti corpore potiores terrenis inligari corporibus quam corpora licet terrena sedibus quamuis caelestibus, tamen corporeis sublimari, nisi quia hoc uidere consueuimus et hoc sumus, illud uero nondum sumus nec aliquando adhuc uidimus? nam profecto sobria ratione consulta mirabilioris esse diuini operis reperitur incorporalibus corporalia quodam modo attexere quam licet diuersa, quia illa caelestia, ista terrestria, tamen corpora et corpora copulare. sed hoc incredibile fuerit aliquando.

3 cre***dere *V* 4 incorporea] in corpore a *V* alligamento *v* uinciretur P^2v: uinceretur P^1TV 5 sibi *PTv*: si *V* 6 implicata *V*: implicita *PTv* deo] *add.* T^2 *supr. uers.* 7 in caelesti corpore *v* 8 attolli—etiam] *om. v* 9 praestabiliori *v* terreno] terrenum *v* corpori *TV*: corpus *v* 11 et eam] *om. v* 12 susceptum *v* 15 quo *a*: quod *TVv* id *T*: *om. Vv* 16 uiluit *V*: uoluit *Tv* 22 mirabiliores *v*

CXLVI.

SEQVITVR: DE CARNIS RESVRRECTIONE, QVAM QVIDAM MVNDO CREDENTE NON CREDVNT.

Ecce iam credidit mundus sublatum terrenum Christi corpus 162
in caelum, resurrectionem carnis et ascensionem in supernas sedes paucissimis remanentibus atque stupentibus uel doctis uel indoctis iam crediderunt et docti et indocti. si rem credibilem crediderunt, uideant quam sint stolidi qui non credunt. si autem res incredibilis credita est, etiam hoc utique incredibile est, sic creditum esse quod incredibile est. haec igitur duo incredibilia, resurrectionem scilicet nostri corporis in aeternum et rem tam incredibilem mundum esse crediturum, idem deus, antequam uel unum horum fieret, ambo futura esse praedixit. unum duorum incredibilium iam factum uidemus, ut quod erat incredibile crederet mundus: cur id quod reliquum est desperatur, ut etiam hoc ueniat quod incredibile credidit mundus, sicut iam uenit quod similiter incredibile fuit, ut rem tam incredibilem crederet mundus, quando quidem hoc utrumque incredibile, quorum uidemus unum, alterum credimus, in eisdem litteris praedictum sit, per quas credidit mundus?

13 cf. Matth. 26, 13

1 *cap.* CLIIII *T* CLXII *P* CLXIII *Gv* 2 sequitur *MV*: *om.* *GPTv* resurrectione carnis *GPTv* 3 credunt] ex eodem libro XXII *add.* *GPTv* 7 ^{et} docti (et *add. m. 2*) *T* 8 sint *PTv*: sit *V* 9 hoc] *om.* *v* 11 nostri | nostri *V* 19 unum — credimus] *om.* *v* 20 sit *PT*: *om.* *MVv* quas *PTV*: quos *v*

CXLVII.

SEQVITVR: QVOD VT MVNDVS IN CHRISTVM CREDERET VIRTVTIS FVERIT DIVINAE, NON PERSVASIONIS HVMANAE; ET DE ROMVLI FALSA DIVINITATE.

163 Et ipse modus, quo mundus credidit, si consideretur, incredibilior inuenitur. ineruditos liberalibus disciplinis et omnino, quantum ad istorum doctrinas attinet, impolitos, non peritos grammatica, non armatos dialectica, non rhetorica inflatos, piscatores Christus cum retibus fidei ad mare huius saeculi paucissimos misit atque ita ex omni genere tam multos pisces et tanto mirabiliores, quanto rariores, etiam philosophos cepit. duobus illis incredibilibus, si placet, immo quia placere debet, addamus hoc tertium. iam ergo tria sunt incredibilia, quae tamen facta sunt. incredibile est Christum resurrexisse in carne et in caelum ascendisse cum carne; incredibile est mundum rem tam incredibilem credidisse; incredibile est homines ignobiles, infimos, paucissimos, imperitos rem tam incredibilem tam efficaciter mundo et in illo etiam doctis persuadere potuisse. horum trium incredibilium primum nolunt isti cum quibus agimus credere; secundum coguntur et cernere; quod non inueniunt unde sit factum, si non credunt tertium. resurrectio certe Christi et in caelum cum carne, in qua resurrexit, ascensio toto iam mundo praedicatur et creditur. si credibilis non est, unde toto terrarum orbe iam credita est? si multi, nobiles, sublimes, docti eam se uidisse dixerunt et quod uiderunt diffamare curarunt, eis mundum credidisse non mirum est, sed istos adhuc credere nolle per-

1 *cap.* CLV *T* CLXIII *P* CLXIIII *Gv* 2 sequitur *MV*: *om.* *GPTv* uirtutes (e *in* i *corr.*) *v* 4 diuinitate] ex eodem libro XXII *add. PTv* 5 quo *Vv*: qui *T* 6 ineruditos *TV*: erudito *v* omnino] *om. v* 7 doctrinam *v* 8 rhetorica (h *prius expunxit, alterum add. m. 2*) *V* rethorica *Tv* 11 etiam *V*: etiam ipsos *PTv* 15 et] *om. v* 17 infimos] infinos *Tpr.* 18 illo (*om.* in) *T* 20 nolunt] nulunt *T* 21 cernerem *T* quod non *TV*: q. nunc *v* 23 toto *TV*: in toto *v* 24 iam *Vv*: tam *T*

durum est; si autem, ut uerum est, obscuris, paucis, minimis, indoctis eam se uidisse dicentibus et scribentibus credidit mundus, cur pauci obstinatissimi, qui remanserunt, ipsi mundo iam credenti adhuc usque non credunt? qui propterea numero exiguo ignobilium, infimorum, imperitorum hominum credidit, quia in tam contemtibilibus testibus multo mirabilius diuinitas se ipsa persuasit. eloquia namque persuadentium, quae dicebant, mira fuerunt facta, non uerba. qui enim Christum in carne resurrexisse et cum illa in caelum ascendisse non uiderant, id se uidisse narrantibus, non loquentibus tantum sed etiam mirifica facientibus signa crediderunt. homines quippe, quos unius uel, ut multum, duarum linguarum fuisse nouerant, repente linguis omnium gentium loquentes mirabiliter audiebant. claudum ab uberibus matris ad eorum uerbum in Christi nomine post XL annos incolumem constitisse, sudaria de corporibus eorum ablata sanandis profuisse languentibus, in uia, qua fuerant transituri, positos in ordine innumerabiles morbis uariis laborantes, ut ambulantium super eos umbra transiret, continuo salutem solere recipere et alia multa stupenda in Christi nomine per eos facta, postremo etiam mortuos resurrexisse cernebant. quae si, ut leguntur, gesta esse concedunt, ecce tot incredibilia tribus illis incredibilibus addimus et, ut credatur unum incredibile, quod de carnis resurrectione atque in caelum ascensione dicitur, multorum incredibilium testimonia tanta congerimus et nondum ad credendum horrenda duritia incredulos flectimus. si uero per apostolos Christi, ut eis crederetur resurrectionem atque ascensionem praedicantibus Christi, etiam ista miracula facta

19 cf. Act. 3 et 4

1 paucis obscuris *Tv* 5 infimorum *TV*: infirmorum *v* 10 uiderant] uiderunt *v* 11 crediderunt *V*: credebant *PTv* 15 incolomem *v* constisse (ti *add. m. 2*) *T* 17 fuerat T^1 positis *v* ordinem *v* 18 laborantibus *v* 19 recipere *TV*: recepisse *v* 21 si ut P^2TV: sicut P^1v 22 conceduntur *v* tot] to *T* 25 tanta *Tv*: tanto *V* 26 horrenda *Vv*: horanda *T* ue^{ro} (ro *add. m. 2*) *T*

esse non credunt, hoc nobis unum grande miraculum sufficit, quod eam terrarum orbis sine ullis miraculis credidit.

Recolamus etiam hoc loco illud quod de Romuli credita diuinitate Tullius admiratur. uerba eius ut scripta sunt inseram. „magis est“ inquit „in Romulo admirandum, quod ceteri, qui dei ex hominibus facti esse dicuntur, minus eruditis hominum saeculis fuerunt, ut fingendi procliuis esset ratio, cum imperiti facile ad credendum impellerentur, Romuli autem aetatem minus his sescentis annis iam inueteratis litteris atque doctrinis omnique illo antiquo ex inculta hominum uita errore sublato fuisse cernimus.“ et paulo post de eodem Romulo ita loquitur, quod ad hunc pertinet sensum: „ex quo intellegi potest“ inquit „permultis annis ante Homerum fuisse quam Romulum, ut iam doctis hominibus ac temporibus ipsis eruditis ad fingendum uix quicquam esset loci. antiquitas enim recepit fabulas fictas etiam nonnumquam incondite; haec aetas autem iam exculta praesertim eludens omne, quod fieri non potest, respuit.“ unus e numero doctissimorum hominum idemque eloquentissimus omnium Marcus Tullius Cicero propterea dicit diuinitatem Romuli mirabiliter creditam, quod erudita iam tempora fuerunt, quae falsitatem non reciperent fabularum.

Sed ualde ridiculum est de Romuli falsa diuinitate, cum de Christo loquimur, facere mentionem. uerum tamen cum sescentis ferme annis ante Ciceronem Romulus fuerit atque illa aetas iam fuisse doctrinis dicatur exculta, ut quod fieri non potest omne respueret, quanto magis post sescentos annos

4 Cic. de rep. II, 10

2 eam *V*: cum *PTv* 4 Tullius] illius *v* 5 in Romulo] romule *v* mirandum *v* 6 dei *TV*: dii *v* 7 ratio *Tv*: oratio *V* 9 aetatem] *om. v* his] *om. T*¹ sexcentis *Pv* inueteratis *TV*: inuentis *v* 10 omnique *a*: omniumque *Vv* somniumque *T* 13 permultos annos *v* omerum *TV* 14 iam *TV*: tam *v* 16 recipit *v* inconditas *v* 17 praesertim (rtim *a m. 2 in ras.*) *T* 20 quod erudita] *om. v* 21 eruditā *T*¹ 25 sexcentis (*om.* cum) *v* 26 dicatur *TV*: dicta *v* exculta—respueret] *om. v*

ipsius tempore Ciceronis maximeque postea sub Augusto atque Tiberio eruditioribus utique temporibus resurrectionem carnis Christi atque in caelum ascensionem tamquam id quod fieri non potest mens humana ferre non posset eludensque ab auribus cordibusque respueret, nisi eam fieri potuisse atque factam esse diuinitas ipsius ueritatis uel diuinitatis ueritas et contestantium miraculorum signa monstrarent, ut terrentibus et contradicentibus tam multis tamque magnis persecutionibus praecedens in Christo, deinde in ceteris ad nouum saeculum secutura resurrectio atque immortalitas carnis et fidelissime crederetur et praedicaretur intrepide et per orbem terrae pullulatura fecundius cum martyrum sanguine sereretur. legebantur enim praeconia praecedentia prophetarum, concurrebant ostenta uirtutum et persuadebatur ueritas noua consuetudini, non contraria rationi, donec orbis terrae, qui persequebatur furore, sequeretur fide.

CXLVIII.

SEQVITVR: DE MIRACVLIS, QVAE VT MVNDVS IN CHRISTVM CREDERET FACTA SVNT ET FIERI MVNDO CREDENTE NON DESINVNT.

Cur, inquiunt, nunc illa miracula, quae praedicatis facta 164
esse, non fiunt? possem quidem dicere necessaria fuisse, priusquam crederet mundus, ad hoc, ut crederet mundus. quisquis adhuc prodigia, ut credat, inquirit, magnum est ipse prodigium, qui mundo credente non credit. uerum hoc ideo dicunt, ut nec tunc illa miracula facta fuisse credantur. unde ergo tanta

1 temporis *v* 2 tyberio *v* 4 posset] possit *Tv* 5 auribus *TV*: uberibus *v* cordibusque *TV*: cordis *v* 6 factam *Tv*: facta *V* 7 contestantia *Tv* 8 tamque (e *add. m. 2 in ras.*) *T* 12 pullulatura (u *altera in ras.*) *T* pollutura *v* sereretur *Tv*: sererentur *MV* 14 consuetudine *v* 15 ratione *v* 16 furore *Vv*: futura *T* 17 *cap.* CLVI *T* CLX (*sic*) *P* CLXV *Gv* 18 sequitur *MV*: *om. PTv* christo *PTv* 20 desinunt] ex eodem libro *add. PTv* 21 quur *MVv* 22 necessariam *MV* 26 credatur *T*

fide Christus usquequaque cantatur in caelum cum carne sublatus? unde temporibus eruditis et omne, quod fieri non potest, respuentibus sine ullis miraculis nimium mirabiliter incredibilia credidit mundus? an forte credibilia fuisse et ideo credita esse dicturi sunt? cur ipsi ergo non credunt? breuis est igitur nostra complexio: aut incredibilis rei, quae non uidebatur, alia incredibilia, quae tamen fiebant et uidebantur, fecerunt fidem; aut certe res ita credibilis, ut nullis quibus persuaderetur miraculis indigeret, istorum nimiam redarguit infidelitatem. hoc ad refellendos uanissimos dixerim. nam facta esse multa miracula, quae attestarentur illi uni grandi salubrique miraculo, quo Christus in caelum cum carne, in qua resurrexit, ascendit, negare non possumus. in eisdem quippe ueracissimis libris cuncta conscripta sunt, et quae facta sunt et propter quod credendum facta sunt. haec ut fidem facerent innotuerunt, haec per fidem, quam fecerunt, multo clarius innotescunt. leguntur quippe in populis, ut credantur; nec in populis tamen nisi credita legerentur. nam etiam nunc fiunt miracula in eius nomine siue per sacramenta eius siue per orationes uel memorias sanctorum eius; sed non eadem claritate inlustrantur, ut tanta quanta illa gloria diffamentur. canon quippe sacrarum litterarum, quem definitum esse oportebat, illa facit ubique recitari et memoriae cunctorum inhaerere populorum. haec autem ubicumque fiunt, ibi sciuntur uix a tota ipsa ciuitate uel quocumque commanentium loco. nam plerumque etiam ibi paucissimi sciunt ignorantibus ceteris, maxime si magna sit ciuitas; et quando alibi aliisque narrantur, non tanta ea commendat auctoritas, ut sine difficultate uel dubitatione credantur, quamuis christianis fidelibus a fidelibus indicentur.

8 ita *V*: ista *Tv* 9 miraculis (is *a m. 2 in ras.*) *T* nimia *T* nimium *v* 10 infidelitatem (de *a m. 2 in ras.*) *T* 16 per *TV*: ut *v* quam *v*: qua *TV* 17 innotescant *v* 21 quanta illa] *om. v* 22 canon *v*: chanon *MV* conon *T* sacrarum *TV*: sacrum *v* quem] *om. v* 24 ibi *TV*: ubi *v* 27 ciuitas] *om. v* aliisque (i *prior in ras.*) *T* 30 a fidelibus indicentur] *om. v*

CXLVIIII.

EX EODEM LIBRO DE CIVITATE DEI XXII. AN AD DOMINICI CORPORIS MODVM OMNIVM MORTVORVM RESVRRECTVRA SVNT CORPORA.

Christus in ea mensura corporis, in qua mortuus est, resur- 165
rexit nec fas est dicere, cum resurrectionis omnium tempus
uenerit, accessuram corpori eius eam magnitudinem, quam
non habuit, quando in ea discipulis, in qua illis erat notus,
apparuit, ut longissimis fieri possit aequalis. si autem dixeri-
mus ad domini corporis modum etiam quorumcumque ma-
iorum corpora redigenda, peribit de multorum corporibus
plurimum, cum ipse nec capillum periturum esse promiserit.
restat ergo, ut suam recipiat quisque mensuram, quam uel
habuit in iuuentate, etiam si senex sit mortuus, uel fuerat
habiturus, etiam si est ante defunctus, atque illud quod com-
memorauit apostolus de mensura aetatis plenitudinis Christi,
aut propter aliud intellegamus dictum esse, id est ut illi
capiti in populis christianis accedente omnium perfectione
membrorum aetatis eius mensura compleatur, aut, si hoc de
resurrectione corporum dictum est, sic accipiamus dictum, ut
nec infra nec ultra iuuenalem formam resurgant corpora
mortuorum, sed in eius aetate et robore, usque ad quam
Christum hic peruenisse cognouimus — circa XXX quippe
annos definierunt esse etiam saeculi huius doctissimi homines
iuuentutem, quae cum fuerit spatio proprio terminata, inde

16 cf. Eph. 4, 13

1 *cap.* CLVII *T* CLXV *GPv* 2 de ciuitate dei] *om. PTv* 3 sunt *V*: sint *Tv* 5 mortuus (*om.* est) T^1 6 nec fas *TV*: nefas *v* 7 corpori* (s *ras.*) *T* 10 domini *V*: dominici *PTv* corporis (cor *add. m. 1 in ras.*) *V* quorumcumque *MV*: quorumque *PTv* maiorum *MV*: maiora *PTv* 11 corpora corpora (*corr. m. 1*) *T* corporibus (bus *a m. 2 in ras.*) *T* 13 quam uel *PT*: uel quam *MV* quam *v* 14 in *PTv*: *om. MV* iuuentatē (a *in* u *corr. m. 2*) *V* iuuentalē (l *in ras. a m. 2*) *M* iuuentute *PTv* 18 capite *v* perfectionem *v* 21 infra *TV*: mira *v*

iam hominem in detrimenta uergere grauioris ac senilis aetatis — et ideo non esse dictum in mensuram corporis uel in mensuram staturae, sed: in mensuram aetatis plenitudinis Christi.

CL.

SEQVITVR: QVALIS INTELLEGENDA SIT CONFORMATIO SANCTORVM AD IMAGINEM FILII DEI.

166 Illud etiam quod ait praedestinatos conformes imaginis filii dei, potest et secundum interiorem hominem intellegi — unde nobis alio loco dicit: nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in nouitate mentis uestrae; ubi ergo reformamur, ne conformemur huic saeculo, ibi conformamur dei filio — potest et sic accipi, ut quemadmodum nobis ille mortalitate, ita nos illi efficiamur immortalitate conformes, quod quidem et ad ipsam resurrectionem corporum pertinet. si autem etiam in his uerbis, qua forma resurrectura sint corpora, sumus admoniti, sicut illa mensura, ita et ista conformatio non quantitatis intellegenda est, sed aetatis. resurgent itaque omnes tam magni corpore, quam uel erant uel futuri erant aetate iuuenali; quamuis nihil oberit, etiam si erit infantilis uel senilis corporis forma, ubi nec mentis nec ipsius corporis ulla remanebit infirmitas. unde etiam si quis in eo corporis modo, in quo defunctus est, resurrecturum unumquemque contendit, non est cum illo laboriosa contradictione pugnandum.

3 Eph. 4, 13 8 Rom. 8, 29 10 Rom. 12, 2

2 mensura *v* 5 *cap.* CLVIII *T* CLXVI *P* CLXVII *Gv* 6 sequitur *MV*: *om. PTv* 7 dei] ex eodem libro XXII *add. PTv* 10 dicit *TV*: dicitur *v* 12 ubi *TV*: ibi *v* ne conformemur—conformamur] *om. v* 13 sic *Vv*: si *T* 18 ita] *om. v* ista *PTv*: in ista *MV* conformatio *PTv*: conformatione *MV* non M^2PTv: in M^1V 20 iuuenili *v*

CLI.

SEQVITVR: AN IN SVO SEXV RESVSCITANDA ATQVE MANSVRA SINT CORPORA FEMINARVM.

Nonnulli propter hoc quod dictum est: donec occur- 167
ramus omnes in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, et: conformes imaginis filii dei nec in sexu femineo resurrecturas feminas credunt, sed in uirili omnes aiunt, quoniam deus solum uirum fecit ex limo, feminam ex uiro. sed mihi melius sapere uidentur qui utrumque sexum resurrecturum esse non dubitant. non enim libido ibi erit, quae confusionis est causa. nam priusquam peccassent, nudi erant et non confundebantur uir et femina. corporibus ergo illis uitia detrahentur, natura seruabitur. non est autem uitium sexus femineus, sed natura, quae tunc quidem et a concubitu et a partu immunis erit. erunt tamen membra feminea non accommodata usui ueteri, sed decori nouo, quo non alliciatur aspicientis concupiscentia, quae nulla erit, sed dei laudetur sapientia atque clementia, qui et quod non erat fecit et liberabit a corruptione quod fecit. ut enim in exordio generis humani de latere uiri dormientis costa detracta femina fieret, Christum et ecclesiam tali facto iam tunc prophetari oportebat. sopor quippe ille uiri mors erat Christi, cuius exanimis in cruce pendentis latus lancea perforatum est, atque inde sanguis et aqua profluxit; quae sacramenta esse nouimus, quibus aedificatur ecclesia. nam hoc etiam uerbo scriptura usa est, ubi non legitur „for-

4 Eph. 4, 13 6 Rom. 8, 29 20 cf. Gen. 2, 21 23 cf. Io. 19, 34

1 *cap.* CLVIIII *T* CLXVII *GPv* 2 sequitur *MV*: *om. PTv* 3 sint *MV*: sunt *PTv* faeminarum *V*; ex eodem libro XXII *add. PTv* 6 imaginis] imagnis *T* 7 sexsu *T* faemineo *V* resurrectura *T* faeminas *V*; *sic fere ubique* 8 omnes *TV*: omnes homines *v* 14 sexsus *T* 16 menbra *T* 18 dei *PTv*: deus *MV* 19 facit *v* liberabit *MVv*: librauit *T* liberauit *a* 23 latus exanimis in cruce pendentis *v*

mauit" aut „finxit", sed: aedificauit eam in mulierem; unde apostolus dicit: in aedificatione corporis Christi, quod est ecclesia. creatura est ergo dei femina sicut uir; sed ut de uiro fieret, unitas commendata; ut autem illo modo fieret, Christus, ut dictum est, et ecclesia figurata est. qui ergo utrumque sexum instituit, utrumque restituet. denique ipse Iesus interrogatus a Sadducaeis, qui negabant resurrectionem, cuius septem fratrum erit uxor, quam singuli habuerunt, dum quisque eorum uellet defuncti semen, sicut lex praeceperat, excitare: erratis, inquit, nescientes scripturas neque uirtutem dei; et cum locus esset, ut diceret: „de qua enim me interrogatis, uir erit etiam ipsa, non mulier", non hoc dixit, sed dixit: in resurrectione enim neque nubent neque uxores ducent, sed sunt sicut angeli dei in caelo. aequales utique angelis immortalitate ac felicitate, non carne, sicut nec resurrectione, qua non indiguerunt angeli, quoniam nec mori potuerunt. nuptias ergo dominus futuras negauit esse in resurrectione, non feminas; et ibi negauit, ubi talis quaestio uertebatur, ut eam negato sexu muliebri celeriore facilitate dissolueret, si eum ibi praenosceret non futurum; immo etiam futurum esse firmauit dicendo: non nubent, quod ad feminas pertinet, nec uxores ducent, quod ad uiros. erunt ergo quae uel nubere hic solent uel ducere uxores; sed ibi hoc non facient.

1 Gen. 2, 22 2 Eph. 4, 12 9 cf. Deut. 25, 5
10 Matth. 22, 29 13 Matth. 22, 30

1 mulierem *v*: muliere *TV* 2 apostolus *V*: et apostolus *PTv* in aedificatione *MV*: aedificationem *PTv* 4 commendatur *v* autem] *om. v* 5 et *TV*: de *v* ergo] *om. v* 6 restituet *TV*: restituit *v* 9 lex *TV*: *om. v* praeciperat *V* 11 locus *TV*: locutus *v* 13 sed dixit] *om. v* 16 indiguerunt *TV*: indigent *v* 17 poterunt *v* nubtias *V* 19 mulieri^{b} *T* celeriori *v* 21 immo etiam futurum] *om. v* 23 uiros///// (uiros? *eras.*) *T* quae uel *TV*: quae uelle *v*

CLII.

EX EODEM LIBRO XXII DE CIVITATE DEI. QVOD IN RESVRRECTIONE MORTVORVM NATVRA CORPORVM QVIBVSLIBET MODIS DISSIPATORVM IN INTEGRVM REVOCANDA SIT.

Absit, ut ad resuscitanda corpora uitaeque reddenda non 168
possit omnipotentia creatoris omnia reuocare, quae uel bestiae uel ignis absumsit uel in puluerem cineremue conlapsum uel in humorem solutum uel in auras est exhalatum. absit, ut sinus ullus secretumque naturae ita recipiat aliquid abstractum sensibus nostris, ut omnium creatoris aut cognitionem lateat aut effugiat potestatem. deum certe uolens, sicut poterat, definire Cicero, tantus auctor ipsorum: „mens quaedam est“ inquit „soluta et libera, secreta ab omni concretione mortali, omnia sentiens et mouens ipsaque praedita motu sempiterno“. hoc autem repperit in doctrinis magnorum philosophorum. ut igitur secundum ipsos loquar, quomodo aliquid uel latet omnia sentientem uel inreuocabiliter fugit omnia mouentem?

Vnde iam etiam quaestio illa soluenda est, quae difficilior uidetur ceteris, ubi quaeritur, cum caro mortui hominis etiam alterius uiuentis fit caro, cui potius eorum in resurrectione reddatur. si enim quispiam confectus fame atque compulsus uescatur cadaueribus humanis, quod malum aliquotiens accidisse et uetus testatur historia et nostrorum temporum infelicia experimenta docuerunt, num quisquam ueridica ratione contendet totum digestum fuisse per imos meatus, nihil inde

12 Cic. Tusc. I, 27

1 *cap.* CLX *T* CLXVIII *P* CLXVIIII *Gv* 2 de ciuitate dei] *om. PTv* resurrectione *MPVv*: rectione *T* 6 reuocare *TV*: restituere *v* 7 absumsit *V*: assumsit *T* adsumpsit *v* conlabsum *V* 8 umorem *T* exalatum *Tv* 9 secretusque *v* abstractum *V*: subtractum *v* substractum *T* 13 concretione *V*: congregatione *Tv* 15 repperit *v*: reperit *TV* 16 uel latet *TV*: uellet et *v* 18 etiam] *om. v* 20 fit uiuentis *PTv* in] ir *T pr.* 21 confectu *T* 22 cadaberibus *V* humanis (is *ex* um *corr. m. 1*) *V*: hominum *PTv* aliquoties *v* 25 contendit *v* degestum *v* per imos] primos (e *add. m. 1*) *T*

in eius carnem mutatum atque conuersum, cum ipsa macies, quae fuit et non est, satis indicet quae illis escis detrimenta suppleta sint? iam itaque aliqua paulo ante praemisi, quae ad istum quoque nodum soluendum ualere debebunt. quidquid enim carnium exhausit fames, utique in auras est exhalatum; unde diximus omnipotentem deum posse reuocare quod fugit. reddetur ergo caro illa homini, in quo esse caro humana primitus coepit. ab illo quippe altero tamquam mutuo sumta deputanda est; quae sicut aes alienum ei redhibenda est, unde sumta est. sua uero illi quem fames exinanierat ab eo qui potest etiam exhalata reuocare reddetur. quamuis, etsi omnibus perisset modis nec ulla eius materies in ullis naturae latebris remansisset, unde uellet eam repararet omnipotens. sed propter sententiam ueritatis, qua dictum est: capillus capitis uestri non peribit, absurdum est, ut putemus, cum capillus hominis perire non possit, tantas carnes fame depastas atque consumtas perire potuisse. quibus omnibus pro nostro modulo consideratis atque tractatis haec summa conficitur, ut in resurrectione carnis in aeternum eas mensuras habeat corporum magnitudo, quas habebat perficiendae siue perfectae cuiusque indita corporis ratio iuuentutis, in membrorum quoque omnium modulis congruo decore seruato. quod decus ut seruetur, si aliquid demtum fuerit indecenti alicui granditati in parte aliqua constitutae, quod per totum spargatur, ut neque id pereat et congruentia partium ubique teneatur: non est absurdum, ut aliquid inde etiam staturae corporis addi posse credamus, cum omnibus

15 Luc. 21, 18

1 carnem *V*: carne *Tv* 3 suppleata *T* 4 debebunt *TV*: debent *v* 6 exalatum *v* 7 fugit *TV*: fuit *v* redditur *v* 8 mutuo sumta *TV*: mortuorum ita *v* 9 sicut aes *TV*: secuta est *v* ei *TV*: et *v* rethibenda *T* redibenda *v* 10 illi] illa *v* quem *TV*: quam *v* 11 exhalta *T* exalata *v* 18 considerati*s*] *add. T in mg.* 20 habebat *TV*: habet *v* 22 *post* decore *ras. 4 litt. in T* 23 seruetur *TV*: reseruetur *v* 24 granditate *v* constitutae *TV*: constituet *v* quod *TV*: quo *v* 25 id *TV*: hic *v* 26 partium] pertium *T*

partibus, ut decorem custodiant, id distribuitur, quod si enormiter in una esset, utique non deceret. aut si contenditur in ea quemque statura corporis resurrecturum esse, in qua defunctus est, non pugnaciter resistendum est; tantum absit omnis deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas omnisque corruptio, et si quid aliud illud non decet regnum, in quo resurrectionis et promissionis filii aequales erunt angelis dei, si non corpore, non aetate, certe felicitate.

Restituetur ergo quidquid de corporibus uiuis uel post mortem de cadaueribus periit, et simul cum eo quod in sepulchris remansit in spiritalis corporis nouitatem ex animalis corporis uetustate mutatum resurget incorruptione atque immortalitate uestitum. sed etsi uel casu aliquo graui uel inimicorum immanitate totum penitus conteratur in puluerem atque in auras uel in aquas dispersum, quantum fieri potest, nusquam esse sinatur omnino, nullo modo subtrahi poterit omnipotentiae creatoris, sed capillus in eo capitis non peribit. erit ergo spiritui subdita caro spiritalis, sed tamen caro, non spiritus; sicut carni subditus fuit spiritus ipse carnalis, sed tamen spiritus, non caro. cuius rei habemus experimentum in nostrae poenae deformitate. non enim secundum carnem, sed utique secundum spiritum carnales erant quibus ait apostolus: non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus; et homo spiritalis sic in hac uita dicitur, ut tamen corpore adhuc carnalis sit et uideat aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suae; erit

23 I Cor. 3, 1 26 cf. Rom. 7, 23

1 partibus ut] *T in ras.* inormiter *TVv* 2 si *TV*: se *v* 6 in quo *TV*: quo *v* 7 angeli *T* 10 cadaberibus *V* 11 nouitatem — corporis] *om. MV*; *spatium uacuum 19 fere litt. in V* 12 uetustatē utatum *T* 15 uel in aquas *TV*: aliquas *v* 16 sinatur *TV*: sed natura *v* 17 creatores *T* 19 sicut *Vv*: si cui *T* 20 habuimus *v* 21 nostra *v* poenae *TV*: pene *v* carnem *TV*: spiritum *v* 22 utique] *om. v* spiritum *TV*: carnem *v* carnales erant *TV*: seruiebant *v* 25 dicitur *V*: ducitur *Tv* et *TV*: ut *v*

autem etiam corpore spiritalis, cum eadem caro sic resurrexerit, ut fiat quod scriptum est: seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale. quae sit autem et quam magna spiritalis corporis gratia, quia nondum uenit in experimentum, uereor, ne temerarium sit omne quod de illa profertur eloquium.

CLIII.

EX EODEM LIBRO DE CIVITATE DEI XXII. DE NOVITATE CORPORIS SPIRITALIS, IN QVAM SANCTORVM CARO MVTABITVR.

169 Quale erit corpus, quod omni modo spiritui subditum et eo sufficienter uiuificatum nullis alimoniis indigebit! non enim animale, sed spiritale erit, habens quidem carnis, sed sine ulla carnali corruptione substantiam.

CLIIII.

DE PERVICACIA QVORVNDAM, QVI RESVRRECTIONEM CARNIS, QVAM, SICVT PRAEDICTVM EST, TOTVS MVNDVS CREDIT, IMPVGNANT.

170 Verum de animi bonis, quibus post hanc uitam beatissimus perfruetur, non a nobis dissentiunt philosophi nobiles; de carnis resurrectione contendunt, hanc quantum possunt negant. sed credentes multi negantes paucissimos reliquerunt et ad Christum, qui hoc quod istis uidetur absurdum in sua resurrectione monstrauit, fideli corde conuersi sunt, docti et indocti, sapientes mundi et insipientes. hoc enim credidit mundus

2 I Cor. 15, 44

1 corpore *Vv*: corp' *T* spiritale *T* sic] *om. v* 7 *num. et titulum om. GPv* 9 caro *T*: cura M^1V; *corr. m. 2 M* 10 subditum spiritui *Gv* 11 eo *GVv*: eos *T* 14 *cap.* CLXI *T*; *num. om. Gv* 16 credidit *v* impugnant] ex libro $\overline{ss}$ t. XXV *add. Gv* 18 animi] animabus *v* quibus bonis *v* 19 perfruantur *v* 21 multi] *om.* T^1; multos *v* paucissimo *T* 22 absurdium *T*

quod praedixit deus, qui etiam hoc praedixit, quod hanc rem fuerat mundus crediturus; neque Petri maleficiis ea cum laude credentium tanto ante praenuntiare compulsus est. ille est enim deus, quem — sicut iam dixi aliquotiens nec commonere me piget — confitente Porphyrio atque id oraculis deorum suorum probare cupiente ipsa numina perhorrescunt; quem sic laudauit, ut eum et deum patrem et regem uocaret. absit enim, ut sic intellegenda sint quae praedixit, quomodo uolunt hi qui hoc cum mundo non crediderunt quod mundum credi-turum esse praedixit. cur enim non potius ita, sicut crediturus tanto ante praedictus est mundus, non sicut paucissimi garriunt, qui hoc cum mundo, quod crediturus praedictus est, credere noluerunt? si enim propterea dicunt alio modo esse credenda, ne, si dixerint uana esse conscripta, iniuriam faciant illi deo, cui tam magnum perhibent testimonium, tantam prorsus ei uel etiam grauiorem faciunt iniuriam, si etiam aliter dicunt esse intellegenda, non sicut mundus ea credidit, quem crediturum ipse laudauit, ipse promisit, ipse compleuit. utrum enim non potest facere, ut resurgat caro et uiuat in aeternum, an propterea credendum non est id eum esse facturum, quia malum est atque indignum deo? sed de omnipotentia eius, qua tot et tanta facit incredibilia, iam multa diximus. si uolunt inuenire quod omnipotens non potest, habent prorsus, ego dicam: mentiri non potest. credamus ergo quod potest non credendo quod non potest. non itaque credentes quod mentiri possit credant esse facturum quod se

2 cf. de ciu. dei XVIII, 53

1 praedixit deus *TV*: dixit d. *v* qui] quia *v* 2 mundus fuerat *Tv* neque *MV*: neque enim *GTv* 4 aliquoties *v* 6 probare *Tv*: improbare *MV* cupientem *MV* numina] nomina *MTV*^{1} (o *in* u *corr. m. 2 V*) 7 deum (*om.* et) *v* 10 non] *om.* *T* 12 crediturus (o *in* u *corr. m. 1*) *T* 13 si *Tv*: sic *V* 14 credenda *Tv*: credendum *V* ne si *TV*: nisi *v* faciunt *v* 15 cui tam] uitam *v* magnam *v* perhibenti *v* testimonio *v* tanto *v* 18 ipse laudauit *a*: esse laudauit *TVv* 20 id (i *add. m. 2*) *T* 25 non credendo — potest] *om.* *T* itaque *V*: utique *Tv* 26 credentis *T*

facturum esse promisit, et sic credant, sicut id credidit mundus, quem crediturum esse praedixit, quem crediturum esse laudauit, quem crediturum esse promisit, quem credidisse iam ostendit. hoc autem malum esse unde demonstrant? non erit illic ulla corruptio, quod est corporis malum. de ordine elementorum iam disputauimus; de aliis hominum coniecturis satis diximus; quanta sit futura in corpore incorruptibili facilitas motus, de praesentis bonae ualetudinis temperamento, quae utique nullo modo illi comparanda est immortalitati, in libro XIII satis, ut opinor, ostendimus. legant superiora operis huius qui uel non legerunt uel uolunt recolere quod legerunt.

CLV.

SEQVITVR: QVOMODO PORPHYRII DEFINITIO IPSIVS PLATONIS SENTENTIA DESTRVATVR.

171 Sed Porphyrius ait, inquiunt, ut beata sit anima, corpus esse omne fugiendum. nihil ergo prodest, quia incorruptibile diximus futurum corpus, si anima beata non erit, nisi omne corpus effugerit. sed iam et hinc in libro memorato quantum oportuit disputaui. uerum hic unum inde tantum commemorabo. emendet libros suos istorum omnium magister Plato et dicat eorum deos, ut beati sint, sua corpora fugituros, id est esse morituros, quos in caelestibus corporibus dixit inclusos, quibus tamen deus, a quo facti sunt, quo possent esse securi, immortalitatem, id est in eisdem corporibus aeternam permansionem, non eorum natura id habente, sed suo consilio

1 sic] si *v* 6 coniecturis *Vv*: coniuncturis *T* 8 ualitudinis *v* 9 immortalitate (e *in* i *corr. m. 1*) *T* 10 opin*or (i *ras.*) *T* 11 non legerant *v* 12 *cap.* CLXII *T* CLXX *P* CLXXII *Gv* 13 sequitur] *om. GPTv* porphyrius (us *in* i *corr. m. 2*) *P* definitio] definito GP^1v 14 sententia] **sentia *T* ex eodem libro XXII *add. GPTv* 16 fugiendam *P* prodest] prode est *T* 18 effugeret P^1 iam] etiam *Gv* hinc**** *T* 21 dicant *T* beata P^1 fugiturus G^1 22 inclusus P^1 23 deus] deos *T* 25 sed] *om.* G^1P^1v

praeualente promisit. ubi etiam illud euertit quod dicunt, quoniam est impossibilis, ideo resurrectionem carnis non esse credendam. apertissime quippe iuxta eundem philosophum, ubi dis a se factis promisit deus non factus immortalitatem, quod impossibile est se dixit esse facturum. sic enim eum locuturum narrat Plato: „quoniam estis orti“ inquit „immortales esse et indissolubiles non potestis; non tamen dissoluemini neque uos ulla mortis fata periment nec erunt ualentiora quam consilium meum, quod maius est uinculum ad perpetuitatem uestram quam illa quibus estis colligati.“ si non solum absurdi, sed surdi non sunt qui haec audiunt, non utique dubitant dis factis ab illo deo, qui eos fecit, secundum Platonem quod est impossibile fuisse promissum. qui enim dicit: „uos quidem immortales esse non potestis, sed mea uoluntate immortales eritis“ quid aliud dicit, quam „id quod fieri non potest me faciente tamen eritis“? ille igitur carnem incorruptibilem, immortalem, spiritalem resuscitabit, qui iuxta Platonem id quod impossibile est se facturum esse promisit. quid adhuc quod promisit deus, quod deo promittenti credidit mundus, qui etiam ipse promissus est crediturus, esse impossibile clamant, quando quidem nos deum, qui etiam secundum Platonem facit impossibilia, id facturum esse clamamus? non ergo, ut beatae sint animae, corpus est omne fugiendum, sed corpus incorruptibile recipiendum. et in quo

6 Plato Tim. p. 41ª

1 *euertit (d *ras.*) *P* euertet *T* quod] quo *v* 2 quoniam] quod *P* 3 eandem P^1 4 dis *MTV*: diis *Gv* di**is *P* factus] factis *P* 5 se] sed G^1P^1T facturum] futurum *P* locuturum *MV*: locutum *GPTv* 6 immortalis P^1 7 dissoluimini P^1 8 fata G^2v: facta G^1MPTV erunt (u *ex* a *corr. m. 2*) *P* 9 quam consilium] *incipit codex A* 10 uestra *MV* conlegati *T* 11 non sunt (non *add. m. 1*) *V* 12 dis] diis G^1P^2 deos G^2v factos G^2v 14 immortales] mortales *MV* 17 resuscitabit G^2v: resuscitauit AG^1MPTV 18 impossibile est] impossibil est *M* possibile est G^1 19 promittente *G Pv* credidit *A* credit *T* 20 promissus (sus *ex* it *corr.*) *A* 24 quo] qua *MV*

conuenientius incorruptibili corpore laetabuntur, quam in quo corruptibili gemuerunt? sic enim non in eis erit illa dira cupiditas, quam posuit ex Platone Vergilius, ubi ait:

rursus et incipiant in corpora uelle reuerti;

sic, inquam, cupiditatem reuertendi ad corpora non habebunt, cum corpora, in quae reuerti cupiunt, secum habebunt et sic habebunt, ut numquam non habeant, numquam ea prorsus uel exiguum quodlibet tempus ulla morte deponant.

CLVI.

SEQVITVR: DE CONTRARIIS DEFINITIONIBVS PLATONIS ATQVE PORPHYRII, IN QVIBVS, SI VTERQVE ALTERI CEDERET, A VERITATE NEVTER DEVIARET.

172 Singula quaedam dixerunt Plato atque Porphyrius, quae si inter se communicare potuissent, facti essent fortasse christiani. Plato dixit sine corporibus animas in aeternum esse non posse. ideo enim dixit etiam sapientum animas post quamlibet longum tempus tamen ad corpora redituras. Porphyrius autem dixit animam purgatissimam, cum redierit ad patrem, ad haec mala mundi numquam esse redituram. ac per hoc, quod uerum

4 Aen. 6, 751

1 incorruptibili] incorruptibile G^1P^1 in incorruptibili G^2v quam in quo] T^2 *in ras.* quo] *om.* G^1v 2 corruptibile G^1 sic] si G^1v 3 platonem *A* uirgilius *GPTv* 4 et] *om. v* uelli *G* 5 reuertenti P^1 6 quae] qua *AMV* reuerti] se uerti *V* se**uerti (re *ras.*) *M* reuerte** (re *ras.*) *P* et sic habebunt] *om. Gv* 7 non habeant numquam] *om. A* 8 quodlibet *scripsi*: quolibet *MV* quamlibet *AGPTv* 9 *cap.* CLVII *A* CLXIII *T* CLXXI *P* CLXXIII *Gv* 10 sequitur *MV*: *om. AGPTv* difiniti-onibus *P* 11 porfyrii *A* porphirii *GPv* si] se P^1 a] ^{et}a (et *add. m. 2*) *P* 13 porfyrius *A* porphirius *Gv*; *sic ubique* 16 dixit] non dixit *T* sapientium *AGPv* anim animas *A* 17 ad] a *A* redituras (a *ex* u *corr.*) *P* 18 animae G^2P^1v purgatissimae G^2P^1v; *om.* G^1 redierint G^1P^1v patrem] partem *MV* 19 reddituram *P* redituras G^2v

uidit Plato si dedisset Porphyrio, etiam iustorum atque sapientum purgatissimas animas ad humana corpora redituras; rursus quod uerum uidit Porphyrius dedisset Platoni, numquam redituras ad miserias corruptibilis corporis animas sanctas, ut non singuli haec singula, sed ambo et singuli utrumque dicerent: puto quod uiderent esse iam consequens, ut redirent animae ad corpora et talia reciperent corpora, in quibus beate atque immortaliter uiuerent. quoniam secundum Platonem etiam sanctae animae ad humana corpora redibunt, secundum Porphyrium ad mala huius mundi sanctae animae non redibunt. dicat itaque cum Platone Porphyrius: „redibunt ad corpora;“ dicat Plato cum Porphyrio: „non redibunt ad mala“: et ad ea corpora redire consentient, in quibus nulla patiantur mala. haec itaque non erunt nisi illa quae promittit deus, beatas animas in aeternum cum sua aeterna carne facturas. hoc enim, quantum existimo, iam facile nobis concederent ambo, ut qui faterentur ad immortalia corpora redituras animas esse sanctorum, ad sua illas redire permitterent, in quibus mala huius saeculi pertulerunt, in quibus deum, ut his malis carerent, pie fideliterque coluerunt.

1 porphyrio (o *altera ex* us *corr. m. 2*) *P* 2 sapientium *GPv* (*et* 4) redituras P^1 3 uerum] uirum G^1 dedisset *AMTV*: si dedisset *GPv* platone P^1 4 corruptibiles P^1 5 haec] hae *V* 6 dicerint G^1 7 ut] ut et *GPv* reddirent *T* et — corpora] *add.* A^2 *supr. uers.* talia A^2: alia *GMPTVv* reciperet A^2 receperint G^1 8 beatae *libri* 9 platonae *T* 10 mundi huius *AGPTv* 11 non redębunt *A* 13 consentiunt G^1 consentiant G^2v 14 patiatur (n *add. m. 2*) *M* patiatur *V* patiuntur G^1v quae] quod *A* 16 facturas AG^1MPTV (*cf. p. 326, 21. 327, 10*): futuras G^2v uicturas *Dombart ex cod. R* quanto G^1P exsistimo *MV* conciderent P^1 18 sanctorum] *om.* P^1 permitterint P^1 ꝑmitterent G^1v 19 pertulerent *T*

CLVII.

SEQVITVR: QVID AD VERAM RESVRRECTIONIS FIDEM VEL PLATO VEL LABEO VEL ETIAM VARRO CONFERRE POTVERINT, SI OPINIONES EORVM IN VNAM SENTENTIAM CONVENISSENT.

173 Nonnulli nostri propter quoddam praeclarissimum loquendi genus et propter nonnulla, quae ueraciter sensit, amantes Platonem dicunt eum aliquid simile nobis etiam de mortuorum resurrectione sensisse. quod quidem sic tangit in libris de re publica Tullius, ut eum lusisse potius quam quod id uerum esse affirmet dicere uoluisse. inducit enim hominem reuixisse et narrasse quaedam, quae Platonicis disputationibus congruebant. Labeo etiam duos dicit uno die fuisse defunctos et occurrisse inuicem in quodam compito, deinde ad corpora sua iussos fuisse remeare et constituisse inter se amicos se esse uicturos, atque ita esse factum, donec postea morerentur. sed isti auctores talem resurrectionem corporis factam fuisse narrarunt, quales fuerunt eorum, quos resurrexisse nouimus et huic quidem redditos uitae, sed non eo modo, ut non morerentur ulterius. mirabilius autem quidam Marcus Varro ponit in libris, quos conscripsit de gente populi Romani, cuius putaui

8 cf. Cic. de rep. VI, 4 11 cf. Plato rep. p. 614^{b}

1 *cap.* CLVIII *A* CLXIIII *T* CLXXII *P* CLXXIII *Gv* 2 sequitur] *om. AGPTv* quid] quod P^{2} qui P^{1} fidem] *om.* G^{1} 3 Labeo] abeo $G^{1}v^{1}$ abea P^{1} potuerunt *GPTv* si] se *P* 4 opinionis G^{1} opiones *P* sententiam] sentiam *T* conuenisent *A* conuenisse* (t *ras.*) *P*; ex eodem libro *add. GPTv* 5 praeclarissimum (um *ex* i *corr. m. 2*) *P* 8 sensisse] sensis *T* 9 quod id] id quod $G^{2}v$; *cf. Cyprian. p. 686, 19. 687, 15 ed. Hartel* 10 esse] esset *A* est $G^{2}v$ inducet $AG^{1}v$ 11 dispotationibus *A* 12 defunctus *A* 13 occurrisse] corr*isse (u *ras.*) *P* quadam *MV* competo $G^{2}v$ 14 iussos] iussus AP^{1} iussi $G^{2}v$ remeari $G^{1}P^{1}v$ se esse] esse *M* 15 uicturus P^{1} 16 factum P^{1} narrant *Gv* 17 qualis $G^{2}v$ fuerat $G^{2}v$ fuerant G^{1} quos] qđ dš G^{1} quos dš *P* quos cum deo $G^{2}v$ resurrecxisse *A* huic] his $G^{2}v$ 18 redditus P^{1} reddita $G^{2}v$ uita $G^{2}v$ morirentur *v* 19 ulterius (ult *a m. 2 in ras.*) *T* ponet P^{1} posuit $G^{2}v$ 20 libros *MV* conccribsit (*corr. m. 2*) *V* potaui P^{1}

uerba ipsa ponenda. „genethliaci quidam scripserunt“ inquit „esse in renascendis hominibus quam appellant παλιγγενεσίαν Graeci; adscripserunt confici in annis numero CCCCXL, ut idem corpus et eadem anima, quae fuerint coniuncta in homine aliquando, eadem rursus redeant in coniunctionem.“ iste Varro quidem siue illi genethliaci nescio qui — non enim nomina eorum prodidit quorum commemorauit sententiam — aliquid dixerunt, quod licet falsum sit — cum enim semel ad eadem corpora, quae gesserunt, animae redierint, numquam ea sunt postea relicturae — tamen multa illius impossibilitatis, qua contra nos isti garriunt, argumenta conuellit et destruit. qui enim hoc sentiunt siue senserunt, non eis uisum est fieri non posse, ut dilapsa cadauera in auras, in puluerem, in cinerem, in humores, in corpora uescentium bestiarum uel ipsorum quoque hominum ad id rursus redeant quod fuerunt. quapropter Plato et Porphyrius uel potius quicumque illos diligunt et adhuc uiuunt, si nobis consentiunt etiam sanctas animas ad corpora redituras, sicut ait Plato, nec tamen ad mala ulla redituras, sicut ait Porphyrius, ut ex his fiat consequens, quod fides praedicat christiana, talia corpora recepturas, in quibus sine ullo modo in aeternum feliciter uiuant, assumant etiam hoc de Varrone, ut ad eadem corpora redeant, in quibus antea fuerunt, et apud eos tota quaestio de carnis in aeternum resurrectione soluetur.

1 genethliaci (liaci *a m. 2 in ras.*) *T* genethiliaci *Gv* quidem P^1 inquid AG^1P^1T 2 in] *om. M* quam] quae G^1v palingenesian *libri* 3 asscribserunt *A*; *om. v* nomero *A* CCCCXL] quadragentis XL *A* quadringentis quadraginta *T* 4 eadem] ad eandem G^2v animam *v* fuerant G^2v hominem *M* 5 eandem G^2v redeunt *A* coniunctione *A* coniuctione *T* Varro] uero P^1 6 illi] *om. P* genethliaci (liaci *in ras.*) *T* geneathliaci AP^1 genethiliaci *Gv* 7 prodit *Gv* 9 redierunt GP^1v 10 relecturae G^1P^1 11 conuellit et destruit *GPTv*: conuellit *AMV* 13 dilabsa *MV* delapsa *AGv* cadabera *MV* umores *AP* 14 uescentium (m *a m. 2 in ras.*) *T* 15 redeunt G^1v fuerant *P* 18 ait Plato] ut plato *A* redditurus *PT* 19 his (h *ex* b *corr. m. 2*) *V* fia*t (n *ras.*) *GP* 20 recepturas in G^3: recepturi sint *MV* receptura sint AG^1PTv modo *libri*: malo G^3 22 rediant P^1 fuerant P^1 23 toto *A*

[DE QVALITATE VISIONIS, QVA IN FVTVRO SAECVLO SANCTI DEVM VIDEBVNT. EX EODEM LIBRO XXII.

173[a] Nunc iam quid acturi sint in corporibus immortalibus atque in spiritalibus sancti non adhuc eorum carne carnaliter, sed spiritaliter iam uiuente, quantum dominus dignatur adiuuare uideamus. et illa quidem actio uel potius quies atque otium quale futurum sit, si uerum uelim dicere, nescio. non enim hoc umquam per sensus corporis uidi. si autem mente, id est intellegentia, uidisse me dicam, quantum est aut quid est nostra intellegentia ad illam excellentiam? ibi est enim pax dei, quae, sicut dicit apostolus, superat omnem intellectum. quem nisi nostrum, aut fortasse etiam sanctorum angelorum? non enim et dei. si ergo sancti in dei pace uicturi sunt, profecto in ea pace uicturi sunt, quae superat omnem intellectum. quoniam nostrum quidem superat, non est dubium; si autem superat et angelorum, ut nec ipsos excepisse uideatur, qui ait omnem intellectum: secundum hoc dictum esse debemus accipere, quia pacem dei, qua deus ipse pacatus est, sicut deus nouit, non eam nos sic possumus nosse nec ulli angeli. superat itaque omnem intellectum, non dubium quod praeter suum. sed quia et nos pro modo nostro pacis eius participes facti summam in nobis atque inter nos et cum ipso pacem, quantum nostrum summum est, obtinebimus: isto modo pro suo modo sciunt eam sancti angeli; homines autem nunc longe infra, quantumlibet prouectu mentis

11 Philipp. 4, 7

1 *cap.* CLXV *T* CLXXIII *GPv*; *om. AMV* 2 eodem] *om. GP*[1]*v* XXII] *om. GPv* 3 iam] etiam *Gv* aturi *T* sint] sunt *G* *P*[1]*v* 7 uellim *P*[1]*T* uellem *G*[1]*v* 8 sensum *P* 9 aut] *del. G*[2]; *om. v* quid est] quidem *v* 10 excilentiam] *add. P*[2] *in mg.* 11 dicit] *om. T pr.* 13 et] *om. G*[1] si] sicut *T* 14 profecto — uicturi sunt] *om. G*[1]*v* 15 omnem — superat] *om. G*[1]*v* 17 excipisse *GP*[1] qui* *P* 18 debeamus *G*[1]*v* 19 possimus *G*[1]*v* 20 omne *T* 21 modo] modulo *Gv* 24 optinebimus *T* eam *T*: etiam *GPv* 25 quantolibet *Gv* prouectu (u *prior a m. 2 in ras. P*) *PT*: profectu *Gv*

excellant. considerandum est enim, quantus uir dicebat: ex parte enim scimus et ex parte prophetamus, donec ueniat quod perfectum est; et: uidemus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. sic iam uident sancti angeli, qui etiam nostri angeli dicti sunt, quia eruti de potestate tenebrarum et accepto spiritus pignore translati ad regnum Christi ad eos angelos iam coepimus pertinere, cum quibus nobis erit sancta atque dulcissima, de qua iam tot libros scripsimus, dei ciuitas ipsa communis. sic sunt ergo angeli nostri, qui sunt angeli dei, quemadmodum Christus dei Christus est noster. dei sunt, quia deum non reliquerunt; nostri sunt, quia suos ciues nos habere coeperunt. dixit autem dominus Iesus: uidete, ne contemnatis unum de pusillis istis. dico enim uobis, quia angeli eorum semper in caelis uident faciem patris mei, qui in caelis est. sicut ergo illi uident, ita et nos uisuri sumus; sed nondum ita uidemus. propter quod ait apostolus quod paulo ante dixi: uidemus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. praemium itaque fidei nobis uisio ista seruatur, de qua et Iohannes apostolus loquens: cum apparuerit, inquit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. facies autem dei manifestatio eius intellegenda est, non aliquod tale membrum, quale nos habemus in corpore atque isto nomine nuncupamus.

Quapropter cum ex me quaeritur, quid acturi sint sancti in illo corpore spiritali, non dico quod iam uideo, sed dico

1 I Cor. 13, 9 sq. 3 (et 18) I Cor. 13, 12 13 Matth. 18, 10 21 I Io. 3, 2

3 uidimus G^1P 5 sic iam] suam G^1 faciem suam *v* qui] quę G^1 6 quia] que P^1 eruti] erudi *T* spiritu G^1P^1 7 angelus G^1 9 libros *v*: libro *T* libris *GP* 10 qui] que G^1 12 dereliquerunt *Gv* 13 contemnetis *P* 15 uident in caelis *Gv* faciem] facient *T* 17 quod] *om.* G^1 18 paulo (*om.* quod) T^1 20 praemium] ad praemium *v* 21 apparuerint *T* similis P^1 24 membrorum *T* 25 isto *T*: in isto *GPv* nunccupamus *T* 26 aturi *T*

quod credo secundum illud quod in psalmo lego: credidi propter quod et locutus sum. dico itaque: uisuri sunt deum in ipso corpore; sed utrum per ipsum, sicut per corpus nunc uidemus solem, lunam, stellas, mare ac terram et quae sunt in ea, non parua quaestio est. durum est enim dicere, quod sancti talia corpora tunc habebunt, ut non possint oculos claudere atque aperire, cum uolent; durius autem, quod ibi deum quisquis oculos clauserit non uidebit. si enim propheta Heliseus puerum suum Giezi absens corpore uidit accipientem munera, quae dedit ei Neman Syrus, quem propheta memoratus a leprae deformitate mundauerat, quod seruus nequam domino suo non uidente latenter se fecisse putauerat, quanto magis in illo corpore spiritali uidebunt sancti omnia, non solum si oculos claudant, uerum etiam unde sunt corpore absentes. tunc enim erit perfectum illud de quo loquens apostolus: ex parte, inquit, scimus et ex parte prophetamus; cum autem uenerit quod perfectum est, quod ex parte est euacuabitur. deinde ut quomodo posset aliqua similitudine ostenderet, quantum ab illa quae futura est distet haec uita, non qualiumcumque hominum, uerum etiam qui praecipua hic sanctitate sunt praediti: cum essem, inquit, paruulus, quasi paruulus sapiebam, quasi paruulus loquebar, quasi paruulus cogitabam; cum autem factus sum uir, euacuaui ea quae paruuli erant. uidemus nunc per speculum in aenigmate,

1 Ps. 115, 1 9 cf. IIII Reg. 5, 26 15 I Cor. 13, 9 sq. 21 I Cor. 13, 11 sq.

1 quod] qd *T* 2 et *T*: *om. GPv* uisuri] uisi G^1 4 uidimus P^1 5 dicere enim *Gv* 6 ut non] T^2 *in ras.* possit G^1v oculis *P* 7 uolent (e *in* u *corr. m. 2*) *P* 8 oculus *P* 9 helyseus *Gv* uidit] *om. v* 10 ei] *eras. in P* neman *T*: neeman *Gv* naaman *P* 11 mundauerat (u *prior ex* a *corr.*) *P* 12 uidenti *P* 13 non solum] *om. P* si] se P^1 14 oculus *P* claudunt *Gv* 15 illud perfectum *GPv* 18 possit G^1v 19 ostenderit G^1P 20 uita *T*: ciuitas *GPv* 21 praediti] praedicti *P* 22 sapiebam q. paruulus] *om. P* 24 sum] *om. P* ea quae] eaq. *T* 25 erant] erunt *P*

tunc autem facie ad faciem; nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum. si ergo in hac uita, ubi hominum mirabilium prophetia ita comparanda est illi uitae quasi paruuli ad iuuenem, uidit tamen Heliseus accipientem munera seruum suum, ubi ipse non erat: itane cum uenerit quod perfectum est nec iam corpus corruptibile aggrauabit animam, sed incorruptibile nihil impediet, illi sancti ad ea quae uidenda sunt oculis corporeis, quibus Heliseus absens ad seruum suum uidendum non indiguit, indigebunt? nam secundum interpretes septuaginta ista sunt ad Giezi uerba prophetae: nonne cor meum iuit tecum, quando conuersus est uir de curru in obuiam tibi et accepisti pecuniam? et cetera; sicut autem ex hebraeo interpretatus est presbyter Hieronymus: nonne cor meum, inquit, in praesentia erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tibi? corde suo ergo se dixit hoc uidisse propheta, adiuto quidem mirabiliter nullo dubitante diuinitus. sed quanto amplius tunc omnes munere isto abundabunt, cum deus erit omnia in omnibus! habebunt tamen etiam illi oculi corporei officium suum et in loco suo erunt uteturque illis spiritus per spiritale corpus. neque enim et ille propheta, quia non eis indiguit, ut uideret absentem, non eis usus est ad uidenda praesentia; quae tamen spiritu uidere posset, etiam si illos clauderet, sicut uidit absentia, ubi cum eis ipse non erat. absit ergo, ut

11 IIII Reg. 5, 26 19 cf. I Cor. 15, 28

3 ita] *om. Gv* 4 illae G^1v tae (ui *add. m. 2*) *T* paruoli G^1 5 ubi] ibi *P* 6 itane G^1T: ita nec *P* ita G^2v 7 adgrauauit *P* impedit *T* impediat G^1v 8 ea quae] eaq. *T* 10 interpraetes *T* interpretis *P* 11 iuit G^2v (ἐπορεύθη *LXX*): ibit *P* it G^1; *om. T* 12 tecum] tecum erat *T* curro *P* 13 pecunia *P* 14 ebreo *P* interpraetatus *T* hieronimus *libri* 15 praesenti *GP* 16 occorsum P^1 19 habundabunt *GP* 20 occuli *P* 21 illis] illi *P* 23 uiderit *P* uidendam *P* uidendum *Gv* praesentiam *P* 24 spiritu] spī *T* sps G^1P si] se G^1 clauserit *P* 25 absentiam *P* erit *P*

dicamus illos sanctos in illa uita deum clausis oculis non uisuros, quem spiritu semper uidebunt.

Sed utrum uidebunt et per oculos corporis, cum eos apertos habebunt, inde quaestio est. si enim tantum poterunt in corpore spiritali eo modo utique etiam ipsi oculi spiritales, quantum possunt isti quales nunc habemus: procul dubio per eos deus uideri non poterit. longe itaque alterius erunt potentiae, si per eos uidebitur incorporea illa natura, quae non continetur loco, sed ubique tota est. non enim quia dicimus deum et in caelo esse et in terra — ipse quippe ait per prophetam: caelum et terram ego impleo — aliam partem dicturi sumus eum in caelo habere et in terra aliam; sed totus in caelo est, totus in terra, non alternis temporibus, sed utrumque simul, quod nulla natura corporalis potest. uis itaque praepollentior oculorum erit illorum, non ut acrius uideant, quam quidam perhibentur uidere serpentes uel aquilae — quantalibet enim acrimonia cernendi eadem quoque animalia nihil aliud possunt uidere quam corpora — sed ut uideant et incorporalia. et fortasse ista uirtus magna cernendi data fuerit ad horam etiam in isto mortali corpore oculis sancti uiri Iob, quando ait ad deum: in obauditu auris audiebam te prius, nunc autem oculus meus uidet te; propterea despexi memet ipsum et distabui et aestimaui me terram et cinerem; quamuis nihil hic prohibeat oculum cordis intellegi, de quibus oculis ait apo-

11 Hier. 23, 24 21 Iob. 42, 5 sq.

1 sanctos] $\overline{\text{scs}}$ *P* 2 uisurus *P* uisuris G^1 3 sed utrum uidebunt] *om.* G^1v oculus P^1 apertus P^1 apertis P^2 5 corpori *T* oculi] ocules *P* spiritales] *om.* *P* 6 iste G^1 7 uidere G^1P non] no *P* 9 continetur] conteretur *P* quia] qua *P* 11 implebo *P* 12 aliam] *om.* G^1v; alia *P* 13 non] *om.* G^1 15 agrius *P* 17 agrimonia G^1 aerimonia *P* 20 horam] horum G^1P 21 sancti* (s *ras.*) *G* deum] $\widetilde{\text{dnm}}$ *P* 22 audiebam *T*: obaudiebam *Gv* oboediebant *P* oculos meos *T* uidet te] uidit te *P* uidete *T* 23 dispexi *GPv* 24 me] *om.* G^1P quamuis] quas G^1 quos G^2v 25 prohibet *GPv* oculum] oculos G^2v cordis] corporis *P*

stolus: inluminatos oculos habere cordis uestri. ipsis autem uideri deum, cum uidebitur, christianus ambigit nemo, qui fideliter accipit quod ait deus ille magister: beati mundicordes, quoniam ipsi deum uidebunt. sed utrum etiam corporalibus ibi oculis uideatur, hoc in ista quaestione uersamus.

Illud enim quod scriptum est: et uidebit omnis caro salutare dei, sine ullius nodo difficultatis sic intellegi potest, ac si dictum fuerit: „et uidebit omnis homo Christum dei", qui utique in corpore uisus est et in corpore uidebitur, quando uiuos et mortuos iudicabit. quod autem ipse sit salutare dei, multa sunt et alia testimonia scripturarum; sed euidentius uenerandi illius senis Symeonis uerba declarant, qui cum infantem Christum accepisset in manus suas: nunc, inquit, dimittis, domine, seruum tuum secundum uerbum tuum in pace, quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum. illud etiam quod ait supra memoratus Iob, sicut in exemplaribus, quae ex hebraeo sunt, inuenitur: et in carne mea uidebo deum, resurrectionem quidem carnis sine dubio prophetauit, non tamen dixit: „per carnem meam". quod quidem si dixisset, posset deus Christus intellegi, qui per carnem in carne uidebitur; nunc uero potest et sic accipi: in carne mea uidebo deum, ac si dixisset: „in carne mea ero, cum uidebo deum". et illud quod ait apostolus: facie ad faciem non cogit, ut deum per hanc faciem corporalem, ubi sunt oculi corporales, nos uisuros esse credamus, quem

1 Eph. 1, 18 3 Matth. 5, 8 7 Luc. 3, 6 14 Luc. 2, 29 sq. 18 (et 23) Iob. 19, 26 24 I Cor. 13, 12

1 inluminatus *P* habere oculus *P* oculos] *om.* G^1v haberi *T* 2 uideri] uidere G^1Pv christianos *P* christus G^1v 3 fideliter] feliciter *P* accepit *P* 4 mundicordes P^1T: mundi corde GP^2 mundo corde *v* 5 oculus *P* 6 uersamur G^1 8 nodo T^2: modo G^2PT^1v modi G^1 difficultates G^1 9 si* (c *ras.*) *G* et] ut *T* 15 secundum uerbum tuum] *om.* *P* 16 quoniam *PT*: quia *Gv* 18 ebreo *P* inueniuntur G^1Pv 21 posset] *om.* *T* 22 carnem] canem *T* 23 uidebo—carne mea] *om.* *Gv* 25 hanc faciem] h. fidem *P* 26 corporalis *P* uisurus P^1

spiritu sine intermissione uidebimus. nisi enim esset etiam interioris hominis facies, non diceret idem apostolus: nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam, tamquam a domini spiritu; nec aliter intellegimus et quod in psalmo canitur: accedite ad eum et inluminamini, et facies uestrae non erubescent. fide quippe acceditur ad deum, quam cordis constat esse, non corporis. sed quia spiritale corpus nescimus quantos habebit accessus — de re quippe inexperta loquimur — ubi aliqua quae aliter intellegi nequeat diuinarum scripturarum non occurrit et succurrit auctoritas, necesse est, ut contingat in nobis quod legitur in libro Sapientiae: cogitationes mortalium timidae et incertae prouidentiae nostrae.

Ratiocinatio quippe illa philosophorum, qua disputant ita mentis aspectu intellegibilia uideri et sensu corporis sensibilia, id est corporalia, ut nec intellegibilia per corpus nec corporalia per se ipsam mens ualeat intueri, si posset nobis esse certissima, profecto certum esset per oculos corporis etiam spiritalis nullo modo posse uideri deum. sed istam ratiocinationem et uera ratio et prophetica inridet auctoritas. quis enim ita sit auersus a uero, ut dicere audeat deum corporalia ista nescire? numquid ergo corpus habet, per cuius oculos ea possit addiscere? deinde quod de propheta Heliseo paulo ante diximus nonne satis indicat etiam spiritu, non per corpus, corporalia posse cerni? quando enim seruus ille munera accepit, utique corporaliter gestum est; quod tamen

2 II Cor. 3, 18 6 Ps. 33, 6 13 Sap. 9, 14

1 nisi] ne sic *P* enim esset] *om. P* 3 gloria *P* 5 gloria *P* 8 quam] quae G^2v 9 quantus *P* quantas G^1 10 accessos *P* 11 nequeat] neque ad G^1Pv 12 continguat *P* 13 cogitationis *P* 15 ratiotinatio *Gv* qua *T*: qui *G Pv* 16 aspectum *P* uidere G^1Pv 18 ipsa *Gv* posset *T*: possit *GPv* 19 profecto] perfecto *P* esset] esse *P* oculus P^1 20 spiritales G^2v uidere G^1Pv ista *P* 22 audiat (i *in* e *corr. m. 2*) *G* 24 oculus P^1

propheta non per corpus, sed per spiritum uidit. sicut ergo constat corpora uideri spiritu, quid, si tanta erit potentia spiritalis corporis, ut corpore uideatur et spiritus? spiritus enim est deus. deinde uitam quidem suam, qua nunc uiuit in corpore et haec terrena membra uegetat facitque uiuentia, interiore sensu quisque, non per corporeos oculos nouit; aliorum uero uitas, cum sint inuisibiles, per corpus uidet. nam unde uiuentia discernimus a non uiuentibus corpora, nisi corpora simul uitasque uideamus, quas nisi per corpus uidere non possumus? uitas autem sine corporibus corporeis oculis non uidemus.

Quam ob rem fieri potest ualdeque credibile est sic nos esse uisuros mundana tunc corpora caeli noui et terrae nouae, ut deum ubique praesentem et uniuersa etiam corporalia gubernantem per corpora, quae gestabimus et quae conspiciemus, quaquauersum oculos duxerimus, clarissima perspicuitate uideamus, non sicut nunc inuisibilia dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, per speculum in aenigmate, ex parte, ubi plus in nobis ualet fides, qua credimus, quam rerum corporalium species, quam per oculos cernimus corporales. sed sicut homines, inter quos uiuentes motusque uitales exerentes uiuimus, mox ut aspicimus, non credimus uiuere, sed uidemus, cum eorum uitam sine corporibus uidere nequeamus, quam tamen in eis per corpora remota omni ambiguitate conspicimus: ita quacumque spiritalia illa lumina corporum nostrorum

17 cf. Rom. 1, 20 18 cf. I Cor. 13, 12

1 ergo *PT*: enim *Gv* 2 uidere G^1Pv spiritu G^3: spiritum G^1PTv quid] quod *v* tante *P* erit] erat G^1P 3 corpore] corpora G^1v uideantur *v* 4 uita *T* 6 interiori *P* interiora G^1v sensus G^1v 8 uiuentibus corpore (*corr. m. 1*) *P* 12 ualdeque] ualde *G* est] *om.* G^1v 15 gestauimus G^1v conspicimus *P* 16 quaqueuersum G^1v carissima *P* perspecuetate P^1 17 nunc] nun *T* 19 qua] quę *P* quam] qua *P* 20 oculus P^1 sed] *om. P* 21 exherentes *P* 22 aspiciemus *P* non credimus — uitam] T^2 *in ras.* credemus *P* 23 eorum] eorumque G^1 eorum quoque G^2v 24 conspiciemus *P* 25 quocumque G^2; *om. v* spiritale (*om.* illa) G^1 lumina] lumen G^1P

circumferemus, incorporeum deum omnia regentem etiam per corpora contuebimur. aut ergo sic per illos oculos uidebitur deus, ut aliquid habeant in tanta excellentia menti simile, quo et incorporea natura cernatur, quod ullis exemplis siue scripturarum testimoniis diuinarum uel difficile est uel impossibile ostendere; aut, quod est ad intellegendum facilius, ita nobis deus erit notus atque conspicuus, ut uideatur spiritu a singulis nobis in singulis nobis, uideatur ab altero in altero, uideatur in se ipso, uideatur in caelo nouo et terra noua atque in omni quae tunc fuerit creatura, uideatur et per corpora in omni corpore, quocumque fuerint spiritalis corporis oculi acie perueniente directi. patebunt etiam cogitationes nostrae inuicem nobis. tunc enim implebitur quod apostolus, cum dixisset: nolite ante tempus quicquam iudicare, mox addidit: donec ueniat dominus et inluminet abscondita tenebrarum, et manifestabit cogitationes cordis; et tunc laus erit unicuique a deo.]

CLVIII.

EX EODEM LIBRO DE CIVITATE DEI XXII. DE AETERNA FELICITATE CIVITATIS DEI SABBATOQVE PERPETVO.

174 Quanta erit illa felicitas, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum, uacabitur dei laudibus, qui erit omnia in omnibus! nam quid aliud agatur, ubi neque ulla desidia cessa-

14 I Cor. 4, 5

1 circumferimus G^1Pv incorporium P^1 2 intuebimur G^1 Pv oculos illos Gv 3 mente P 4 siue] sine G^1P 5 impossibile] possibile G^1 7 deus erit nobis G 8 in singulis nobis T: *om.* GPv in altero] *om.* T^1 10 omni] oma P^1 11 fuerit G^1Pv 12 acie] acies G^2v perueniente P^1v perueni-entium P^2 directa v directum P^2 cogitationis P 13 nobis] in nobis P 15 inlumines T 16 manifestauit P cogitationis P 17 a deo] *explicit cod. T* 18 *cap.* CLVIIII A CLXXII Gv CLXXIII P 20 ciuitas (ti *add. m. 2*) G 23 dissidia G^1

bitur neque ulla indigentia laborabitur, nescio. admoneor etiam sancto cantico, ubi lego uel audio: beati qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te. omnia membra et uiscera incorruptibilis corporis, quae nunc uidemus per usus necessitatis uarios distributa, quoniam tunc non erit ipsa necessitas, sed plena, certa securitas, sempiterna felicitas, proficient laudibus dei. omnes quippe illi de quibus iam sum locutus qui nunc latent harmoniae corporalis numeri non latebunt, intrinsecus et extrinsecus per corporis cuncta dispositi, et cum ceteris rebus, quae ibi magnae atque mirabiles uidebuntur, rationales mentes in tanti artificis laude rationabilis pulchritudinis delectatione succendent. qui motus illic talium corporum sint futuri temere definire non audeo, quod excogitare non ualeo; tamen et motus et status sicut ipsa species decens erit, quicumque erit, ubi quod non decebit non erit. certe ubi uolet spiritus, ibi erit protinus corpus; nec uolet aliquid spiritus, quod nec spiritum possit decere nec corpus. uera ibi gloria erit, ubi laudantis nec errore quisquam nec adulatione decipitur; uerus honor, qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno; sed nec ad eum ambiet ullus indignus, ubi nullus permittetur esse nisi dignus; uera pax, ubi nihil aduersi nec a se ipso nec ab aliquo quis-

2 Ps. 83, 5

1 ammoneor *AMP²V*: ammonior P^1 amoeniora G^1v 2 lego] loco P^1 5 uidimus *P* usos *MV* 6 plena] planae *A* 7 proficiet G^1 illi] illae G^1v 8 armoniae *libri* 9 per] p *A* corporis] corpus G^2v 10 cuncti *v* 11 uidebuntur G^3: uidebantur AG^1MPVv rationalis mentis G^2 artifices G^1 laudem *AG* 12 rationabilis] *om. Gv*; rationalis *P* pulchritudini *MV* pulchritudine GPv^1 delectationes *M* dilectatione *P* succendent *a*: succedent AGP^2v succedunt P^1 succedat *V* accedat *M* 13 talium] *om.* G^1v; talum *P* temere] timere G^1 tenere P^1 14 status] factus *P* 15 ubi] ibi *MV* decet G^2v 16 protenus *P* 17 uolet] uult G^1v posset G^1Pv decere] dicere AG^1P 18 laudantes A^1G^1Pv 19 adolatione *GPv* decipitur *MV*: laudabitur *AGPv* 20 defertur *MV* defferetur *v* 21 ambiet] ambiet G^2v ambiget G^1P indignos (o *in* u *corr.*) *G* permittitur *AGv*

que patitur. praemium uirtutis erit ipse qui uirtutem dedit eique se ipsum, quo melius et maius nihil possit esse, promisit. quid est enim aliud quod per prophetam dixit: ero illorum deus, et ipsi erunt mihi plebs, nisi: „ego ero unde satientur, ego ero quaecumque ab hominibus honeste desiderantur, et uita et salus et uictus et copia et gloria et honor et pax et omnia bona“? sic enim et illud recte intellegitur quod ait apostolus: ut sit deus omnia in omnibus. ipse finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine uidebitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. hoc munus, hic affectus, hic actus profecto erit omnibus sicut ipsa uita communis aeterna.

Ceterum qui futuri sunt pro meritis praemiorum etiam gradus honorum atque gloriarum, quis est idoneus cogitare, quanto magis dicere? quod tamen futuri sint non est ambiguum. atque id etiam beata illa ciuitas magnum in se bonum uidebit, quod nulli superiori ullus inferior inuidebit, sicut nunc non inuident archangelis angeli ceteri; tamque nolet esse unusquisque quod non accepit, quamuis sit pacatissimo concordiae uinculo ei qui accepit obstrictus, quam nec in corpore uult oculus esse qui est digitus, cum membrum utrumque contineat totius carnis pacata compago. sic itaque habebit donum alius alio minus, ut hoc quoque donum habeat, ne uelit amplius.

3 Leu. 26, 12 8 I Cor. 15, 28

1 patitur *AMV*: patietur *GPv* 2 eique] et qui *GPv* posset *A* 4 ipse *P* pleps *Gv* 6 copia] cupia *A* 8 deus] *om. P* 9 qui] quę G^1P 10 sine fatigatione laudabitur] *om. A* 11 hic actus] *om.* G^1v profectu *P* 12 cummunis *A* G^1P 13 gradus (d *ex* t *corr.*) *A* 15 sint] sunt AGP^1v ambiguum *MV*: ambigendum *AGPv* 16 atque id] ut quod ibi G^2v uidebit] habebit G^2 17 quod nulli—inuidebit] *om.* M^1 inferior• (i *ras.*) *M* inferiori *V* 18 tamque] tamquam *Gv* nollet G^1Pv 19 pecatissimo G^1 20 ei] et G^1Pv accipit AG^1 quam] quō G^2 21 qui• (s *ras.*) *G* 22 pagata (g *in* c *corr. m. 2*) *G* cumpago *A* 23 ne] nec G^1MVv uellit *P*

Nec ideo liberum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non poterunt; magis quippe erit liberum a delectatione peccandi usque ad delectationem non peccandi indeclinabilem liberatum. nam primum liberum arbitrium, quod homini datum est, quando primum creatus est rectus, potuit non peccare, sed potuit et peccare; hoc autem nouissimum eo potentius erit, quo peccare non poterit; uerum hoc quoque dei munere, non suae possibilitate naturae. aliud est enim esse deum, aliud participem dei. deus natura peccare non potest; particeps uero dei ab illo accepit, ut peccare non possit. seruandi autem gradus erant diuini muneris, ut primum daretur liberum arbitrium, quo non peccare homo posset, nouissimum, quo peccare non posset, atque illud ad comparandum meritum, hoc ad recipiendum praemium pertineret. sed quia peccauit ista natura, cum peccare potuit, largiore gratia liberatur, ut ad eam perducatur libertatem, in qua peccare non possit. sicut enim prima immortalitas fuit, quam peccando Adam perdidit, posse non mori, nouissima erit non posse mori: ita primum liberum arbitrium posse non peccare, nouissimum non posse peccare. sic enim erit inamissibilis uoluntas pietatis et aequitatis, quomodo est felicitatis. nam utique peccando nec pietatem nec felicitatem tenuimus, uoluntatem uero felicitatis nec perdita felicitate perdidimus. certe deus ipse numquid, quoniam peccare non potest, ideo liberum arbitrium habere negandus est?

2 dilectare P^1 a] ad P 3 peccandi usque] moechandi u. G^1v delectationem] delectatione M 4 indeclinabile MVv nam] nam in P liberum] *om.* Gv 6 et] *om.* G^1v 7 eo] *om.* Gv poterit] potuit P 8 possibilitatis G^2v 9 naturę (ę *in* a *corr. m. 2*) G 10 ut] quod Gv 11 posset P 12 quo] ut G^2v possit GPv 13 nouissimum — posset] *om.* MV possit GPv 14 pertineret] ptineret A 15 largiori v langiore P^1 longiore P^2 18 non mori] mori M no mori V mori] more P nouissima — mori] *om.* G^1 19 non] *eras. in* V; *om.* M 20 $\bar{n}$ posse ($\bar{n}$ *add. m. 2*) G inamisibilis P 21 aequitas^{ti} A felicitas^{ti} A 22 tenuemus AP 23 uero] *om.* P perdidemus G^1P

Erit ergo illius ciuitatis et una in omnibus et inseparabilis in singulis uoluntas libera, ab omni malo liberata et impleta omni bono, fruens indeficienter aeternorum iucunditate gaudiorum, oblita culparum, oblita poenarum; nec ideo tamen suae liberationis oblita, ut liberatori suo non sit ingrata; quantum ergo attinet ad scientiam rationalem, memor praeteritorum etiam malorum suorum, quantum autem ad experientis sensum, prorsus immemor. nam et peritissimus medicus, sicut arte sciuntur, omnes fere morbos corporis nouit; sicut autem corpore sentiuntur, plurimos nescit, quos ipse non passus est. ut ergo scientiae malorum duae sunt, una, qua potentiam mentis non latent, altera, qua experientis sensibus inhaerent — aliter quippe sciuntur uitia omnia per sapientiae doctrinam, aliter per insipientis pessimam uitam — ita et obliuiones malorum duae sunt. aliter ea namque obliuiscitur eruditus et doctus, aliter expertus et passus; ille, si peritiam neglegat, iste, si miseria careat. secundum hanc obliuionem, quam posteriore loco posui, non erunt memores sancti praeteritorum malorum; carebunt enim omnibus, ita ut penitus deleantur de sensibus eorum. ea tamen potentia scientiae, quae magna in eis erit, non solum sua praeterita sed etiam damnatorum eos sempiterna miseria non latebit. alioquin si se fuisse miseros nesciturus sunt, quomodo, sicut ait psalmus, misericordias domini in aeternum cantabunt? quo

24 Ps. 88, 2

2 ab omni—liberata] *om.* G^1v 3 indifficienter *P* iucunditate *A* iocunditate *GPv* 5 ingrata] grata *Gv* 7 experientes G^1 9 morbus *P* 11 qua] quae G^2Pv 12 latet G^2MVv qua *P*: quae *AGMVv* 13 inhaeret G^2Vv 14 doctrinae *P* insapientis A^1 insipientes G^1 15 obliuiones] obliuiores M^1V obliuiscetur *P* 16 si] se G^1v peritiam] per peritiam *v* 17 neglegant *GP* neglegit *v* si] se *AP* per G^2v miseria] meseria *V* miseriam G^2v inaeria *P* caret G^2v obliuionem] oblationem *P* 18 posteriori GP^2v posteriora P^1 praeteretorum *A* 21 non solum] nam *P* 22 miseria non latebit] misericorditebit *P* si] se G^1P 23 fuisse] *om.* *M* 24 cantabo G^1v quo] qui G^2v

cantico in gloriam gratiae domini Christi, cuius sanguine liberati sumus, nihil erit profecto iucundius illi ciuitati. ibi perficietur: uacate et uidete, quoniam ego sum deus; quod erit uere maxime sabbatum non habens uesperam, quod commendauit dominus in primis operibus mundi, ubi legitur: et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis, quae fecit. et benedixit deus diem septimum et sanctificauit eum, quia in eo requieuit ab omnibus operibus suis, quae inchoauit deus facere. dies enim septimus etiam nos ipsi erimus, quando eius fuerimus benedictione et sanctificatione pleni atque perfecti. ibi uacantes uidebimus, quoniam ipse est deus; quod nobis nos ipsi esse uoluimus, quando ab illo cecidimus audientes a seductore: eritis sicut di et recedentes a uero deo, quo faciente di essemus eius participatione, non desertione. quid enim sine illo fecimus, nisi quod in ira eius defecimus? a quo refecti et gratia maiore perfecti uacabimus in aeternum uidentes, quia ipse est deus, quo pleni erimus, quando ipse erit omnia in omnibus. nam et ipsa opera bona nostra, quando ipsius potius intelleguntur esse quam nostra, tunc nobis ad hoc sabbatum adipiscendum imputantur, quia, si nobis ea tribuerimus, seruilia erunt, cum de sabbato dicatur: omne opus seruile

3 Ps. 45, 11 6 Gen. 2, 2 sq. 14 Gen. 3, 5 16 cf. Ps. 89, 9 22 Deut. 5, 14

1 cantici G^2v domini MV: *om.* $AGPv$ 2 nihil erit] *om.* G^1v illi iucundius A illi iocundius GPv 3 perficientur GPv deus] dn̄s (*corr. m. 1*) A 4 quod erit] quid e. P^1 maxime MV: maximum $AGPv$ 5 mundi—operibus] *om.* G^1v 6 deus] dn̄s A 8 eum] *om.* M in eo] *om.* Gv 9 incoauit A 10 ipse P 12 ipsi] ipse G^1P 13 uoluemus P uolumus MV seductori P 14 di AMV: dii GPv recendentes P dii $AGPv$ 15 essemus] essumus M^1V participationem P non] non nostra A desertione] dissertionem P 16 facimus A in ira] mira P 17 uacamus V ua*eamus (*corr. m. 2*) M 18 quo] quod G^1Pv plene G^2v 20 tunc] quando G^2v nobis—quia si] *om.* Gv 21 quia si] quasi P ea] ei P tribuimus P seruilia] tunc seruilia G^2v 22 de] *om.* P

non facietis in eo. propter quod et per Ezechihel prophetam dicitur: et sabbata mea dedi eis in signum inter me et inter eos, ut scirent quia ego dominus, qui sanctifico eos. hoc perfecte tunc sciemus, quando perfecte uacabimus, et perfecte uidebimus, quia ipse est deus.

Ipse etiam numerus aetatum ueluti dierum si secundum eos articulos temporis computetur, qui in scripturis uidentur expressi, iste sabbatismus euidentius apparebit, quoniam septimus inuenitur; ut prima aetas tamquam primus dies sit ab Adam usque ad diluuium, secunda inde usque ad Abraham, non aequalitate temporum, sed numero generationum; denas quippe habere reperiuntur. hinc iam, sicut Matthaeus euangelista determinat, tres aetates usque ad Christi subsecuntur aduentum, quae singulae denis et quaternis generationibus explicantur: ab Abraham usque ad Dauid una, altera inde usque ad transmigrationem in Babyloniam, tertia inde usque ad Christi carnalem natiuitatem. fiunt itaque omnes quinque. sexta nunc agitur nullo generationum numero metienda propter id quod dictum est: non est uestrum scire tempora, quae pater posuit in sua potestate. post hanc tamquam in die septimo requiescet deus, cum eundem diem septimum, quod nos erimus, in se ipso deo faciet requiescere. de istis porro aetatibus singulis nunc diligenter longum est disputare; haec autem septima erit sabbatum nostrum, cuius

2 Ezech. 20, 12 19 Act. 1, 7

1 in eo G^3MV: *om.* AG^1Pv et per] ad *A* ezechielem *AP* hiezechielem *Gv* propheta *V* 2 dicetur *P* 4 scimus *Gv* 5 perfecte] *om.* G^2v 8 expressi] expressis *P* conpressi G^1 9 inuenitur] euenitur *P* dies] *om.* *P* sit] esset *Gv* 10 dilubium *V* 11 aequalitatem *P* sed] sed in *Gv* denae G^2v 12 habere] abire G^1 ibi G^2v repperiuntur *AGMVv* mattheus *AMV* matheus *GPv*; *sic ubique* 13 subsequuntur *A* 14 aduentu *V* singuli G^1 15 ab] ut G^1 ut ab G^2v 16 babilloniam *G* 18 generatione G^1 20 hanc] haec *A* 21 requiescit AG^1Pv eundem] eadem *P* 22 in se *a*: inde *libri* ipso] quia nos ipso *P* quia nos ipsi G^1 quia nos ipsos G^2v 24 autem *MV*: tamen *AGPv*

finis non erit uespera, sed dominicus dies uelut octauus aeternus, qui Christi resurrectione sacratus est, aeternam non solum spiritus uerum etiam corporis requiem praefigurans. ibi uacabimus et uidebimus, uidebimus et amabimus, amabimus et laudabimus. ecce quod erit in fine sine fine. nam quis alius noster est finis nisi peruenire ad regnum, cuius nullus est finis?

CLVIIII.

EX LIBRO DE CONSENSV EVANGELISTARVM II. QVOMODO DICAT MATTHAEVS CENTVRIONEM AD DOMINVM ACCESSISSE PRO PVERO SVO, CVM LVCAS DICAT QVOD AMICOS AD EVM MISERIT.

Videamus utrum sibi de seruo centurionis Matthaeus Lucas- 175
que consentiant. Matthaeus enim dicit: accessit ad eum centurio rogans eum et dicens: puer meus iacet in domo paralyticus. cui uidetur repugnare quod ait Lucas: et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudaeorum rogans eum, ut ueniret et saluaret seruum eius. at illi cum uenirent ad Iesum, rogabant eum sollicite dicentes ei: quia dignus est, ut hoc illi praestes; diligit enim gentem nostram et synagogam ipse aedificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. et cum iam non longe esset a domo, misit ad eum centurio amicos dicens: domine, noli uexari; non enim dignus sum, ut sub tectum meum intres. propter quod et me ipsum non sum dignum

13 Matth. 8, 5 sq. 16 Luc. 7, 3 sqq.

3 uerum] uerus *P* praefegurans *A* uacabimus] uadimus *P* 4 *alterum* uidebimus *om. MV* amauimus (et) *P* 5 ecce] *om. G*¹ 8 *cap.* CLX *A* CLXXV *P* CLXXVI *Gv* 9 euangelistarum] euangelii *GPv* 10 centurioni *P* 11 amicus *G*¹ 14 iacit *A* 15 paraliticus *GPv* 17 saluaret] sanaret *v* sanare *M* 19 hoc] haec *Gv* 21 aedificabit *G*¹*P* ibit (*corr. m. 1*) *P* 22 iam] *om. P* 24 uexare *G*¹*P* 25 dignus *P*

arbitratus, ut uenirem ad te; sed dic uerbo, et sanabitur puer meus. si enim ita hoc gestum est, quomodo erit uerum quod Matthaeus narrat: accessit ad eum quidam centurio, cum ipse non accesserit, sed amicos miserit, nisi diligenter aduertentes intellegamus Matthaeum non omni modo deseruisse usitatum morem loquendi? non solum enim dicere solemus accessisse aliquid, etiam antequam perueniat illuc, quo dicitur accessisse — unde etiam dicimus: „parum accessit“ uel „multum accessit“ eo, quo appetit peruenire — uerum etiam ipsam peruentionem, cuius adipiscendi causa acceditur, dicimus plerumque factam, etsi eum ad quem peruenit, non uideat ille qui peruenit, cum per amicum peruenit ad aliquem, cuius ei fauor est necessarius. quod ita tenuit consuetudo, ut iam etiam uulgo peruentores appellentur qui potentium quorumlibet tamquam inaccessibiles animos per conuenientium personarum interpositionem ambitionis arte pertingunt. si ergo ipsa peruentio usitate dicitur per alios fieri, quanto magis accessus per alios fieri potest, qui plerumque infra peruentionem remanent, quando potuerit quisque plurimum quidem accedere, sed tamen non potuerit peruenire? non ergo absurde Matthaeus, etiam quod uulgo possit intellegi, per alios factum accessum centurionis ad dominum compendio dicere uoluit: accessit ad eum centurio.

Verum tamen non neglegenter intuenda est etiam sancti euangelistae altitudo mysticae locutionis, secundum quam scriptum est in psalmo: accedite ad eum et inlumina-

26 Ps. 33, 6

1 uerem *A* (ni *supra*) uerbum *P* 3 accessit] accessisse *MV*; *fort. recte*; *cf. p. 547, 1* 4 amicus *P* 6 disseruisse *P* more *MPV* 8 illuc quo] illud quod G^1Pv accessesse P^1 9 uel — accessit] *om.* G^1v eo] adeo *Gv* quo] quod AG^1Pv 10 adipiscendi *AMPV*: adipiscendae *Gv* 11 dicemus G^1P factam G^3: factum AG^1 *MPVv* etsi] ut si *P* 12 non uideat — peruenit] *om. M* 13 fauor] fabor *MV* 14 iam] *om. Gv* 15 animos] amicos G^1 16 conuenientiam *V* (*m. 1 et 2*) 17 dicetur G^1P 18 potest] *om. P* 21 adsurde *M* possit] posse *P* 25 altitudo] multitudo *MV* loquutionis *MV* quam] quod G^2 *in ras.*; *om. v* 26 accidite *A*

mini. proinde quia fidem centurionis, qua uere acceditur ad Iesum, ipse ita laudauit, ut diceret: non inueni tantam fidem in Israhel, ipsum potius accessisse ad Christum dicere uoluit prudens euangelista quam illos per quos uerba sua miserat. porro autem Lucas ideo totum quemadmodum gestum esset aperuit, ut ex hoc intellegere cogeremur, quemadmodum dixerit alius, qui mentiri non possit. sic enim illa mulier, quae fluxum sanguinis patiebatur, quamuis fimbriam uestimenti eius tenuerit, magis tamen tetigit dominum quam illae turbae, a quibus premebatur. ut enim haec quo magis credidit, eo magis tetigit dominum, ita et centurio, quo magis credidit, eo magis accessit ad dominum. iam cetera in hoc capitulo, quae alter dicit et alter praetermittit, superfluo pertractantur, cum ex illa regula primitus commendata nihil inueniantur habere contrarium.

CLX.

ITEM EX EODEM LIBRO. QVOMODO MATTHAEVS MARCO CONGRVAT DE VIRGA, QVAM SECVNDVM MATTHAEVM DICIT DOMINVS NON FERENDAM, SECVNDVM MARCVM AVTEM SOLAM FERENDAM.

Solet item quaeri, quomodo Matthaeus et Lucas commemo- 176
rauerint dixisse dominum discipulis, ut nec uirgam ferrent, cum dicat Marcus: et praecepit eis, ne quid tollerent

2 Matth. 8, 10 8 cf. Luc. 8, 43 sqq. 22 Matth. 10, 10 Luc. 9, 3 23 Marc. 6, 8

1 fidem] *om.* G^1 2 ita] *om.* *Gv* laudabit *MV* dicere *M* tantam] tantem *P* 6 esset] esse *P* 7 dixerit] accessisse dixerit *P* mentire G^1P possit *MV*: potuit *AGPv* 8 fluxu *MV* 9 magis] *om.* *P* quam illae — tetigit dominum] *om.* *MV* 10 ille *AP* 13 superfluo] superflue *v* superfluuia *P* 14 commendatad (*sic*) *A* 15 inueniatur *Gv* 16 *cap.* CLXI *A* CLXXVI *P* CLXXVII *Gv* 17 libro] l. de consensu euangelistarum II *AGPv* 19 non] *eras. in G* 21 commemorauerunt *A* 23 quid] quit *A*

in uia nisi uirgam tantum, et sequatur etiam ipse: non peram, non panem, neque in zona aes, ut ostendat in eodem loco uersari narrationem suam, in quo et illorum qui dixerunt nec uirgam ferendam. quod ita soluitur, ut intellegamus sub alia significatione dictam uirgam, quae secundum Marcum ferenda est, et sub alia illam quae secundum Matthaeum et Lucam non est ferenda, sicut sub alia significatione intellegitur temtatio, de qua dictum est: deus neminem temtat, et sub alia de qua dictum est: temtat uos dominus deus uester, ut sciat, si diligitis eum; illa seductionis est, haec probationis. sicut iudicium aliter accipitur, de quo dictum est: qui bene fecerunt, in resurrectionem uitae, qui male fecerunt, in resurrectionem iudicii; et aliter, de quo dictum est: iudica me, deus, et discerne causam meam de gente non sancta. illud enim iudicium damnationis est, hoc discretionis.

Et multa alia sunt uerba, quae non habent unam significationem, sed diuersis locis congruenter posita diuerso modo intelleguntur et aliquando cum expositione dicuntur — ut est illud: nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, ut sensibus perfecti sitis. hoc enim breuiter clausa sententia dici potuit: „nolite esse pueri, sed estote pueri“; et illud: si quis putat se sapientem esse in uobis in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens, quid aliud dixit quam „non sit sapiens, ut sit sapiens“? — aliquando autem clause ita dicuntur, ut exerceant inquirentem;

8 Iac. 1, 13 9 Deut. 13, 3 12 Io. 5, 29 14 Ps. 42, 1 20 I Cor. 14, 20 23 I Cor. 3, 18

2 peram (e *ex* o *corr. m. 2*) *P* 3 uersare G^1P^1v 4 uirga *A* 5 quae secundum—7 non est ferenda] *om. MV* 6 alia] alia significatione *P* 8 de] da *P* deus—dictum est] *om.* G^1 10 eum] P^2 *in ras.* 13 male] mala *G* 14 de] *om.* G^1 quo] qua *P* 15 gausam *A* 16 iudicium] iudium *P* discritionis *A* 18 congruentur *MV* 19 cum] *om. v* 22 causa (l *add. m. 2*) *P* 23 et] ut *Gv* 25 quid *MV*: quid enim *AGPv* sapiens] sipiens *P* 26 clause *PV*: clausae *A* clausa *Gv* exerciant *A* exerceat *MVv*

ut est quod ait ad Galatas: inuicem onera uestra portate, et sic adimplebitis legem Christi. qui enim putat se esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum seducit. opus autem suum probet unusquisque, et sic in semet ipso habebit gloriam et non in altero; unusquisque enim proprium onus portabit. nisi oneris nomen sub diuersis significationibus acceperis, procul dubio putabis eundem sibi in loquendo esse contrarium, et hoc in una sententia tam uicine positis uerbis; qui cum paulo ante diceret: alter alterius onera portate, postea dixit: unusquisque proprium onus portabit. sed alia sunt onera participandae infirmitatis, alia reddendae rationis deo de actibus nostris; illa cum fratribus sustentanda communicantur, haec propria ab unoquoque portantur. ita et uirga intellegitur spiritaliter, de qua dicebat apostolus: in uirga ueniam ad uos; et corporaliter, qua utimur siue ad equum siue ad aliquid aliud opus fuerit, ut interim omittam et alias huius nominis figuratas significationes.

Vtrumque ergo accipiendum est a domino apostolis dictum, et ut nec uirgam ferrent et ut non nisi uirgam ferrent. cum enim secundum Matthaeum diceret eis: nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis uestris, non peram in uia neque duas tunicas neque calciamenta neque uirgam, continuo subiecit: dignus est enim operarius cibo suo. unde satis ostendit cur

1 Gal. 6, 2—5 15 I Cor. 4, 21 21 Matth. 10, 9 sq.

1 honera *P* 2 enim] *om. Gv* 3 seducet *V* 5 ipso] ipsum *A* 6 enim] autem *A* portauit *A* 7 honeris *P* acciperis *MV* 8 putabis] potabis (r *add. m. 2*) *A* contrium (ra *add. m. 2*) *P* et] ut P^1 9 sentia (ten *add. m. 2*) *P* uicinae *MV* qui] que G^1P^1 12 reddenda P^1 13 sustendanda (*corr. m. 1*) *V* 14 ab unoquoque] a bono quoque *A* 16 utemur G^1P^1 *equum (a *ras.*) *P* 17 aliquid] alia quid *A* opus] si opus G^2v alias] alia G^1v 18 figuratas] figuras *MV* 19 ergo] *om. Gv* 20 et ut non—ferrent] *om.* G^1v non] *om.* P^1 21 dicere *V* 23 tonicas *P* 25 enim] *om.* P^1

eos haec possidere ac ferre noluerit, non quo necessaria non sint sustentationi huius uitae, sed quia sic eos mittebat, ut eis haec deberi demonstraret ab illis ipsis quibus euangelium credentibus annuntiarent, tamquam stipendia militantibus, tamquam fructum uineae plantatoribus, tamquam lac gregis pastoribus. unde Paulus dicit: quis militat suis stipendiis umquam? quis plantat uineam et de fructu eius non edet? quis pascit gregem et de lacte gregis non percipit? hinc enim loquebatur de his quae necessaria sunt praedicatoribus euangelii. unde paulo post dicit: si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum, si uestra carnalia metamus? si alii potestatis uestrae participant, non magis nos? sed non sumus usi hac potestate. unde apparet non haec ita praecepisse dominum, tamquam euangelistae uiuere aliunde non debeant quam eis praebentibus quibus annuntiant euangelium — alioquin contra hoc praeceptum fecit idem apostolus, qui uictum de manuum suarum laboribus transigebat, ne cuiquam grauis esset — sed potestatem dedisse, in qua scirent sibi ista deberi. cum autem a domino aliquid imperatur, nisi fiat, inoboedientiae culpa est. cum autem potestas datur, licet cuique non uti et tamquam de suo iure cedere. haec ergo dominus loquens discipulis id agebat, quod ipse apostolus paulo post apertius ita explicat: nescitis, quia qui in templo operantur quae de templo sunt edunt? qui

6 I Cor. 9, 7 11 I Cor. 9, 11 sq. 17 cf. I Thess. 2, 9 24 I Cor. 9, 13—15

1 possedere*ac (h *ras.*) P^1 2 sustentationi] sustentatio in G^1v 3 euangelium credentibus] *om.* A^1 4 adnuntiarent $AGPv$ 5 greges A 7 fructibus Gv 8 edit AP^1 gregis] eius P 9 percepit P^1 11 magnum MV: magnum est $AGPv$ 12 alii] aliis A potestates P^1 13 *sumus (u *ras.*) A 14 haec non $AGPv$ dominum] deum Gv 17 uictum (u *altera ex* a *corr.*) G 18 transigebant M^1 ne] nec A 19 sciret A ista] ipsa Gv 20 debere G^1P^1 cum] tum V 21 inoboedientiae] inoboediae P 22 uti] utique G^1 24 paulo] paulus GP^1v post] *om.* Gv 25 operatur MV

altari deseruiunt altari compartiuntur? sic et dominus ordinauit his qui euangelium annuntiant de euangelio uiuere; ego autem nullius horum usus sum. cum itaque dicit ita dominum ordinasse, se autem usum non esse, utique ostendit utendi potestatem datam, non impositam seruiendi necessitatem.

Hoc ergo ordinans dominus, quod eum ordinasse dicit apostolus, qui euangelium annuntiant de euangelio uiuere, illa apostolis loquebatur, ut securi non possiderent neque portarent huic uitae necessaria nec magna nec minima. ideo posuit: nec uirgam, ostendens a fidelibus suis omnia deberi ministris suis nulla superflua requirentibus. ac per hoc addendo: dignus est enim operarius cibo suo, prorsus aperuit et inlustrauit unde et quare haec omnia loqueretur. hanc ergo potestatem uirgae nomine significauit, cum dixit, ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantum. potuit enim etiam sic breuiter dici: „nihil necessariorum uobiscum feratis, nec uirgam, nisi uirgam tantum“, ut illud quod dictum est: nec uirgam, intellegeretur „ne minimas quidem res“; quod uero adiunctum est: nisi uirgam tantum intellegatur, quia per potestatem a domino acceptam, quae uirgae nomine significata est, etiam quae non portantur non deerunt. utrumque ergo dominus dixit. sed quia non utrumque unus euangelista commemorauit, putatur ille qui uirgam sub alia significatione positam tollendam dixit ei qui uirgam rursus aliud significantem non tollendam dixit esse contrarius; sed iam ratione reddita non putetur.

1 altari] altario *M* altare P^1 ad altare *Gv* altari] altare G^1 de altari G^2v compartiuntur] comparticipantur G^2v 3 ego autem — 8 uiuere] *om.* v^1 nullius] nihil P^2 *in ras.* usus sum horum *A* 4 se autem—esse] *om.* A^1 5 utique] utque *A* 9 apostolis] $\widetilde{\text{apos}}$ P^1 possederent *P* 11 nec] *om.* G^1v debere G^1v 13 dicnus *A* 14 loquerentur G^1v 19 intellegatur *AGPv* ne minimas — intellegatur] *om.* *Gv* 20 nisi — tantum] *om.* P^1 quia] qui G^1P^1 21 per] *om.* *Gv* potestate G^2v accepta *v* 23 dominus] *om.* P^1 24 qui] que P^1 25 posita *V* aliud] alia G^2v significantem] significatione G^2v 26 rationi G^1P

Sic et calciamenta cum dicit Matthaeus in uia non esse portanda, curam prohibet, qua ideo portanda cogitantur, ne desint. hoc et de duabus tunicis intellegendum est, ne quisquam eorum praeter eam quam esset indutus aliam portandam putaret sollicitus, ne opus esset, cum ex illa potestate posset accipere. proinde Marcus dicendo calciari eos sandaliis uel soliis aliquid hoc calciamentum mysticae significationis habere admonet, ut pes neque tectus sit neque nudus ad terram, id est nec occultetur euangelium nec terrenis commodis innitatur. et quod non portari uel haberi duas tunicas, sed expressius prohibet indui dicens: et ne induerentur duabus tunicis, quid eos monet nisi non dupliciter, sed simpliciter ambulare?

Ita dominum omnia dixisse nullo modo dubitandum est partim proprie, partim figurate, sed euangelistas alia istum, alia illum inseruisse scriptis suis, quaedam uero eadem uel duos uel tres eorum quoslibet uel omnes quattuor posuisse; nec sic tamen omnia esse conscripta, quae ab illo seu dicta seu facta sunt. quisquis autem putat non potuisse dominum in uno sermone quaedam figurate, quaedam proprie ponere eloquia, cetera eius inspiciat: uidebit quam hoc temere atque inerudite arbitretur. potest enim iste, ut unum aliquid dicam, quod animo interim occurrit, quoniam monet, ut non sciat sinistra quid faciat dextra, et ipsas elemosynas et quidquid illic aliud praecipit figurate accipiendum putare.

11 Marc. 6, 9 24 cf. Matth. 6, 3

2 qua] quia *AG* 3 duobus *MV* tunicis] tonicis *P* tonicis hic *Gv* 4 eam] ea *A* quam] qua *Av* 5 potestatem M^1V 6 possit P^1 7 soleis GM^2P^1v 8 habire G^1 nec nudus *AGPv* ad] at G^1P^1 9 nec occultetur] ne o. *Gv* 10 portare *Gv* habere GP^1v tonicas *GPv* 11 expraessius *A* indui prohibet *AGPv* 12 sed simpliciter] *om. MV* ambulare sed simpliciter *Gv* 15 figuratae *MV* ficurate *A* 17 duo *GPv* quoslibet] quamlibet G^2v uel omnes] et o. G^1; *om. v* posuisse] potuisse G^1 18 nec] uel M^1 19 autem putat] hoc G^1v 20 in] *om.* P^1 figuratae A^1MV^1 21 eloquia, cetera] eloquacitatem G^2v 23 monet] ammonet *A* manet G^1 24 quid] quod *AG* facit *A* dextera *GPv* 25 praecepit GP^1 figuratae *MV* ficurate *A*

Sane rursus admoneo, quod oportet meminisse lectorem, ne tali admonitione saepissime indigeat, aliis atque aliis sermonum suorum locis dominum iam multa iterasse, quae alibi dixerat, ne forte ipsorum locorum ordo, cum ex alio euangelista non conuenit, alicui eorum hinc putet esse contrarium, cum intellegere debeat iterum alibi dici quod iam alibi dictum erat, nec tantum de dictis uerum etiam de factis obseruari debere. nihil enim prohibet hoc idem iterum factum credere. calumniari autem euangelio, dum non credit iterum factum quod iterum fieri non potuisse nemo conuincit, sacrilegae uanitatis est.

CLXI.

EX EODEM LIBRO DE CONSENSV EVANGELISTARVM II. QVOMODO QVOD MATTHAEVS ET MARCVS DICVNT POST SEX DIES FACTVM LVCAS DICIT POST OCTO.

Sequitur Matthaeus: amen dico uobis, sunt quidam 177
de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec uideant filium hominis uenientem in regno suo. et post dies sex assumsit Iesus Petrum et Iacobum et Iohannem fratrem eius et duxit illos in montem excelsum seorsum et cetera usque ad illud, ubi ait: nemini dixeritis uisionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. haec uisio domini in monte coram tribus discipulis, Petro, Iacobo et Iohanne, ubi etiam de caelo illi testimonium paternae uocis perhibitum est, a tribus

16 Matth. 16, 28 — 17, 9 Marc. 9, 1—9 Luc. 9, 27—36

2 sępissime (ę *a m. 2*) *V* 5 conuenerit *AGPv* *post* conuenit *spatium uacuum 3 litt. in V* putat G^1P 6 debeant *Gv* 7 obseruare *GMPVv* 9 calumniare G^1P^1v euangelioin *A* 11 est] *om. v* 12 *cap.* CLXII *A* CLXXVII *P* CLXXVIII *Gv* 14 quod] *eras. in P* 17 custabunt *A* mortem (em *a m. 2 in ras. 7 litt.*) *P* 19 sex dies *P* 21 muntem *A* ad] *om. GPv* 23 domini] *om. Gv* 24 coram *GPv*: eorum *AMV* iohanni *A*

euangelistis eodem ordine commemoratur et ad easdem omnino sententias; sed cetera secundum ea genera locutionum diuersa sine ulla sententiarum diuersitate, quae multis locis superius demonstrauimus, uideri a legentibus possunt.

Quod autem Marcus post sex dies factum dicit sicut Matthaeus, Lucas autem post octo, non contemnendi sunt quos mouet, sed ratione reddita instruendi. dies enim quando enuntiamus dicentes: „post tot dies", aliquando non annumeramus eum in quo loquimur et eum quo res ipsa futura est, quam praenuntiamus uel pollicemur, sed medios, post quos re uera plenos atque integros illud futurum est. hoc fecit Matthaeus et Marcus; excepto eo die, quo haec loquebatur Iesus, et illo, quo exhibuit memoratam in monte uisionem, medios dies intuentes dixerunt: post sex dies; quod ille annumeratis finalibus, id est primo atque ultimo, dixit: post octo dies, eo loquendi modo, quo pars pro toto commemoratur.

Item quod Lucas ait de Mose et Helia: et factum est, cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: praeceptor, bonum est nobis hic esse et cetera, non debet putari contrarium ei quod Matthaeus Marcusque ita coniunxerunt Petrum hoc suggessisse, quasi adhuc Moses et Helias cum domino loquerentur. non enim expresserunt, quod tunc, sed tacuerunt potius, quod iste addidit, illis discedentibus hoc Petrum de tribus tabernaculis faciendis domino suggessisse. addidit etiam Lucas intrantibus illis in nubem factam

17 Luc. 9, 33

2 locutione *P pr.* diuersa] diuersū P^1 uersa *MV* 3 sine ulla] sincula *A* 4 uidere P^1 5 dit^{ci} *A* 6 quos *V*: si quos *APv* 7 enuntiauimus *A* 8 tot dies] dies^{octo} (octo *a m. 2*) *P* adnumeramus *A* enumeramus *v* 10 praenuntiauimus *A* 11 plenos (o *ex* u *corr.*) *A* 12 marchus *P* 13 exibuit *P* montem *A* 14 adnumeratis *A* numeratis *v* 15 finialibus *v* ultimo] *om. v* 16 eo loquendi—factum est] *om.* P^1 17 moyse P^2 moysi *v* elia *P* 18 discenderent *A* 19 nobis] nos *v* 21 coniuncxerunt *P* moyses *Pv* 22 enim] *om. Pv* 23 tunc] dictum est *v* iste (e *ex* i *corr.*) *P* addit *v* descedentibus *A* 24 petrus (s *a m. 2 in ras.*) *P*

esse uocem de nube; quod illi non dixerunt, sed nec contradixerunt.

CLXII.

EX EODEM LIBRO. DE ALABASTRO VNGENTI QVOMODO NON REPVGNET MATTHAEO ET MARCO DICENTIBVS: ANTE BIDVVM PASCHAE IOHANNES, QVI DICIT: ANTE SEX DIES.

Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Si- 178
monis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum ungenti pretiosi et fudit super caput ipsius recumbentis et cetera usque ad illud, ubi ait: dicetur et quod haec fecit in memoriam eius. nunc iam de muliere atque ungento pretioso quod in Bethania gestum est consideremus. Lucas enim, quamuis simile factum commemoret nomenque conueniat eius apud quem conuiuatur dominus — nam et ipsum Simonem dicit — tamen, quia non est contra naturam uel contra morem hominum, ut, si potest unus homo habere nomina duo, multo magis possint et unum nomen habere homines duo, potius credibile est alium fuisse illum Simonem, non leprosum, in cuius domo hoc in Bethania gerebatur. nam nec Lucas in Bethania rem gestam dicit, quam narrat; et quamuis non commemoret ciuitatem aut castellum, ubi factum sit, tamen non uidetur in eodem loco

5 Matth. 26, 2 Marc. 14, 1 6 Io. 12, 1 7 Matth. 26, 6—13 13 cf. Luc. 7, 36—50

1 sed nec contradixerunt *AGPv*: *om. MV* 3 *cap.* CLXIII *A* CLXXVIII *P*; *om. v* 4 libro] l. de consensu euangelistarum secundo (secundum *A*) *APv* alapastro *A* unguenti AP^2; *om.* P^1 5 marcḷo *v* biduum] uiduum *V* 6 iohannis AP^1 7 bethanea *A* symonis *Pv* 8 lebrosi *A* 9 unguenti *v* ^{ef}fudit (ef *add. m. 2*) *P* caput] P^2 *supr. uers.* 11 dicetur] *om.* P^1v 12 atque] utique *v* ungento (u *add. m. 2*) *V* 13 similem *MV* 14 commemor*et (a *ras.*) *P* conuiuatus *A* 15 symonem *Pv* 16 *morem (a *ras.*) *P* si] se P^1 sepe *v* 17 multo—homines duo] *om. AMV* 19 symonem *v* non] uel *v* lebrosus *A* domo (o *altera ex* u *corr.*) *P* 22 castellā *P*

uersari eius narratio. nihil itaque aliud intellegendum arbitror nisi non quidem aliam fuisse mulierem, quae peccatrix tunc accessit ad pedes Iesu et osculata est et lauit lacrimis et tersit capillis et unxit ungento — cuius dominus adhibita similitudine de duobus debitoribus ait dimissa esse peccata multa, quoniam dilexit multum — sed eandem Mariam bis hoc fecisse, semel scilicet, quod Lucas narrauit, cum primo accedens cum illa humilitate et lacrimis meruit peccatorum remissionem. nam hoc et Iohannes, quamuis non sicut Lucas quemadmodum factum esset narrauerit, tamen ipsam Mariam commendans commemorauit, cum iam de Lazaro resuscitando coepisset loqui, antequam ueniret in Bethaniam. quod ita ibi narrat: erat autem quidam, inquit, languens Lazarus a Bethania de castello Mariae et Marthae, sororis eius; Maria autem erat, quae unxit dominum ungento et extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. hoc dicens Iohannes attestatur Lucae, qui hoc in domo Pharisaei cuiusdam Simonis factum esse narrauit. iam itaque hoc Maria fecerat. quod autem in Bethania rursus fecit aliud est, quod ad Lucae narrationem non pertinet, sed pariter narratur a tribus, Iohanne scilicet, Matthaeo et Marco.

Inter istos igitur tres, Matthaeum, Marcum et Iohannem, quemadmodum hoc conueniat attendamus; de quibus non

5 Luc. 7, 47 13 Io. 11, 1 sq. 22 cf. Io. 12, 1—8 Marc. 14, 3—9

2 quidem] quidam *v* alia *V* muliere *A* quae] quam P^1 peccatrisx *V* 3 a^{cces}sit (cces *add. m. 2*) *A* osculatus *MV* 4 ung^{v}ento (v *add. m. 2*) *V* adhibita (ta *add. m. 2 in ras.*) *P* adhibens *v* 5 similitudinem *v* demissa *P* 6 multa] *om.* P^1 8 illa] illa muliere A^1 10 esset] esse *Pv* narrauit P^1 12 bethania *V* 13 inquit] *om.* v^1 langu^{e}ns *A* langues *P* 15 martae *V* sorores *A* maria utem *V* 16 dominum] pedes *v* ung^{u}ento (u *add. m. 2*) *V* ungentom A^1 18 atestatur P^2 *in ras.* 19 symonis *v* 20 fe^{ce}rat (ce *add. m. 2*) *P* 22 mattheum *A* marcum *A* 23 inter istos—Marcum] *om.* A^1v

est dubium, quod eandem rem narrant gestam in Bethania, ubi etiam discipuli, quod omnes tres commemorant, murmurauerunt aduersus mulierem tamquam de perditione pretiosissimi ungenti. quod ergo Matthaeus et Marcus caput domini ungento perfusum dicunt, Iohannes autem pedes, regula illa ostenditur non esse contrarium, quam demonstrauimus, cum de quinque panibus pasceret turbas. ibi enim, quia non defuit qui et quinquagenos et centenos discubuisse commemoraret, cum alius quinquagenos dixerit, non potuit uideri contrarium; potuisset autem, si alius centenos tantum posuisset, sicut alius quinquagenos. et tamen debuit inueniri utrumque factum esse. quo exemplo informari nos oportuit, sicut illic admonui, etiam ubi singuli euangelistae commemorant, utrumque factum intellegere. proinde et hic non solum caput sed et pedes domini accipiamus perfudisse mulierem. nisi forte, quoniam Marcus fracto alabastro perfusum caput commemorat, tam quisque absurdus et calumniosus est, ut aliquid in uase fracto neget remanere potuisse, unde etiam pedes perfunderet. sed cum iste contenderit sic fuisse fractum, ut nihil ibi residui fieret, nitens aduersus ueritatem euangelii, quanto melius et religiosius contendet alius non esse ita fractum, ut totum effunderet, nitens pro ueritate euangelii? ille autem calum-

6 cf. de cons. euang. II, 46

1 eandem rem] de eadem re *v* narrent *P* gestum *Pv* bethania (t *ex* o *corr. m. 2*) *V* 4 unguenti P^2V^2v dominum *P* ungento] ungento illo AP^2v ungento illum P^1 5 regulae illi *v* 7 non] *om. v* 8 quinquagenos (o *ex* u *corr.*) *AP* 9 alius (u *ex* o *corr.*) *P* qunquagenos *A* uidere P^1 10 potuisset] posuisse *v* autem — posuisset] *om. v* (si) alios *A* (sicut) alius (u *ex* o *corr.*) *P* 11 quinquagenus P^1 inuenire P^1v utrumque] ut utrumque *v* utrum P^1 12 esse] esset *v* admonui] ammoni *A* 14 hic] hinc *MV* 16 fracto (o *ex* u *corr.*) *A* cummemorat *A* 17 uase *v*: uasi (?) *A* uas *PV* 18 etiam] iam *v* perfuderet *P* 19 contenderet P^1 diceret *v* fuisse *MV*: esse *APv* fractum] factum *MV* 21 religiosius (u *ex* o *corr.*) *A* contendit P^1v contenderet P^2 fractum] factum *M* P^1V 22 effuderet *P* effundens *v* ille (e *ex* i *corr.*) *P*

niator si tam pertinaciter caecus est, ut euangelistarum concordiam de alabastro fracto frangere conetur, prius accipiat perfusos pedes, antequam illud fractum esset, ut in integro remaneret, unde etiam caput perfunderetur, ubi fractura illa totum effunderet. a capite quippe nobis ordinate consuli agnoscimus, sed ordinate etiam nos a pedibus ad caput ascendimus.

Cetera facti huius nullam mihi uidentur habere quaestionem. quod enim alii dicunt discipulos murmurasse de ungenti effusione pretiosi, Iohannes autem Iudam commemorat, et ideo quia fur erat, manifestum puto esse discipulorum nomine eundem Iudam significatum locutione illa, quam de Philippo in quinque panibus insinuauimus, plurali numero pro singulari usurpato. potest etiam intellegi, quod et alii discipuli aut senserint hoc aut dixerint aut eis Iuda dicente persuasum sit, atque omnium uoluntatem Matthaeus et Marcus etiam uerbis expresserint, sed Iudas propterea dixerit, quia fur erat, ceteri uero propter pauperum curam; Iohannem uero de solo illo id commemorasse uoluisse, cuius ex hac occasione furandi consuetudinem credidit intimandam.

1 si tam] sic tam A^1 sit an *v* caecus] caesus *A* est] esset *A* 2 fracto (o *ex* u *corr.*) *P* 3 perfusus AP^1 4 perfuderetur *P* ubi] ibi *P* 6 ad caput] *om. P* 8 nulla *P* uidetur P^1v 9 murmurasse discipulos (discipulis *P*) *Pv* unguenti P^2V^2v ungento P^1 10 iuda *V* 11 quia] qui *V* puto esse] potuisse *Pv* 12 loquutione *V* locutionem *Pv* illam *v* 13 insinuamus *v* plorali (v *add. m. 2*) *V* 16 et] *om. A* 17 fur erat (r erat *a m. 2 in ras.*) *V* 18 iohannem uero] *scripsit* V^1 *in spatio uacuo relicto* uero *MV*: autem *APv* 19 id] id eum *v* commemorasse *MV*: commemorare *AP* commemorari *v*

CLXIII.

ITEM EX EODEM LIBRO DE CONSENSV EVANGELISTARVM III. DE HORA DOMINICAE PASSIONIS, QVEMADMODVM NON INTER SE DISSENTIANT MARCVS, QVI DICIT HORA TERTIA, ET IOHANNES, QVI DICIT HORA QVASI SEXTA.

Si igitur hora quasi sexta Pilato sedente pro tribunali tra- 179
ditus est crucifigendus Iudaeis, quomodo hora tertia crucifixus est, sicut uerba Marci non intellegentes quidam putauerunt? prius enim, qua hora crucifigi potuerit; deinde uidebimus, cur hora, tertia crucifixum dixerit Marcus. hora erat quasi sexta, cum traditus est crucifigendus Pilato sedente, ut dictum est, pro tribunali. non enim iam plena sexta erat, sed quasi sexta, id est peracta quinta et aliquid etiam de sexta esse coeperat. numquam autem isti dicerent „quinta et quadrans“ aut „quinta triena“ aut „quinta semis“ aut aliquid huius modi. habent enim istum morem scripturae, ut a parte totum ponant, maxime in temporibus; sicut de octo illis diebus, post quos eum dicunt ascendisse in montem; quorum medios intuens Matthaeus et Marcus dixerunt: post sex dies. praesertim quia tam moderate idem Iohannes locutus est, ut non diceret: „sexta“ sed: quasi sexta. quod si ita non diceret, sed tantummodo sextam diceret, possemus nos ita intellegere, quemadmodum loqui scripturae solent, sicut dixi, a parte totum, ut peracta quinta et inchoata sexta gererentur haec quae narrata sunt in crucifixione do-

4 Marc. 15, 25 5 (et 10) Io. 19, 13 sqq. 18 cf. Luc. 9, 28 20 Matth. 17, 1 Marc. 9, 2

1 *cap.* CLXIIII *A* CLXXVIIII *P* CLXXX *Gv* 2 item *MV*: *om. APv* 3 hora] ora *A* 4 marcius *v* 5 iohannis AP^1 8 potauerunt *A* 9 potuerit AM^1 potuierit *V*: potuerit uideamus GM^2Pv 11 est] esset *A* 15 et] *eras. in P* triena *AV*: triem *Pv* triens *a* ^a^ut (a *add. m. 2*) *V* 16 aliquit *A* 17 a parte] aperte *A* 19 muntem *A* medios] medius *AP* medium *v* 20 dies sex *APv* quia] qui M^1V 21 loquutus *V* 23 possumus *A* ita] *delituit in A* 24 dixi—gererentur] *om.* M^1 incoata *A* 25 ^re^gerentur (re *add. m. 2*) *P* narrata sunt] narrantur *Pv*

mini nostri, donec completa sexta illo pendente fierent tenebrae, quibus tres euangelistae attestantur, Matthaeus, Marcus et Lucas.

Quaeramus iam consequenter, cur dixerit Marcus, cum commemorasset quod crucifigentes eum diuiserunt uestimenta eius, mittentes sortes super eis, quis quid tolleret, et secutus adiunxerit: erat autem hora tertia, et crucifixerunt eum. iam certe dixerat: et crucifigentes eum diuiserunt uestimenta eius. sic etiam ceteri attestantur, quod eo crucifixo uestimenta diuisa sunt. si eius rei gestae tempus uoluit commemorare Marcus, sufficeret dicere: erat autem hora tertia; ut quid adiunxit: et crucifixerunt eum, nisi quia uoluit aliquid recapitulando significare, quod quaesitum inueniretur, cum scriptura ipsa illis temporibus legeretur, quibus uniuersae ecclesiae notum erat, qua hora dominus ligno suspensus est, unde posset huius uel error corrigi uel mendacium refutari? sed quia sciebat a militibus suspensum dominum, non a Iudaeis, sicut Iohannes apertissime dicit, occulte uoluit ostendere eos magis crucifixisse qui clamauerunt, ut crucifigeretur, quam illos qui ministerium principi suo secundum suum officium praebuerunt. intellegitur ergo fuisse hora tertia, cum clamauerunt Iudaei, ut dominus crucifigeretur; et ueracissime demonstratur tunc eos crucifixisse, quando clamauerunt, maxime quia nolebant uideri se hoc fecisse; et propterea eum Pilato tradiderant, quod eorum uerba satis

2 cf. Matth. 27, 45 Marc. 15, 33 Luc. 23, 44 7 Marc. 15, 25 8 Marc. 15, 24 18 cf. Io. 19, 23

2 euangestae *P* 5 commemorasset (com *add. m. 2*) *P* 6 sortes *A*: sorte *V* sortem *Pv* 7 autem *APv*: enim *V* (*cf. p. 573, 21*) 10 gestae] gesta P^1 gesta et *v* tempos *A* 11 commemorari *v* erat — adiunxit] *om.* P^1 15 uniuersa° (e *add. m. 2*) *V* notum (o *ex* a *corr. m. 2*) *V* dominus (us *ex* o *corr. m. 2*) *V* 16 possit *v* error» *P* errorem *v* 18 iudaeis (*om.* a) *A* iohannis *A* 19 ostendere uoluit *APv* 21 intellegetur P^1 ergo] *om. v* 22 clamauerint P^1 23 ueracissimi P^1 demonstraretur *v* 24 uidere AP^1 se] si *A* 25 eum] cum *v* tradiderunt *v* quod *APv*: quando *V*

indicant secundum Iohannem. cum enim dixisset eis Pilatus: quam accusationem affertis aduersum hominem hunc? responderunt et dixerunt ei: si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. dixit ergo eis Pilatus: accipite eum uos et secundum legem uestram iudicate eum. dixerunt ergo Iudaei: nobis non licet interficere quemquam. quod ergo maxime uideri fecisse nolebant, hoc eos hora tertia fecisse Marcus ostendit, uerissime iudicans magis fuisse domini necatricem linguam Iudaeorum quam militum manus.

Facile autem uidebit qui sine impietatis duritia uoluerit attendere, quam opportuno loco Marcus hoc de tertia hora posuerit, ut quisque ibi recordetur, qua hora Iudaei crucifixerint dominum, qui uolebant in Romanos uel principes uel milites transferre ipsum facinus, ubi factum ministrorum militum commemoratum est. ait enim: et crucifigentes eum diuiserunt uestimenta eius, mittentes sortes super eis, quis quid tolleret. qui hoc, nisi milites, sicut Iohannes manifestat? ergo, ne quisquam cogitationem tanti criminis auersus a Iudaeis in milites illos conuerteret: erat autem, inquit, hora tertia, et crucifixerunt eum; ut illi potius crucifixisse inueniantur, quos hora tertia ut crucifigeretur clamare potuisse diligens inquisitor inueniet, cum aduerterit hoc quod a militibus factum est hora sexta factum esse.

Quamquam non desint qui parasceue, quam Iohannes commemorauit dicens: erat autem parasceue, hora quasi

2 Io. 18, 29—31 16 Marc. 15, 24 sq. 27 Io. 19, 14

2 aduersus *APv* 3 et dixerunt] *om. A* 4 hic] *om. v* malifactor *v* 6 ergo *AV*: ergo ei *Pv* 8 uideri] uidere P^1 uideri se *v* 9 uirissime *A* 12 oportuno *libri* 13 crucifixerunt *Pv* 14 uolebant (b *ex* u *corr. m. 2*) *V* in] ad *v* 17 sortem *Pv* 18 quid (d *ex* s *corr. m. 2*) *P* 20 auersus (d *ras.*) *P* 22 illi *V*: illi eum *APv* 24 hora—factum esse] *om. v* 26 desunt P^1 (*et* 27) parascheue *P*; *sic ubique* 27 parasceuen *v*

sexta, hora diei tertia uelint intellegi, qua sedit Pilatus pro tribunali, ut eadem tertia completa uideatur, quando crucifixus est, atque illo iam pendente in ligno aliae tres horae peractae sint, et reddiderit spiritum; ut ab ea hora, qua defunctus est, id est diei sexta, tenebrae fierent usque ad nonam. dicunt enim die quidem illo, quem dies sabbati sequebatur, parasceuen fuisse paschae Iudaeorum, quod ab eodem sabbato inciperent azyma, sed tamen uerum pascha, quod iam in passione domini gerebatur, non Iudaeorum, sed christianorum coepisse praeparari, id est parasceuen habere ab hora noctis nona, ideo quod dominus a Iudaeis occidendus praeparabatur. parasceue quippe interpretatur praeparatio. ab illa ergo nona hora noctis usque ad eius crucifixionem occurrit hora parasceue sexta secundum Iohannem et hora diei tertia secundum Marcum, ut non Marcus horam illam recordatam recapitulando commemorauerit, qua clamauerunt Iudaei: crucifige, crucifige, sed eam potius horam tertiam dixerit, qua dominus est crucifixus in ligno. quis fidelis non faueat huic solutioni quaestionis, si modo possit aliquis articulus conici ab hora nona noctis, unde coepisse parasceuen paschae nostrae, id est praeparationem mortis Christi, congruenter intellegamus? si enim dicamus eam coepisse, quando a Iudaeis apprehensus est dominus, adhuc noctis primae partes erant; si, quando ad domum perductus est soceri Caiphae, ubi et auditus est a principibus sacerdotum, adhuc gallus non cantauerat, quod ex

16 Io. 19, 6 cf. Marc. 15, 14

1 horam d. tertiam *v* diei] die *V* (*cf. p. 150, 25*) uellent P^1 2 eadem] eam diem *A* uedeatur *A* 3 illo] illi *P* pendentem *A* pendenti P^1v 4 rediderit *AV* 7 parassceuen *A* pascha (a *altera ex* e *corr.*) *P* 8 azima *libri* p*ascha (h *ras.*) *P* 11 ideo *V*: in eo *APv* 12 interpraetatur *A* illa] illo *A* 15 recordata *A* recapitulando] recapitulandam P^1 recapitularet tamen recapitulando *v* 16 qua (a *ex* e *corr.*) *P* *alterum* crucifige *om. Pv* 17 potius *V*: prorsus *APv* crucifixus est *v* 18 huic faueat *APv* 19 si modo] immo *v* posit *V* 20 pascae *A* 21 si] sic *v* 22 adpraehensus *A* 23 partis P^1 24 socer^{i} (i *add. m. 2*) *P* 25 principibos *A*

Petri negatione colligimus, quae cum iam audiretur facta est; si autem, quando Pilato traditus est, iam mane fuisse apertissime scriptum est. restat ergo, ut intellegamus tunc coepisse istam parasceuen paschae, id est praeparationem mortis domini, quando responderunt omnes principes sacerdotum, apud quos primo audiebatur, et dixerunt: reus est mortis, quod apud Matthaeum et Marcum inuenitur, ut recapitulando intellegantur de Petri negatione postea dixisse quod antea factum erat. non enim absurde conicitur eo tempore, quando, ut dixi, reum mortis pronuntiauerunt, nonam horam noctis potuisse esse. ex qua hora usque ad horam, qua sedit Pilatus pro tribunali, quasi sexta hora fuit, non diei, sed parasceues, id est immolationis domini, quod uerum pascha est, ut plena sexta eiusdem parasceues, quae plena diei tertia occurrebat, dominus suspenderetur in ligno. siue ergo hoc potius intellegendum eligatur siue Marcus tertiam horam recoluerit eamque maxime ad condemnationem Iudaeorum in domini crucifixione commemorare uoluerit, qua intelleguntur clamare potuisse, ut crucifigeretur, ut ipsos potius crucifixisse acciperemus quam eos quorum manibus suspensus in ligno est; sicut ille centurio magis accessit ad dominum quam illi amici, quos misit: procul dubio quaestio soluta est de hora dominicae passionis, quae maxime solet contentiosorum concitare impudentiam et infirmorum imperitiam perturbare.

6 Matth. 26, 66 cf. Marc. 14, 64 22 cf. de cons. euang. II, 20

1 collegimus *P* 6 est] *add. P*^{2} *supr. uers.* 7 ut] et *A* 10 dixi (i *altera ex* e *corr.*) *A* 11 esse potuisse *APv* 13 parasceues] parasceuen *v* parascheue *P* id est] sed *v* immolationis] stimulationis *v* 14 uerum] uero *A* parasceue *v* 17 horam tertiam *v*^{1} recoluerit] dicere uoluerit *v* eamque] ea quę *P*^{1} 18 crucifixionē (ē *a m. 2*) *P* 20 acceperimus *P*^{1}*v* 21 ille centurio — quam] *om. v* 24 maximae *A* 25 perturuare (b *add. m. 2*) *V*

CLXIIII.

EX EODEM LIBRO DE CONSENSV EVANGELISTARVM III. DE DVOBVS LATRONIBVS, QVOMODO NON REPVGNENT MATTHAEVS ET MARCVS LVCAE, QVI DIXIT VNVM EORVM INSVLTASSE, ALTERVM CREDIDISSE.

180 Sequitur Matthaeus et dicit: id ipsum autem et latrones, qui fixi erant cum eo, improperabant ei. nec Marcus discrepat, hoc idem dicens aliis uerbis. Lucas autem potest putari repugnare, nisi genus locutionis satis usitatum non obliuiscamur. ait enim Lucas: unus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens: si tu es Christus, saluum fac temet ipsum et nos. et sequitur idem ipse atque ita contexit: respondens autem alter increpabat illum dicens: neque tu times deum, quod in eadem damnatione es? et nos quidem iuste; nam digna factis recipimus; hic uero nihil mali gessit. et dicebat ad Iesum: domine, memento mei, cum ueneris in regnum tuum. et dixit illi Iesus: amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. quomodo ergo, sicut Matthaeus dicit, latrones, qui fixi erant cum eo, improperabant ei; uel, sicut Marcus dicit, et qui cum eo crucifixi erant conuiciabantur ei, quando quidem unus eorum conuiciatus est secundum Lucae testimonium, alter et compescuit eum et in deum credidit, nisi intellegamus Matthaeum et Marcum breuiter perstringentes hunc locum pluralem numerum pro singulari posuisse? sicut in epistula

6 (et 21) Matth. 27, 44 8 (et 22) Marc. 15, 32 10 Luc. 23, 39—43

1 *cap.* CLXV *A* CLXXX *P* CLXXXI *Gv* 2 eodem] *om. Pv* 3 repugnet *AP*^{2} 4 insultasse] exultasset (?) *A* 8 discrebat *A* 9 repugnari *P*^{1} 10 obliuiscamus *MV* 13 ita] *P*^{2} *in ras.* 14 increbabat *A* 19 illi] illis *V* 20 odie *P* 22 ei] eii *V*^{1} eis *V*^{2} 23 conuiciebantur *PV* 24 Lucae] luce *V* 25 compescuit] c̄cupescuit *P* 26 prestringentes *A* perstringentem *v* 27 singulare *P* epistola *Av*

ad Hebraeos legimus pluraliter dictum: clauserunt ora leonum, cum solus Danihel intellegatur, et pluraliter dictum: secti sunt, cum de solo Isaia tradatur. in psalmo etiam quod dictum est: adstiterunt reges terrae, et principes conuenerunt in unum, pluralem numerum pro singulari positum in Actibus apostolorum exponitur. nam reges propter Herodem, principes propter Pilatum intellexerunt qui testimonium eiusdem psalmi adhibuerunt. sed quia et pagani solent calumniari euangelio, uideant quemadmodum locuti sunt auctores eorum Phaedras, Medeas et Clytemestras, cum singulae fuerint. quid autem usitatius uerbi gratia, quam ut dicat aliquis: „et rustici mihi insultant", etiam si unus insultet? tunc enim esset contrarium quod Lucas de uno manifestauit, si illi dixissent ambo latrones conuiciatos domino; ita enim non posset sub numero plurali unus intellegi. cum uero dictum est: latrones, uel: qui cum eo crucifixi erant, nec additum est „ambo", non solum, si ambo fecissent, posset hoc dici, sed etiam, quia unus hoc fecit, potuit usitato locutionis modo per pluralem numerum significari.

1 Hebr. 11, 33 3 Hebr. 11, 37 4 Ps. 2, 2 6 cf. Act. 4, 26 sq.

1 ebreos *P* cluserunt *APv* 2 intellegatur *V*: significari intellegatur *APv* 3 isaia *AV*: esaia *Pv* traditur P^1 tradetur *v* 4 adsteterunt *P* adsteterun *A* 5 conuenierunt *A* plurale *A* 6 singulare P^1 8 pacani *A* 10 auctoris P^1 faedras *libri* Medeas] medias *Pv* clytemestras *APV*: clitemestras *v* 11 gratiam *A* quam] *om.* P^1 12 maliquis *A* si] se P^1 14 ambos *APv* ita enim non *a*: tamen *libri*; tam non *fort.* 15 unumero *A* cum] com *A* 17 posset (n *add. m. 2*) *P* 18 potuit] posuit *P* 19 lucutionis P^1 modo (o *altera ex* ū *corr.*) *P* per] *per* *P* propter *v*

CLXV.

ITEM EX EODEM LIBRO III. QVOD APVD IIII EVANGELISTAS INVENIATVR DECIES COMMEMORATVM DOMINVM VISVM ESSE AB HOMINIBVS POST RESVRRECTIONEM.

181 Inuenimus itaque apud quattuor euangelistas decies commemoratum dominum uisum esse ab hominibus post resurrectionem: semel ad monumentum mulieribus; iterum eisdem egredientibus a monumento in itinere; tertio Petro; quarto duobus euntibus in castellum; quinto pluribus in Hierusalem, ubi non erat Thomas; sexto, ubi eum uidit Thomas; septimo ad mare Tiberiadis; octauo in monte Galilaeae secundum Matthaeum; nono, quod dicit Marcus, nouissime recumbentibus, quia iam non erant in terra cum illo conuiuaturi; decimo in ipso die, non iam in terra, sed eleuatum in nubem, cum in caelum ascenderet, quod Marcus et Lucas commemorant. Marcus quidem post illud, quod eis discumbentibus apparuit, ita continuans, ut diceret: et dominus quidem, postquam locutus est eis, assumtus est in caelum; Lucas autem praetermissis omnibus, quae per XL dies agi ab illo cum discipulis potuerunt, illi primo die resurrectionis eius, quando in Hierusalem pluribus apparuit, coniungit tacite nouissimum diem, quo ascendit in caelum, ita narrans: eduxit autem illos foris in Bethaniam et eleuatis manibus suis benedixit eos. et factum est, cum

7 cf. Io. 20, 14 8 cf. Matth. 28, 9 cf. Luc. 24, 34 9 Luc. 24, 15 cf. Io. 20, 19–23 10 cf. Io. 20, 26 11 cf. Io. 21, 1 cf. Matth. 28, 16 sq. 12 Marc. 16, 14 17 Marc. 16, 19 22 Luc. 24, 50 sq.

1 *cap.* CLXVI *A* CLXXXI *P* CLXXXII *Gv* 2 item] *om. AGPv* libro] l. de consensu euangelistarum *AGPv* 3 cummemoratum *A* 6 resurrectione *A* 8 egredientibus *MV* (*cf. graec.* ἐξελθοῦσαι): regredientibus *AGPv* 11 thiberiadis *v* galileae *libri* 12 dicit] *om. P*¹ 13 quia] qui *v* erat *A* 14 nube* *P* nube *v* 15 caelo *AP*¹ 17 ita] *om. v* et] *om. Av* dominus quidem] *om. v* 19 Lucas] *om. v* omnibus aut. praetermissis *v* 20 die *APVv*: diei *a* 23 foris *V*: foras *APv* 24 suis] *om. v* eos *Vv*¹: eis *APv*²

benediceret eis, recessit ab eis et ferebatur in caelum. uiderunt ergo eum, praeter quod in terra uiderant, etiam dum ferretur in caelum. totiens ergo in euangelicis libris commemoratus ab hominibus uisus, antequam ascendisset in caelum: in terra scilicet nouies et in aere semel ascendens.

Sed non omnia scripta sunt, sicut Iohannes fatetur. crebra enim erat eius cum illis conuersatio per dies XL, priusquam ascendisset in caelum. non tamen eis per omnes XL continuos apparuerat. nam post diem primum resurrectionis eius alios VIII dies interuenisse dicit Iohannes, post quos eis rursus apparuit, tertio autem ad mare Tiberiadis, fortassis continuo consequenti die; nihil enim repugnat. et deinde quando uoluit, constituens eis, quod et ante praedixerat, eos in Galilaeae montem praecedere; atque omnino per illos XL dies quotiens uoluit, quibus uoluit, quemadmodum uoluit, sicut Petrus dicit, quando eum Cornelio et his qui cum illo fuerant praedicabat: qui simul, inquit, manducauimus et bibimus cum illo, posteaquam resurrexit a mortuis, per dies XL; non quod cotidie per dies XL cum illo manducassent et bibissent; nam erit contrarium Iohanni, qui octo illos dies interposuit, quibus eis uisus non est, ut tertio manifestaretur ad mare Tiberiadis. inde iam etiam si cotidie illis uisus et cum illis conuiuatus est, nihil repugnat. et fortasse ideo dictum est: per XL dies, qui quater deni sunt in mysterio uel totius mundi uel totius temporalis saeculi, quia et illi

7 cf. Io. 20, 30 8 cf. Act. 1, 3 18 Act. 10, 41

2 praeter] peter *P* 3 feretur *A* toties *v* 4 commemoratur *v* ab] *om. v* 5 aere] aera (ae *a m. 2 in ras.*) *P* 9 omne* (s *ras.*) *A* continuus *P* continuo *v* 10 alios] alinus (?) *A* 12 tyberiadis *Pv* fortasses P^1 14 ante (*om.* et) *v* eos] eis *v* galileae *libri* 15 quoties *v* 17 cornilio *A* fuerat *P* 20 per] *om. A* 21 dies illos *Pv* 23 tyberiadis *Pv* illis] *om.* P^1 uisus et cum illis] *om. v* 24 fortasse (*om.* et) A^1 25 dies XL *Pv* qui] qui* *P* quia *v* quater deni] quaterni illi dies *v* deni] *in ras. 6 litt.* P^2 mysterio] ministerio *P*

primi decem dies, in quibus erant illi octo dies, a parte totum possunt more scripturarum non dissone computari.

Conferatur ergo et quod ait apostolus Paulus utrum nihil afferat quaestionis: resurrexit, inquit, tertio die secundum scripturas et apparuit Cephae. non dixit: „primo apparuit Cephae"; nam esset contrarium quod primo mulieribus apparuisse in euangelio legitur. postea, inquit, duodecim; quibuslibet, qua hora libet, ipso tamen resurrectionis die. deinde apparuit plus quam quingentis fratribus simul, siue isti cum illis XI erant congregati, clausis ostiis propter metum Iudaeorum, unde cum exisset Thomas, uenit ad eos Iesus; siue post octo illos dies quandolibet, nihil habet aduersi. postea, inquit, apparuit Iacobo; non tunc autem primum accipere debemus uisum esse Iacobo, sed aliqua propria manifestatione singulariter. deinde apostolis omnibus; nec illis tunc primum, sed iam ut familiarius conuersaretur cum eis usque ad diem ascensionis suae. nouissime autem omnium, inquit, quasi abortiuo apparuit et mihi, sed hoc iam de caelo post non paruum tempus ascensionis suae.

Nunc iam uideamus, quod distuleramus, cuius mysterii gratia secundum Matthaeum et Marcum resurgens ita mandauerit: praecedam uos in Galilaeam, ibi me uidebitis. quod etsi completum est, tamen post multa completum est, cum sic mandatum sit, quamquam sine praeiudicio necessitatis, ut aut hoc solum aut hoc proximum exspectaretur

4 I Cor. 15, 4—8 23 Matth. 26, 32 et 28, 7 Marc. 14, 28 et 16, 7

1 decem] decī P^1 decies *v* a parte] apte P^1 2 dęssone *A* desone *P* computare P^1 3 Paulus] *om. v* 4 tertia *v* 5 non dixit—Cephae] *om. v* 6 molieribus *A* 7 duodecim] XI *A* 8 qua hora libet] *om. v* die** *P* 11 metu *V* 13 non] nunc *A* 14 autem] *om.* P^1v 18 nouissimae *A* auortiuo *V* 20 tempos *A* 23 gallilaeam *A* galileam *Pv* 24 completum est] *om.* P^1 25 quamquam] tamquam *v* praeiudicium *A* 26 proximum *MV*: primum *APv*

fieri debuisse. procul dubio ergo, quoniam uox est ista non euangelistae narrantis, quod ita factum, sed angeli ex mandato domini et ipsius postea domini, euangelistae autem narrantis, quod ita, sed ab angelo et a domino dictum sit, prophetice dictum accipiendum est. Galilaea namque interpretatur uel transmigratio uel reuelatio. prius itaque secundum transmigrationis significationem quid aliud occurrit intellegendum: praecedit uos in Galilaeam, ibi eum uidebitis, nisi quia Christi gratia de populo Israhel transmigratura erat ad gentes? quibus apostoli praedicantes euangelium nullo modo crederentur, nisi eis ipse dominus uiam in cordibus hominum praepararet; et hoc intellegitur: praecedit uos in Galilaeam. quod autem gaudentes mirarentur dirruptis et euictis difficultatibus aperiri sibi ostium in domino per inluminationem fidelium, hoc intellegitur: ibi eum uidebitis, id est: „ibi membra eius inuenietis, ibi uiuum corpus eius in his qui uos susceperint agnoscetis". secundum illud autem, quod Galilaea interpretatur reuelatio, non iam in forma serui intellegendum est, sed in illa in qua aequalis est patri, quam promisit apud Iohannem dilectoribus suis, cum diceret: et ego diligam eum et ostendam me ipsum illi; non utique secundum id quod iam uidebant et quod etiam resurgens cum cicatricibus non solum uidendum sed etiam tangendum postmodum ostendit, sed secundum illam ineffabilem lucem, qua inluminat omnem hominem uenientem in hunc mun-

18 cf. Philipp. 2, 6 sq. 20 Io. 14, 21 24 Io. 1, 9

1 debuisse] debuis || *f. 154*^{r} *V* debuisset (set *add. m. 2*) *M* dubio bio *V* 2 factum *V*: factum sit *AP* factum est *v* 4 sed quod ita *APv* 5 interpraetatur *A* 7 quid] quod P^{1} 8 praecedit *A* *PV* (*cf. graec.* προάγει): praecedet *v* gallilaeam *A* 9 Christi] $\widetilde{\text{xp}}^{\text{s}}$ *V* tranmigratura *A* 10 praedicantis P^{1} 11 crederent *v* 12 praecedet *v* gallilaeam *A* 13 disruptis $P^{2}v$ disruptus P^{1} et euictis difficultatibus] *add.* V^{1} *in spatio uacuo relicto* euictus P^{1} 14 aperire *v* apperire *P* ostium ostium *V* hostium *v* pe^{r} (r *add. m. 2*) *V* 16 membra (*om.* ibi) *P* 17 susciperint *Av* agnoscetis (e *ex* i *corr. in A*) $AP^{2}V$: agnoscitis $P^{1}v$ 18 forma] firma *A* 19 in illa] **illa *P* 20 dicerit *A*

dum, secundum quam lucet in tenebris, et tenebrae eam non comprehendunt. illuc nos praecessit, unde ad nos ueniens non recessit et quo nos praecedens non deseruit. illa erit reuelatio tamquam uera Galilaea, cum similes ei erimus; ibi eum uidebimus sicuti est. ipsa erit etiam beatior transmigratio ex isto saeculo in illam aeternitatem, si eius praecepta sic amplectamur, ut ad eius dextram segregari mereamur. tunc enim ibunt sinistri in combustionem aeternam, iusti autem in uitam aeternam. hinc illuc transmigrabunt et ibi eum uidebunt, quomodo non uident impii. tolletur enim impius, ut non uideat claritatem domini; et impii lumen non uidebunt. haec est autem, inquit, uita aeterna, ut cognoscant te unum uerum deum et quem misisti Iesum Christum; sicut in illa aeternitate cognoscitur, quo seruos perducet per formam serui, ut liberi contemplentur formam domini.

CLXVI.

EX LIBRO DE CONSENSV EVANGELISTARVM IIII. QVOD IN TRIBVS ACTIVAE, IN IOHANNIS AVTEM EVANGELIO DONA CONTEMPLATIVAE VIRTVTIS ELVCEANT IDONEIS DINOSCERE; ET QVIA NON PERFECTE, SED EX PARTE SIT, IDEO SIC MANEBIT, DONEC VENIAT.

182 Discipulis etiam insufflando dedit spiritum sanctum, ne ipse spiritus, qui trinitati consubstantialis et coaeternus est, tan-

1 Io. 1, 5 4 cf. I Io. 3, 2 7 cf. Matth. 25, 33 8 cf. Matth. 25, 46 11 Es. 26, 10 12 Io. 17, 3 23 cf. Io. 20, 22

2 eam *Vv*: eum *AP* compraehendunt *A* comprehenderunt *v* 3 disseruit (is *in* e *corr. m. 2*) *P* 4 similis *A* 7 ad] ab *v* dextra *v* 8 mereamur] non mereamur *v* 9 illuc] illud *P* transmigrabant *P* 10 ibi] *om. v* tollitur P^1 11 ut non] ne *v* 14 in] *om. A* 15 quo* (s *ras.*) *P* seruos] seruus *P* perducit P^1v 16 contemplent *MV* 17 *cap.* CLXVII *A* CLXXXII *P* CLXXXVI *Gv* 19 iohannes P^1 20 eluceant] eluciant *P* & luceant *A* di*noscere (g *ras.*) *P* et] *om. AP* 21 quia] quę P^1 perfecte] prefecto P^1 24 trinitate P^1v

tummodo patris esse, non etiam filii spiritus putaretur. postremo suas oues Petro se amanti eumque amorem ter confitenti commendans dicit eundem Iohannem sic se uelle manere, donec ueniat. ubi etiam mihi uidetur alto docuisse mysterio istam ipsam Iohannis euangelistae dispensationem, qua in lucem liquidissimam uerbi sublimitate fertur, ubi trinitatis aequalitas et incommutabilitas uideri potest, et qua maxime proprietate distet a ceteris homo, cuius susceptione uerbum caro factum est, perspicue cerni cognoscique non posse, nisi cum ipse dominus uenerit. ideo sic manebit, donec ueniat. manebit autem nunc in fide credentium, tunc autem facie ad faciem contemplandum erit, cum apparuerit uita nostra et nos cum ipso apparebimus in gloria. quisquis autem arbitratur homini uitam istam mortalem adhuc agenti posse contingere, ut dimoto atque discusso omni nubilo phantasiarum corporalium atque carnalium serenissima incommutabilis ueritatis luce potiatur et mente penitus a consuetudine uitae huius aliena illi constanter et indeclinabiliter haereat, nec quid quaerat nec quis quaerat intellegit. credat ergo potius sublimi auctoritati minimeque fallaci, quamdiu sumus in corpore, peregrinari nos a domino et ambulare per fidem, non per speciem; ac sic perseueranter retinens atque custodiens spem, fidem et caritatem intendat in specie ex pignore quod accipimus sancti spiritus, qui nos docebit omnem ueritatem, cum

2 cf. Io. 21, 15 3 cf. Io. 21, 23 11 cf. I Cor. 13, 12
13 cf. Coloss. 3, 4 20 cf. II Cor. 5, 6 24 cf. Io. 16, 13 sq.

1 patris (s *add. m. 2*) *P* 4 ubi] ibi P^2 5 iohanis *A* iohanne (e *in* is *corr.*) *P* 6 liquissimam *v* sublimatate (a *prior in* i *corr.*) *A* sublimitatem *P* 7 uidere P^1 8 maxima *v* distat *Pv* 9 perspicue] per specie P^1 cerne *v* cognoscique] cognosce quod *v* possit *v* 11 manebit (i *ex* a *corr. m. 2*) *P* 14 uitam] quitam *A* 15 nobilo *A* 16 serenissimam *V* 17 potiatur (o *ex* u *corr.*) *A* penitus] ponitur *P* 18 aliena *V*: alienata (a *tertia ex* u *corr. in A*) *APv* constantes P^1 19 nec quis] ne quis *P*; *om. v* quaerat] *om. v* 21 non] nondum (dum *add. m. 2*) *v* 22 spem fidem *V*: fidem spem *APv* 23 speciem P^1v accepimus *Pv*

deus, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, uiuificabit et mortalia corpora nostra per inhabitantem spiritum eius in nobis. prius autem quam uiuificetur hoc quod mortuum est propter peccatum, procul dubio corruptibile est et aggrauat animam; et si quando adiuta excedit hanc nebulam, qua tegitur omnis terra, id est hanc carnalem caliginem, qua tegitur omnis uita terrena, tamquam rapida coruscatione perstringitur et in suam infirmitatem redit uiuente desiderio, quo rursus erigatur, nec sufficiente munditia, qua figatur; et quanto quisque hoc magis potest, tanto maior est, quanto autem minus, tanto minor. si autem nihil adhuc tale mens hominis experta est, in qua tamen habitat Christus per fidem, instare debet minuendis finiendisque cupiditatibus huius saeculi moralis uirtutis actione, tamquam in comitatu trium illorum euangelistarum cum mediatore Christo ambulans. eum qui filius dei semper est propter nos filium hominis factum, ut sempiterna uirtus eius et diuinitas nostrae infirmitati et mortalitati contemperata de nostro nobis in se atque ad se faceret uiam, cum magnae spei laetitia fideliter teneat et, ne peccet, a Christo rege regatur, si forte peccauerit, ab eodem sacerdote Christo expietur; atque ita in actione bonae conuersationis et uitae nutritis pinnis geminae dilectionis tamquam duabus alis ualidis euectus a terris ab eodem ipso Christo uerbo inluminetur, uerbo, quod in principio erat;

2 cf. Rom. 8, 10 sq. 5 cf. Sap. 9, 15 6 cf. Eccli. 24, 3 24 Io. 1, 1

1 uiuificauit *Av* 3 quod] *om.* P^1v 4 propter] et propter *Pv* adgrauat (*om.* et) *A* 6 tegimur *M* omnis terra] omnis uita terra en (uita *et* en *add. m. 1*) *V* uita terrena *M* 7 terr^{ena} (ena *add. m. 1*) *V* terrae *A* rapidam *MV* 9 erigetur P^1 figatur] ficuratur *A* 10 tantu *A* 11 minor] minur *A* minor est *Pv* 13 instare] stare P^1 14 actione—illorum] *scripsit* V^1 *in spatio uacuo relicto* comitatu trium] comitatorium *v* 15 cum] com *AP* eum] cum *MV* 18 mortalitatis *A* contemporata (*corr. m. 2*) *V* 19 facere P^1v magna *Pv* et] *om. v* 20 rege christo *APv* 21 accione *A* conuersationis et uitae] *om.* A^1 22 pennis P^1v tamquam] quãtam tamquam *A* 23 eodem] eo de *v*

uerbum apud deum erat, et uerbum deus erat; etsi per speculum et aenigmate, longe tamen sublimius ab omni similitudine corporali. quapropter quamuis in illis tribus actiuae, in Iohannis autem euangelio dona contemplatiuae uirtutis eluceant eis qui haec dinoscere sunt idonei, tamen et hoc Iohannis, quoniam ex parte est, sic manebit, donec ueniat quod perfectum est. et alii quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum spiritum; alius diem sapit domino, alius de pectore domini liquidius aliquid bibit, alius leuatus usque ad tertium caelum ineffabilia uerba audit: omnes tamen quamdiu sunt in corpore, peregrinantur a domino et omnibus bonae spei fidelibus in libro uitae scriptis seruatur quod dictum est: et ego diligam eum et ostendam me ipsum illi. uerum tamen in hac peregrinatione quantum rei huius intellegentia uel scientia quisque profecerit, tanto magis caueat diabolica uitia, superbiam et inuidentiam; meminerit hic ipsum euangelium Iohannis, quam multo amplius erigit ad contemplationem ueritatis, tam multo amplius praecipere de dulcedine caritatis. et quia illud praeceptum uerissimum ac saluberrimum est: quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus, qui euangelista Christum longe ceteris altius commendat, apud eum discipulis pedes lauat.

2 cf. I Cor. 13, 12 6 cf. I Cor. 13, 9 sq. 7 cf. I Cor. 12, 8 9 cf. Rom. 14, 6 10 cf. II Cor. 12, 2—4 11 cf. II Cor. 5, 6 13 Io. 14, 21 21 Eccli. 3, 18 23 cf. Io. 13, 5

1 deum (*om.* erat) *v* deus] *om. MV* deus erat uerbum *v* 2 enigmate *MV* inigmate *A* in aenigmate *Pv* 4 iohannis (*om.* in) *A* 5 denoscere *P* 6 iohannes P^2v 8 spiritum *MV*: eundem spiritum *APv* 9 domino sapit *APv* pectore] pectori *P* peccatore (ca *add. m. 1 in ras.*) *V* 16 proficerit AP^2v proficeret P^1 17 hic] hoc *Av* 19 multom *A* praecipere] praecipue *v* de] ad *v* dulcedinem P^1v 21 tanto] *om. P* 23 pedis P^1 *in ras.* pedes lauat] *om. V*

CLXVII.

EX LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII PRIMO. DE, ID QVOD AIT, NEMO NOVIT FILIVM NISI PATER.

183 Cum diceret: nemo nouit filium nisi pater, non dixit: „et cui uoluerit pater reuelare“, quemadmodum cum diceret: nemo nouit patrem nisi filius, addidit: et cui uoluerit filius reuelare. quod non ita intellegendum est, quasi filius a nullo possit cognosci nisi a patre solo, pater autem non solum a filio sed etiam ab eis quibus reuelauerit filius. sic enim potius dictum est, ut intellegamus et patrem et ipsum filium per filium reuelari, quia ipse est menti nostrae lumen, ut, quod postea intulit: et cui uoluerit filius reuelare, non patrem tantum sed etiam filium accipias. ad totum enim quod dixit inlatum est. uerbo enim suo se pater declarat; uerbum autem non solum id quod per uerbum declaratur, sed etiam se ipsum declarat.

CLXVIII.

EX LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII II. DE PVERIS SEDENTIBVS IN FORO ET CLAMANTIBVS AD ILLOS, QVI NEC HVMILIARI CVM IOHANNE NEC CVM CHRISTO GAVDERE VOLVERVNT. VBI QVAE SIT VERA CIBORVM PARSIMONIA PVLCHERRIME DOCET.

184 De pueris sedentibus in foro et ad inuicem clamantibus conuerso ordine ad proposita respondit. nam quod ait: lamentauimus, et non plorastis, ad Iohannem pertinet, cuius

3 Matth. 11, 27 22 Luc. 7, 32—35

1 *cap.* CLXVIII *A* CLXXXIII *P* CLXXXVII *Gv* 2 de id quod ait] quod *A* id *MV*: eo *Pv* 3 nemo—pater] *om. A*^{1} 4 cum—pater] *scripsit V*^{1} *in spatio uacuo* 6 patẽrem *A* addidit] addit//// *P* addit autem *v* 7 ita] ita in *P* 8 nullo (*om.* a) *V* agnosci *v* patre (*om.* a) *V* solo] solum (um *in* o *corr.*) *A* 11 mentis *v* 14 totum enim enim *MV* (*corr. m. 2*) 17 *cap.* CLXVIIII *A* CLXXXIII (*sic*) *P* CLXXXV *Gv* 19 humiliare *A* 24 plurastis *A*

abstinentia a cibis et potu luctum paenitentiae significabat; quod autem ait: cantauimus tibiis, et non saltastis, ad ipsum dominum, qui utendo cum ceteris cibo et potu laetitiam regni figurabat. at illi nec humiliari cum Iohanne nec cum Christo gaudere uoluerunt dicentes illum daemonium habere, istum uoracem et ebriosum et amicum publicanorum et peccatorum. quod autem subiungit: et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis, ostendit filios sapientiae intellegere nec in abstinendo nec in manducando esse iustitiam, sed in aequanimitate tolerandi inopiam et temperantiam per abundantiam, non se corrumpendi atque opportune sumendi uel non sumendi ea quorum non usus, sed concupiscentia reprehendenda est. non enim interest omnino quid alimentorum sumas, ut succurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his cum quibus tibi uiuendum est. neque quantum sumas multum interest, cum uideamus aliorum stomachum citius satiari et eos tamen illi ipsi paruo, quo satiantur, ardenter et intolerabiliter et omnino turpiter inhiare; alios autem plusculo quidem satiari, sed tolerabilius inopiam perpeti et uel ante horam positas epulas, si id in tempore aut opus sit aut necesse sit, cum tranquillitate aspicere neque tangere. magis ergo interest non quid uel quantum alimentorum pro congruentia hominum atque personae suae et pro suae ualetudinis necessitate quis capiat, sed quanta facilitate et serenitate animi careat, cum his uel oportet uel etiam necesse est carere, ut illud in animo chri-

1 potu] putu *A* potum *MV* luctu *V* 2 cantabimus P^1 3 putu *A* 4 figurabat] significabat *Pv* humiliare P^1 5 demonium *A* 6 foracem *P* 10 in (i *a m. 2*) *V* temperantiam per] p. temperantiam *v* 11 abundantiam] abondantiam *A* in abundantia *v* oportune *libri* 12 uel non sumendi] *om. v* 13 reprehenda^{den} (den *add. m. 2*) *P* quid] quod *v* 14 necessitate *A* 15 congruas (u *ex* o *corr.*) *P* 16 uiuendum] uidendum *v* 17 sthomachum *V* 19 plus^{pu}culo (pu *add. m. 2*) *P* 20 tolerabilius] tolerabili *Pv* inopia *v* perpiti *A* horam (h *del. m. 1 et 2*) *V* aepulas *V* 21 si (i *ex* e *corr. m. 2*) *V* cum] com *A* 24 ualitudinis *Pv* 25 quante *P* animae *A* careant *A*

stiani compleatur quod apostolus dicit: scio et minus habere, scio et abundare; ubique et in omnibus imbutus sum, et satiari et esurire, et abundare et penuriam pati: omnia possum in eo qui me confortat; et illud: neque si manducauerimus, abundabimus, neque si non manducauerimus, egebimus; et illud: non est enim regnum dei esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium. et quia solent homines multum gaudere de carnalibus epulis, addidit: in spiritu sancto. iustificatur ergo sapientia ab omnibus filiis suis, qui intellegunt utendis terrenis tempora opportuna esse debere, facilitatem uero carendi talibus et amorem fruendi aeternis non uariari oportere per tempora, sed perpetuo retineri.

[DE VORACITATE ETIAM IN VILISSIMIS CIBIS VITANDA. EX LIBRO DE DOCTRINA CHRISTIANA III.

185 Quisquis autem rebus praetereuntibus restrictius utitur, quam sese habent mores eorum cum quibus uiuit, aut temperans aut superstitiosus est. quisquis uero sic eis utitur, ut metas consuetudinis bonorum, inter quos uersatur, excedat, aut aliquid significat aut flagitiosus est. in omnibus enim talibus non usus rerum, sed libido in culpa est. quid igitur locis et tempori et personis conueniat, diligenter attendendum est, ne temere flagitia reprehendamus. fieri enim potest, ut sine aliquo uitio cupediae uel uoracitatis pretiosissimo cibo

1 Philipp. 4, 12 sq. 5 I Cor. 8, 8 7 Rom. 14, 17 10 Luc. 7, 35

2 habundare *AP* 3 sum] *om.* P^1 satiare P^1 habundare *A* 4 eo (o *ex* ū *corr.*) *P* 5 abundauimus AP^1 6 egebimus] egebius *V* egibimus P^1 7 enim] *om. A* ęsca (ę *a m. 2*) *V* escam *A* 9 aepulis *V* 11 oportuna *libri* 12 facillitatem *v* facilitatem (u *add. m. 2*) *P* 14 retinere P^1v 15 *cap.* CLXXXV *P* CLXXXVI *Gv*; *deest in AMV* 18 temperans] in temperans (in *add. m. 2*) *P* 19 utetur G^1P^1 23 tempore G^1v 25 cupediae] cupidiae *P* cupiditati G^1 cupiditatis G^2v

sapiens utatur, insipiens autem foedissima gulae flamma in uilissimum ardescat. et sanius quisque maluerit more domini pisce uesci quam lenticula more Esau nepotis Abraham, aut hordeo more iumentorum. non enim propterea continentiores nobis sunt pleraeque bestiae, quia uilioribus aluntur escis. nam in omnibus huiusce modi rebus non ex earum rerum natura, quibus utimur, sed ex causa utendi et modo appetendi uel probandum uel improbandum est quod facimus].

CLXVIIII.

EX LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII II. DE IMPOSSIBILITATE IEIVNANDI SVB PRAESENTIA SPONSI: IBI DVO IEIVNII GENERA PROBAT, VNVM TRIBVLATIONIS, ALIVD GAVDII.

Ieiunium aut in tribulatione est aut in gaudio. in tribulatione 186
ad propitiandum deum pro peccatis; in gaudio uero, cum tanto minus delectant carnalia, quanto spiritalium maior sagina est. cum ergo dominus interrogatus esset, cur discipuli eius non ieiunarent, de utroque ieiunio respondit. namque ad illud quod in tribulatione ieiunari solet pertinet quod ait sponsi filios tunc ieiunaturos, cum ab eis ablatus fuerit sponsus. tunc enim desolabuntur et in maerore ac luctu erunt, donec eis per spiritum sanctum gaudia consolatoria retribuantur. quo dono percepto etiam ieiunii alterum genus, quod fiat per laetitiam, iam renouati in uitam spiritalem conuenientissime

2 cf. Luc. 24, 43 3 cf. Gen. 25, 34 11 cf. Luc. 5, 33—39

2 uilissimo (o *ex* ū *corr. m. 2 G*) *Gv* ardiscat P^1 sanius *P*: sanus *Gv* 3 quam] quē *P* nepotis] nepudis (?) P^1 4 ordeo *GPv* 5 plerique G^1P^1 6 earum] *om. Gv* 8 est quod facimus uel reprobandum *Gv* 9 *cap.* CLXX *A* CLXXXVI *P* CLXXXVII *Gv* 11 ibi *V*: ubi AP^1v; *om.* P^1 12 tribulationi *A* aliud] et aliud *Pv* alterum *A* 13 aut ^{in} tribulatio^{ne} (in *et* ne *add. m. 2*) *P* 14 propiandum *A* 15 spiritaliā *MV* 16 esset] esse *A* 18 ieiunare *P* sponsi (i *a m. 2 in ras.*) *P* sponsae *v* 19 filius P^1 20 merore *APv* ac] a *A* 21 consulatoria *A* tribuantur *Pv* 22 quod] quo^{d} (d *add. m. 2*) *P*

celebrabunt. quod antequam accipiant, dicit eos tamquam uetera uestimenta, quibus inconuenienter nouus pannus assuitur, id est aliqua particula doctrinae, quae ad nouae uitae temperantiam pertinet; quia, si hoc fiat, et ipsa doctrina quodam modo scinditur, cuius particula, quae ad ieiunium ciborum ualet, inopportune traditur, cum illa doceat generale ieiunium, non a concupiscentia ciborum tantum, sed ab omni laetitia temporalium delectationum. cuius quasi pannum, id est partem aliquam, quae ad cibos pertinet, dicit non oportere hominibus adhuc ueteri consuetudini deditis impertiri, quia et illinc quasi conscissio uidetur fieri et ipsi uetustati non conuenit. dicit etiam similes eos esse ueteribus utribus, quos uino nouo, id est spiritalibus praeceptis, facilius dirrumpi quam id posse continere dicit. erunt autem iam utres noui, cum post ascensum domini desiderio consolationis eius orando et sperando innouantur. tunc enim acceperunt spiritum sanctum, quo impleti, cum omnium qui de diuersis gentibus aderant linguis loquerentur, dicti sunt musto pleni. nouum enim uinum iam nouis utribus uenerat.

CLXX.

EX LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII II. DE HOMINE DESCENDENTE AB HIERVSALEM IN HIERICHO ET CETERA.

187 Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho. ipse Adam intellegitur in genere humano. Hie-

16 cf. Act. 2, 1–13 23 Luc. 10, 30–37

4 quia si] qua si *AP* quia—fiat] *scripsit V*[1] *in spatio uacuo relicto* 5 scinditur *P* scenditur *A* 6 inoportune *A*[1]*v* inportunę *P* 8 dilectationum *P* 10 ueteri] ueri *A* rudibus et desiderio *v* consuetudine *A*[1] consuetudinis *v* illinc] illinc nunc *P*[2] illi nunc *P*[1] ibi tunc *v* 11 concisio *v* 12 similis *AP*[1] 13 disrumpi *APv* 14 contenere *A* contineri *P*[2] dicit] *om. A* erunt] erant *P* 16 acciperunt *V* quo] et eo *v* 17 cum] com *A* 20 *cap.* CLXXI *A* CLXXXVII (*eras.*) *P* CLXXXVIII *Gv* 21 hominis *MV* descendente *scripsi*: descendentis *MV* qui descendebat *AP* qui descenderat *v* 22 et cetera] *om. APv* 23 quidem *P* descenderat *v* 24 generi *P* hirusalem (e *add. m. 2*) *V*

rusalem ciuitas pacis illa caelestis, a cuius beatitudine lapsus est. Hiericho luna interpretatur et significat mortalitatem nostram, propter quod nascitur, crescit, senescit et occidit. latrones diabolus et angeli eius, qui eum spoliauerunt immortalitate et plagis impositis peccata suadendo reliquerunt semiuiuum; quia ex parte, qua potest intellegere et cognoscere deum, uiuus est homo, ex parte, qua peccatis contabescit et premitur, mortuus est; et ideo semiuiuus dicitur. sacerdos autem et leuita, qui eo uiso praeterierunt, sacerdotium et ministerium ueteris testamenti significat, quod non poterat prodesse ad salutem. Samaritanus custos interpretatur, et ideo ipse dominus significatur hoc nomine. alligatio uulnerum est cohibitio peccatorum. oleum consolatio spei bonae propter indulgentiam datam ad reconciliationem pacis. uinum exhortatio ad operandum feruentissimo spiritu. iumentum eius est caro, in qua ad nos uenire dignatus est; imponi iumento est in ipsam incarnationem Christi credere. stabulum est ecclesia, ubi reficiuntur uiatores de peregrinatione in aeternam patriam redeuntes. altera dies est post resurrectionem domini. duo denarii sunt uel duo praecepta caritatis, quam per spiritum sanctum acceperunt apostoli ad euangelizandum ceteris, uel promissio uitae praesentis et futurae. secundum enim duas promissiones dictum est: accipiet in hoc saeculo septies tantum, in futuro saeculo uitam aeternam consequetur. stabularius ergo est apostolus. quod supererogat, aut illud consilium est, quod ait: de uirginibus autem praeceptum domini non habeo, consilium autem do;

23 Matth. 19, 29 26 I Cor. 7, 25

1 labsus *A* 2 mortēlitatem (*sic*) *P* 4 qui eum] *om.* P^1 immortalitatem *V* 5 reliquerunt] abierunt *v* semiuiuum] semiuiuo relicto *v* 8 praemitur *V* 10 signifigat A^1 11 custus P^1 13 choibitio *V* oleo AP^1 14 reconchiliationem *V* exortatio *P* 15 iumentum] fomentum M^1V 17 ipsa AP^1 incarnatione *A* 18 reficiuntur] refugiunt *A* uiatoris P^1 aeternum (u *in* a *corr.*) *A* 21 acciperunt *V* 24 consequitur AP^1v

aut quod etiam manibus suis operatus est, ne infirmorum aliquem in nouitate euangelii grauaret, cum ei liceret pasci ex euangelio.

CLXXI.

EX LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII II. QVOD MARTHA EXCIPIENS ILLVM IN DOMO SVA SIGNIFICET ECCLESIAM, VT NVNC EST, MARIA VERO, VT ERIT IN FVTVRO.

188 Quod Martha excepit illum in domum suam, significat ecclesiam, quae nunc est, excipientem dominum in cor suum. Maria soror eius, quae sedebat ad pedes domini et audiebat uerbum eius, significat eandem ecclesiam, sed in futuro saeculo, ubi cessans ab opere ministerioque indigentiae sola sapientia perfruetur. Martha ergo occupata est circa multum ministerium, quia nunc talibus operibus exercetur ecclesia. quod autem queritur, quod se soror eius non adiuuet, occasio datur sententiae domini, qua ostendit istam ecclesiam sollicitam esse et turbari circa plurima, cum sit unum necessarium, ad quod per ministerii huius merita peruenitur. Mariam uero dicit optimam partem elegisse, quae non auferetur ab ea; et ideo intellegitur optima, quia et per hanc ad illam tenditur et non auferetur; illa uero ministerii quamuis sit bona, tamen auferetur, quando indigentia, cui ministratur, transierit.

1 cf. II Thess. 3, 8 sq. 5 cf. Luc. 10, 38—42

2 ei] illi *v* 4 *cap.* CLXXII *A* CLXXXVIII *P* CLXXXVIIII *G*; *om. v* 5 marta *AV*^{1} excipiens] excepit *Pv* 6 significat *A* ecclesia *A* ut] et *P*^{1} 8 marta *A* 9 excipiente *A* 12 futurum *A* opere] ore *A* 13 sapientiae *P* marta *A* 15 exercitur *A*^{1}*P*^{1} quaeritur *APV* 16 qua] quae *v* 17 turuari (b *add. m. 2*) *V* turbare *P*^{1}*v* 20 eligisse *V* auferetur] auferitur *A* offeretur *P* 21 quia (*om.* et) *P*

CLXXII.

EX LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII II. DE ILLO QVI MEDIA NOCTE PETIIT AB AMICO TRES PANES.

Amicus, ad quem uenitur media nocte, ut accommodet tres 189
panes, utique ad similitudinem ponitur, secundum quam quis deum rogat in media tribulatione constitutus, ut ei tribuat intellegentiam trinitatis, qua praesentis uitae consoletur labores. sed comparatio est a minore. si enim amicus homo surgit de lecto et dat, non amicitia, sed taedio compulsus, quanto magis dat ille qui sine taedio largissime donat quod petitur? sed ad hoc se peti uult, ut capaces donorum eius fiant qui petunt. in tribus autem panibus etiam illud significatur, unius esse substantiae trinitatem. amicus autem, quem dicit ille qui petit uenisse de uia et non se habere quod ponat ante illum, intellegitur hominis appetitus, qui debet obtemperare rationi. seruiebat autem consuetudini temporali, quam uiam uocat propter omnia per tempus transeuntia; conuerso autem homine ad deum etiam ille appetitus a consuetudine reuocatur. sed si non consolatur interius gaudium de doctrina spiritali, qua creatoris trinitas praedicatur, magnae angustiae sunt in homine, quem premit haerumna mortalis, cum ab his quae foris delectant praecipitur abstinentia et intus non est refectio de laetitia doctrinae salutaris. et ipsa angustia est media nox, qua cogitur uehementer instare petendo, ut accipiat tres panes. quod autem ei dicitur de intus iam ostium clausum

2 cf. Luc. 11, 5—8

1 *cap.* CLXXIII *A* CXC *Gv*; *eras. in P* 2 media] de media *P* 3 petit *P* 4 accommodet] & commode P^1 5 ad] quod ad *v* 7 qua] quae *v* consuletur *P* 8 conparatio *A* cumparatio *P* amicos *A* 10 ille *MV*: deus *APv* 11 capaces (e *ex* i *corr.*) *A* 12 significat *P* 15 homines P^1 18 homini P^1v ille] illi *v* a] ad *Pv* consuetudinem *Pv* 19 sed] *om. v* si] si se *v* consulatur *AP* consoletur *v* 21 praemit *V* erumna *Pv* 22 quae] quam *P* dilectant P^1 23 doctrina *A* 24 cogitur] cogitatur *A* 25 hostium *P*

esse puerosque eius cum eo esse in cubili, significat tempus famis uerbi, cum intellegentia clauditur. et illi qui euangelicam sapientiam tamquam panem erogantes per orbem terrae praedicauerunt, pueri patris familias, iam sunt in secreta quiete cum domino; et tamen orando efficitur, ut accipiat desiderans intellectum ab ipso deo, etiam si homo desit, per quem sapientia praedicetur.

CLXXIII.

EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII II. DE PANE ET PISCE ET OVO.

190 De pane et pisce et ouo, quibus contraria posuit lapidem, serpentem, scorpionem. intellegitur panis caritas propter maiorem appetitum et tam necessarium, ut sine illo cetera nihil sint, sicut sine pane mensa inops. cui contraria est cordis duritia, quam lapidi coaequauit. piscis autem intellegitur fides inuisibilium uel propter aquam baptismi uel quia de inuisibilibus locis capitur. quod etiam fides huius mundi fluctibus circumlatrata non frangitur, recte pisci comparatur. cui contrarium posuit serpentem propter uenena fallaciae, quae etiam primo homini male suadendo praeseminauit. in ouo intellegitur spes; ouum enim nondum est fetus perfectus, sed fouendo speratur. cui contrarium posuit scorpionem, cuius

9 cf. Luc. 11, 11 sq.

1 puerusque *A* cubili* (s *ras.*) *P* cubiculo *v* 2 uerbi] *om.* *v* 5 quietem A^1 orandum (um *in* o *corr.*) *A* 6 desiderans] desideratum *v* 7 praedicatur P^1 8 *cap.* CLXXIIII *A* CXC *P* CXCI *Gv* 9 eodem] *om.* *Pv* (*et* 11) pane (*om.* et) *Pv* 12 scorpionem] scorphionem *P* et scorpionem *A* 13 illo *APV*: illa *v* 14 sint] sunt *A* inops] inops est *v* contraria] contria *P* 15 coaequauit *MV*: comparauit *APv* piscis cis *A* 17 inuisibilis (bu *add. m. 2*) *P* 18 non frangitur] confringitur *v* pisce *P* cumparatur *A* 19 cui] qui *V* contrarium] e contrario *v* 20 male] mala *v* 21 faetus *PVv* 22 contrario *A* scorphionem *P*

aculeus uenenatus retro timendus est, sicut spei contrarium est retro respicere, cum spes futurorum in ea quae ante sunt extendat.

CLXXIIII.

EX LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII II. DE, ID QVOD AIT DISCIPVLIS, NOLITE IN SVBLIME TOLLI; ET DE HYDROPICO VEL DE MVLIERE CVRVATA.

Cum diceret discipulis non debere haberi sollicitudinem de 191
cibis, ait: et nolite in sublime tolli. primo enim haec
ad necessitatem implendam homo quaerit; cum autem haec
abundauerint, incipit et superbire de talibus. tale est hoc,
ac si se uulneratus quis iactet, qui habet multa emplastra in
domo, cum hoc illi bonum esset, ut uulnera non haberet et
ne uno quidem indigeret emplastro. congruenter hydropicum
animali, quod cecidit in puteum, comparauit; humore enim
laborabat. sicut illam mulierem, quam XVIII annis alligatam
dixerat et ab eadem alligatione soluebat, comparauit iumento,
quod soluitur, ut ad aquam ducatur. hydropem autem recte
comparamus diuiti auaro; sicut enim ille, quanto magis abundat
humore inordinato, tanto amplius sitit, sic iste, quanto est
copiosior diuitiis, quibus non bene utitur, tanto ardentius

6 Luc. 12, 29 15 cf. Luc. 14, 2—5 16 cf. Luc. 13, 11—16

1 aculeos uenenatos P^1 2 est] est id ē *v* sunt] *om. v* 3 extenda*t (n *ras.*) *P* 4 *cap.* CLXXV *A* CXCI *P* CXCII *Gv* 5 id M^1V: eo M^2Pv; *om. A* ait] dicit *P* 6 de] *om. P* ydropico *AMVv* hidropico *P* 7 curuata] curua *v* 8 habere *Pv* hare *A* 9 sublimi *AP* tolli] extolli *A* 11 abundauerit A^1P^1 incipiet *v* 12 se] si P^1 iactet] iacet *P* qui *APV*: quia *v* emplastra] inpastra *P* 14 unum *A* indigeret] indigeret et *A* ydropicum *v* 15 caecidit *V* puteo P^1v umore AP^1 16 allicatam *A* 17 allegationem *V* 18 soluetur P^1 19 comparamus *GPv*: cumparamus *A* comparatur *MV* auaro] et auaro *v* ille (e *ex* i *corr.*) *P* habundat *P* 20 umore *A* 21 cupiosior AP^1

talia concupiscit; illam uero ita morbo incuruam, ut se erigere non posset, animae terrenis opinionibus debilitatae atque oppressae, ita ut diuina cogitare non ualeat.

CLXXV.

EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII II. DE VILICO, QVEM DOMINVS SVVS EICIEBAT DE VILICATV.

192 In uilico, quem dominus eiciebat de uilicatu et laudauit eum, quod in futurum sibi prospexerit, non omnia debemus ad imitandum sumere. non enim aut domino nostro facienda est in aliquo fraus, ut de ipsa fraude elemosynas faciamus, aut eos a quibus recipi uolumus in tabernacula aeterna tamquam debitores dei et domini nostri fas est intellegi, cum iusti et sancti significentur hoc loco, qui eos introducant in tabernacula aeterna, qui necessitatibus suis terrena bona communicauerint; de quibus etiam dicit: quod si quis alicui eorum calicem aquae frigidae dederit tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam. sed etiam e contrario ducuntur istae similitudines, ut intellegamus, si laudari potuit ille a domino, cui fraudem faciebat, quanto amplius placeant domino deo qui secundum eius praeceptum illa opera faciunt; sicut etiam de iudice iniquitatis, qui interpellabatur a uidua, comparationem duxit ad iudicem deum, cui nulla ex parte iudex iniquus conferendus est. quod autem de centum cadis olei quinquaginta scribi fecit a debitore et

5 cf. Luc. 16, 1—9 15 Matth. 10, 42 21 cf. Luc. 18, 2—8

1 illa *v* incurbam (b *in* u *corr. m. 2*) *V* incurua *v* 3 oppraessae *A* 4 *cap.* CLXXVI *A* CXCII *P* CXCIII *Gv* 6 suus *MV*: *om. APv* uilicato *AP*^{1} 7 ui*licatu *P* uilicato *A* 9 nostro] nostra *V*; *om. v* 10 elymosinas (y *in* e *corr.*) *P* 11 eos] eo *A* 12 debitoris *P*^{1} 14 terrena] in terra *v* communicauerunt *Pv* 18 e] et *A* ducuntur] *add. V*^{1} *in spatio uacuo*: dicuntur *P*^{1}*v* 19 laudare *P*^{1} fraudem] fradem *Pv* 20 amplius] magis *Pv* placiant *A* place*nt (a *ras.*) *P* secundum] secundum dm̄ *A* praecepto *A* praecepta *P* 24 cados (o *in* i *corr.*) *P*

de centum choris tritici LXXX, ad nihil aliud ualere arbitror, nisi ut ea quae similiter in sacerdotes atque in leuitas Iudaeus quisque operatur in Christi ecclesia abundet iustitia eius super scribarum et Pharisaeorum, ut cum illi decimas darent, isti dimidias dent — sicut non de fructibus, sed de ipsis bonis suis fecit Zaccheus — aut certe duplicet decimas, ut duas decimas dando superet impendia Iudaeorum. mamona uero iniquitatis ob hoc a domino appellata est ista pecunia, quam possidemus ad tempus, quia mamona diuitiae interpretantur, nec sunt istae diuitiae nisi iniquis, qui in eis constituunt spem atque copiam beatitudinis suae. a iustis uero cum haec possidentur, est quidem ista pecunia, sed non sunt illis diuitiae nisi caelestes et spiritales, quibus indigentiam suam spiritaliter supplentes exclusa egestate miseriae beatitudinis copia ditabuntur.

CLXXVI.

EX LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII II. DE ILLO QVI IN TECTO EST ET QVI IN AGRO, ET CETERA.

Quid est quod dicit dominus: qui fuerit in tecto et uasa eius in domo, non descendat tollere illa? in tecto est qui excedens carnalia tamquam in aura libera spiritaliter uiuit. uasa eius in domo sunt sensus carnales, quibus ad inuestigandam ueritatem, quae intellectu capitur, multi utentes penitus errauerunt. huius ergo spiritalis uiri iam uasa ista uacant in domo, quia mente corpori supereminens per aciem intellegentiae tamquam in tecto positus perspicuitate 193

4 cf. Matth. 5, 20 6 cf. Luc. 19, 8 18 Luc. 17, 31 sq.

1 choros P^1 2 ea quae *cet.*: *locus corruptus uidetur* quae] q (= quam) *P* iudaeis *A* iudaeos P^1v 5 dimedias (e *in* i *corr.*) *A* 6 zaccheus *V*: zacheus *APv* duplicet] dupliciter *v* ut] aut *AP* 7 mammona *Pv* 8 possedemus P^1 9 mammona *v* diuitias *A* interpretatur *A* 11 possedentur AP^1 15 *cap.* CLXXVII *A* CXCIII *P* CXCIIII *Gv* 17 cetera *MV*: de uxore loth *AGPv* 19 discendat AP^1 descendet *v* 20 tamquam] tam *v* 22 inuestigandum P^1 24 menti AP^1 25 tecto (o *ex* u *corr.*) *A*

sapientiae ueluti caelo apertissimo fruitur. caueat ergo iste, ne in die tribulationis rursus uita carnali, quae per sensus corporis pascitur, delectatus ad uasa huius modi tollenda descendat.

Quid est quod dictum est: similiter et qui in agro fuerit, similiter non redeat retro? qui operatur in ecclesia et sicut Paulus et Apollo plantat et rigat, non respiciat spem saecularem, cui renuntiauit.

Quid significauit uxor Loth? eos qui in tribulatione retro respiciunt et se ab spe diuinae promissionis auertunt. et ideo statua salis facta est, ut admonendo homines, ne hoc faciant, tamquam condiat cor eorum, ne sint fatui.

CLXXVII.

DE DVOBVS IN LECTO ET DVABVS MOLENTIBVS ET DVOBVS IN AGRIS.

194 Qui sunt in illa nocte duo in lecto et duae molentes in unum et duo in agro, de quibus omnibus binis singuli assumentur et singuli relinquentur? tria genera hominum hic uidentur significari: unum eorum, qui otium et quietem eligunt, neque negotiis saecularibus neque negotiis ecclesiasticis occupati; quae illorum quies lecti nomine significata est. alterum eorum, qui in plebibus constituti reguntur a doctioribus, agentes ea quae sunt huius saeculi, quos et femi-

5 Luc. 17, 31 16 Luc. 17, 34 sq.

1 apertissime (me *ex* mo *corr. m. 1 in V*) *MVv* 4 discenda*t (n *ras.*) P^1 5 et] *om. P* 6 similiter *AMV*: *om. Pv* 7 Paulus] apostolus paulus *P* 9 tribulatione] tributione *P* 13 *cap.* CLXXVIII *A* CXCIIII *P* CXCV *Gv* 14 lectu *A* duabus *GPv*: duobus *AMV* 15 agris *MV*: agro *AGPv* 16 molentes] molestes *P* 17 binis] uinis M^1V^1 18 trea (e *in* i *corr.*) *P* 19 sicnificari *A* 20 elegunt P^1 negotiis] necutiis *A* 21 quies] quies (x *a m. 2*) *V* requies *v* 23 doctoribus *APv* ea quae] eaq. *A* faeminarum *V*

narum nomine significauit, quia consiliis, ut dixi, peritorum regi eis expedit; et molentes dixit propter temporalium negotiorum orbem atque circuitum; quas tamen in uno molentes dixit, in quantum de ipsis rebus et negotiis suis praebent usibus ecclesiae. tertium eorum, qui operantur in ecclesiae ministerio tamquam in agro dei, de qua agricultura apostolus loquitur. in his ergo tribus generibus bina sunt rursus genera hominum in singulis et pro robore suarum uirium discernuntur. cum enim omnes ad ecclesiae membra pertinere uideantur, aduenientе tamen temtatione tribulationis et ex illis qui sunt in otio et ex illis qui sunt in negotiis saeculi et ex illis qui deo ministrant in ecclesia aliqui permanent, aliqui cadunt. qui permanent, assumuntur; qui cadunt, relinquuntur. ergo unus assumetur et unus relinquetur non quasi de duobus hominibus dictum, sed de duobus generibus affectionum in singulis generibus trium professionum. in illa nocte ergo dixit „in illa tribulatione".

Ad ipsa tria genera, quae assumuntur, arbitror pertinere etiam tria illa nomina uirorum sanctorum, quos solos liberatum iri Hiezechihel propheta denuntiat, Noe, Danihel et Iob. uidetur enim Noe pertinere ad eos per quos ecclesia regitur, sicut per illum in aquis arca gubernata est, quae figuram gestabat ecclesiae. Danihel autem, quia elegit caelibem uitam, id est nuptias terrenas contemsit, ut, sicut dicit

7 cf. I Cor. 3, 9 20 cf. Ezech. 14, 14 22 cf. Gen. 7, 7

1 quia] qui[a] (a *add. m. 2*) *V* qui *M* peritorum] periturum *A* 2 expedit] expetit P^1 expetiunt *v* 3 uno *PVv*: unum *A* 4 necutiis *A* 6 ministerium *A* 11 in otio — qui sunt] *om. v* 12 aliqui] alii qui *A* 13 aliqui] alii *v* cadent *V* qui permanent] que p. P^1 qui cadent *P* 14 reliquuntur *A* assumitur P^1v 16 affectionum — generibus] *om. v* sinculis *A* 18 ad] et ad *v* 19 solus *AP*^{1} 20 liberatum iri *scripsi*] liberaturi (ri *ex* ros *corr. m. 1 in V*) *MV* liberari *A* libera***ri *P* liberatos *v* hiezechiel *A* ezechiel *P* ezechihel *v* denuntiat *V*: praenuntiat *APv* 22 archa *P* gu[b]uernata (b *add. m. 2*) *V* 23 ficuram *A* quia] qui *v* caelebem P^1 24 nubtias *AV*

apostolus, sine sollicitudine uiueret, cogitans quae sunt dei, genus eorum significat qui sunt in otio, sed tamen fortissimi in temtationibus, ut possint assumi. Iob autem, quia et uxorem habuit et filios et amplas terrenas rerum copias, ad illud genus pertinet, cui molendinum deputatum est, sed tamen, ut sint fortissimi in temtationibus, sicut ille fuit; non enim aliter assumi poterunt. nec puto alia esse genera hominum, quibus constat ecclesia, quam ista tria, habentia binas differentias propter assumtionem et relictionem, quamuis in singulis multae studiorum uoluntatumque diuersitates, ad concordiam tamen unitatemque concurrentes possint inueniri.

CLXXVIII.

EX LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII II. DE IVDICE INIQVO, QVEM VIDVA INTERPELLABAT.

195 Quid est quod ad semper orandum et non deficiendum de iudice iniquo uoluit parabolam ponere, qui cum deum non timeret et hominem non reuereretur, uiduae tamen assiduae interpellationibus cessit, ut eam uindicaret, ne sibi ab illa taedium fieret? nam hoc est quod ait: ne ueniens suggillet me. quoniam parabolas dominus aut secundum similitudinem aliquam ponit, sicut de seruo illo, cui dominus

1 cf. I Cor. 7, 32 et 34 3 cf. Iob. 1, 1—3 13 cf. Luc. 18, 2—8 21 cf. Matth. 18, 23—35

1 uiueret] uiuere et *A* uiuere P^1 uiuebat *v* 2 qui (i *ex* e *corr.*) *P* otio] utio (u *in* o *corr.*) *A* 3 quia] qui AP^1 5 cui] quod ad *v* molendinum] molendi nomen *A* 6 ut sint] sunt *v* 7 potuerunt *P* 8 quam] quamuis *A* 9 et relictionem — *p. 616, 18 desiderantur in A, cum quaternio unus exciderit* quamuis] quae *v* 10 in] *om. Pv* singula *v* multae] *om. v*; multa *P* diuersitates] diuersa *v* 12 *cap.* CXCV *P* CXCVII *Gv* 14 interpellat *v* 17 reuereretur (ereretur *a m. 2 in ras.*) *P* uereretur *v* assiduae *MV*: assiduis *P* a suis *v* 19 suggyllet *MV* sugillet *v* suggillit P^1 20 aut] ut *P* 21 de] *om.* P^1

dimisit quod ratione reddita debere inuentus est, et ipse conseruo suo dilationem saltem dare noluit; et de faeneratore, qui cum duobus debitoribus donasset quod debebant, ab eo plus dilectus est cui plus donauit; et de homine, qui habebat duos filios, maiorem in agro sibi propinquantem, minorem autem in longinquo luxuriantem; et innumerabilia huius modi: de his enim, quantum similia sunt, ducitur intellectus eius rei, cui adhibentur insinuandae aut requirendae. aut ex ipsa dissimilitudine aliquid probat; ueluti est illud: quod si faenum agri, quod hodie est et cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, quanto magis uos modicae fidei? ad hoc genus pertinet etiam illud quod de seruo ait, cui dominus denuntiauerat, ut a uilicatu remoueretur; fraudem quippe ille fecit domino suo, ut falsatis chirographis debitoribus eius quantum commodum uisum est relaxaret. neque ullo modo nos dominus ut sibi fraudem faciamus hortatur, sed si fraudando quasi prouidit in posterum, laudatum eum dicit a domino; quanto maiore alacritate sibi prouidere debent in aeternam uitam quibus, ut iuste operentur, iubetur amicos facere de mamona iniquitatis? quod suo loco expositum est. ad hoc genus pertinet et ille qui non propter amicitiam, sed ut taedio careret, iam dormiens excitatur, ut tres panes commodet amico suo. si enim ille molestia compulsus dedit, quanto magis deus, qui suos seruos diligens

2 cf. Luc. 7, 41—43 4 cf. Luc. 15, 11—32 9 Matth. 6, 30
13 cf. Luc. 16, 1—9 20 cf. Quaestt. euang. II, 34 22 cf. Luc. 11, 5—8

1 debebat *v* *ante* inuentus *ras. 6 litt. in P* et ipse inuentus est *v* et ipse] *om. P*¹ 2 conseruo] cũseruo *P*¹ dalationem *P*¹ saltim *P*²*v* noluit] nolle *v* 3 eo plus] eo amplius *P* 6 loxuriantẽ (v *et* antẽ *a m. 2*) *P* 8 aut requirendae] et r. *v* 9 desimilitudine *P* 10 clibano *P*¹ 11 modicę (ę *ex* i *corr.*) *P* 12 ad hoc — denuntiauerat] *add. V*¹ *in spatio uacuo relicto; post* denuntiauerat *spatium 11 litt.* 13 uilicato *P*¹ 14 ut] *om. V* falsati *P*¹ cyrographis *MVv* cirografis (i *et* fi *in ras.*) *P* 17 quasi *libri*: sibi *a* prouidet *v* 18 maiori *v* 20 iubentur *P*¹*v* 21 hoc] ho *P* 24 deus] *om. v*

ut petamus hortatur, dabit bona poscentibus se? itaque illud superius genus his uerbis adiungi potest: sicut illud, ita et illud; hoc autem posterius his uerbis: si illud, quanto magis illud? aut: si illud, quanto minus illud? sed alicubi obscure, alicubi aperte ista ponuntur. hic ergo iniquus iudex non ex similitudine, sed ex dissimilitudine adhibitus est, ut ostenderet dominus, quanto certiores esse debeant qui deum perseueranter rogant fontem iustitiae atque misericordiae uel si quid excellentius dici aut audiri potest, cum apud iniquissimum iudicem usque ad effectum implendi desiderii ualuerit perseuerantia deprecantis.

Ipsa uero uidua potest habere similitudinem ecclesiae, quod desolata uidetur, donec ueniat dominus, qui tamen in secreto etiam nunc curam eius gerit. si autem mouet cur electi dei se uindicari deprecentur, quod etiam in Apocalypsi Iohannis de martyribus dicitur, cum apertissime moneamur, ut pro nostris inimicis et persecutoribus oremus: intellegendum est eam uindictam esse iustorum, ut omnes mali pereant. pereunt autem duobus modis, aut conuersione ad iustitiam aut amissa per supplicium potestate, qua nunc aduersum bonos, quamdiu hoc ipsum bonis expedit, uel temporaliter aliquid ualent. itaque etiam si omnes homines conuerterentur ad deum, inter quos sunt etiam inimici, pro quibus iubemur orare, diabolus tamen, qui operatur in filiis diffidentiae, remaneret in saeculi fine damnandus. quem finem iusti cum uenire desiderant, quamuis pro inimicis suis orent, tamen non absurde uindictam desiderare dicuntur.

1 Matth. 7, 11 15 cf. Apoc. 6, 10 17 cf. Matth. 5, 44 24 cf. Eph. 2, 2

1 petamus (e *ex* i *corr.*) *P* 4 si illud] si non illud *v* 5 obscure, alicubi] *om. v* 6 desimilitudine P^1 9 audire P^1 15 uindicare P^1v deprecetur (n *add. m. 2*) *P* 16 moneamus *MV* moniamur P^1 20 aduersus *Pv* bonus (u *in* o *corr.*) *P* 22 itaque (e *ex* o *corr. m. 1*) *V* 23 quos] *om.* P^1 diabolus] *scripsit* V^2 *in spatio uacuo 12 litt.* 24 filios *P*

[DE EO QVOD DICTVM EST: ORATE, NE FIAT FVGA VESTRA HIEME VEL SABBATO. EX LIBRO I QVAESTIONVM EVANGELII.

Id est „ne impedimento aliquo detineamini“ quia et hieme 196
imbribus uel frigore, et sabbato, in quo proficisci non licebat, impediebatur quis ab itinere; uel aliud, ne in tristitia aut laetitia rerum temporalium quis inueniatur a die illa.]

CLXXVIIII.

EX LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII II. DE CAMELO PER FORAMEN ACVS TRANSITVRO.

Quid est quod ait: facilius est camelum per foramen 197
acus transire quam diuitem intrare in regnum dei? diuitem hic appellat cupidum rerum temporalium et de talibus superbientem. his diuitibus contrarii sunt pauperes spiritu, quorum est regnum caelorum. nam eo manifestatur omnes cupidos, etiam si facultatibus huius mundi careant, ad hoc genus diuitum, quod est reprehensum, pertinere, quia postea dixerunt qui audiebant: quis poterit saluus fieri? cum incomparabiliter maior turba sit pauperum; uidelicet intellegentes in eo numero deputari etiam illos qui, quamquam talia non habeant, tamen habendi cupiditate rapiuntur. sensus est autem: facilius Christum pati pro dilectoribus saeculi, quam dilectores saeculi ad Christum posse conuerti. cameli autem nomine se intellegi uoluit, quia humiliatus onera sustulit.

1 Matth. 24, 20 11 (et 18) Luc. 18, 25—27 15 Matth. 5, 3

1 *cap.* CXCVI *P* CXCVII *Gv*; *deest in MV* fuca (c *in* g *corr. m. 2*) *G* 2 sabbatto *G* 4 detineamini] G^2P^2 *in ras.* quia] qui G^1P^1 5 licebat (c *ex* b *corr. m. 2*) *G* 7 quis] qui G^1 a G^1P: in G^2v 8 *cap.* CXCVII *P* CXCVIII *Gv* 10 transituro] transitorio (?) P^1 transire *v* 15 quorum] P^2 *in ras.* 18 qui] quia P^1 quis] et quis *Pv* 20 illos (os *in ras.*) *P* 21 rapiuntur capiuntur P^2 22 autem est *v* delictoribus *P* quam—saeculi] *om. MV* 23 delictores *P* 24 se] *om.* P^1

in quo enim manifestius intellegitur quam in ipso quod scriptum est: quanto magnus es, humilia te in omnibus? per acum autem punctiones significat, per punctiones dolores in passione susceptos. foramen ergo acus dicit angustias passionis. quod autem ait: quae impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud deum, non ita accipiendum est, quod cupidi et superbi, qui nomine illius diuitis significati sunt, in regnum caelorum sint intraturi cum suis cupiditatibus et superbia; sed possibile est deo, ut per uerbum eius — sicut etiam factum esse et cotidie fieri uidemus — a cupiditate temporalium ad caritatem aeternorum et a perniciosa superbia ad humilitatem saluberrimam conuertantur.

CLXXX.

EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII II. DE EO QVOD SCRIPTVM EST DE DOMINO: FINXIT SE LONGIVS IRE: VBI MVLTIPLICITER DISPVTAT PRO VERIS SIGNIFICATIONIBVS CONTRA MENDACIVM.

198 [De eo] quod scriptum est de domino: finxit se longius ire, non ad mendacium pertinet; non enim omne, quod fingimus, mendacium est, sed quando id fingimus quod nihil significat, tunc est mendacium. cum autem fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura ueritatis. alioquin omnia, quae a sapientibus et sanctis uiris uel etiam ab ipso domino figurate dicta sunt, mendacia deputabuntur, quia secundum usitatum intellectum non sub-

2 Eccli. 3, 18 15 (et 18) Luc. 24, 28

3 acum] P^2 *in ras.* per punctione *V* 4 dolores] significat dolores *v* susceptus P^1 6 sunt] *om. P* 8 sint] sunt *Pv* 9 deo] *om. v* 11 perneciosa *v* 13 *cap.* CXCVIII *P* CXCVIIII *Gv* 15 finxit] P^2 *in ras.* ubi multipliciter — contra mendacium *GPv*: *om. MV*; *cf. p. 20, 28 et cap. CLXXXII* 18 de eo] *libri; inclusi* 20 mendacium est — fingimus] *om.* P^1 quando id fingimus] *scripsit* V^2 *in spatio uacuo* 21 fictio] finctio P^2v functio P^1 23 quae] quae* *P* quaeq. *v* et] *eras. in P* 24 figuratae *V*

sistit ueritas talibus dictis. non enim homo, qui habuit duos filios, quorum minor accepta parte patrimonii sui profectus est in regionem longinquam, et cetera, quae in illa narratione contexuntur, ita dicuntur, tamquam uere fuerit quisquam homo, qui hoc in filiis suis duobus aut passus sit aut fecerit. ficta sunt ergo ista ad rem quandam significandam tam longe alteque maiorem et tam incomparabiliter differentem, ut per illum fictum hominem deus uerus intellegatur. sicut autem dicta, ita etiam facta finguntur sine mendacio ad aliquam rem significandam. unde est etiam illud eiusdem domini, quod in fici arbore fructum quaesiuit eo tempore, quo illa poma nondum essent. non enim dubium est illam inquisitionem non fuisse ueram. quiuis enim hominum sciret, si non diuinitate, uel tempore poma illam arborem non habere. fictio igitur, quae ad aliquam ueritatem refertur, figura est; quae non refertur, mendacium est. quid ergo significat quod se ire longius dominus finxit, cum comitaretur discipulis, exponens eis sanctas scripturas, utrum ipse esset ignorantibus? quid putamus, nisi quia hospitalitatis officio ad suam cognitionem peruenire posse homines intimauit? ut, cum longius ipse ab hominibus abscesserit super omnes caelos, tamen ita cum eis sit qui haec exhibent seruis eius, ut, cum dicere coeperint: domine, quando te uidimus hospitem et adduximus? tamquam eum scilicet qui longe abscesserat, respondeat ille: cum uni ex minimis meis fecistis. tenet ergo Christum, ne longius ab illo eat, quisquis catecizatus uerbo in omnibus bonis ei qui se catecizat communicat; sicut apostolus dicit: communicet qui catecizatur uerbo ei qui se catecizat in omnibus bonis; et alio

1 cf. Luc. 15, 11—32 11 cf. Marc. 11, 13 23 Matth. 25, 38 25 Matth. 25, 40 28 Gal. 6, 6

2 quorum (o *a m. 2 in ras.*) *P* 8 illum] illu* (d *ras.*) *P* 9 mendacio (o *ex* ū *corr. m. 2*) *P* 11 arborem *V* quo] quod *P* 12 esset *P* 14 illam *a*: illa *libri* 17 se] si P^1 dominus longius *Pv* comitaretur] comearetur P^1 21 ipse] *om. v* 24 qui] et qui *v* 26 cathecizatus *P* catezizatur *v* 27 catacizat *V* cathecizat *P* catezizat *v* 29 ei] P^2 *in ras.*

loco, cum dixisset: necessitatibus sanctorum communicantes, statim subiecit: hospitalitatem sectantes. et isti enim catecizati erant uerbo, cum eis exponeret scripturas, et quia hospitalitatem sectati sunt, eum quem in ipsa expositione scripturarum non cognouerunt in panis fractione cognoscunt. non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur.

IAM HINC EX LIBRO CONTRA MENDACIVM AD CONSENTIVM.

198ª Euangelista dicens: ipse autem se finxit longius ire, etiam ipsum uerbum posuit, quo mendaces nimium delectantur, ut impune mentiantur; quasi mendacium omne, quod fingitur, cum ueraciter aliud ex alio significandi causa tam multa fingantur. si ergo nihil aliud significasset Iesus in eo, quod longius se ire finxit, merito iudicaretur esse mendacium. porro autem, si bene intellegatur et ad id quod uoluit significare referatur, inuenitur esse mysterium. alioquin erunt cuncta mendacia, quae propter quandam rerum significandarum similitudinem, cum gesta non sint, tamquam gesta narrantur. unde est et illa de duobus unius hominis filiis, maiore, qui mansit apud patrem suum, et minore, qui longe peregrinatus est, tam prolixa narratio. in quo genere fingendi humana etiam dicta uel facta inrationabilibus animantibus et rebus sensu carentibus homines addiderunt, ut eius modi fictis narrationibus, sed ueracibus significationibus quod uellent commendatius intimarent. nec aput auctores tantum saecularium litterarum, ut apud Horatium, mus loquitur muri et

1 Rom. 12, 13 6 Rom. 2, 13 19 cf. Luc. 15, 11 sqq. 26 cf. Hor. Sat. II. 6, 79 sqq.

2 statī (i *ex* u *corr. m. 2*) *P* 4 quia] qui *P* sectati] secuti *v* 5 cognouerant *Pv* 8 Iam hinc—Consentium] *om. MV* iam hinc *P*: abhinc *Gv* ex *P*: de G^2v; *om.* G^1 consentium] consentientium (enti *del. m. 2*) *G* 11 mentiantur (a *ex* e *corr.*) *P* mendacium *V*: mendacium sit *Pv* 15 autem] P^2 *in ras.* et] ut *v* 17 quendam (e *in* a *corr.*) *P* 19 et] *om. v* 21 generi P^1 22 rationabilibus *v* 23 hominis P^1 25 commentius (da *add. m. 2*) *P* 26 Horatium] oratium *PV* oratores *v*

mustela uulpiculae, ut per narrationem fictam ad id quod agitur uerax significatio referatur; unde et Aesopi tales fabulas ad eum finem relatas nullus tam ineruditus fuit, qui putaret appellanda mendacia. sed in litteris quoque sacris, sicut in libro Iudicum ligna sibi regem requirunt et locuntur ad oleam et ad ficum et ad uitem et ad robum; quod totum utique fingitur, ut ad rem, quae intenditur, ficta quidem narratione, non mendaci tamen, sed ueraci significatione ueniatur. haec dixi propter quod scriptum est de Iesu: et ipse se finxit longius ire, ne quisquam ex hoc uerbo, sicut Priscillianistae licitum uolunt habere mendacium, insuper etiam Christum contendat fuisse mentitum. quisquis autem uult intellegere illud fingendo quid praefigurauerit, attendat quid agendo perfecerit. longius namque postea profectus super omnes caelos non tamen deseruit discipulos suos. propter hoc significandum futurum diuinitus factum ad praesens illud est humanitus fictum. et ideo significatio uerax in illa est fictione praemissa, quia in hac profectione illius est significationis ueritas subsecuta. ille igitur contendat Christum mentitum esse fingendo, qui negat eum quod significauit implesse faciendo.

Non est ergo mendacium, cum silendo absconditur uerum, sed cum loquendo promitur falsum. Iacob autem quod matre fecit auctore, ut patrem fallere uideretur, si diligenter et fideliter attendatur, non est mendacium, sed mysterium. quae

1 cf. Hor. Epp. I, 7, 29 sqq. 5 cf. Iudic. 9, 8 sqq. 23 cf. Gen. 27, 6 sqq.

1 uulpeculae *v* 2 Aesopi] hysopi *MV* hysophy *P*; *om. v* 3 relatis (*corr. m. 2*) *P* 4 sed P^1V: sed et P^2v 5 loquuntur *P* 6 robum *V*: rubum *Pv* 8 tamen] *eras. in P* sed ueraci] *om. v* 10 ipsi P^1 finxit se *Pv* 11 uolunt *MV*: uolens *GPv* insuper etiam] imperitia G^2v imperitiam G^1 12 contendat *GPv*: condemnant *MV* 14 perficerit *P* postea*** *P* 15 disseruit (*corr. m. 2*) *P* 16 ad praesens—fictum *GPv*: *om. MV* 17 fictum] finctum G^2v factum P^1 18 finctione *v* quia—profectione] *om. v* pfectione *P* 19 contendit *v* 21 impleuisse *GPv* 23 loquendo (do *add. m. 2*) *P* promitur** (itur *in ras. a m. 2*) *P*

si mendacia dixerimus, omnes etiam parabolae ac figurae significandarum quarumque rerum, quae non ad proprietatem accipiendae sunt, sed in eis aliud ex alio est intellegendum, dicentur esse mendacia; quod absit omnino. nam qui hoc putat, tropicis etiam tam multis locutionibus omnibus potest hanc importare calumniam, ita ut et ipsa quae appellatur metafora, hoc est de re propria ad rem non propriam uerbi alicuius usurpata translatio, possit ista ratione mendacium nuncupari. cum enim dicimus fluctuare segetes, gemmare uites, floridam iuuentutem, niueam canitiem, procul dubio, fluctus, gemmas, florem, niuem quia in his rebus non inuenimus, in quas haec uerba aliunde transtulimus, ab istis mendacia putabuntur. et petra Christus et cor lapideum Iudaeorum, item leo Christus et leo diabolus et innumerabilia talia dicuntur esse mendacia. quid, quod haec tropica locutio usque ad eam peruenit quae appellatur antifrasis, ut dicatur abundare quod non est, dicatur dulce quod acidum est, lucus, quod non luceat, Parcae, quod non parcant? unde illud est in scripturis sanctis: si non in faciem benedixerit tibi; quod diabolus ait domino de sancto Iob, et intellegitur „maledixerit". quo uerbo et Nabutthei fictum crimen a calumniantibus nominatum est. dictum est enim, quod benedixerit regi, hoc est maledixerit. hi omnes modi locutionum mendacia putabuntur, si locutio uel actio figurata in mendacio deputabitur. si autem non est mendacium, quando ad intellegentiam ueritatis aliud ex alio significantia referuntur, profecto non solum hoc quod fecit aut dixit Iacob patri, ut benediceretur, sed neque illud quod Ioseph uelut inludendis locutus est fratribus, nec quod

13 cf. I Cor. 10, 4 cf. Ezech. 36, 26 14 cf. Apoc. 5, 5 cf. I Petr. 5, 8 19 Iob. 2, 5 21 cf. III Reg. 21, 13 28 cf. Gen. 42, 7 sqq.

1 ac] *om.* P^1 2 non] *om.* P^1 proprietate *V* 4 dicitur *v* 7 non] *om.* P^1 uerba *P* 9 segites *P* 14 dicuntur *PV*: dicentur *v* 15 quid, quod] quicquid *v* 17 acidum (cid *in ras. a m. 2*) *P* 18 Parcae] parce *PV* parcat P^1 21 nabuthei *Pv* 22 dictum est] *om.* P^1 23 hi* *P* hii *v* omnis P^1 loquutionum *V* 26 hoc *V*: id *Pv* 27 aut P^2V: *om.* P^1; et *v*

Dauid simulauit insaniam, nec cetera huius modi mendacia iudicanda sunt, sed locutiones actionesque propheticae ad ea quae uera sunt intellegenda referendae; quae propterea figuratis uelut amictibus obteguntur, ut sensum pie quaerentis exerceant et ne nudata ac promta uilescant. quamuis quae aliis locis aperte ac manifeste dicta didicimus, cum ea ipsa de abditis eruuntur, quodam modo in nostra cognitione renouantur et renouata dulcescunt, nec inuidentur discentibus, quod his modis obscurantur, sed commendantur magis, ut quasi subtracta desiderentur ardentius et inueniantur desiderata iucundius. tamen uera, non falsa dicuntur, quoniam uera, non falsa significantur seu uerbo seu facto. quae significantur utique enim, ipsa dicuntur. putantur autem mendacia, quoniam non ea quae uera significantur dicta intelleguntur, sed ea quae falsa sunt dicta esse creduntur. hoc ut exemplis fiat planius, id ipsum quod Iacob fecit attende. hedinis certe pellibus membra contexit. si causam proximam requiramus, mentitum putabimus; hoc enim fecit, ut putaretur esse qui non erat. si autem hoc factum ad illud propter quod significandum re uera factum est referatur, per hedinas pelles peccata, per eum uero qui eis se operuit ille significatus est qui non sua, sed aliena peccata portauit. uerax ergo significatio nullo modo mendacium recte dici potest. ut autem in facto, ita et in uerbo. nam cum ei pater dixisset: quis es tu, fili? ille respondit: ego Esau primogenitus tuus. hoc si referatur ad duos illos geminos, mendacium uidebitur; si

1 cf. I Reg. 21, 13 24 Gen. 27, 18 sq.

2 locutionis P^1v actionisque P^1v 3 referenda P^1 5 promta *P* 6 dedicimus P^1 ea] P^2 *in ras.* 7 cognitione *V*: cogitatione *Pv* renouantur et] *om. v* 8 dulciscunt P^1 10 inueniantur] ueniant *v* 11 iocundius PV^2v falsa *V*: falsa esse *Pv* 13 enim utique *Pv* 14 quae] qui P^1 quibus *v* 15 hoc] *om.* P^1 16 haedinis P^2v 18 putauimus *v* 19 illud propter quod] P^2 *in ras.* significandū (ū *ex* ā *corr. m. 2*) *P* 21 eis] *om. v* ille] illis *v* qui] quia *P* 23 in] *om.* P^1 24 ei] *om. v* 25 ego *PV*: ego sum *v* 26 illos (o *ex* u *corr.*) *P*

autem ad illud propter quod significandum ista gesta, dicta, conscripta sunt, ille est intellegendus in corpore suo, quod est eius ecclesia, qui de hac re loquens ait: cum uideritis Abraham, Isaac et Iacob et omnes prophetas in regno dei, uos autem expelli foras; et uenient ab oriente et occidente et aquilone et austro et accumbent in regno dei. et ecce sunt nouissimi qui erant primi, et sunt primi qui erant nouissimi. sic enim quodam modo minor maioris primatum frater abstulit atque in se transtulit fratris. cum igitur tam uera tamque significentur ueraciter, quid hic debet putari factum dictumue mendaciter? cum enim quae significantur non utique non sunt in ueritate, sed sunt seu praeterita seu praesentia seu futura, procul dubio uera significatio est nullumque mendacium.

ITEM INTER CETERA EX EODEM LIBRO.

Sed aliquanto commendatius oportet ut dicam, cur ista mihi uideatur tripertita ratio disputandi aduersus eos qui patronas mendaciis suis scripturas uolunt adhibere diuinas: ut prius ostendamus nonnulla, quae ibi putantur esse mendacia, non esse quod putantur, si recte intellegantur; deinde si qua ibi mendacia manifesta sunt, imitanda non esse; tertio contra omnes omnium opiniones, quibus uidetur ad uiri boni officium pertinere aliquando mentiri, omni modo tenendum in doctrina religionis nullo modo esse mentiendum.

Quando quidem illa Petri et Barnabae simulatio, qua gentes iudaizare cogebant, merito reprehensa atque correpta est, et

3 Luc. 13, 28 sqq.

1 quod] *om.* P^1 significandū (ū *ex* ā *corr.*) *P* 3 qui (i *ex* e *corr.*) *P* loques *P* 4 Isaac] et isaac *P* iocob *P* 8 enim] autem *v* 10 tamque (e *ex* ā *corr. m. 2*) *P* 11 putare *P* 12 sunt (*om.* non) *Pv* 13 in] *om. v* 15 item—libro *Pv*: *om. V* inter *addidi*: *om. Pv* 16 aliquando P^2V cō̄mendatius (cō̄ *add. m. 2*) *P* 17 uidetur (a *add. m. 2*) *P* 21 tertia *v* 23 aliquando] *om. v* mentiri] mentire P^1; *om. v* 24 esse] *om. v* 25 **simulatio *P*

ne tunc noceret et ne posteris ad imitandum ualeret. cum enim uidisset apostolus Paulus, quia non recte ingrediuntur ad ueritatem euangelii, dixit Petro coram omnibus: si tu, cum sis Iudaeus, gentiliter et non iudaice uiuis, quomodo gentes cogis iudaizare? id autem quod ipse fecit, ut quasdam obseruationes legitimas Iudaica consuetudine retinendo et agendo non se inimicum legis prophetisque monstraret, absit, ut mendaciter eum fecisse credamus. de hac quippe re satis est eius nota sententia, qua fuerat constitutum nec Iudaeos, qui tunc in Christum credebant, prohibendos esse a paternis traditionibus nec ad eas gentiles, cum christiani fierent, esse cogendos, ut illa sacramenta, quae diuinitus praecepta esse constaret, non tamquam sacrilegia fugerentur nec tamen putarentur sic necessaria iam nouo testamento reuelato, tamquam sine his quicumque conuerterentur ad deum salui esse non possent. erant enim qui hoc putabant atque praedicabant, quamuis iam recepto Christi euangelio, et eis simulate consenserant Petrus et Barnabas ideoque cogebant gentes iudaizare. id enim erat cogere, sic ea necessaria praedicare, tamquam et recepto euangelio nulla sine illis salus esset in Christo; hoc error quorundam putabat, hoc timor Petri simulabat, hoc libertas Pauli redarguebat. quod ergo ait: omnibus omnia factus sum, ut omnes lucri facerem, compatiendo id fecit, non mentiendo. fit enim quisque tamquam ille cui uult subuenire, quando tanta misericordia subuenit, quanta sibi subueniri uellet, si esset ipse in eadem miseria constitutus. itaque fit tamquam ille, non quia fallit illum, sed quia se cogitat sicut illum. unde illud est

3 Gal. 2, 13 sq. 23 I Cor. 9, 22

1 et ne] nec *v* 2 Paulus] *om.* P^1v 4 iudaicae *V* 5 cogis gentes *Pv* 6 ut] unde *P* obseruationis P^1 7 agendo (endo *in ras. a m. 2*) *P* legis *libri*: legi *a* 12 fierent] fuerint P^1 16 e*rant (r *ras.*) *P* 18 consenserunt *P* 19 erat enim *Pv* cogere] cogitare *P* 23 omnia omnibus *Pv* 24 id] i*d* *P* 25 quando] qñ P^2 *in ras.* 26 subueniri] subuenire P^1 uelit *v* 28 fallet P^1 se] *om.* *v* sicut] secundum *v*

eius apostoli quod iam supra commemoraui: fratres, etsi praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis instruite huius modi in spiritu mansuetudinis; intendens te ipsum, ne et tu temteris. nam si propterea, quia dixit: factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus, et his qui sub lege erant tamquam sub lege, ideo putandus est mendaciter suscepisse legis ueteris sacramenta, debuit et gentium idolatriam eodem modo mentiendo suscipere qui dixit etiam his qui sine lege erant tamquam sine lege se factum, ut eos lucri faceret; quod utique non fecit. non enim alicubi sacrificauit idolis aut adorauit illa figmenta, ac non potius libere tamquam martyr Christi detestanda et uitanda monstrauit.

Mendacium est quippe falsa significatio cum uoluntate fallendi. non est autem falsa significatio, ubi, etsi aliud ex alio significatur, uerum est tamen quod significatur, si recte intellegatur.

Sunt quaedam eius modi etiam saluatoris in euangelio, quia et ipse dominus prophetarum propheta esse dignatus est. talia sunt illa, ubi de muliere, quae fluxum sanguinis patiebatur, ait: quis me tetigit? et de Lazaro: ubi posuistis eum? sic quippe interrogauit quasi nesciens quod utique sciebat; ac per hoc nescire se finxit, ut aliquid aliud illa uelut ignorantia sua significaret. quae significatio quoniam uerax erat, mendacium profecto non erat. eos namque significabant siue illa fluxum sanguinis patiens siue ille mortuus quadriduanus, quos etiam qui cuncta sciebat quodam modo

1 Gal. 6, 1 5 I Cor. 9, 20 sq. 21 Luc. 8, 45 Io. 11, 34

1 iam] *om.* *v* memoraui *v* etsi] si *P* 3 spiritalis P^1 7 suscipisse P^1 8 leges P^1 idolatria *v* 9 qui dixit *PV*: quia d. *v* 10 se] *om.* *v* faceret] fecerit P^1 12 ado|orauit (o *alteram add. m. 2*) *V* 13 et uitanda] *om.* *P* 16 alio significa*tur (n *ras.*) *P* tamen est *v* 18 eius] huius *P* 21 tetigit] titit P^1 23 per] pro *v* 24 illa] *om.* P^1 uel^{ut} (ut *add. m. 2*) *P* 25 uerax erat] u. ē P^2 *in ras. 3 litt.* eos (o *ex* a *corr.*) *P* 27 quatriduanus *P*

nesciebat. nam et illa typum gerebat plebis gentium, unde praemissa fuerat prophetia: populus, quem non cognoui, seruiuit mihi; et Lazarus remotus a uiuentibus tamquam ibi iacebat per significatiuam similitudinem, ubi ille cuius uox est: proiectus sum a facie oculorum tuorum. et ideo, tamquam nesciretur a Christo et illa quae fuerit et iste ubi positus fuerit, uerbis interrogantis est figuratum et omne uitatum ueraci significatione mendacium.

CLXXXI.

EX LIBRO DE MENDACIO. DE MENDACII GENERIBVS OCTO.

Primum est capitale mendacium longeque fugiendum, quod 199
fit in doctrina religionis; ad quod mendacium nulla debet condicione quisque adduci. secundum, ut aliquem laedat iniuste; quod tale est, ut et nulli prosit et obsit alicui. tertium, quod ita prodest alteri, ut obsit alteri, quamuis non ad immunditiam obsit corporalem. quartum sola mentiendi fallendique libidine, quod merum mendacium est. quintum, quod fit placendi cupiditate de suaui eloquio. his omnibus penitus euitatis atque eiectis sequitur sextum genus, quod et nulli obest et prodest alicui; uelut si quispiam pecuniam alicuius iniuste tollendam sciens ubi sit nescire se mentiatur. septimum, quod et nulli obest et prodest alicui; uelut si nolens hominem ad mortem quaesitum prodere mentiatur, non solum iustum atque innocentem sed et reum, quia christianae disci-

2 Ps. 17, 44 5 Ps. 30, 23

1 et] *om.* P^1 2 promissa *v* 4 ubi] ibi *P* 6 ideo (*om.* et) *v* 7 fuerat P^1 8 omni *V* ueraci P^2V: uera P^1v 9 *cap.* CXCVIIII *P* CC *G*; *om. v* 11 longe (*om.* que) *v* 12 debet condicione quisque *MV*: cond. quisquam debet *GPv* 14 tertiam *V* 16 fallendique] faciendique (ci *in ras.*) *P* 17 libidini P^1 merum] mirum *Vv* uerum (ue *in ras.*) *P* 18 su^{aui} (aui *add. m. 2*) *P* oloquio *V* 19 deuitatis *v* eiectis *V*: reiectis *Pv* 20 si] se *P* alicuius iniuste pecuniam *Ppr.* 23 prodere] prodire (i *in* e *corr.*) *P* 24 et] *om.* P^1v re*um (r *ras.*) *P*

plinae sit, ut neque de cuiusquam correctione desperetur neque cuiquam paenitendi aditus intercludatur. de quibus duobus generibus, quae solent habere magnam controuersiam, satis tractauimus et quid nobis placeret ostendimus, ut suscipiendis incommoditatibus, quae honeste ac fortiter tolerantur, haec quoque genera deuitentur a fortibus et fidelibus et ueracibus uiris ac feminis.

Non ergo mentiendum quaerenti, ubi sit qui se fidei cuiuspiam commiserit, sed fortius respondendum: „nec prodam nec mentiar“. fecit hoc episcopus quondam Thagastensis ecclesiae, Firmus nomine, firmior uoluntate. nam cum ab eo quaereretur homo iussu imperatoris per apparitores ab eo missos, quem ad se confugientem diligentia quanta poterat occultabat, respondit quaerentibus nec mentiri se posse nec hominem prodere, passusque tam multa tormenta corporis — nondum enim erant imperatores christiani — permansit in sententia. deinde ad imperatorem ductus usque adeo mirabilis apparuit, ut ipse homini, quem seruabat, indulgentiam sine ulla difficultate impetraret. quid hoc fieri potest fortius atque constantius?

Octauum est genus mendacii, quod et nulli obest et ad hoc prodest, ut ab immunditia corporali aliquem tueatur.

Non igitur mentiendum in doctrina pietatis; magnum enim scelus est et primum genus detestabilis mendacii. non est mentiendum secundo genere, quia nulli facienda est iniuria. non est mentiendum tertio genere, quia nulli cum alterius iniuria consulendum est. non est mentiendum quarto genere

1 disperetur *PVv* 2 adytus *V* 4 placere *V* plac&ret P^1 5 honestae *V* ac] hac *P* to*lerantur (l *ras.*) *P* 6 deuitentur] debitentur *V* diuidentur P^1 7 faeminis *V* 10 tagastensis P^2v tagastinses P^1 11 Firmus] firmius *v* 12 per apparitores] *om. v* apparitoris P^1 missus P^1v 13 quanto (o *in* a *corr.*) *P* 14 mentire P^1 16 erant enim *v* erat (n *add. m. 2*) *P* imperatoris P^1 17 mirabilis *PV*: miserabilis *v* 18 ipsi *v* sine ulla] *om.* P^1 19 quid] d *add. m. 2 P*; quia *v* 23 enim] *om.* P^1v 25 genere] gere *P* 27 consolendum *V* consulendum (*om.* est) P^1

propter mendacii libidinem, quae per se ipsa uitiosa est. non est mentiendum quinto genere, quia nec ipsa ueritas fine placendi hominibus enuntianda est, quanto minus mendacium, quod per se ipsum, quia mendacium est, utique turpe est. non est mentiendum sexto genere; neque enim recte etiam testimonii ueritas pro cuiusquam temporali commodo ac salute corrumpitur. ad sempiternam uero salutem nullus ducendus est opitulante mendacio; non enim malis conuertentium moribus ad bonos mores conuertendus est, quia, si erga illum faciendum est, debet etiam ipse conuersus facere erga alios, atque ita non ad bonos, sed ad malos mores conuertitur, cum hoc ei praebetur imitandum conuerso, quod ei praestitum est conuertendo. neque septimo genere mentiendum est; non enim cuiusquam commoditas aut salus temporalis perficiendae fidei praeferenda est, nec, si quisquam in recte factis nostris tam male mouetur, ut fiat etiam animo deterior longeque a pietate remotior, propterea recte facta deserenda sunt, cum id nobis praecipue tenendum sit, quo uocare atque inuitare debemus quos sicut nosmet ipsos diligimus, fortissimoque animo bibenda est apostolica illa sententia: aliis quidem odor uitae in uitam, aliis odor mortis in mortem; et ad haec quis idoneus? nec octauo genere mentiendum est, quia et in bonis castitas animi pudicitia corporis et in malis id quod ipsi facimus eo quod fieri sinimus maius est. in his autem octo generibus tanto quisque minus peccat, cum mentitur, quanto emergit ad octauum; tanto amplius, quanto emergit

20 II Cor. 2, 16

1 libidine P^1 ipsam *Pv* 6 commodo] cūmodo *P* 7 ducendus (u *prior ex* i *corr.*) *P* 8 conuersantium *v* 9 si] se P^1 erga (a *ex* o *corr.*) *P* 12 praebetur] ꝑbetur P^1 14 commoditas aut salus] P^2 *in ras.* proficiendae *v* 15 si] se *Pv* recte] rectis *Pv* 16 moueatur *v* longique P^1 17 facta] *om.* *v* deserenda] disserenda *Pv* 20 odor *V*: sumus odor *P*; *om.* *v* 22 idoneus] tam idoneus *v* 23 castitas] ⁊ caritas *add.* P^2 *in mg.* 25 peccat] peccatum *v* cum mentitur] committit *v* 26 tanto—autem esse] *om.* *v*

ad primum. quisquis autem esse aliquod genus mendacii, quod peccatum non sit, putauerit, decipiet se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitratur aliorum.

CLXXXII.

EX LIBRO CONTRA MENDACIVM AD CONSENTIVM. CONTRA EOS QVI AD MENTIENDVM VELVT PATROCINANTIA SIBI DE SCRIPTVRIS EXEMPLA PROPONVNT.

200 Quapropter quando nobis de scripturis sanctis mentiendi ponuntur exempla, aut mendacia non sunt, sed putantur esse, dum non intelleguntur, aut, si mendacia sunt, imitanda non sunt, quia iusta esse non possunt. sed quod scriptum est bene deum fecisse cum hebraeis obstetricibus et cum Raab Hiericuntina meretrice, non ideo factum est, quia mentitae sunt, sed quia in homines dei misericordes fuerunt. non est itaque in eis remunerata fallacia, sed beniuolentia, benignitas mentis, non iniquitas mentientis. sicut enim mirum absurdumque non esset, si alio prius tempore commissa ab eis opera mala deus propter posteriora opera bona uellet ignoscere, ita mirandum non est, quod uno tempore in una causa deus utrumque conspiciens, id est factum misericordiae factumque fallaciter, et bonum remunerauit et propter hoc bonum illud malum ignouit. si enim peccata, quae propter carnis concu-

11 cf. Ex. 1, 17 sqq. 12 cf. Ios. 2, 1 et 6, 24 sq.

1 ad (d *ex* t *corr.*) *P* quis[quis] (quis *add. m. 2*) *P* aliquod] aliquid P^1 sed si aliquod *v* 3 decept*orem (i *ras.*, r *ex* n *corr. m. 2*) *P* 4 *num. cap. om. GPv* 5 consenti*um (n *ras.*) *P* contra eos—proponunt *GPv*: ubi multipliciter disputat pro ueris significationibus contra mendacium *MV*; *cf. p. 604, 15* 6 uelut] uel G^1 patrocinanda *v* 11 sed quod] P^2 *in ras.* 12 ebreis *P* et] *om.* P^1 rab (a *add. m. 2*) *P* 13 hierichontina *v* 17 esset PV^1v: est sed V^2 est *M* commis[sa] (sa *add. m. 2*) *P* 18 deus] *om.* P^1 posteriora] *om. v*; *ab hoc uerbo incipit fol. 25*^{r} *A* 20 utrumque] utcumque *P* misericordiae *V*: misericorditer *APv* 21 et bonum] et bonorum P^2

piscentiam, non propter misericordiam fiunt, propter posteriora tempora misericordiae dimittuntur, cur non merito dimittuntur quae propter ipsam misericordiam committuntur? grauius est enim peccatum, quod animo nocentis quam quod animo subuenientis efficitur. ac per hoc si illud deletur opera misericordiae postea subsequente, cur hoc quod est leuius non deleatur ipsa hominis misericordia et praecedente, ut peccet, et comitante, cum peccat? ita quidem uideri potest. uerum tamen aliud est dicere: „peccare quidem non debui; sed opera misericordiae faciam, quibus deleam quod ante peccaui“; et aliud est dicere: „peccare debeo, quia non possum aliter misereri“. aliud est, inquam, dicere: „quia iam peccauimus, bene faciamus“; et aliud est dicere: „peccemus, ut bene faciamus“. ibi dicimus: „faciamus bona, quia fecimus mala“; hic autem: faciamus mala, ut ueniant bona. ac per hoc ibi exhaurienda est sentina peccati, hic cauenda est doctrina peccandi.

CLXXXIII.

EX SERMONE DE CONTINENTIA. CONTRA DIVERSOS, QVI VARIIS MODIS SVA NITVNTVR EXCVSARE PECCATA, EX QVIBVS NVLLA IMPVNITA ESSE POSSE CONFIRMAT.

Vt spiritu nostro opera carnis mortificemus, spiritu dei 201
agimur, qui dat continentiam, qua frenemus, domemus, uinca-

15 Rom. 3, 8

1 non] *om.* P^1 non ^{prop}ter (prop *add. m. 2*) *A* fiunt (propter *om.*) P^1 2 merito dimittãntur (*corr. m. 1*) *M* m. dimittitur P^1 4 nocentis—animo] *om. v* 5 *ac (h *ras.*) *P* si] se P^1 opera *APV* (*cf. Cyprian. p. 531, 4*): opere *Gv* misericordia P^1 6 subsequenti *v* 7 misericordiae *A* et] *om.* A^1v; ut P^1 8 uidere P^1 uerum] utrumque *v* 9 debui*** (sse *ras.*) *P* 13 et aliud—bene faciamus *AGPv*: *om. MV* 14 dicimus (mus *a m. 2 in ras. V*) *MV*: dicitur *AGPv* faciamus (cia *a m. 2 in ras.*) *V* 15 exaurienda *P* 18 *cap.* CLXXXIII* (I *ras.*) *V* CLXXXIIII *A* CCII *Gv*; *om. P* 19 continentia] c. inter cetera et ad locum *A* diuersus *AP*^{1} 20 nitunt P^1 ex quibus *MV*: quae *AGPv* 22 nostra *v* 23 domemus] donemus Pv^1 uincamus] uincamus omnem *v*

mus concupiscentiam. in hoc tam magno proelio, in quo uiuit homo sub gratia et, cum bene pugnat, adiutus exsultat in domino cum tremore, non desunt tamen etiam strenuis bellatoribus et operum carnis quamuis inuictis mortificatoribus aliqua uulnera peccatorum, propter quae sananda cotidie ueraciter dicant: dimitte nobis debita nostra, contra eadem uitia et contra diabolum, principem regemque uitiorum, multo uigilantius et acrius ipsa oratione certantes, ne ualeant aliquid mortiferae suggestiones eius, quibus instigat insuper peccatorem ad sua excusanda potius quam accusanda peccata, ac sic illa uulnera non modo non sanentur uerum etiam, etsi mortifera non erant, grauiter et letaliter infigantur. et hic ergo cautiore opus est continentia, qua cohibeatur superbus hominis appetitus, quo placet sibi et non uult culpabilis inueniri dedignaturque, cum peccat, conuinci quid ipse peccauerit, non salubri humilitate suscipiens accusationem sui, sed excusationem potius ruinosa elatione conquirens. ad hanc superbiam cohercendam continentiam petiuit a domino ille cuius superius uerba iam posui et sicut potui commendaui. namque cum dixisset: pone, domine, custodiam ori meo et ostium continentiae circum labia mea; ne declines cor meum in uerba maligna, unde hoc diceret euidentius explicans: ad excusandas, inquit, excusationes in peccatis. quid enim malignius his uerbis, quibus malus malum se negat etiam de opere malo conuictus, quod negare non ualeat? et quoniam factum non potest tegere nec bene factum non potest dicere et a

6 Matth. 6, 12 19 Ps. 140, 3 sq.

2 homo] *om.* P^1v 3 strenuis] extrenuis *A* 5 sananda (da *ex* do *corr.*) *P* 9 suggestionis *P* insticat *A* peccatorum *v* 10 sua (a *ex* i *corr.*) *P* sic] sicut *A* 11 non modo non *APv*: non modo *V* etsi] et *A* mortiferam *V* 12 cautiori *v* opus (u *ex* e *corr.*) *P* 13 superbi *Av* quo P^2: quod P^1Vv; *om.* *A* 15 quid *V*: quod *APv* 17 coercendam *Pv* 18 superius *A* 20 custodia *V* 22 diceret] dicer̃ P^1 dicerit *A* 23 inquid AP^1 excusationis *A* 24 se] si *V* 25 malo (o *ex* um *corr.*) *A* 26 bene] be *A* non potest A^2PV (*cf. Cyprian. p. 648, 16*): potest *v* non potest—factum] *add.* A^2 *in mg.*

se factum uidet patere, quaerit in aliud referre quod fecit, tamquam inde possit auferre quod meruit; nolens esse se reum addit potius ad reatum et sua excusando, non accusando peccata ignorat non se poenam remouere, sed ueniam. aput homines enim iudices, quoniam falli possunt, quacumque uelut purgare fallacia quod perperam factum est prodesse aliquid uidetur ad tempus; apud deum autem, qui falli non potest, non est adhibenda falsa defensio, sed uerax confessio peccatorum. et alii quidem, qui sua consueuerunt excusare peccata, fato se ad peccandum queruntur impelli, tamquam hoc decreuerint sidera et caelum prius talia decernendo peccauerit, ut homo postea talia committendo peccaret. alii fortunae malunt imputare quod peccant, qui omnia fortuitis casibus agitari putant, nec tamen hoc se fortuita temeritate, sed perspecta ratione sapere atque asseuerare contendunt. qualis ergo dementia est disputationes suas rationi tribuere et actiones suas casibus subiugare? alii totum, quod male faciunt, in diabolum referunt nec uolunt cum illo habere uel partem, cum illum sibi occultis suggestionibus suasisse suspicari possint, se autem illis suggestionibus, undecumque fuerint, consensisse dubitare non possint. sunt etiam qui excusationem suam extendunt in accusationem dei, diuino iudicio miseri, suo autem furore blasphemi. etenim aduersus eum contrario principio inducunt mali substantiam rebellantem, cui non potuissent resistere, nisi substantiae naturaeque suae partem eidem rebellanti contaminandam corrumpendamque miscuisset, et tunc se pec-

1 patere (a *in* e *mut. m. 2*) *P* aliud (u *ex* o *corr.*) *P* quod fecit — auferre] *om. v* 3 excusando (o *ex* a *corr.*) *P* accusanda P^1 6 purgare] pugnare *P* pugna *v* fallaciam (m *del. m. 1*) *V* fellacia *A* quod] quo *P* perpera *Vv* 8 non est] *om.* A^1 falsa *V*: fallax *APv* 9 alii] ali P^1 consuerunt AP^1 10 fa*to (c *ras.*) *P* quaeruntur *V* querunt *P* decreuerunt P^1 11 discernendo P^1v ut] et P^1v 12 furtune *P* 13 agitare P^1 putant agitari *v* 14 hoc se] *om. v* 15 adseuerare *A* *Pv* 16 acciones (e *ex* i *corr.*) *A* 19 suspicare P^1 possint (i *ex* u *corr.*) *P* 22 miseri] misere* P^1 24 potuisset *APv* 25 partim *A* 26 micuis$^{s\ set}$ (s *et* set *add. m. 2*) *P*

care dicunt, quando natura mali praeualet naturae dei. haec Manichaeorum est immundissima insania, quorum machinamenta diabolica facillime ueritas indubitata subuertit, quae dei naturam incontaminabilem atque incorruptibilem confitetur. quid autem flagitiosae contaminationis et corruptionis de istis merito non creditur, a quibus deus, qui summe atque incomparabiliter bonus est, contaminabilis et corruptibilis creditur?

Sunt et hi qui eo modo in excusatione peccatorum suorum accusant deum, ut dicant ei placere peccata. nam si displicerent, inquiunt, nullo modo ea fieri omnipotentissima utique potestate permitteret. quasi uero peccata deus impunita esse permiserit etiam in eis quos a supplicio sempiterno remissione liberat peccatorum. nullus quippe debitae grauioris poenae accipit ueniam, nisi qualemcumque, etsi longe minorem quam debebat soluerit poenam; atque ita impertitur largitas misericordiae, ut non relinquatur etiam iustitia disciplinae. nam et peccatum, quod inultum uidetur, habet pedisequam poenam suam, ut nemo de admisso nisi aut amaritudine doleat aut caecitate non doleat. sicut ergo tu dicis: „cur permittit ista, si displicent“? ita ego dico: „cur punit ista, si placent“? ac per hoc, sicut ego confiteor quod omnino ista non fierent, nisi ab omnipotente permitterentur, ita tu confitere facienda non esse quae a iusto puniuntur, ut non faciendo quae punit mereamur ab eo discere, cur permittit esse quae puniat. perfectorum est enim, sicut scriptum est, solidus cibus; in quo hi

25 Hebr. 5, 14

2 manicheorum *AP* 3 quae] qui *A* 5 contaminationes P^1 corruptiones P^1 6 a quibus—creditur *AGPv*: *om. MV* 7 **contaminabilis (in *ras.*) *P* 9 in] *om. P* excusatione P^1 12 permitterit P^1 imponita *A* 13 suplicio *P* sempeterno (e *altera ex* i *corr.*) *A* 16 debebat] debeat *Pv* soluerat P^1 18 pedesequā (equā *a m. 2 in ras.*) *P* 19 ammisso (amisso *Pv*) nisi *APv*: admissionis *V* aut caecitate—doleat] *add.* A^2 *supr. uers.* 21 punit] ponit AP^1 23 confiteri (ri *in* re *corr. m. 2*) *P* 24 a] *om. V* poniantur *A* punit] ponit *A* 26 hi* (i *ras.*) *P*

qui bene profecerunt iam intellegunt ad omnipotentiam dei potius id pertinuisse, ut ex libero arbitrio uoluntatis uenientia mala esse permitteret. tam quippe est omnipotens bonitas eius, ut etiam de malis facere possit bona siue ignoscendo siue sanando siue ad utilitates piorum coaptando atque uertendo siue etiam iustissime uindicando. omnia namque ista bona sunt et deo bono atque omnipotente dignissima; nec tamen fiunt nisi de malis. quid igitur melius, quid omnipotentius eo qui, cum male nil faciat, bene etiam de malis facit? clamant ad eum qui male fecerunt: dimitte nobis debita nostra: exaudit, ignoscit. nocuerunt sua mala peccantibus: subuenit eorum medeturque languoribus. saeuiunt suorum hostes: de illorum saeuitia facit martyres. postremo etiam cum damnat eos quos damnatione iudicat dignos — sua licet illi mala patiantur — facit tamen ille quod bonum est. non potest enim bonum non esse quod iustum est. et utique sicut iniustum est peccatum, ita iustum est peccati supplicium. non autem potestas defuit talem facere hominem, qui peccare non posset; sed maluit eum talem facere, cui adiaceret peccare, si uellet, non peccare, si nollet, hoc prohibens, illud praecipiens, ut prius illi esset bonum meritum non peccare et postea iustum praemium non posse peccare. nam etiam tales sanctos suos in fine facturus est, qui omnino peccare non possint. tales habet etiam nunc quippe angelos suos, quos in illo sic amamus, ut de nullo eorum ne peccando fiat diabolus formidamus; quod de nemine homine iusto in huius uitae mortalitate praesumimus, tales autem omnes futuros in

10 Matth. 6, 12

1 proficerunt *A* proficiunt *v* 3 tam *Vv*: iam *AP* 4 *post* malis *ras. 4 litt. P* 5 utilitatis *P* coabtando *P* 7 bono *A*: bona *PVv* 10 clament *A* male] mala *A* 12 langoribus *P* 13 hostes (h *add. m. 2*) *P* 14 damnationi P^1 15 illi] illa *Pv* patiuntur P^2 ille] illi *P* 17 peccatum — iustum est] *om. A* 18 defuit *V*: deo defuit *APv* 19 possit P^1v tale *V* adiacere v^1 20 non peccaret *V* 21 illi prius *v* 23 finem *V* 24 quippe etiam nunc *APv* 26 formidamus *PV*: formidemus *Av* homini P^1 27 praesumimus (imus *a m. 2 in ras.*) *P*

illius uitae immortalitate confidimus. omnipotens enim deus, qui operatur bona etiam de nostris malis, qualia dabit bona, cum liberauerit ab omnibus malis?

CLXXXIIII.

EX EODEM SERMONE DE CONTINENTIA. DE, ID QVOD APOSTOLVS AIT, MENTE SERVIO LEGI DEI ET CETERA.

202 Apostolus non ait: unusquisque temtatur a concupiscentia, sed addidit: sua, ut qui hoc audit intellegat, quomodo clamare debeat: ego dixi, domine, miserere mei, sana animam meam, quoniam peccaui tibi. non enim sanatione indiguisset, nisi peccando se ipsa uitiasset, sed ut aduersus eam caro sua concupisceret, id est ipsa sibimet ipsi ex ea parte, qua in carne infirmata est, repugnaret.

Caro enim nihil nisi per animam concupiscit, sed concupiscere caro aduersus spiritum dicitur, quando anima carnali concupiscentia spiritui reluctatur. totum hoc nos sumus; et caro ipsa, quae discedente anima moritur, nostra pars infirma est; non fugienda dimittitur, sed recipienda reponitur nec recepta ulterius relinquitur. seminatur enim corpus animale, resurgit corpus spiritale. tunc iam caro nihil concupiscit aduersus spiritum, quando et ipsa spiritalis uocabitur, quoniam spiritui non solum sine ulla repugnantia uerum

6 Rom. 7, 25 7 Iac. 1, 14 9 Ps. 40, 5 15 cf. Gal. 5, 17 19 I Cor. 15, 44

1 confidimus] confitemur P^1v 2 dabit] debit *A* 4 *cap.* CLXXXV *A* CCII *P* CCIII *G*; *om. v* 5 sermone] libro sermone *P* id *AMV*: eo *Pv* 6 menti *P* 7 non] *om. Pv* unusquisque *V*: u. autem *AGPv* 8 hoc] haec *Pv* 10 anima mea *A* quoniam *AV*: quia *Pv* 11 sanationem *MV* indiguisse^t (t *add. m. 2*) *P* ipsa* (m *ras.*) *P* ipsum *v* 12 eam] ea *V* concupiscerit P^1 sibimet] semet Pv^1 13 ipsi] ipsa *P* 14 concupiscet (e *in* i *corr.*) *P* 17 quae] qua *V* nostra] nam *v* pars] pars quae *v* 18 fugiendo *v* dimittetur *v* 19 relinquetur *Pv* 20 resurgit *AV*: surget *Pv* caro (a *ex* o *corr.*) *P*

etiam sine ulla corporalis alimenti indigentia in aeternum uiuificanda subdetur. haec igitur duo, quae nunc inuicem aduersantur in nobis, quoniam in utraque nos sumus, ut concordent oremus et agamus. non enim alterum eorum putare debemus inimicum, sed uitium, quo caro concupiscit aduersus spiritum; quod sanatum nec ipsum erit et substantia utraque salua erit et inter utramque nulla pugna erit. audiamus apostolum: scio, inquit, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. hoc utique ait, quia uitium carnis in re bona non est bonum. quod cum esse destiterit, caro erit, sed iam uitiata uel uitiosa non erit. quam tamen ad nostram pertinere idem doctor ostendit prius dicendo: scio quia non habitat in me; quod ut exponeret, addidit: hoc est in carne mea bonum; se itaque dicit esse carnem suam. non ergo ipsa est inimica nostra, et quando eius uitiis resistitur, ipsa amatur, quia ipsa curatur. nemo enim umquam carnem suam odio habuit, sicut ipse apostolus dicit. et alio loco ait: igitur ipse ego mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. audiant qui aures habent: igitur ipse ego, ego mente, ego carne; sed mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. quomodo carne legi peccati? numquid concupiscentiae consentiendo carnali? absit; sed motus desideriorum illic habendo, quos habere nolebat et tamen habebat; sed eis non consentiendo mente seruiebat legi dei et tenebat membra, ne

8 Rom. 7, 18 16 Eph. 5, 29 18 Rom. 7, 25

1 corporales (e *ex* i *corr.*) *A* alimento v^1 2 subditur AP^1 3 utraque (*om.* in) P^1 utroque *v* 4 acamus *A* potare *A* 5 uicium AP^1 7 utramque] utraque *Pv* 8 inquid AP^1 habidat *A* 9 est] es *A* 10 destiteret *A* 12 pertinere] naturam pertinere G^2v idem] id ·ē· P^1 doctur A^1 13 inhabitat *v* exponerit *A* addidet *A* 14 carnem] **carnem (in *ras.*) *P* 15 nostra] $\widetilde{\text{nra}}$ P^2 *in ras.* nam *v* 17 habuit *V*: habit *A* habet *Pv* 19 lege dei P^1 lege peccati AP^1 21 lege dei AP^1 legi peccati] lege peccati AF^1V peccati *v* 22 lege P^1 concupiscenciae *A* 24 habat (be *add. m. 2*) *A* eis] his *v* 25 lege AP^1

fierent arma peccati. sunt ergo in nobis desideria mala, quibus non consentiendo non uiuimus male. sunt in nobis concupiscentiae peccatorum, quibus non oboediendo non perficimus malum, sed eas habendo nondum perficimus bonum. utrumque ostendit apostolus, nec bonum hic perfici, ubi malum sic concupiscitur, nec malum hic perfici, quando tali concupiscentiae non oboeditur. illud quippe ostendit ubi ait: uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non; hoc uero ubi ait: spiritu ambulate et concupiscentias carnis ne perfeceritis. neque ibi enim dicit non sibi adiacere facere bonum, sed perficere; neque hic dicit: „concupiscentias carnis ne habueritis", sed ne perfeceritis. fiunt itaque in nobis concupiscentiae malae, quando id quod non licet libet; sed non perficiuntur, cum legi dei mente seruiente libidines continentur; et bonum fit, cum id quod male libet uincente bona delectatione non fit; sed boni perfectio non impletur, quamdiu legi peccati carne seruiente libido inlicit. quamuis contineatur, tamen mouetur; non enim opus esset, ut contineretur, nisi moueretur. erit quandoque etiam perfectio boni, quando consumtio mali; illud summum, hoc erit nullum. quod si in ista mortalitate sperandum putamus, fallimur. tunc enim erit, quando mors non erit, et ibi erit, ubi aeterna uita erit. illo enim saeculo et in illo regno

8 Rom. 7, 18 9 Gal. 5, 16

2 consentendo (i *add. m. 2*) *V* uiuimus (*om.* non) *v* concupiscenciae *A* 4 nundum *P* perficemus *A* 5 ubi] nec *v* 7 oboedietur *A* ait] at *P* 8 uelle] uellet *A* 9 hoc uero] inuenio. Nam hoc uoluit *v* 10 perficeretis *AMV* dicitur *P* 11 dicitur P^1 12 carnes *A* habueretis *A* perfeceritis] perfieritis *A* 13 male *AP* id] hic P^1 14 licet] lecit *A* (*et* 16) libet] lebit *A* lege P^1 15 libidinis AP^1 16 uencente *A* 17 lege P^1v 18 *post* libido *ras. 4 litt. in P* inlecit *A* inlicet P^1 quamuis] et quamuis *P* conteneatur *A* 19 es*set (t *ras.*) *A* conteneretur *A* continere*tur (n *ras.*) *P* 20 consumptio *A* consumatio *P* consummatio *v* summo *A* 23 uita aeterna *APv* illo enim *PVv*: in illo e. *A* saculo *A*

erit bonum summum et malum nullum, quando erit et ubi erit sapientiae amor summus, continentiae labor nullus.

CLXXXV.

EX LIBRO DE ORIGINE ANIMAE AD VICTOREM VINCENTIVM II. VTRVM ALIVD SIT ANIMA, ALIVD SPIRITVS, AN VTROQVE NOMINE RES VNA VOCETVR.

Restat ostendere quemadmodum, quamuis et proprie dicatur 203
spiritus non uniuersa anima, sed aliquid ipsius — sicut apostolus dicit: et integer spiritus uester et anima et corpus; uel illud multo expressius in libro Iob: soluisti animam meam ab spiritu meo — tamen et uniuersa anima appellatur hoc nomine, quamuis multo magis haec quaestio nominum uideatur esse, non rerum. cum enim constet esse aliquid in anima, quod proprie nominatur, quo excepto proprie nominatur et anima, iam de rebus ipsis nulla contentio est, praesertim quia illud etiam ego dico proprie uocari spiritum quod et tu dicis, id est quo ratiocinamur et intellegimus, quando ita distincte ista dicuntur, quemadmodum apostolus ait: et integer spiritus uester et anima et corpus. hunc autem spiritum etiam mentem uidetur appellare, cum dicit: mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. nam ipsa sententia est: et caro concupiscit ad-

9 (et 19) I Thess. 5, 23 10 Iob. 7, 15 21 Rom. 7, 25 22 Gal. 5, 17

2 erit] *om. v* 3 *cap.* CLXXXVI *A* CCIIII *Gv*; *om. P* 4 ani^{mae} (mae *add. m. 2*) *A* 5 utroque (o *ex* a *corr. m. 2*) *P* 6 nomine] nomen P^1 7 propri*e (a *ras.*) *P* 8 non] *om. v* 10 soluisti *MV*: absoluisti *APv* 11 ab] a *v* spirito *A* 13 constat *P* constit *A* esse] esset *A* 14 proprie *MV*: proprie (propriae *A*) spiritus *AGPv* nominetur *APv* quo] quod *AV* propriae *AV* 16 quia] qui *V* propriae *A* uocare P^1 17 rationamur (ci *add. m. 2*) *P* rationamur *v* 18 quaeammodum *V* 19 integer] intellegere *A* 21 lege dei AP^1 lege peccati P^1 22 et] *om. Pv*

uersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem; ut quod ibi dixit: mente, hoc intellegatur hic spiritum dicere, non, sicut tu existimas, uniuersam mentem uocari, quae constat ex anima et spiritu; quod ubi legeris nescio. mentem quippe nostram nisi rationale et intellectuale nostrum dicere non solemus. ac per hoc quod ait quidem apostolus: renouamini spiritu mentis uestrae, quid aliud dixit quam: „renouamini mente uestra“? sic enim spiritus mentis nihil est aliud quam mens, quomodo corpus carnis nihil aliud potest esse quam caro. nam et hoc scriptum est: in expoliatione corporis carnis, ubi carnem corpus appellat. dicit sane et alio modo spiritum hominis, quem prorsus a mente discernit: si enim orauero lingua, inquit, spiritus meus orat, mens autem mea infructuosa est. uerum nunc non de isto spiritu loquimur, qui est a me distinctus. habet iste suam eandemque difficilem quaestionem. multis enim modis atque in diuersis significationibus scripturae diuinae spiritum nominant; sed de quo nunc agimus, quo ratiocinamur, intellegimus, sapimus, constat inter nos sic eum etiam proprie spiritum nuncupari, ut non sit uniuersa anima, sed aliquid eius. tamen animam etiam spiritum esse si propterea negas, quia eius intellegentia distincte dicitur spiritus, poteris negare uniuersum semen Iacob appellari Israhel, quoniam excepto Iuda etiam distincte appellatus est Israhel in tribubus decem,

6 Eph. 4, 23 10 Col. 2, 11 13 I Cor. 14, 14
24 cf. III Reg. 12, 28

2 hoc] P^2 *in ras.* intellecatur *A* 3 uniuersa *A* 4 mente quippe nostra *A* 5 rationalem *v* intellectualem *v* nostrum] numquam *v* 6 ac] hac *P* 7 spiritum *P* 8 mentis] mentes *A* nihil est — carnis] *om. v* 9 carnis] carnes *A* 13 orauero (ro *in* ra *mutauit m. 2*) *V* *orauero (h *ras.*) *P* inquid AP^1 14 autem] inquit *Pv* non] *om. v* 15 me $AGMP^1Vv$: mente P^2 hab^{et} (et *add. m. 2*) *P* 16 sua *A* 17 adque *A* deuinae *A* 18 ratiotinamur *P* 19 propriae *A* spiritum] scm *P* 20 nunccupari *A* 21 animam] anima *A* 22 spiritus (us *in* um *mut. m. 2*) *V* 23 appellare *MPVv* 24 distinctae *V* apellatus *P* tribubus] tribus *MP* decim *A*

quae in Samaria fuerunt. sed quid opus est hic diutius immorari?

Iam nunc unde facilius ostendamus attende eam quae anima est etiam spiritum dici, quam audis uel legis. domino moriente quid scriptum est? et inclinato capite tradidit spiritum. ita uis intellegi, tamquam a parte significauerit totum, non quod ea quae anima est possit et spiritus nuncupari. at ego, ut possim probare expeditius quod dico, te ipsum testem citius et commodius adhibeo. sic enim spiritum definisti, ut pecora appareant non spiritum habere, sed animam; inrationabilia quippe ideo dicuntur, quod uim non habeant intellegentiae atque rationis. unde cum hominem ipsum admonere uoluisses suam nosse naturam, ita locutus es: „nam cum deus bonum nihil non ratione condiderit ipsumque hominem, animal rationale, intellectus capacem, rationis compotem sensuque uiuacem, qui omnia rationis expertia prudenti ordinatione distribuat, procreauerit.“ his tuis uerbis satis asseruisti, quod omnino uerissimum est, hominem esse compotem rationis atque intellegentiae capacem, quod utique non sunt animalia rationis expertia; unde testimonio diuino eos qui non intellegunt pecoribus comparasti non utique habentibus intellectum. quod et alio loco scriptum est: nolite esse sicut equus et mulus, quibus non est intellectus. quae cum ita sint, attende etiam quibus uerbis spiritum definieris atque descripseris, cum illum ab anima distinguere niteris: „haec anima“ inquis „quae ex flatu dei habet ori-

5 Io. 19, 30 21 cf. Ps. 48, 13 22 Ps. 31, 9

4 quam] $\widetilde{\text{qm}}$ *v* 5 quid *AV*: quod *Pv* 6 a parte] aperte P^1 9 cummodius *P* adhibebo *Pv* 12 rationis] P^2 *in ras.* homine *A* 13 sua *V* 14 bonum] bonus *v* hominum M^1 ratione] sine ratione *v* 16 computem MP^1V sensusque *Pv* expertia] experientia *v* prudenti—20 expertia *AGPv*: *om. MV* prudente P^1 17 procreauerat G^1P^1v his tuis] P^2 *in ras.*; istis his G^1v istis enim G^3 18 computem P^1 20 experta *v* testimonium P^1 23 quibus] in quibus *Av* 24 i*ta (s *ras.*) *P* 25 discribseris *A* adscripseris *P* illum] illud *V* distinguere (re *ex* ri *corr.*) *P* 26 flatu (u *in ras.*) *P* originem] P^2 *in ras.*

ginem, sine sensu proprio atque intellectu intimo esse non potuit, quod est spiritus". et paulo post: „et quamuis anima" inquis „animet corpus, tamen quod sentit, quod sapit, quod uiget, spiritus sit necesse est". item paulo post: „aliud erit" inquis „anima, aliud spiritus; sapientia est sensus animae". his uerbis satis indicas quid esse spiritum hominis sentias, id est rationale nostrum, quo sentit atque intellegit anima; non sicut sentitur corporis sensibus, sed sicut est ille intimus sensus, ex quo est appellata sententia. hinc autem pecoribus sine dubitatione praeponimur, eo quod sunt illa rationis expertia. non habent itaque spiritum pecora, id est intellectum et rationis ac sapientiae sensum, sed animam tantum. nam et de illis dictum est: producant aquae repentia animarum uiuentium, et: producat terra animam uiuentem. ut ergo plenissime ac planissime noueris eam quae anima est more diuinorum eloquiorum etiam spiritum dici, appellatur pecoris spiritus; et utique non habent pecora illum spiritum, quem tua dilectio discernens ab anima definiuit. unde manifestum est, quod generali uocabulo anima pecoris recte potuit sic uocari, sicut legitur in libro Ecclesiaste: quis scit, si spiritus filiorum hominis ascendat ipse sursum, et spiritus pecoris si descendat ipse deorsum in terram? itemque in diluuii uastitate scriptum est: et mortua est omnis caro, quae mouebatur super terram, uolatilium, pecorum et iumentorum et ferarum; et omnis serpens, qui mouetur super ter-

13 Gen. 1, 20 et 24 20 Eccle. 3, 21 23 Gen. 7, 21 sq.

2 quamuis (*om.* et) *A* 3 inquit *V* animet] anima et *AVv* anima *P* corpus—aliud erit] *om. P*^{1} sapit] capit *v* 4 inquis erit *v* 5 anima] anima et *P* spiritus (us *ex* um *corr. m. 2*) *V* 7 quo *a*: quod *APVv* animam *P*^{1} 8 sensibus (sibus *a m. 2 in ras.*) *P* 9 hic (n *add. m. 2*) *P* pecori *P*^{1}*v* 10 experta *v* 11 pecora] corpora *P* 13 repentia] repentia *A* reptantia *P*^{1}*v* 16 more] in ore *P* 18 diffiniuit *Pv* 20 recte] recte et *A* quis] qui *P* 22 si] *eras. P* discendat *A* 23 itemque] itaque *P*^{1}*v* 25 faerarum *V*

ram, et omnis homo et omnia, quaecumque habent spiritum uitae: ubi remotis omnibus dubitationis ambagibus generale animae nomen esse intellegimus spiritum. cuius quidem nominis significatio tam late patet, ut etiam deus uocetur spiritus; et iste flatus aerius, quamuis sit corporeus, appellatur in psalmo spiritus tempestatis. quapropter eam quae anima est etiam spiritum nuncupari puto secundum illud: auferens spiritum eorum, et deficient; et iterum: exiet spiritus eorum, et reuertetur in terram suam, hoc est corpus in puluerem suum. ergo nomen animae spiritus est ab eo, quod spiritalis est; animae nomen est ab eo, quod corpus animet, hoc est uiuificet. aestimo quod admonitus his quae commemoraui diuinarum testimoniis paginarum, ubi et anima pecoris, cui non est intellectus, appellata legatur spiritus, non negabis ulterius. quocirca, si et illa quae de anima incorporea disputata sunt capis et sapis, non est unde tibi displiceat, quod eam me scire dixi non corpus esse, sed spiritum, quia et corpus non esse monstratur et generali nomine spiritus nuncupatur.

4 cf. Io. 4, 24 6 cf. Ps. 54, 9 8 Ps. 103, 29 9 Ps. 145, 4

2 ambagibus (bus *ex* mus *corr.*) *P* 3 generali P^1 4 nominis (o *ex* u *corr.*) *A* 5 aereus *A* 6 appelletur *v* apelletur P^1 tempestates *A* quapropter] quia propter *v* 8 auferens *V*: auferes *APv* 9 exiit *A* 10 puluere suo *A* 11 spiritales *A* 12 ab eo—animet] *om.* A^1 corpos A^2 animat A^2 hoc est] *om.* *A* *post* uiuificet *add.* A^2 *supr. uers.*: et hoc est 13 cummemoraui *A* 15 appellata] appellatur *v* legatur] negatur *V*; *om.* *v* ulterius] alterius *v* si] *add.* P^2 16 incorpore* (a *ras.*) *P* 17 displiciat *A* me scire] misceri P^1 nescire P^2; *om.* *v* 18 monstratus *A* 19 nuncupetur *v*

CLXXXVI.

EX LIBRO DE CATECIZANDIS RVDIBVS. QVOD ANTIQVOS IVSTOS CAPVT CHRISTVS VELVT MANVM PRAEMISERIT NASCITVRVS.

204 Non ob aliud ante aduentum domini scripta sunt omnia, quae in sanctis scripturis legimus, nisi ut illius commendaretur aduentus et futura praesignaretur ecclesia, id est populus dei per omnes gentes, quod est corpus eius, adiunctis atque annumeratis omnibus sanctis, qui etiam ante aduentum eius in hoc saeculo uixerunt, ita eum credentes uenturum esse, sicut nos uenisse. sicut enim Iacob manum prius, dum nasceretur, emisit ex utero, qua etiam pedem praenascentis fratris tenebat, deinde utique secutum est caput, tum demum necessario membra cetera, sed tamen caput non tantum ea membra, quae secuta sunt, sed etiam ipsam manum, quae in nascendo praecessit, dignitate ac potestate praecedit, et quamuis non tempore apparendi, tamen naturae ordine prius est: ita et dominus Iesus Christus, etsi, antequam appareret in carne et quodam modo ex utero secreti sui ad hominum oculos mediator dei et hominum homo procederet, qui est super omnes deus benedictus in saecula, praemisit in sanctis patriarchis et prophetis quandam partem corporis sui, qua uelut manu se nasciturum esse praenuntians etiam populum superbe praecedentem uinculis legis tamquam digitis quinque supplantat — quia et per quinque temporum articulos praenuntiari futurus prophetarique non destitit; et huic rei

10 cf. Gen. 25, 26 19 Rom. 9, 5

1 *cap.* CLXXXVII *A* CCIIII *P* CCV *Gv* 2 cathecizandis *MPV* catechizandis *A* catezizandis *v* antiquos] anticus P^1 iustus P^1 5 illius] utilius *v* 7 populos *A* adiunctisque (*om.* atque) *A* 11 qua] quae AP^2 quā P^1 12 fratres P^1 13 necessaria *v* 14 ipsa manu *A* in] *om. Pv* 15 quamuis] uis *a m. 2 P*; quod *v* 16 tempore non *V* 18 uteri secretis *v* sui—oculos] *om. v* 19 super] sup *A* 20 omnes *AV*: omnia *Pv* sanctos patriarchas (*om.* in) *v* 21 prophetas *v* corpori *A* 22 manu] magnu (g *del. m. 2*) *A* 23 superbae *A* quinque] quique *P* 25 futurus *V*: uenturus *APv* prophetariquae *A* distitit *P*

consonans per quem lex data est quinque libros conscripsit; et superbi carnaliter sentientes et suam iustitiam uolentes constituere non aperta manu Christi repleti sunt benedictione, sed constricta atque conclusa retenti sunt; itaque illis obligati sunt pedes et ceciderunt; nos uero surreximus et erecti sumus — quamuis ergo, ut dixi, praemiserit dominus Christus quandam partem sui corporis in sanctis, qui eum nascendi tempore praeierunt, tamen ipse est caput corporis ecclesiae illique omnes eidem corpori, cuius ille caput est, cohaeserunt, credendo in eum quem praenuntiabant. non enim praecurrendo diuulsi sunt, sed adiuncti potius exsequendo. nam etsi manus a capite praemitti potest, conexio tamen eius sub capite est. quapropter omnia, quae ante scripta sunt, ut nos doceremur scripta sunt et figurae nostrae fuerunt et in figura contingebant eis, scripta sunt autem propter nos, in quibus finis saeculi obuenit.

Quae autem maior causa est aduentus domini, nisi ut ostenderet deus dilectionem suam in nobis, commendans eam uehementer, quia, cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est? hoc autem ideo, quia finis praecepti et plenitudo legis caritas est, ut et nos inuicem diligamus et,

2 cf. Rom. 10, 3 5 cf. Ps. 19, 9 8 cf. Col. 1, 18
13 cf. Rom. 15, 4 14 I Cor. 10, 11 19 cf. Rom. 5, 6
20 cf. I Tim. 1, 5 21 cf. Rom. 13, 8

1 consonans] consonat quia *v* libros quinque *Pv* in libros quinque *A* 2 sua *A* iustitiam] iustia *A* 3 aper^{ta} (ta *add. m. 2*) *P* 4 conclusa atque constricta *A* oblicati *A* oblegati *P* 5 pedes] *add. P*^{2} *supr. uers.* caeciderunt *V* surrexemus *A* resurreximus *v* 6 praemiserit (serit *a m. 2 in ras.*) *P* 7 sanctis] $\widetilde{\text{scii}}$ *A* nascenti *A* 9 omnis *P*^{1} eidem *APv*: idem *V* corporis *V* corpore *P*^{1} cohaeserunt] coheredes erunt *v* 10 in eum — praenuntiabant] *om. A* pronuntiabant *v* non enim praecurrendo] praecorrendo non (*om.* enim) *A* praecurrendi *V* 11 exsequendo *V*: obsequendo *APv* manu *v* 12 a capite] caput *v* praemitti] **primitti (tti *in ras.*) *P* opprimi *v* 13 doceremus *P*^{1} 14 nostrae] *om. v* contingebat *A* 16 saeculorum *APv* obuenit] deuenit (de *add. m. 2*) *P* 18 eam] eum *P* 19 inimici] inimi *A* 21 inuice *A* dilicamus *A*

quemadmodum ille pro nobis animam suam posuit, sic et nos pro fratribus nostris animas nostras ponamus et ipsum deum, quoniam prior dilexit nos et filio suo unico non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, si amare pigebat, saltem redamare non pigeat. [nulla est enim maior ad amorem inuitatio quam praeuenire amando.]

CLXXXVII.

EX EODEM LIBRO DE CATECIZANDIS RVDIBVS. VT CHRISTIANI SCHOLASTICI SOLOECISMOS QVORVNDAM PIE TOLERENT SACERDOTVM.

205 His ergo qui loquendi arte ceteris hominibus excellere uidentur, cum ueniunt, ut christiani fiant, hoc amplius quam illis inlitteratis impertire debemus, quod sedulo monendi sunt, ut humilitate induti christiana discant non contemnere quos cognouerint morum uitia quam uerborum amplius deuitare et cordi casto linguam exercitatam ne conferre audeant, quam etiam praeferre consueuerant. maxime autem isti docendi sunt scripturas diuinas audire, ne sordeat eis solidum eloquium, quia non est inflatum, neque arbitrentur carnalibus integumentis inuoluta atque operta dicta uel facta hominum, quae

1 cf. I Io. 3, 16 3 cf. I Io. 4, 10 4 cf. Rom. 8, 32

1 amā *A* 3 deum] dominum *P* 4 omnibus nobis *v* tradedit *A* 5 saltim *Pv* rediamare *A* nulla—amando *GPv*: *om. AMV* 7 *cap.* CLXXXVIII *A* CCV *P* CCVI *Gv* 8 ex] item ex *Pv* cathecizandis *MPV* catechizandis *A* catezizandis *v* christianis *v* 9 scolastici *Av* scolasti** *P* soloecismos] P^2 *in ras.*; soloechismos *MV* tollerent *V* sacerdotes *A* 12 uiderentur *P* ueniant v^1 fiunt P^1 hoc] *om. A* 13 impertiri P^2v 14 quos] quae P^2v 15 morum (um *a m. 2 in ras.*) *P* diuitare P^1 16 corde *Pv* linguam] lingua *v* in linguam (in *add. m. 2*) *P* exercitatam] et exercitatam *A* exercitata *v* ex**citatam (er *ras.*) *P* ne] nec *APV* quam] quae *v* 17 praeferre] proferre P^2v consuerant P^1 consueuerunt P^2 maximae *A* 18 audire diuinas *APv* solidum] insolitum *v* 19 intecumentis *A* 20 atque] *om. v* dicta] *om.* A^1

in illis libris leguntur, non euoluenda atque aperienda, ut intellegantur, sed sic accipienda, ut litterae sonent; de qua ipsa utilitate secreti — unde etiam mysteria uocantur — quid ualeant aenigmatum latebrae ad amorem ueritatis acuendum discutiendumque fastidii torporem ipsa experientia probandum est talibus, cum aliquid eis, quod in promtu positum non ita mouebat, enodatione allegoriae alicuius eruitur. his enim maxime utile est nosse ita esse praeponendas uerbis sententias, ut praeponitur animus corpori. ex quo fit, ut ita malle debeant ueriores quam disertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores quam formonsiores habere amicos. nouerint etiam non esse uocem ad aures dei nisi animi affectum. ita enim non irridebunt, si aliquos antistites et ministros ecclesiae forte animaduerterunt uel cum barbarismis et soloecismis deum inuocare uel eadem uerba, quae pronuntiant, non intellegere perturbateque distinguere; non quia ista minime corrigenda sunt, ut populus ad id quod plane intellegit dicat amen, sed tamen pie toleranda sunt ab eis qui didicerint ut sono in foro sic uoto in ecclesia benedici. [itaque forensis illa nonnumquam forte bona dictio numquam tamen benedictio dici potest.]

1 lecuntur *A* 2 sonant *APv* 3 utilitate] utilita• *A* 4 enigmatum *libri* amore *A* 6 aliquod *v* 7 enotatione *A* alligoriae *A* alicui *v* eruitur] *eruitur (s *ras.*) *P* seruit *v* 8 maximae *A* pponendas *P* 9 animus] amicus (*m. 1 in ras. V*) *MV* 10 uerioris AP^1 desertiores *V* dissertioris P^1 audire (i *ex* e *corr.*) *P* 11 formosiores P^2v amicos (os *add. m. 2*) *P* 12 non esse] non isse *v* nosse *MV* animae *A* affectu *v* affecto *A* 13 enim] enm (*sic*) *A* antestites *A* 14 animaduerterint *APv* cum] com *A* solicismus *V* 16 perturbataeque *A* distingueri P^1 minime *APv*: in me *V* 18 didicerunt *v* 19 s̈ö sono *A* itaque—potest *GPv*: *om. A MV* forinsis P^1 20 numquam] nonnumquam *Gv*

CLXXXVIII.

ITEM EX EODEM LIBRO. DE HVMILITATE GALLINAE ILLIVS, CVIVS BLANDAS ALAS REFVGIENTES SVPERBI PRAEDA FIVNT ALITIBVS.

206 Cogitemus quid nobis praerogatum sit ab illo qui demonstrauit nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. quantumuis enim differat articulata uox nostra ab intellegentiae nostrae uiuacitate, longe differentior est mortalitas carnis ab aequalitate dei; et tamen, cum in eadem forma esset, semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens et cetera usque ad mortem crucis. quam ob causam, nisi quia factus est infirmis infirmus, ut infirmos lucri faceret? audi eius imitatorem alibi etiam dicentem: siue enim mente excessimus, deo, siue temperantes sumus, uobis. caritas enim Christi compellit nos iudicantes hoc, quia unus pro omnibus mortuus est. quomodo enim paratus esset impendi pro animabus eorum, si eum pigeret inclinari ad aures eorum? hinc ergo factus est paruulus in medio nostrum tamquam nutrix fouens filios suos. num enim delectat, nisi amor inuitet, decurtata et mutilata uerba immurmurare? et tamen optant homines habere infantes, quibus id exhibeant, et suauius est matri minuta mansa inspuere paruulo filio quam

6 cf. I Petr. 2, 21 9 Philipp. 2, 6 sqq. 12 cf. I Cor. 9, 22
13 II Cor. 5, 13 sq. 17 cf. II Cor. 12, 15 18 cf. I Thess. 2, 7

1 *cap.* CLXXXVIIII *A* CCVI *P* CCVII *Gv* 2 item] *om. Pv* libro] l. de catechizandis rudibus *Pv* illius] *om. v* 3 refugientis P^1 5 sit] cit (c *in* s *corr. m. 2*) *V* 7 nostra] *om.* P^1v 8 differentiar *V* aequ**itate (al *ras.*) *P* 9 forma — exinaniuit] *om. A* 11 crucis] *om. v* 12 ut infirmos] *add.* P^2 *in mg.* 13 excedimus *P* 14 obtemperantes *v* 17 pigeret (i *ex* e *corr.*) *A* pigerit P^1 inclinare *v* 18 est] sum *v* paruolus *A* nostrum] nostrorum *A* uestrum *v* 19 fobens (b *in* v *corr. m. 2*) *V* delectat — inuitet] *om.* A^1 dilectat P^1 20 inuitet] inuidit A^2P^1 (?) 21 habere] hebere *A* id] *om. Pv* exibeant *P* 22 matrem *v* inspueri P^1 paruolo *A*

ipsam mandere ac deuorare grandiora. non ergo recedat de pectore cogitatio gallinae illius, quae languidulis plumis teneros fetus operit et susurrantes pullos confracta uoce aduocat, cuius blandas alas refugientes superbi praeda fiunt alitibus. si enim intellectus delectat in penetrabilibus sincerissimis, hoc etiam intellegere delectat, quomodo caritas, quanto officiosius descendit in infima, tanto robustius recurrit in intima per bonam conscientiam nihil quaerendi ab eis ad quos descendit praeter eorum sempiternam salutem.

CLXXXVIIII.

EX EODEM LIBRO. DE STATVTIS NOSTRIS SINE TRISTITIA, SI NECESSITAS EVENERIT, IMMVTANDIS.

Si autem confregit animum tuum alterius actionis, cui tam- 207
quam magis necessariae iam suspensus eras, omissio et propterea tristis insuauiter catecizas, cogitare debes, excepto quod scimus misericorditer nobis agendum quidquid cum hominibus agimus et ex officio sincerissimae caritatis, hoc ergo excepto — incertum esse quid utilius agamus et quid opportunius aut intermittamus aut omnino omittamus. quia enim merita hominum, pro quibus agimus, qualia sint apud deum non nouimus, quid eis ad tempus expediat aut nulla aut tenuissima et incertissima coniectura suspicamur potius quam comprehendimus.

2 cf. Matth. 23, 37

1 ipsam *a*: ipsa *libri* grandiora] gradiora (d *ex* t, a *altera ex* e *corr. m. 1*) *V* grandiore *M* 2 cogitatio] etiam cogitatio *AGPv* teneros (o *ex* u *corr. m. 1*) *V* 4 refugentes *A* superbi] supbi *A* 5 penetralibus *v* 6 delectet *APv* 7 tanto (an *ex* o *corr.*) *P* 8 bona *A* 9 discendit *A* praeter] P^2 *in ras.* sempiternam] *om. A*; sempiterna *P* salute *A* 10 *cap.* CXC *A* CCVII *P* CCVIII *Gv* 12 uenerit *v* 14 omisso *v* 15 cathecizas *PV* catechizas *A* excepto] ex accepto *v* 16 agendum] agendum esse *APv* cum] V^1 *in ras.* 17 sincerissimo *Fv* 18 oportunius *PV* inoportunius *v* 19 omittamus] committamus *v* qui^a (a *add. m. 2*) *P* 22 compraehendimus *A*

quapropter res quidem agendas pro nostro captu ordinare debemus. quas eo modo, quo statuimus, si peragere potuerimus, non ideo gaudeamus, quia nobis, sed quia deo sic eas agi placuit; si autem aliqua inciderit necessitas, qua noster ille ordo turbetur, flectamur facile, ne frangamur, ut, quem deus nostro praeposuit, ipse sit noster. aequius est enim, ut nos eius quam ut ille nostram uoluntatem sequatur, quia et ordo agendarum rerum, quem nos pro arbitrio tenere uolumus, ille utique approbandus est, ubi potiora procedunt. cur ergo nos dolemus homines a domino deo tanto potiore praecedi, ut eo ipso, quo nostrum amamus ordinem, inordinati esse cupiamus? nemo enim melius ordinat quid agat, nisi qui paratior est non agere quod diuina potestate prohibetur, quam cupidior agere quod humana cogitatione meditatur, quia multae cogitationes sunt in corde uiri, consilium autem domini manet in aeternum.

Si autem de aliquo errato nostro uel peccato nos maestitudo comprehendit, non tantum meminerimus sacrificium deo spiritum esse contribulatum, sed etiam illud, quia sicut aqua ignem, sic elemosyna extinguet peccatum, et: quia misericordiam, inquit, uolo quam sacrificium. sicut ergo, si periclitaremur incendio, ad aquam utique curreremus,

14 Prou. 19, 21 18 cf. Ps. 50, 19 19 Eccli. 3, 30 20 Os. 6, 6

1 capto *A* 2 quo] quod P^1 4 incederit *A* 5 flectamus *A* flectemur P^1 facile *APv*: facere *V* *post* facile *ras. 4 litt.* *P* ut] et *A* 6 nostro] nobis *v* aequus *P* 7 nostra *A* sequamur *P* 8 quem] *add.* P^2 *supr. uers.* nos pro *AMV*: nostro *Pv* 9 praecedunt *APv* 10 potiori P^1v 11 nostro *A* ordine *AV* 12 melius] *om.* *v* 14 humana] non una *v* cogitationi *P* meditator P^1 15 cogitationis *A* consium (li *add. m. 2*) *A* 16 manit *A* aeternum] ternum *P* 17 erratu *V* nostro] *om.* *v* 18 compraehendit *A* meminerimus (imus *ex* unt *corr.*) *P* sacrificio *A* 19 illud] illum *v* 20 sic] ita *v* elemosynā *V* elemosina *Pv* extinguit *Pv* 21 inquid AP^1 uolo quam] et non *v* 22 curreremus] cucuremus *v*

quo posset extingui, gratularemur, si quis eam de proximo offerret: ita et, si de nostro faeno aliqua peccati flamma surrexit et propterea conturbamur, data occasione misericordissimi operis tamquam de oblato fonte gaudeamus, ut inde illud quod exarserat opprimatur. nisi forte tam stulti sumus, ut alacrius arbitremur cum pane currendum, quo uentrem esurientis impleamus, quam cum uerbo dei, quo mentem studentis instruamus. huc accedit, quia, si tantummodo prodesset hoc facere, non facere autem nihil obesset, infeliciter in periculo salutis, non iam proximi, sed nostrae oblatum remedium sperneremus. cum uero ex ore domini tam minaciter sonet: serue nequam et piger, dares pecuniam meam nummolariis, quae tandem dementia est, quoniam peccatum nostrum nos angit, ideo rursus uelle peccare non dando pecuniam domini- cam uolenti et petenti?

CXC.

EX EODEM LIBRO. QVEMADMODVM CATECIZANDVS SIT QVI VVLT FIERI CHRISTIANVS.

Sed faciam aliquem uenisse ad nos, qui uult esse christianus, 208 et de genere quidem idiotarum, non tamen rusticanorum, sed urbanorum, quales aput Carthaginem plures experiri te necesse

11 Matth. 25, 26 sq.

1 possit *Pv* gratularemur] et gratularemur *P* et gratulemur *A* eam de] *om. v* proximus *v* 2 offeret P^1 4 gaudeamus] hauriamus *v* 5 opprimamur *A* stulti* (s *ras.*) *P* simus *AP*^{1}*v* 6 quo] quod *P* esurientes P^1 esurientem *v* 7 mente *A* 8 accedit] accidit *V* si] se P^1 9 infiliciter *A* 10 proximis *v* 12 dares] dare debueras *v* nummulariis *A* 13 daementia *V* nostrum nos angit] n̄r agit *v* 16 *cap.* CLXXXVIII *V pr.* CXCI *A* CCVIII *P* CCVIIII *G*; *om. v* 17 libro] l. de catechizandis rudibus *Pv* cathecizandus P^2V catechizatus (?) *A* 18 cristianus fieri *P* 19 cristianus *P* 20 ideotarum *A* tamen] *om. Pv* 21 orbanorum *A* apud *APv* cartaginem *Pv* karthagine *A* experiri] ri *eras. in P*; experti *v* te] *om. P*; sunt *v*

est; interrogatum etiam, utrum propter uitae praesentis aliquod commodum, an propter requiem, quae post hanc uitam speratur, christianus esse desideret, propter futuram requiem respondisse: tali fortasse a nobis instrueretur alloquio. „deo gratias, frater; ualde tibi gratulor et gaudeo de te, quod in tantis et periculosis huius saeculi tempestatibus de aliqua uera et certa securitate cogitasti. nam et in hac uita homines magis laboribus requiem quaerunt et securitatem, sed prauis cupiditatibus non inueniunt; uolunt enim requiescere in rebus inquietis et non permanentibus. et quia illa et tempore subtrahuntur et transeunt, timoribus eos et doloribus agitant nec quietos eos permittunt. si enim in diuitiis uelit homo requiescere, magis superbus efficitur quam securus.“

„Vere, frater, illa magna et uera beatitudo est, quae in futuro saeculo sanctis promittitur. omnia uero uisibilia transeunt et omnes huius saeculi pompae et deliciae et curiositas interibunt et secum ad interitum trahunt amatores suos. a quo interitu, hoc est poenis sempiternis, deus misericors uolens homines liberare, si sibi ipsi non sint inimici et non resistant misericordiae creatoris sui, misit unigenitum filium suum, hoc est uerbum suum, aequalem sibi, per quod condidit omnia. et manens quidem in sua diuinitate et non recedens a patre nec in aliquo mutatus, assumendo tamen hominem et in carne mortali hominibus apparendo uenit ad homines, ut, quemadmodum per unum hominem, qui prius factus est, id est Adam,

25 cf. Rom. 5, 12 sqq.

2 quae] qui *V* 3 sperator P^1 cristianus *P* desiderat *APv* propter] si propter *v* 4 responderet *v* aloquio *A* eloquio *Pv* 5 gratulor] congratulor *P* 7 in] *om.* P^1 8 magis *APV*: magnis *v* sed] ser *A* 10 illa] illis *v* tempora *v* subtrauntur *P* 11 timoribus] moribus *v* et doloribus eos *A Pv* 12 quietus *A* eos] eos esse (esse *add. m. 2*) *v* si] siue *Pv* uellit *A* 14 uera] uere *v* quae] quia P^1 16 omnis *P* delitiae AP^2 diuitiae *v* coriositas *A* 17 traunt *P* 18 sempiternis (is *add. m. 2*) *P* 19 si] *om. P* sint (i *ex* u *corr.*) *P* 21 aequalem AP^1Vv: aequale P^2 23 asumendo *A* P^1 24 apparendo (do *ex* s *corr. m. 1*) *MV*

mors intrauit in genus humanum, quia consensit mulieri suae seductae a diabolo, ut praeceptum dei transgrederentur, sic per unum hominem, qui etiam deus, dei filium Iesum Christum deletis omnibus peccatis praeteritis credentes in eum omnes in aeternam uitam ingrederentur.“

„Omnia enim, quae nunc uides in ecclesia dei et sub Christi nomine per totum orbem terrarum geri, ante saecula iam praedicta sunt et, sicut legimus, ita et uidemus et inde aedificamur in fidem. factum est aliquando diluuium per totam terram, ut peccatores delerentur; et tamen illi qui euaserunt in arca sacramentum ecclesiae futurae demonstrabant, quae nunc in fluctibus saeculi natat et per lignum crucis Christi a submersione liberatur. praedicatum est Abrahae fideli seruo dei, uni homini, quod de illo esset populus nasciturus, qui coleret unum deum inter ceteras gentes, quae idola colebant; et omnia, quae illi populo uentura praedicata sunt, sic euenerunt, ut praedicta sunt. prophetatus est in illo populo etiam Christus rex omnium sanctorum et deus uenturus ex semine ipsius Abraham secundum carnem, quam assumsit, ut omnes etiam filii essent Abrahae, qui fidem eius imitarentur; et sic est factum. natus est Christus de Maria uirgine, quae ex illo genere fuit. praedictum est per prophetas, quod in cruce passurus esset ab eodem populo Iudaeorum, de cuius genere secundum carnem ueniebat; et sic factum est. praedictum est, quod resurrecturus esset; resurrexit. et secundum ipsa praedicta prophetarum ascendit in caelum et discipulis suis

1 mors intrauit *AGPv*: monstrauit (n *ex* r *corr. m. 1 V*) *MV* 2 ut] P^2 *in ras.* praeceptum (u *ex* a *corr. m. 2*) *V* transgrediderentur *v* 4 praeteretis A^1 8 praedic*ta (a *ras.*) *P* sunt (et *om.*) *A* sicut] sicut ea *Pv* uidimus P^1 9 fide P^1v 11 futurae ecclesiae *APv* demonstrab̄ P^1 13 praedicatum *V* (*cf. p. 161, 6, ubi scriptura cod. V mutanda non erat; cf. Ind. ad Cyprianum ed. Hartel*): praedictum *APv* 14 esset] *ex* est set *corr. m. 1 V* 16 praedicata *V*: praedicta *APv* 17 prophetatus] et prophetatus *v* 18 semne (i *add. m. 2*) *V* 19 habrahaṁ *P* omnes] homines *v* 20 habrahae *P* 24 est factum *APv* 25 resurrexit] et resurrexit *Pv*

spiritum sanctum misit. praedictum est enim non solum a prophetis sed etiam ab ipso domino Iesu Christo, quod ecclesia eius per uniuersum orbem terrarum esset futura, per sanctorum martyria passionesque disseminata, et tunc praedictum, quando adhuc nomen eius et latebat gentes et ubi notum erat ridebatur. et tamen in uirtutibus miraculorum eius, siue per se ipse siue quae per seruos suos fecit, dum annuntiantur haec et creduntur, iam uidemus quod praedictum est esse completum regesque ipsos terrae, qui antea persequebantur christianos, iam Christi nomini subiugatos. praedictum est etiam, quod schismata et haereses ex eius ecclesia essent exiturae et ex eius nomine per loca, ubi possent, suam, non Christi gloriam quaesiturae; et ista completa sunt.“

„Numquid ergo illa quae restant non sunt uentura? manifestum est, quia, sicut ista praedicta uenerunt, sic etiam illa uentura sunt, quaecumque iustorum tribulationes adhuc restant, et iudicii dies, qui separabit omnes impios a iustis in resurrectione mortuorum, et non solum eos qui sunt extra ecclesiam, sed etiam ipsius ecclesiae paleas, quas oportet usque ad nouissimam uentilationem patientissime sufferat, ad ignem debitum segregabit. qui autem irrident resurrectionem putantes, quod caro ista, quia putrescit, resurgere non potest, ad poenas in ea resurrecturi sunt et ostendet eis deus, quia qui potuit haec corpora facere, antequam essent, potest ea momento restituere, sicut erant. omnes autem fideles regnaturi cum Christo ita resurgent in eodem corpore, ut etiam mutari mereantur ad incorruptionem angelicam, ut fiant aequales

1 enim *V*: *om. APv* **lum *A* 2 domino] domino nostro *Pv* 4 p**assionesque (er *ras.*) *A* dissiminata *A* praedictum] praedictum est *P* 6 irridebatur *v* 7 siue per *V*: siue quae per *A Pv* ipse] ipsum *v* 9 cumpletum *A* antea] ante *P* 10 cristianos *P* 11 schismatha *A* scismata *Pv* 12 ex *V*: sub *APv* 16 tribulationis *A* restat *A* 17 seperauit *AV* impius *A* iustis *APv*: iustos *V*; *fort.* ac iustos? in] P^2 *in ras.* resurrectionem *v* 20 nouissima *A* sufferri *v* 21 inridit *A* 23 ostendit *AP'v* 24 momento] in momento *v* 25 fidelis *A* 26 cum] com *A* mutari *V*: commutari *APv*

angelis dei, sicut dominus ipse promisit, et laudent eum sine aliquo defectu et sine aliquo fastidio, semper uiuentes in illo et de illo cum tali gaudio et beatitudine, qualis nec dici nec cogitari ab hominibus potest."

„Tu itaque credens ista caue temtationes, quia diabolus quaerit qui secum pereant, ut non solum per eos qui extra ecclesiam sunt siue pagani siue Iudaei siue haeretici non te hostis ille seducat, sed etiam quos in ipsa ecclesia catholica uideris male uiuentes aut immoderatis uoluptatibus uentris et gutturis aut impudicos aut uanis curiositatibus uel inlicitis deditos siue spectaculorum siue remediorum aut diuinationum diabolicarum, siue in pompa et in tyfo auaritiae atque superbiae siue in aliqua uita, quam lex damnat et punit, non eos imiteris, sed potius coniungaris bonis, quos inuenturus es facile, si et tu talis fueris, ut simul colatis et diligatis deum gratis, quia totum praemium nostrum ipse erit, ut in illa aeterna uita bonitate eius et pulchritudine perfruamur. sed amandus est non sicut aliquid, quod uidetur oculis, sed sicut amatur sapientia et ueritas et sanctitas et iustitia et caritas et si quid aliud tale dicitur; non quemadmodum sunt ista in hominibus, sed quemadmodum sunt in ipso fonte incorruptibilis et incommutabilis sapientiae. quoscumque ergo uideris haec amare, illis coniungere, ut per Christum, qui homo factus est, ut esset mediator dei et hominum, reconcilieris deo. homines autem peruersos, etiam si intrent parietes ecclesiae, non eos arbitreris intraturos in regnum caelorum, quia suo tempore separabuntur, si se in melius non commutauerint. homines ergo bonos imitare, malos tolera, omnes ama,

1 cf. Luc. 20, 36

3 de] cum *v* quales P^1 4 cogitare P^1 7 pacani *A* heredici *A* 8 ille hostis *v* quos *APv*: quod *V* 9 immoderatos *v* uuluptatibus *A* 11 expectaculorum *A* diuinationum *APv*: diuinatione *V* 12 et in] et ** (in *ras.*) *P* tipho *v* typo *P* 13 ponit *P* 15 colatis (o *ex* u *corr.*) *A* 16 in] *om. A* 17 et] *add.* A^2 *supr. uers.* 18 sed sicut *APv*: sed quod *V* 19 amatur] amator *P* sapientiae *P* 21 incorruptibili P^1 24 reconchilieris (h *del. m. 2*) *V* 25 intret *A*

quia non scis quid cras futurus sit qui hodie malus est. nec eorum ames iniustitiam, sed ipsos ideo ames, ut apprehendant iustitiam, quia non solum nobis dilectio dei praecepta est sed etiam dilectio proximi, in quibus duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. quam non implet nisi qui donum acceperit spiritum sanctum, patri et filio utique coaequalem, quia ipsa trinitas deus est. in quo deo spes omnis ponenda est. nam in homine non est ponenda, qualiscumque ille fuerit. aliud est enim ille a quo iustificamur, aliud illi cum quibus iustificamur. non autem solum per cupiditates diabolus temtat sed etiam per terrores insultationum et dolorum et ipsius mortis. quidquid homo autem passus fuerit pro nomine Christi et pro spe uitae aeternae et permanens tolerauerit, maior ei merces donabitur, quia, si consenserit diabolo, cum illo damnabitur. sed opera misericordiae cum pia humilitate impetrant a domino, ut non permittat seruos suos temtari ultra quam possunt sustinere."

CXCI.

EX LIBRO DE FIDE ET OPERIBVS. QVOD NON SIT CONTRARIVS APOSTOLVS DICENS: PECCANTES CORAM OMNIBVS ARGVE, DOMINO DICENTI: CORRIPE EVM INTER TE ET IPSVM SOLVM.

209 Prohibet etiam sanctum dari canibus; nec contrarius est apostolus domino, quia dicit: peccantes coram omnibus

4 cf. Matth. 22, 37 sqq. 16 cf. I Cor. 10, 13 20 (et 24) I Tim. 5, 20 21 Matth. 18, 15 23 cf. Matth. 7, 6

2 sed ipsos—iustitiam] *om. P* 5 pendit P^1 profetae *A* acciperit *V* 6 aequalem *APv* 9 illi *APv*: ille *V* 11 terrores (t *add. m. 2*) *P* 13 spem *V* tolerauerit (erit *in ras. a m. 2*) *P* tolerabit *v* 14 quia si—damnabitur *AGPv*: *om. MV* quia] qui G^2v si] *om. Gv* censerit (ons *add. m. 1*) *A* cesserit *P* accesserit *Gv* diabolo] ad diabolum G^1v 16 ut] P^2 *in ras.* 18 *cap.* CXCII *A* CCVIIII *P* CCX *Gv* 19 operibus] o. inter cetera et ad locum *A* 20 peccantes] *om. A* 21 dicente P^1v 23 etiam *A* *MV*: dominus *GPv* dare P^1v est] es *A* 24 quia] qui *A*

argue, ut ceteri timorem habeant, cum ille dicat: corripe eum inter te et ipsum. utrumque enim faciendum est, sicut infirmitatis diuersitas admonet eorum, quod utique non perdendos, sed corrigendos curandosque suscepimus, et alius sic, alius autem sic sanandus est. ita etiam est ratio dissimulandi et tolerandi malos in ecclesia, et est rursus ratio castigandi, corripiendi, non admittendi uel a communione remouendi.

Errant autem homines non seruantes modum et, cum in unam partem procliuiter ire coeperint, non respiciunt diuinae auctoritatis alia testimonia, quibus possint ab illa intentione reuocari et in ea quae ex utrisque temperata est ueritate ac moderatione consistere; nec in hac re tantum, de qua nunc quaestio est, sed etiam in aliis multis. nam quidam intuentes diuinarum testimonia litterarum, quibus unus colendus deus insinuatur, eundem patrem, qui est filius, spiritumque sanctum putauerunt. alii rursus ueluti morbo contrario laborantes, cum attenderent ea quibus trinitas declaratur nec ualerent intellegere quomodo sit unus deus, cum et pater non sit filius nec filius sit pater nec spiritus sanctus aut filius aut pater, diuersitates etiam substantiarum asserendas putarunt. quidam intuentes in scripturis sanctae uirginitatis laudem conubia damnauerunt. quidam rursus ea testimonia consectantes, quibus casta coniugia praedicantur, uirginitatem nuptiis aequauerunt. quidam cum legerent: bonum est, fratres,

25 Rom. 14, 21

2 corripi *A* ipsum] ipsum solum *P* 3 infirmitates P^1 quod *MV*: quos *APv* 4 corrigendos (os *ex* us *corr.*) *A* suscipimus *APv* 6 dissimolandi *A* 7 amittendi *PVv* 9 erant (r *add. m. 2*) *P* 10 proclibiter *V* 11 autoritatis *A* possit (n *add. m. 2*) *P* 12 ex] *om. v* 13 moteratione *A* 14 quidam] quidem *v* 15 deus colendus *APv* 16 sanctumque spiritum *APv* 19 quomodo sit *AV*: q. dicitur *Pv* 20 sit] est *v* spiritus (*om.* nec) *A* 21 diuersitatis AP^1 22 sancte *A* uirginitates A^1 24 coniungia *A* praedicantur (u *ex* e *corr.*) *P* nubtiis *V* 25 legerint *P*

non manducare carnem neque bibere uinum et nonnulla similia, creaturam dei et quas uoluerunt escas immundas esse senserunt. quidam uero legentes: omnis creatura dei bona est et nihil abiciendum, quod cum gratiarum actione accipitur, in uoracitatem uinolentiamque conlapsi sunt, non sibi ualentes auferre uitia, nisi eis e contrario uel tanta uel maiora succederent. sic etiam in hac causa, quae habetur in manibus, quidam intuentes praecepta seueritatis, quibus admonemur corripere inquietos, non dare sanctum canibus, ut ethnicum habere ecclesiae contemtorem, a compage corporis, quod scandalizat, euellere, ita perturbant ecclesiae pacem, ut conentur ante tempus separare zizania atque hoc errore caecitatis ipsi potius a Christi unitate separentur. qualis nobis causa est aduersus schisma Donati, et hoc non cum illis qui nouerant Caecilianum non ueris, sed calumniosis criminibus appetitum et perniciosam sententiam suam mortifero pudore non deserunt, sed cum illis quibus dicimus: „etiam si mali fuissent — propter quod in ecclesia non estis — uos tamen eos ferendo quos emendare aut segregare minime poteratis, in ecclesia permanere debuistis.“ quidam uero contrario periclitantes, cum bonorum malorumque commixtionem in ecclesia demonstratam uel praedictam esse perspexerint et patientiae praecepta didicerint — quae nos firmissimos reddunt, ut, etiam si uidentur in ecclesia esse zizania, non tamen impediantur aut fides aut caritas nostra, ut quoniam zizania in ecclesia esse cernimus, ipsi de ecclesia rece-

3 I Tim. 4, 4 10 cf. Matth. 7, 6 et 18, 17

2 ęscas (ę *a m. 2*) *V* 3 uero] uerum *A* 7 e] *om. AP* succederant (a *in* e *corr. m. 1*) *V* 8 habetur *APv*: habemur (r *in* s *mut. m. 1*) *V* 9 saeueritatis *V* 11 scandalizant *A* euellere] repellere *A* 13 zezania *A* caecitatis *V*: caecati *APv* 14 scisma *Pv* 15 et] ut *Pv* ueris] uiris *A* 16 pernitiosam *Av* 17 pudore (u *ex* a *corr. m. 2*) *V* 18 quod *V*: quos *APv* 20 debuissetis *Pv* 21 contrario] e contrario *Av* pereclitantes *A* periclitatis P^1 23 firmissimus *A* 24 si] se *P* uedentur *A* 25 impediantur *AV*: impediatur *Pv* 26 zizaniam *V* zyzania *P* recidamus *A*

damus — destituendam putant ecclesiae disciplinam, quandam peruersissimam securitatem praepositis tribuentes, ut ad eos non pertineat nisi dicere quid cauendum quidue sit faciendum, quodlibet autem quisque faciat non curare.

Nos uero ad sanam doctrinam pertinere arbitramur ex utrisque testimoniis uitam sententiamque moderari, ut et canes in ecclesia propter pacem ecclesiae toleremus et canibus sanctum, ubi est pax ecclesiae tuta, non demus. cum ergo siue per neglegentiam praepositorum siue per aliquam excusabilem necessitatem siue per occultas obreptiones inuenimus in ecclesia malos, quos ecclesiastica disciplina corrigere aut cohercere non possumus, tunc ne ascendat in cor nostrum impia et perniciosa praesumtio, qua existimemus nos ab his esse separandos, ut peccatis eorum non inquinemur, atque ita post nos trahere conemur ueluti mundos sanctosque discipulos, ab unitatis compage quasi a malorum consortio segregatos. ueniant in mentem illae de scripturis similitudines et diuina oracula uel certissima exempla, quibus demonstratum et praenuntiatum est malos in ecclesia permixtos bonis usque in finem saeculi tempusque iudicii futuros et nihil bonis unitate ac participatione sacramentorum, qui eorum factis non consenserint, obfuturos. cum uero eis per quos ecclesia regitur adest pace salua potestas disciplinae aduersus improbos aut nefarios exercendae, tunc rursus, ne socordia segnitiaque dormiamus, aliis aculeis praeceptorum, quae ad seueritatem

1 destituendum *P* putant *a*: putantes *libri*; putant esse *fort.* 2 tribuentis P^1 3 faciendum sit *APv* 4 autem] aut *add.* P^2 6 testimoneis *A* moderare P^1v 8 tuta] tota P^1v 9 propositorum *v* 10 obreptiones] ubreptiones *P* subreptiones *v* 13 exsistimemus *V* 14 esse] *om. v* inquinemus P^1 15 mundus *A* 17 ille *V* 18 demonst**tum (ra *ras.*) *P* et praenuntiatum *AGPv*: *om. MV* et] P^2 *in ras.*; est G^1v 19 est] esse G^2v 20 futuros (os *ex* i *corr.*) iudicii *P* bonis unitate] boni sanitate *A* 21 participatione *A* consenserit *A* 23 adest] id est *v* inprobus *A* 24 nefarius AP^1 exercendae] e. datur *v* sochordia *v* signiciaque P^1 25 saeueritatem *V*

cohercitionis pertinent, excitandi sumus, ut gressus nostros in uia domini ex utrisque testimoniis illo duce atque adiutore dirigentes nec patientiae nomine torpescamus nec obtentu diligentiae saeuiamus.

CXCII.

EX EODEM LIBRO DE FIDE ET OPERIBVS. NON FACIENDOS HOMINES MALE SECVROS, VT PROPTER RECTAM FIDEM, ETIAM SI IN CRIMINIBVS PERMANSERINT, NON DAMNENTVR.

210 Caueamus ergo diligenter in adiutorio domini dei nostri non facere homines male securos, dicentes eis quod, si fuerint in Christo baptizati, quomodolibet in ea fide uixerint, eos ad salutem aeternam esse uenturos, ne sic faciamus christianos quomodo Iudaei proselytos, quibus dominus ait: uae uobis, scribae et pharisaei, qui circuitis mare et terram facere unum proselytum; cum autem feceritis, facitis eum filium gehennae duplo quam uos estis; sed potius sanam doctrinam dei magistri in utroque teneamus, ut sancto baptismo consona sit uita christiana nec cuiquam homini, si utrumlibet defuerit, uita promittatur aeterna. qui enim dixit: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum, ipse etiam dixit: nisi abundauerit iustitia uestra super scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. de illis quippe ait: scribae et pharisaei

13 Matth. 23, 15 20 Io. 3, 5 22 Matth. 5, 20 24 Matth. 23, 2 sq.

1 cohertitionis *P* cohertionis *v* gressos *P* 2 atqu*e (a *ras.*) *P* 3 torpiscamus P^1 5 *cap.* CXCIII *A* CCX *P* CCXI *Gv* 6 ex] de *v* 7 securus *A* rectam] sectam *V* 10 securus P^1 11 quomodo^{libet} (libet *add. m. 2*) *P* 12 ne] nec *v* 13 proselitos (os *ex* is *corr.*) *P* prosylitos *AV* 14 circumitis *P* 15 proselitum *P* prosylitum *AV* feceritis] *add.* P^2 *in mg.* 18 nec] ne *A* 21 ipse etiam—caelorum] *om.* P^1 22 *abundauerit (h *ras.*) P^2 scribarum (ru *in ras. a m. 2*) *V* 23 pharisaeorum (p *add. m. 2 in ras.*) *V* 24 de] *add.* V^2 *in ras.*

cathedram Moysi sedent. quae dicunt facite; quae autem faciunt facere nolite; dicunt enim et non faciunt. ergo iustitia eorum est dicere et non facere, ac per hoc nostram esse uoluit abundantem super illorum, dicere et facere. quae si non fuerint, non intrabitur in regnum caelorum, non quia quisquam debet ita extolli, ut, non dicam apud alios iactare, sed aput se ipsum putare audeat se in hac uita esse sine peccato; sed nisi essent quaedam ita grauia, ut etiam excommunicatione plectenda sint, non diceret apostolus: congregatis uobis et meo spiritu tradere huius modi satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in diem domini Iesu. unde etiam dicit: ne lugeam multos ex his qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam super immunditia et fornicatione, quam gesserunt. item nisi essent quaedam non ea humilitate paenitentiae sananda, qualis in ecclesia datur eis qui proprie paenitentes uocantur, sed quibusdam correptionum medicamentis, non diceret dominus ipse: corripe eum inter te et ipsum et, si te audierit, lucratus es fratrem tuum. postremo nisi essent quaedam, sine quibus haec uita non agitur, non cotidianam medellam poneret in oratione, quam docuit, ut dicamus: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

10 I Cor. 5, 4 sq. 12 II Cor. 12, 21 18 Matth. 18, 15 22 Matth. 6, 12

1 cathedram G^1MPV: cathedra A super cathedram G^2v Moysi] mosi A moysi* (s *ras.*) G moysen MV 3 *post* eorum *ras. 4 litt.* P 4 *abundantem (h *ras.*) P 5 fuerint AV: fuerit Pv 6 ** quia P ita debet APv 7 alius A^1P^1 apud APv 11 in] *om.* P 12 diem P^1Vv: die AP^2 13 lu*geam (n *ras.*) A 14 immunditiam P^1 fornicationem V 15 quam] quem A 17 eis] eos V propriae A^1P^1V quibusdam] quidam V correctionum P 18 ipse dominus APv curripe A 19 te^{et} ipsum (et *add. m. 2*) A ipsum] ipsum solum Pv si (*om.* te) APv 20 fratrum P 21 medelam v 23 dimittemus A

Iam satis, quantum arbitror, de illa tota opinione quid mihi uideretur exposui. ubi tres quaestiones mouerunt: una de permixtione in ecclesia bonorum et malorum tamquam tritici et zizaniorum; ubi cauendum est, ne ideo putemus esse propositas istas similitudines uel hanc uel de immundis in arca animalibus uel quaecumque alia, quae idem significant, ut dormiat ecclesiae disciplina, de qua in figura illius mulieris dictum est: seuerae sunt conuersationes domus eius, sed ut non eo usque progrediatur dementiae potius temeritas quam seueritas diligentiae, ut quasi bonos a malis per nefaria schismata separare praesumat. neque enim per has similitudines et praenuntiationes consilium desidiae bonis datum est, quo neglegant quod prohibere debent, sed patientiae, qua perferant salua doctrina ueritatis quod emendare non ualeant. nec quia scriptum est introisse ad Noe in arcam etiam immunda animalia, ideo praepositi uetare non debent, si qui immundissimi ad baptismum uelint intrare saltantes, quod est certe mitius; sed per hanc figuram rei gestae praenuntiatum est immundos in ecclesia futuros propter tolerantiae rationem, non propter doctrinae corruptionem uel disciplinae dissolutionem. non enim quacumque libuit intrauerunt immunda animalia arcae compage confracta, sed ea integra per unum atque idem ostium, quod artifex fecerat. altera quaestio est, in qua eis uisum est fidem solam baptizandis esse tradendam, postea uero iam baptizatos docendos esse de moribus. sed satis demonstratum est, nisi fallor, tunc

8 Prou. 31, 27 15 cf. Gen. 7, 2

1 quantum] ut *v* 2 unam *Pv* 6 alia quae P^1(?) V^1: alia AP^2 V^2v significantia *v* 7 ficura *A* 8 seuerae] siuerae *v* 9 dementiae] clementiae *v* 11 schismata (h *del. m. 2*) *V* scismata *Pv* enim] *om. v* 12 pronuntiationes *P* 13 patientia *Pv* 14 ualent *APv* 17 qui] quis A^1P^1 uelint] uellent P^1 uel *A* saltantes] saliantes *v* 18 mitius *libri* (*cf. Cyprian. 741, 3*): mitius quam moechantes *a* 19 inmundus AP^1 to*lerantiae (1 *ras.*) *P* 21 quaecumque *Av* 23 adque *A* 25 esset *A*

magis pertinere ad curam speculatoris, cum omnes, qui fidelium competunt sacramentum, omnia quae dicuntur intentius et sollicitius audiunt, non tacere de poena, quam male uiuentibus dominus comminatur, ne in ipso baptismo rei sint grauissimorum criminum, quo ueniunt, ut remittatur reatus omnium peccatorum. tertia quaestio est periculosissima, qua parum considerata et non secundum diuinum eloquium pertractata tota illa opinio mihi uidetur exorta, in qua promittitur scelestissime turpissimeque uiuentibus, etiam si eo modo uiuere perseuerent et tantummodo credant in Christum eiusque sacramenta percipiant, eos ad salutem uitamque aeternam esse uenturos, contra apertissimam domini sententiam, qui desideranti uitam aeternam respondit: si uis uenire ad uitam, serua mandata; et commemorauit, quae mandata, ubi ea scilicet peccata uitantur, quibus nescio quomodo salus aeterna promittitur propter fidem sine operibus mortuam. de his tribus quaestionibus satis, quantum existimo, disputaui demonstrauique sic tolerandos in ecclesia malos, ut non neglegatur ecclesiastica disciplina; sic catecizandos eos qui baptismum petunt, ut non solum audiant atque suscipiant quid credere, uerum etiam qualiter uiuere debeant; sic promitti fidelibus uitam aeternam, ut non etiam per fidem mortuam, quae sine operibus saluare non potest, ad eam se quisque peruenire posse arbitretur, sed per illam fidem gratiae, quae per dilectionem operatur.

13 Matth. 19, 17

1 cum] com *A* omnes] omnia *v* qui] quae ad *v* 2 dicunt *v* 6 questio *AP* qua parum] quarum *V* 9 si] se (e *in ras.*) *P* 10 perseuerant̄ (ant̄ *add. m. 2*) *P* credant *AGP*: *om. V*; credent *v* Christo *A* 14 commerauit^{mo} *A* 15 ea scilicet] eas licet *A* 16 promittetur *v* 17 exsistimo *V* 18 ecclesia* (m *ras.*) *P* 19 sic] se P^1 sed *v* cathecizandos *PV* catechizandos *A* catezizandos *v* 21 uerum (u *prior ex* a *corr. m. 2*) *V* 24 posse peruenire *Pv* posse] *om. A*

CXCIII.

EX LIBRO QVAESTIONVM AD PAVLINVM NOLANVM EPISCOPVM. QVI SINT PROPHETAE, DE QVIBVS AIT APOSTOLVS: SECVNDO PROPHETAS.

211 De prophetis quod ait apostolus: quosdam quidem dedit deus in ecclesia apostolos, quosdam autem prophetas, hoc intellego quod ipse scripsisti, prophetas eos dictos ex isto loco, ex quibus Agabus erat, non illos qui uenturum in carne dominum prophetarunt. euangelistas uero inuenimus quos apostolos fuisse non legimus, sicut fuerunt Marcus et Lucas; pastores autem et doctores, quos maxime ut discerneremus uoluisti, eosdem puto esse, sicut et tibi uisum est, ut non alios pastores, alios doctores intellegamus, sed ideo, cum praedixisset pastores, subiunxisse doctores, ut intellegerent pastores ad officium suum pertinere doctrinam. ideo enim non ait: „quosdam autem pastores, quosdam uero doctores", sed, cum superiora ipso locutionis genere distingueret dicendo: quosdam apostolos, quosdam autem prophetas, quosdam uero euangelistas, sed hos tamquam unum aliquid de duobus nominibus amplexus est: quosdam autem pastores et doctores.

3 I Cor. 12, 28 5 (et 18) Eph. 4, 11 8 cf. Act. 11, 27 sq.

1 *cap.* CXCIIII *A* CCXI *P* CCXII *Gv* 3 qui—prophetas] *om.* A^1 4 propheta^s (s *add. m. 2*) *P* 6 apostolus *A* 8 dictos] *om.* *A* 9 dominum] P^2 *in ras.* profetarunt *A* 10 inuenemus *A* apostolus *AV* 11 maximae *A* 12 puto] potū (?) P^1 13 alius *bis A* 14 sed] sedi (i *del. m. 2*) *V* subiunxisse *PV*: subiunxit sed *A* subiunxit et *v* 17 ipsa *P*

CXCIIII.

EX EODEM LIBRO AD PAVLINVM EPISCOPVM. QVAE SINT OBSECRATIONES, ORATIONES, POSTVLATIONES, GRATIARVM ACTIONES, QVAS AD TIMOTHEVM DICIT APOSTOLVS.

Illa plane difficillime discernuntur, ubi ad Timotheum 212
scribens ait: obsecro itaque primum omnium fieri obsecrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones.

Precationem et deprecationem, multi nostri haec idem putant et hoc cotidiano usu iam omnino praeualuit. qui autem distinctius latine locuti sunt, precationibus utebantur in optandis bonis, deprecationibus uero in deuitandis malis. precari enim dicebant esse precando bona optare, imprecari mala, quod uulgo iam dicitur maledicere; deprecari autem, mala precando depellere. sed usitatum iam loquendi modum potius sequamur et siue precationes siue deprecationes inuenerimus, quas Graeci δεήσεις uocant, non putemus esse emendandum.

INTER CETERA.

Multa hinc dici possunt, quae improbanda non sint. sed eligo in his uerbis hoc intellegere quod omnis uel paene omnis frequentat ecclesia, ut precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorum, antequam illud

6 I Tim. 2, 1

1 *cap.* CXCV *A* CCXII *P* CCXIII *Gv* 2 librum *MV* episcopum] *om. Pv* 4 ad] a *A* 5 difficillime (e *ex* a *corr. m. 1*) *V* dificillime *P* 7 obsegrationes *A* 9 praecationem *A* precationes P^1v haec *AV*: hoc *Pv* 10 usu] su *V* 11 locuti] *om.* v^1 12 diuitandis *A* euitandis *v* 13 praecando *A* optare] optara *A* inpraecari *A* imprecare P^1v 14 depraecari *A* deprecare P^1v 15 praecando *A* 16 praecationes *A* inueneremus *A* 17 δεήσεις] deesis P^2Vv desis *A* de P^1 18 inter *V*: item inter *APv* 19 possint *P* 20 elego *A* omnes *v* 21 omnes *v* frequentant ecclesiae *v* praecationes *A*

quod est in domini mensa incipiat benedici, orationes, cum benedicitur et sanctificatur et ad distribuendum comminuitur, quam totam petitionem fere omnis ecclesia dominica oratione concludit.

Interpellationes autem siue, ut uestri codices habent, postulationes fiunt, cum populus benedicitur; tunc enim antistites uelut aduocati susceptos suos per manus impositionem misericordissimae offerunt potestati. quibus peractis et participato tanto sacramento gratiarum actio cuncta concludit, quam in his etiam uerbis ultimam commendauit apostolus. haec autem causa praecipua fuit ista dicendi, ut his breuiter perscriptis atque significatis non putaretur neglegendum quod sequitur: pro omnibus hominibus, pro regibus et his qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam uitam agamus in omni pietate et caritate, ne quisquam, sicut se habet humanae cogitationis infirmitas, aestimaret non ista esse facienda pro his a quibus persecutionem patiebatur ecclesia, cum membra Christi ex omni essent hominum genere colligenda. unde adiungit et dicit: hoc enim bonum est et acceptum coram saluatore nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire. et ne quisquam diceret posse esse salutis uiam in bona conuersatione et unius dei omnipotentis cultu sine participatione corporis et sanguinis Christi: unus enim deus, inquit, et unus mediator dei et hominum, homo Christus Iesus, ut illud quod dixerat: omnes homines uult saluos fieri, nullo alio modo intellegatur

13 I Tim. 2, 2 sqq.

1 benedici orationes] benedictiones *v* 2 benedicetur P^1 distribuendam P^1 comminuetur P^1 3 tota *A* 6 benedicetur P^1 7 antestites *A* antistes (es *in ras. 4 litt. a m. 2*) *P* uel^{ut} (ut *add. m. 2*) *P* 8 misericordissime *PVv* offerent *V* 11 brebiter *A* 12 perscribtis *V*: praescriptis *APv* neglegendum] neclegendum esse *A* neglegendum esse *Pv* 13 hominibus] *om. v* pro regibus] et pro r. *v* 17 esse ista *APv* 21 qui] quo *A* ad *V*: in *APv* 22 dicere *A* 24 cultu] cultu^{s} (s *add. m. 2*) *P* culto *A* 26 quod] quid P^1 27 saluus *A*

praestari nisi per mediatorem, non deum, quod semper erat uerbum, sed hominem Christum Iesum, cum uerbum caro factum est et habitauit in nobis.

CXCV.

EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM AD PAVLINVM. DE, ID QVOD AIT LVCAS, OCVLI EORVM TENEBANTVR, NE EVM AGNOSCERENT, ET MARCVS: APPARVIT, INQVIT, EIS IN ALIA EFFIGIE.

De euangelio inquisitio tua solet multos mouere, quomodo 213
dominus post resurrectionem, cum in eodem corpore resurrexerit, a quibusdam qui eum nouerant utriusque sexus hominibus et agnitus non sit et agnitus sit. ubi primum quaeri solet, utrum in eius corpore an potius in illorum oculis aliquid factum sit, quo non posset agnosci. cum enim legitur: tenebantur oculi eorum, ne agnoscerent eum, impedimentum quoddam agnoscendi uidetur in luminibus factum esse cernentium; cum uero aperte alibi dicitur: apparuit eis in alia effigie, utique in ipso corpore, cuius alia erat effigies, aliquid factum fuisse, quo impedimento tenerentur, id est moram agnoscendi paterentur oculi illorum. sed ego miror, cum duo sint in corpore, quibus cuiusque species agnoscatur, liniamenta et color, cur ante resurrectionem quod in monte ita transfiguratus est, ut fieret uultus eius splendidus sicut sol, et neminem mouet usque ad tantam excellentiam

2 Io. 1, 14 6 (et 14) Luc. 24, 16 7 (et 17) Marc. 16, 12 23 cf. Matth. 17, 2

1 non] *om. v* 2 ihm̄ xpm̄ *P* uerbo *A* 3 habitabit *AP* 4 *cap.* CXCVI *A* CCXIII *P* CCXIIII *Gv* 5 id *AMV*: eo *Pv* 6 oculi] *om. v*¹ 7 inquid *Av* 10 surrexerit *P* surrexit *v* 12 et agnitus — ubi] *add. P*² *in mg.* 14 quo] qui *P* possit *P* 17 dicatur *Pv* 18 effigi*e (a *ras.*) *P* 19 quo] quod *P* 20 illorum] eorum *v* 21 quibus cuiusque *APv*: cuius quibusque *V* 22 color] calor *V* 23 fierit *A* splenditus *A* 24 nemine *A*

fulgoris et lucis colorem sui corporis eum mutare potuisse, et post resurrectionem mouet aliquatenus liniamenta mutasse, ut non posset agnosci, et rursus eadem potentiae facilitate sicut tunc pristinum colorem, sic et post resurrectionem pristina liniamenta reuocasse. nam et illi tres discipuli, ante quorum oculos in monte transfiguratus est, non eum agnoscerent, si ad eos talis aliunde uenisset, sed quia cum illo erant, ipsum esse certissime retinebant. at enim corpus ipsum erat, in quo resurrexit. quid hoc ad rem? nam et illud utique ipsum corpus erat, in quo in monte transfiguratus est, et ipsum erat iuuenis, in quo natus est, et tamen, si quis eum iuuenem repente uidisset, qui non nisi infantulum nosset, non utique agnosceret. an uero ad liniamenta mutanda non potest celeriter dei potestas, quod potest per annorum moras hominis aetas?

CXCVI.

EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM AD PAVLINVM EPISCOPVM. DE GLADIO, QVI MARIAE ANIMAM PERTRANSIIT.

214 De uerbis Symeonis, ubi ait uirgini matri domini: et tuam ipsius animam pertransiet gladius, in alia epistula, cuius exemplum etiam modo misi, dixi quid mihi uideatur; quod etiam tibi inter cetera uisum est. et quod adiunxit: ut denudentur multorum cordium cogitationes, hoc intellegendum puto, quia per domini passionem et insidiae Iudaeorum et discipulorum infirmitas patuit. tribulationem

19 Luc. 2, 35

3 possit *A* 6 oculus P^1 7 si (i *in ras. a m. 2*) *P* tales P^1 8 retenebant P^1 9 rem? nam et] rēmanet P^2 *in ras.* illud] P^2 *in ras.* 11 iubenis *A* iuuenes P^1 12 iubenem *A* 14 celeriter (a *ras.*) *P* homines P^1 16 *cap.* CXCVII *A* CCXIIII *P* CCXV *Gv* 17 episcopum] *om.* P^1v 18 pertransit *v* 19 simeonis *AP* matre P^1 20 cuius exemplum in alia epistola *v* 21 misi] miro *v* uidebatur *v* 22 ceteram *A* uisum *A* adiunxit *A*

igitur gladii nomine significatam esse credibile est, quo materna anima uulnerata est doloris affectu. ipse fuit gladius in ore persecutorum, de quibus in psalmo dicitur: et gladius in ore eorum. ipsi enim erant filii hominum, quorum dentes arma et sagittae, et lingua eorum gladius acutus. nam et ferrum, quod pertransiuit animam Ioseph, pro dura tribulatione positum ferrum mihi uidetur. aperte quidem dicitur: ferrum pertransiit animam eius, donec ueniret uerbum eius, id est tamdiu fuit in dira tribulatione, donec fieret quod praedixit. hinc enim magnus habitus et ab illa tribulatione liberatus. sed ne humanae sapientiae tribueretur quod uenit uerbum eius, id est factum est quod praedixit, more suo scriptura sancta deo inde dat gloriam et continuo subiungit: eloquium domini ignituit eum.

CXCVII.

EX LIBRO PRIMO DE BAPTISMO. QVOMODO NON SIT CONTRARIVM: QVI MECVM NON EST, CONTRA ME EST, QVI CONTRA VOS NON EST, PRO VOBIS EST.

Dominus in euangelio dicit: qui non est mecum, ad- 215
uersum me est, et qui mecum non colligit, spargit. tamen, cum ad eum discipuli rettulissent uidisse se quendam in eius nomine pellentem daemonia et prohibuisse, quia cum illis eum non sequebatur: nolite, inquit, prohibere; qui contra uos non est, pro uobis est. non potest enim

3 Ps. 58, 8 4 Ps. 56, 5 8 Ps. 104, 18 sq. 18 (et 20) Matth. 12, 30 19 (et 24) Marc. 9, 39 sq.

1 significatum *P* 6 a*cutus (g? *ras.*) *P* pertransiit *Av* 8 quidem *MV*: quippe *APv* anima *A* 9 dira *V*: dura *APv* 11 *post* liberatus *spatium uacuum 3 litt. V* ne] nec *A* 13 inde dat] indidit *v* 16 *cap.* CXCVIII *A* CCXV *P* CCXVI *Gv* 17 baptismo] b. inter cetera et ad locum *A* quomodo *MV*: agens de baptismo exponit quomodo *AGPv* 18 qui contra] et qui contra *Pv* 22 retulissent *Pv* 24 noliti *A*

quisquam in meo nomine facere aliquid et male loqui de me. si nihil in illo corrigendum erat, securus sit ergo quisquis extra communionem ecclesiae constitutus colligit in Christi nomine, dissociatus a societate christiana. atque ita falsum erit illud: qui non est mecum, aduersus me est, et qui mecum non colligit, spargit. si autem, quod discipuli domini per ignorantiam facere uoluerunt, id in eo corrigendum est, quod dominus dixit: nolite prohibere, cur hoc ipse prohiberi prohibuit? et quomodo erit uerum quod ibi ait: qui contra uos non est, pro uobis est? in hoc enim facto non contra eos, sed pro eis erat, ubi per nomen Christi sanitates operabantur. ut ergo utraque sententia uera sit — sicuti uera est et illa ubi ait: qui non est mecum, aduersum me est, et qui mecum non colligit, spargit, et illa ubi ait: nolite prohibere; qui enim contra uos non est, pro uobis est — quid restat intellegendum, nisi quia ille in tanti nominis ueneratione confirmandus fuit, ubi non erat contra ecclesiam, sed pro ecclesia, et in illa tamen separatione culpandus, ubi, si colligeret, spargeret et, si forte ueniret ad ecclesiam, non illud quod habebat ibi acciperet, sed in quo aberrauerat emendaret?

1 nomine meo *Pv* male (e *ex* i *corr.*) *P* 4 dissociatos *Av* sotia&ate *P* 5 aduersum *APv* 7 id in eo] idoneo *A* 8 est] *om. v* 9 prohiberi] prohibere *Pv* prohibuit] noluit *v* quomodo] quemadmodum *Pv* uer*um (b *ras.*) *P* 12 sanitas (te *add. m. 2*) *A* sanitatis P^1 13 sit] *ex* est *corr. m. 1 V* 14 aduersum *V*: aduersus *A* contra *Pv* 15 spargit *V*: dispargit *Av* dispergit *P* nolite] non lite *A* *post* prohibere *ras. 6 litt. P* 18 sed pro ecclesia] *add.* P^2 *in mg.* 19 si P^2V: se P^1 nisi *A* si non *v* collegeret *A* collegerit P^1 20 quod *APv*: *om. V* 21 acceperit P^1

CXCVIII.

EX EODEM LIBRO SEQVITVR: COMPARATIONEM FACIT DE CORNELIO ET AEGROTO.

Neque enim et Cornelii gentilis hominis orationes non sunt 216
exauditae aut elemosynae non sunt acceptae, immo et angelum ad se mitti et missum meruit intueri, per quem posset utique sine hominis alicuius accessu cuncta necessaria discere. sed quoniam quidquid boni in orationibus et elemosynis habebat prodesse illi non poterat, nisi per uinculum christianae societatis et pacis incorporaretur ecclesia, iubetur mittere ad Petrum et per illum discit Christum; per illum etiam baptizatus christiano populo consortio quoque communionis adiungitur, cui sola bonorum operum similitudine iungebatur. perniciose quippe contemneret bonum, quod nondum habebat, superbiens ex illo quod habebat. sic etiam qui se ipsos a societate ceterorum separantes caritate uiolata unitatis uinculum rumpunt, si nihil faciunt eorum quae in illa societate acceperunt, in omnibus separati sunt; et ideo quem sibi sociauerint, si uenire ad ecclesiam uoluerit, debet omnia, quae non accepit, accipere. si uero nonnulla eadem faciunt, non se in eis separauerunt et ex ea parte in texturae compage detinentur, in cetera scissi sunt. proinde si quem sibi sociauerint, ex ea parte nectetur ecclesiae, in qua nec illi separati sunt;

4 cf. Act. 10, 1 sqq.

1 *cap.* CXCVIIII *A* CCXVI *P* CCXVII *Gv* 2 sequitur *AMV*: *om. GPv* 3 cornilio *A* 4 enim] *om. v* gentiles homines P^1 5 elemosinae *PV* 6 possit *P* 7 accessus *v* 8 elemosinis *PV* 9 uinculo *MV* societates P^1 10 ecclesia *MV*: ecclesiae *APv* 11 et per i. *P* per] et per P^1v 12 communis^{nio} (nio *add. m. 2*) *P* 15 sic] sicut *A* 16 separant^{es} (es *add. m. 2*) *A* separentes *V* 18 quem] qui *v* sibi] siue P^1 se *v* 19 sociauerint] int *ex* unt *corr.* P^2; sociare *v* si uenire *PV*: siue ire *Av* 20 accepit] it *a m. 2 in ras. 4 litt. P* 21 eis (in *om.*) P^1 parte] *om. A* detenentur *A* 22 ceteras A^1P^1 23 nectitur AP^2v

et ideo, si uenire ad ecclesiam uoluerit, in eo sanatur ubi laniatus errabat, ubi uero sanus conectebatur, non curatur, sed agnoscitur, ne, cum sana curare uolumus, potius uulneremus. itaque illos quos baptizant sanant a uulnere idolatriae uel infidelitatis, sed grauius feriunt uulnere schismatis. idolatras enim in populo dei gladius interemit, schismaticos autem terrae hiatus absorbuit; et apostolus: si habeam, inquit, omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum.

Si quis adducatur ad medicum in aliqua necessaria parte corporis graui uulnere sauciatus, si dixerit medicus: „moritur inde, nisi curetur", non opinor, ut illi qui eum adduxerunt ita desipiant, ut consideratis atque numeratis ceteris membris eius sanis respondeant medico et dicant: „ergone ista sana tot membra non ualent ad eius uitam, et unum illud uulneratum ualet ad mortem?" non utique hoc dicunt, sed curandum offerunt. nec ideo tamen, quia curandum offerunt, medicum rogant, ut etiam illa quae sana sunt curet, sed illi uni loco medicinam instanter adhibeat, unde mors etiam saluis ceteris imminet et, nisi sanetur, adueniet. quid ergo prodest homini uel sana fides uel sanum fortasse solum fidei sacramentum, ubi letali uulnere schismatis peremta est sanitas caritatis, per cuius solius peremtionem etiam illa integra trahuntur ad mortem? quod ne fiat, non cessat misericordia dei per unitatem sanctae ecclesiae suae, ut ueniant et curentur per medi-

6 cf. Ex. 32, 27 sq. 7 cf. Num. 16, 31 sq. I Cor. 13, 2

1 si (i *ex* e *corr.*) *P* 2 conectabatur P^1(?)*v* 3 uulneremur *P* 4 illos *V*: illi *APv* 5 scismatis *Pv* 6 interimit P^1V scismaticos *Pv* 7 hiatos P^1 8 muntes *A* 11 sauciatur P^1 13 desipient *v* dissipiant P^1 14 sana] *om.* P^1 15 ualent] uolent *A* 16 dicant (?) *V* 17 nec ideo — offerunt] *om. v* tamen quia] tunc quem (m *add. m. 2*) *P* mendicum *A* 18 curet (e *ex* o *corr. m. 1*) *V* curent *A* uni] uno P^1v 19 medicina *A* 20 et nisi — adueniet] *om.* A^1 ergo] enim *A* 22 ubi] ubi et *Pv* laetali *V* loetali P^2v scismatis *Pv* 23 integra] in te integra *P* trahantur *v* 25 suae] *om. A* curentur (cu *a m. 2 in ras.*) *P*

camentum reconciliationis, per uinculum pacis. nec ideo se putent sanos esse, quia dicimus eos habere aliquid sanum, nec rursus ideo putent curandum esse quod sanum est, quia ostendimus aliquid uulneratum. itaque in sacramenti sanitate quia contra nos non sunt, pro nobis sunt; in schismatis autem uulnere quidquid cum Christo non colligunt, spargunt. non extollantur ex his quae habent. quid tantum per ea quae sana sunt superbos oculos ducunt? et uulnus suum dignentur humiliter intueri nec solum quid adsit, sed etiam quid desit attendant.

Videant quam multa et quam magna nihil prosint, si unum quiddam defuerit, et uideant quid sit ipsum unum nec me in hoc audiant, sed apostolum: si linguis hominum, inquit, loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum aeramentum sonans et cymbalum tinniens; et si habuero prophetiam et sciero omnia sacramenta et omnem scientiam, et si habuero omnem fidem, ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum. quid ergo eis prodest, si linguam in sacris mysteriis habeant angelorum et propheticam quemadmodum Caiphas et Saul, ut aliquando prophetent, quos fuisse damnabiles sancta scriptura testatur? si sacramenta non tantum sciant sed et habeant, sicut habuit Simon Magus? si fidem, sicut daemonia confessa sunt Christum? neque enim non credebant, cum dicerent: quid nobis et tibi est, fili dei; scimus qui sis. si dispertiant etiam

13 I Cor. 13, 1—3 21 cf. Io. 11, 51 et I Reg. 10, 10 24 cf. Act. 8, 13 25 Marc. 1, 24

1 reconcḷiiliationis (h *del. m. 2*) *V* putent se *v* 2 sanos] sanus *A* quia—3 sanum est] *om. P* 4 sanitate] scitate *P* 5 schismat**is (ic *ras.*) *P* 7 extollatur P^1 quid] qui *A* 8 et] ut *Pv* suum] suum non *v* 11 si] se P^1 12 quidam AP^1 si*t (n *ras.*) *P* 13 audiant (i *ex* e *corr.*) *P* inquit hominum loquar *P* hominum loquar inquit *v* 19 habeam] habuero *Pv* 20 si] si et *A* angelorum *V*: angelicam *AGPv* 21 propheticam *V*: prophetiam *APv* caifas *AP* 22 damnabilis P^1 sancta] sacra *v* 24 symon *P*

ipsi substantiam suam pauperibus, sicut multi non solum in catholica, sed in diuersis haeresibus faciunt? si aliqua ingruente persecutione tradant ad flammas nobiscum corpus suum pro fide, quam pariter confitentur? tamen, quia separati haec agunt, non sufferentes inuicem in dilectione neque studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, caritatem utique non habendo, etiam cum illis omnibus, quae nihil eis prosunt, ad aeternam salutem peruenire non possunt.

CXCVIIII.

SEQVITVR SETEXTVS: OBIECTIONEM DONATISTARVM, VTRVM GENERET FILIOS BAPTISMVS CHRISTI IN PARTE DONATI AN NON GENERET, SOLVIT.

217 Sed uidentur sibi argutissime quaerere utrum generet filios baptismus Christi in parte Donati an non generet; ut, si consenserimus quod generet, suam esse asseuerent ecclesiam matrem, quae filios potuit de Christi baptismate generare, et quia unam oportet esse ecclesiam, ex hoc iam nostram non esse ecclesiam criminentur; si autem dixerimus: „non generat“ „cur ergo“ inquiunt „apud uos non renascuntur per baptismum qui transeunt a nobis ad uos, cum apud nos fuerint baptizati, si nondum nati sunt?“ quasi uero ex hoc generat unde separata est, et non ex hoc unde coniuncta est. separata est enim a uinculo caritatis et pacis, sed iuncta est in uno baptismate. itaque una est ecclesia, quae sola catholica nominatur, et

6 cf. Eph. 4, 3

2 se^{d} (d *add. m. 2*) *P* ingruenti *v* 4 confidentur P^{1} separate *v* 7 illi^{s} (s *add. m. 2*) *P* 8 peruenire] puenire *A* 9 *cap.* CC *A* CCXVII *P* CCXVIII *Gv* 10 sequitur setextus *MV*: *om. AGPv* obiectione *MV* utrum] *om.* P^{1} 11 baptismos P^{1} baptisma *v* partes *P* 14 baptismos P^{1} baptismo *v* partes *P* generet] gereret *A* 15 asseuerent] asserint *v* 17 quia (ia *ex* o *corr.*) *P* esse] *om. Gv* ex hoc iam] *om. MV* ex] et $G^{1}P^{1}v$ nostram—ecclesiam] *om. M* 19 renascantur *A* 21 si] *om.* P^{1} nati] renati $P^{1}(?)v$

quidquid suum habet in communionibus diuersorum a sua unitate separatis, per hoc quod suum in eis habet ipsa utique generat, non illae. neque enim separatio earum generat, sed quod secum de ista tenuerunt; quod si et hoc dimittant, omnino non generant.

CC.

SEQVITVR SETEXTVS: QVOD ETIAM MALE CONVERSANTES CATHOLICOS IPSA GENERET, QVAE ET SIMONEM.

Haec itaque in omnibus generat, cuius sacramenta retinen- 218
tur, unde possit tale aliquid ubicumque generari, quamuis non omnes, quos generat, ad eius pertineant unitatem, quae usque in finem perseuerantes saluabit. neque enim hi solum ad eam non pertinent qui separationis aperto sacrilegio manifesti sunt, sed etiam illi qui in eius unitate corporaliter mixti per uitam pessimam separantur. etenim Simonem Magum per baptisma ipsa pepererat; cui tamen dictum est, quod non haberet partem in hereditate Christi. numquid ei baptismus, numquid euangelium, numquid sacramenta defuerunt? sed quia ei caritas defuit, frustra natus est et ei expediebat fortasse non nasci. numquid non erant nati quibus apostolus dicit: tamquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam? eos tamen a sacrilegio schismatis reuocat, in quod ideo irruebant, quia carnales erant: quasi paruulis, inquit, in Christo lac uobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis. sed nec adhuc qui-

21 I Cor. 3, 1—4

1 communionibus] communicationibus *P* diuersarum *v* 2 separatis (i *ex* o *corr.*) *P* 3 illae] illam *A* eorum *A* 6 *cap.* CCI *A* CCXVIII *P* CCXVIIII *Gv* 7 sequitur setextus] *om. GPv* conuersatis P^1 conuersatos *v* 8 et] *om. A* symonem *v* 9 generat] *om. v* 11 pertinaent *A* 15 symonem *P* simone *A* 16 peperat (re *add. m. 2*) *P* 17 ei] et P^1v baptismos P^1 19 natus] renatus *v* 20 nasci] renasci *v* nati] renati *v* 21 paruolis *A* 22 (*et* 25) ęscam (ę *a m. 2*) *V* scismatis *GPv* 23 quod] quo* (d *ras.*) *P* paruolis *A*

dem potestis; adhuc enim estis carnales. cum enim sint inter uos aemulatio et contentiō, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? cum enim quis dicat: ego quidem sum Pauli, alius autem: ego Apollo, nonne homines estis? de his enim supra dicit: obsecro autem uos, fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes et non sint in uobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem scientia. nuntiatum est mihi de uobis, fratres mei, ab his qui sunt Cloes, quia contentiones sunt in uobis. hoc autem dico, quia unusquisque uestrum dicit: ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cefae, ego autem Christi. diuisus est Christus? numquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? isti ergo, si in hac obstinatione et peruersitate remanerent, certe quidem nati erant, nec tamen ad ipsam ecclesiam, de qua nati erant, per pacis atque unitatis uinculum pertinerent.

CCI.

SEQVITVR SETEXTVS: QVOD CATHOLICA GENERET ETIAM PER MALOS TAMQVAM PER VTEROS ANCILLARVM.

219 Ergo ipsa generat per uterum suum et per uteros ancillarum ex eisdem sacramentis tamquam ex uiri sui semine. non enim

6 I Cor. 1, 10—13

1 carnalis P^1 2 sint] sit *v* aemolatio *A* contentiones *P* 6 autem] P^2 *in ras.* 8 scismata *Pv* 9 sensum (m *del. m. 1*) *A* scientia G^1P^2V: sententia AG^2P^1v 10 est *V*: est enim *AGPv* 12 quia] quod P^2 13 ego autem Apollo] *om. v* 14 cḷefae (h *del. m. 2*) *V* caefae P^1 cephae AGP^2v 15 crucifixus est pro uobis *APv* 17 certi (i *in* e *corr.*) *P* (*et* 18) nati] renati *v* 19 pertinent (re *add. m. 2*) *P* ptinerent *A* 20 *cap.* CCII *A* CCXVIIII *P* CCXX *Gv* 21 sequitur setextus] *eras. in P*; sequitur textus *v* generent *A* per] p *A* 23 ergo (rgo *in ras.*) *P* per uterum *MV*: et per u. *AGPv* uteros] uterus *A*

frustra dicit apostolus omnia illa in figura esse gesta. sed qui superbiunt et legitimae matri non adiunguntur, similes sunt Hismaheli, de quo dictum est: eice ancillam et filium eius; non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Isaac. qui autem pacifice diligunt legitimam patris sui coniugem, cuius legitimo iure regenerati sunt, similes sunt filiis Iacob quamuis de ancillis natis, sed tamen eandem hereditatem sumentibus. qui autem de utero ipsius matris intus in unitate nati neglegunt gratiam, quam acceperunt, similes sunt Esau filio Isaac, qui reprobatus est deo attestante et dicente: Iacob dilexi, Esau autem odio habui, cum ambo ex uno concubitu concepti, ex uno utero nati sint.

CCII.

SEQVITVR SETEXTVS: VTRVM APVD HAERETICOS FIAT NECNE REMISSIO PECCATORVM.

Quaerunt etiam utrum peccata dimittantur per baptismum 220
in parte Donati, ut, si dixerimus dimitti, respondeant: „ergo est illic spiritus sanctus“ quia, cum insufflante domino datus esset discipulis, tunc secutus est et ait: baptizate gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti; si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei; si cui tenueritis, tenebuntur. „et si ita est“ inquiunt „communio nostra

1 cf. I Cor. 10, 11 3 Gen. 21, 10 11 Mal. 1, 2 sq. 20 Matth. 28, 19 21 Io. 20, 22 sq.

1 ficura *A* 3 ismaheli *AP* 4 erit] ri *obduxit m. 2 V* 5 pacificifice *A* ligimam (ti *add. m. 2*) *V* 6 legitimo] legitime *v* 7 sed] ed *V* & *P*; *eras. A* 9 unitati *V* 12 concubito *P* uno utero] una matre *v* 13 sunt P^1v 14 *cap.* CCIII *A* CCXX *P* CCXXI *Gv* 15 sequitur setextus] *om. P*; s. textus *v* haereticos aput *v* heredicos *A* fiat] *om. A* necne] ne P^1; *om. Gv* 17 demittantur *A* 18 dimitti (di *in ras.*) *V* 19 insuflante *V* inflante *v* 21 fili *A* 22 dimittuntur *A* tenueritis] retinueritis *A*

est ecclesia Christi. non enim praeter ecclesiam dimissionem peccatorum spiritus sanctus operatur. et si nostra communio est ecclesia Christi, non est ecclesia Christi uestra communio.“ una est enim, quaecumque illa sit, de qua dictum est: una est columba mea, una est matri suae, nec possunt ecclesiae tot esse quot schismata. si autem dixerimus non ibi dimitti peccata: „ergo“ inquiunt „non est illic uerus baptismus, et propterea quos a nobis suscipitis uos baptizare debetis; quod quia non facitis, in ecclesia Christi uos non esse fatemini.“

His ita resistimus, secundum scripturas eos interrogantes, ut quod a nobis quaerunt sibi ipsi respondeant. quaero enim, ut dicant utrum dimittantur peccata ubi caritas non est. peccata enim tenebrae animarum sunt. audimus Iohannem quippe dicentem: qui odit fratrem suum, in tenebris est usque adhuc; nulli autem schismata facerent, si fraterno odio non excaecarentur. si ergo dicimus non ibi dimitti peccata, quomodo renascitur qui apud eos baptizatur? quid est enim renasci per baptismum nisi a uetustate renouari? quomodo autem renouatur a uetustate cui peccata praeterita non dimittuntur? quod si renatus non est, nec Christum induit. ex quo conficitur, ut denuo baptizandus uideatur, quia dicit apostolus: quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis; quem ille si non induit, nec in Christo baptizatus habendus est. porro quia in Christo dicimus baptizatum, fatemur eum Christum induisse; et si hoc fatemur, regeneratum fatemur. quod si ita est, et peccata dimissa

4 Cant. 6, 8 14 I Io. 2, 11 22 Gal. 3, 27

2 peccatorum] peccarum *A* 5 est columba] es columba *A* matris P^1v 6 quot] quod *V* scismata *Pv* ibi] ibidem *v* 7 uerum *v* baptismos (v *a m. 2*) *P* baptisma *v* 8 suscepistis *v* 9 uos] uox *A* 10 resistemus AP^1 13 audimus *AV*: audiuimus P^1v audiamus P^2 quippe iohannem *APv* 15 scismata *Pv* 16 excaecaecarentur (cae *del. m. 2*) *V* excarentur (ce *add. m. 2*) *P* exercerentur *v* 18 enim] *om. v* renouare *P* 19 renouantur *V* a] *om.* P^1 20 renatus] natus P^1v 21 quia] quid *P* 22 quotquot] quoquod P^1 23 in] *om. A* 25 Christum] $\widetilde{\text{xpo}}$ *A*

sunt. quomodo ergo dicit Iohannes: qui odit fratrem suum, in tenebris manet usque adhuc, si iam facta est remissio peccatorum? an non est in schismate odium fraternum? quis hoc dixerit, cum et origo et pertinacia schismatis nulla sit alia nisi odium fratris?

Hanc illi quaestionem soluere sibi uidentur, cum dicunt: „non est ergo in schismate remissio peccatorum et ideo nec regeneratio noui hominis, et propterea nec baptismum Christi.“ nos autem quia fatemur ibi esse baptismum Christi, hanc eis quaestionem soluendam proponimus, Magus ille Simon utrum uero Christi baptismate tinctus sit. respondebunt: „ita“, quia sanctae scripturae auctoritate coguntur. quaero ergo utrum fateantur ei dimissa peccata. profecto fatebuntur. item quaero, cur ei dixerit Petrus non eum habere partem in sorte sanctorum. „quia“ inquiunt „postea peccauit pecunia uolens emere donum dei, cuius uenditores apostolos credidit.“

Quid, si ad ipsum baptismum fictus accessit, dimissa sunt ei peccata an non sunt dimissa? eligant quod uolunt; utrumlibet elegerint, sufficiat nobis. si dimissa dixerint, quomodo ergo spiritus sanctae disciplinae effugiet fictum, si in isto ficto operatus est peccatorum remissionem? si dixerint non esse dimissa, quaero, si postea fictionem suam corde concusso et uero dolore fateretur, denuo baptizandus iudicaretur? quod si dementissimum est dicere, fateantur uero baptismo Christi baptizari posse hominem, et tamen cor

1 I Io. 2, 11 20 Sap. 1, 5

1 iohannis *A* 2 si] sed *v* 4 dixerit (it *ex* im *corr.*) *P* pertinacias *A* 7 remiscio *A* 9 quia] qui *Pv* 10 soluenda *A* ille (e *ex* i *corr.*) *P* symon *P* 11 uero] uerum *P* 13 fabuntur (te *add. m. 2*) *P* 14 in sorte] *om. v*; in sorte in sorte (*corr. m. 2*) *V* in sortem *A* 16 apostolus *AV*^{1} 17 ad] *om.* *P*^{1} 18 ei] *om. v* dimissa] ei dimissa *Pv* 19 eligerint *V* 20 sanctae *V*: sanctus *APv* (*cf. p. 667, 1*) 21 remissionem operatus est peccatorum *APv* 22 postea] post *P* 23 uerolore (do *add. m. 2*) *A* baptizandos *P*^{1} 25 baptismum *A* baptizare *P*

eius in malitia uel sacrilegio perseuerans peccatorum abolitionem non sinere fieri, atque ita intellegant in communionibus ab ecclesia separatis posse homines baptizari, ubi Christi baptismus eadem sacramenti celebratione datur et sumitur, qui tamen tum prosit ad remissionem peccatorum, cum quisque reconciliatus unitati sacrilegio dissensionis exuitur, quo eius peccata tenebantur et dimitti non sinebantur. sicut enim in illo qui fictus accesserat fit, ut non denuo baptizetur, sed ipsa pia correctione et ueraci confessione purgetur, quod non posset sine baptismo, sed ut quod ante datum est tunc ualere incipiat ad salutem, cum illa fictio ueraci confessione recesserit: sic etiam iste qui baptisma Christi, quod non amiserunt qui se separauerunt, inimicus caritatis et pacis Christi in aliqua haeresi aut schismate accepit, quo sacrilego scelere peccata eius non dimittebantur, cum se correxerit et ad ecclesiae societatem unitatemque uenerit, non iterum baptizandus est, quia ipsa reconciliatione ac pace praestatur, ut ad remissionem peccatorum eius in unitate iam prodesse incipiat sacramentum, quod acceptum in schismate prodesse non poterat.

Si autem dixerint in illo qui fictus accessit per sanctam uim tanti sacramenti dimissa quidem illi esse peccata in ipso temporis puncto, sed per fictionem ipsius redisse continuo, ut spiritus sanctus et adfuerit baptizato, ut peccata recederent, et perseuerantiam fictionis fugerit, ut redirent, ut et illud uerum sit: quotquot in Christo baptizati estis, Chri-

25 Gal. 3, 27

1 abolitione *A* 3 baptizare *P* 5 tum *V*: tunc *APv* 6 reconc•iliatus (h *ras.*) *V* exuitur] r *ex* s *corr. P*; exutus *v* 9 ueraci] uera ei *P* uera eius *v* possit *P* 10 quod ut *v* 11 fictio] factio *A* 12 iste] ipsi *v* baptisma] baptizati sunt *v* amisserunt *P* 13 separauerunt (unt *ex* ant *corr. m. 1*) *V* inimicus] inimiciciis *v* 14 schismatae *V* scismatae *P* 15 correxerit *V* 16 baptizandos P^1 17 reconchiliatione (h *del. m. 2*) *V* 18 eius] *om. v* iam] *om. v* 20 sancta *v* 21 uim tanti] *om. v* sacramenta *v* illi] illa *v* 22 per fictionem *AV*: perfectionem *Pv* 23 recederint P^1 24 perseuerantia *v* fugerit] fuerit P^1 fecerit *v* 25 quodquot (d *in* t *corr. m. 2*) *PV* baptɔzati (i *ras.*) *P*

stum induistis, et illud: sanctus enim spiritus disciplinae effugiet fictum, id est ut et induat eum Christo sanctitas baptismi et exuat eum Christo pernicies fictionis, sicut fit, cum quisque a tenebris per lucem transit ad tenebras; oculi quidem eius in tenebras perpetuo diriguntur, sed non potest eum lux nisi perfundere transeuntem — si hoc ergo dixerint, hoc etiam in eis intellegant fieri qui extra ecclesiae communionem, sed tamen baptismate ecclesiae baptizantur. quod ubicumque fuerit, sanctum est per se ipsum, et ideo non est eorum qui se separant, sed eius unde se separant. ualet tamen apud eos hactenus, ut per eius lucem transeant ad dissensionis suae tenebras, continuo redeuntibus peccatis, quae baptismatis sanctitas in illo temporis puncto dimiserat, tamquam redeunte obscuritate, quam lux in transitu excusserat.

CCIII.

SEQVITVR SETEXTVS: QVOD SINE CARITATE PECCATA REDEANT, QVAE DIMISSA FVERANT, PROBAT PER SERVVM, CVI OMNE DEBITVM DIMISERAT DOMINVS SVVS.

Nam redire dimissa peccata, ubi fraterna caritas non est, 221
apertissime dominus in euangelio docet de illo seruo, quem cum inuenisset debitorem decem milium talentorum, deprecanti omnia dimisit; ille autem conseruum suum, qui ei debebat centum denarios, cum miseratus non fuisset, iussit eum dominus reddere quae ei dimiserat. tempus ergo, quo accipitur indulgentia per baptismum, tamquam tempus est reddendae rationis, ut omnia debita, quae inuenta fuerint, dimittantur. non tamen ille seruus postea dedit conseruo suo mutuam

1 Sap. 1, 5

2 et] *om.* *P* 3 pernities *A* 9 ipsum (*om.* se) *v* 10 qui se] qui se** (se *ras.*) *P* 11 actenus *AP* 14 excuserat (s *add. m. 2*) *P* 15 *cap.* CCIIII *A* CCXXI *P* CCXXII *Gv* 16 sequitur setextus] *eras. in P*; sequitur textus *v* 18 demiserat *A* dimiserit *v* dominos suos P^1 19 demissa P^1 21 depraecanti *A* 22 conseruo suo *v* 23 denarius AP^1 misertus *P* 24 quo *APv*: *om. V*

pecuniam; quam cum ille non posset reddere, non eius misertus est, sed iam ei debebat conseruus eius, cum ipse rationem domino suo reddens tanti numeri debito solueretur; nec dimiserat conseruo suo quod ei debebat et sic accesserat, ut ei dimitteret dominus. hoc indicant uerba conserui dicentis: patientiam habe in me, et reddam tibi. alioquin diceret: „iam mihi hoc dimiseras; cur iterum repetis?“ hoc et ipsius domini uerba manifestius aperiunt. ait enim: egressus autem seruus ille inuenit unum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios. non dixit: „cui debitum iam centum denariorum dimiserat“; si enim dimiserat, non ei debebat. quia ergo dixit: debebat ei, manifestum est quod non dimiserat. et melius quidem fuerat atque hoc potius congruebat tanto debitori reddituro rationem et exspectanti misericordiam domini sui, ut prior ipse conseruo dimitteret quod ei debebatur et sic ad rationem reddendam, ubi misericordia domini imploranda erat, accederet. nec tamen illud quod nondum conseruo dimiserat impediuit domino eius, quominus in illo tempore accipiendae rationis dimitteret ei omnia, quae debebat. sed quid profuit, quando quidem in caput eius propter odiorum perseuerantiam rursus omnia continuo replicata sunt? sic non impeditur baptismi gratia, quominus omnia peccata dimittat, etiam si odium fraternum in eius cui dimittuntur animo perseuerat. soluitur enim hesternus dies et quidquid supra est soluitur, etiam ipsa hora momentumque ante baptismum et in baptismo; deinceps autem continuo reus

6 Matth. 18, 26 et 28

1 possit *Pv* non eis (non *et* u *add. m. 2*) *P* 2 eius] suus *v* ipse] ipsa P^1 3 numeris *v* 5 dimitterit *A* 10 ei] *om.* P^1v 11 denar. demiserat P^1 13 demiserat *A* 14 debitori] debitori redditoris *P* redditurо] (uro *a m. 2 in ras.*) *P* redditurus *v* 15 prior] prius *v* 18 demiserat *A* impetiuit *A* domino] *cf. Rönsch l. c. p. 413* 21 odiorum (or *a m. 2 in ras.*) *P* continuo] P^2 *in ras.* 22 impeditur (t *in ras.*) *V* impetitur *A* 24 soluetur *A* soluit *v* hesternus (h *add. m. 2*) *P* 25 soluit *v* hora] ora *P* momentoque *Pv*

esse incipit non solum consequentium sed etiam praeteritorum dierum, horarum, momentorum, redeuntibus omnibus, quae dimissa sunt. et saepe ista contingunt in ecclesia.

CCIIII.

SEQVITVR SETEXTVS: DE BAPTIZANDO CVI SVBITVM PERICVLVM MORTIS IMMINEAT ET HABEAT INIMICVM, QVEM INIQVISSIME ODERIT.

Nam plerumque fit, ut homo habeat inimicum, quem ini- 222
quissime oderit, quamquam etiam inimicos diligere iubeamur et orare pro eis; subito autem periculo mortis incipit perturbari et poscit baptismum, quem tanta festinatione accipit, ut necessariam interrogationem paucorum uerborum uix periculi tempus admittat, quanto minus sermonem longissimum, ut illud odium corde pellatur, etiam si baptizanti sit cognitum. certe ista non solum apud nos sed etiam apud illos euenire non cessant. quid ergo dicimus? dimittuntur peccata huic homini an non dimittuntur? prorsus quod uolunt eligant. si enim dimittuntur, continuo redeunt, euangelium loquitur, ueritas clamat. siue ergo dimittantur siue non dimittantur, necessaria est postea medicina, nec tamen, si uixerit atque id corrigendum esse didicerit atque correxerit, denuo baptizatur siue apud illos siue apud nos. sic et illa quae schismatici uel haeretici non aliter habent nec aliter agunt quam uera ecclesia, cum ad nos ueniunt, non emendamus, sed potius approbamus. in quibus enim non dissentiunt a nobis, in eis

2 dierum *APv*: odiorum *MV* momentarum P^1 mementorum *A* redeuntibus] euntibus *A* omnibus] omnia *V* 3 dimisa *P* 4 *cap.* CCV *A* CCXXII *P* CCXXIII *Gv* 5 sequitur setextus] *eras. in P*; sequitur textus *v* subitum *scripsi* (*cf. u. 10*): suus *MV* (*cf. p. 22, 26*); *om. AGPv* 7 oderit] o. ex eodem libro *v* 11 accepit P^1V 12 necessarium (u *in* a *corr.*) *P* 13 admittat] amittat *P* 17 (*et* 18) dimittantur *A* 19 siue ergo dimittantur] si uero d. P^1 siue uero dimittuntur *v* 21 didicerint *V* correxit (er *add. m. 2*) *P* 22 scismatici *Pv* 24 emendamus] emundamus *V* 25 dissentiunt (a *ras.*) *P*

non disiunguntur a nobis. sed tamen, quia nihil eis prosunt, quamdiu schismatici et haeretici sunt, propter alia in quibus a ueritate dissentiunt et propter ipsum separationis immanissimum scelus, siue permanserint in eis peccata siue continuo dimissa redierint, ut ad salutem pacis atque caritatis ueniant adhortamur, non solum ut aliquid habeant quod non habebant, sed ut eis etiam illud prodesse incipiat quod habebant.

CCV.

SEQVITVR SETEXTVS: QVOD BAPTISMVS DEI SIT ECCLESIAE, VBICVMQVE INVENTVS FVERIT.

223 Frustra ergo nobis dicunt: „si baptismum nostrum acceptatis, quid minus habemus, quod nobis de uestra communione consulendum putetis?“ respondemus enim: non baptismum uestrum acceptamus — quia non est baptismus ille schismaticorum uel haereticorum — sed dei et ecclesiae, ubicumque fuerit inuentum et quocumque translatum; uestrum autem non est nisi quod praue sentitis et sacrilege agitis et impie separamini. nam si cetera omnia uera uel habeatis uel sentiatis et in eadem tamen separatione duretis aduersus uinculum pacis fraternae, aduersus unitatem omnium fratrum, qui toto terrarum orbe, sicut promissi sunt, ita exhibiti, quorum omnium causas et corda nullo modo umquam nosse ac discutere potuistis, ut merito damnaretis; qui non possunt propterea rei esse, quia

2 et *V*: uel *APv* heredici *A* 3 inmanissimum *A* 6 adortamur *A* 8 *cap.* CCVI *A* CCXXIII *P* CCXXIIII *Gv* 9 sequitur setextus] *eras. in P*; s. textus *v* dei** *P* ecclesiae] et ecclesiae *A* (*cf. p. 22, 28*) 10 inuentus *scripsi*: inuentum *AGPv* iunctus *MV* fuerit] f. ex eodem libro supra scripto *v* 11 acceptatis] accepitis *A* 12 quod *MV*: ut *APv* nobis] nos *P* consolendum *V* 15 heredicorum *A* et] *om. Pv* 16 quodcumque *A* 17 sentis (ti *add. m. 2*) *P* impi*e (a *ras.*) *P* saparamini *v* 18 si] sic et *Pv* et] *om. v* 19 fraternae pacis *Pv* fraternae pa*tis (r *ras.*) *A* 21 exibiti P^1 quarum *A*

iudicibus ecclesiasticis potius quam litigatoribus crediderunt: hoc solum minus habetis, quod minus habet qui caritatem non habet. iam quid opus est, ut nos retexamus? uos ipsi in apostolo inspicite, quantum sit quod minus habetis. quid autem interest, qui caritatem non habet utrum foras auolet aliquo uento temtationis ablatus an intus de messe dominica non recedat in ultima uentilatione separandus? et tamen etiam tales si iam semel per baptismum nati sunt, iterum eos nasci non oportet.

CCVI.

SEQVITVR SETEXTVS: QVOD ECCLESIA PARIAT SIVE PER SE SIVE PER ANCILLARVM VTERVM DE SEMINE VIRI SVI; VBI PONIT SIMILITVDINEM DE ESAV ET ASER.

Ecclesia quippe omnes per baptismum parit, siue apud se, 224
id est ex utero suo, siue extra se de semine uiri sui. sed et Esau de uxore natus propter fraternam discordiam separatus est a populo dei et Aser per uxoris quidem potestatem, sed ex ancilla natus propter fraternam concordiam terram promissionis accepit. unde et Hismaheli, ut separaretur a populo dei, non offuit mater ancilla, sed offuit fraterna discordia; et non profuit potestas uxoris, cuius magis filius erat, quia per ipsius iura coniugalia et ancilla seminatus erat et ex ancilla susceptus; sicut apud istos ecclesiae iure, quod est in baptismo, nascuntur quicumque nascuntur. sed si concordent cum fratribus per unitatem pacis, ad terram ueniunt promissionis, non

1 litigatoribus] ligatoribus G^1v legatoribus P^1 crediderunt *AG Pv*: perdiderunt *MV* 3 retexeamus P^1v 4 inspicite] accipite *v* 6 aliquo] *om. v* uento] uentu *P* tientium (*sic*) *v* messe] area *v* 8 talis P^1 non nasci *A* 9 oportet (a *add. m. 2*) *P* 10 *cap.* CCVII *A* CCXXIIII *P* CCXXV *Gv* 11 sequitur setextus] *eras. in P*; s. textus *v* ecclesiae P^1 13 Aser] A. ex libro eodem *v* 15 et] *om. Pv* 19 accipit *AP* ismaheli *A* ismahel *Pv* separetur *P* 20 obfuit APV^2v 22 et ancilla *V*: et in ancilla *APv* 23 iurae *P* iura *A* est] *add.* A^2 *supr. uers.* 24 quicumque nascuntur *AGPv*: *om. MV*

de materno utero rursus eiciendi, sed in paterno semine cognoscendi. si autem in discordia perseuerent, ad Hismahelis funiculum pertinebunt. prior autem fuit Hismahel et postea Isaac, et prior Esau, posterior autem Iacob, non quia prior peperit haeresis quam ecclesia, aut ipsa ecclesia prius carnales uel animales et postea spiritales, sed quia in ipsa sorte mortalitatis nostrae, ex quo de Adam nascimur, non est prius quod spiritale, sed quod animale, postea quod spiritale. ex ipso autem animali sensu, quia homo animalis non percipit quae sunt spiritus dei, omnes dissensiones et his schismata generantur. in quo sensu perseuerantes apostolus dicit ad uetus testamentum pertinere, id est ad terrenorum promissorum cupiditatem, in quibus quidem spiritalia figurantur, sed animalis homo non percipit quae sunt spiritus dei.

CCVII.

QVOD ANTIQVA RES SIT ECCLESIA, IN ALIIS HABENS ANIMALEM PORTIONEM, IN ALIIS SPIRITALEM.

225 Quocumque ergo tempore tales homines esse coeperint in hac uita, ut iam diuinis pro saeculorum distributione sacramentis imbuti, adhuc tamen carnaliter sapiant et carnalia de deo siue in hac uita siue post hanc uitam sperent atque desiderent, animales sunt. ecclesia uero, quod est populus dei, etiam in istius uitae peregrinatione antiqua res est, in

7 I Cor. 15, 46 9 (et 14) cf. I Cor. 2, 14 12 cf. Gal. 4, 24

2 perseuerant *v* ismahelis *APv* 3 ismahel *APv* 5 carnales] *om. A*; carnalis P^1 6 postea] posteria *A* spiritalis *A* 9 spiritale (*om.* quod) *APv* animali] animales P^1 10 percipiet P^1 11 his schismata *scripsi*: hiscismata *V* hischismata *M* schismata *A* scismata *GPv* 14 percipit] pepercit *P* 16 *cap.* CCVIII *A* CCXXV *P* CCXXVI *Gv* 17 quod] quocumque quod *A* 18 spiritalem] sp. ex libro supra scripto *v* 19 ergo quocumque *A* coeper^{int} (int *add. m. 2*) *P* 22 sperant *v* 23 desiderant *v* animalis *P*

aliis hominibus habens animalem portionem, in aliis autem spiritalem. ad animales pertinet uetus testamentum, ad spiritales nouum. sed primis temporibus utrumque occultum fuit, ab Adam usque ad Mosen. a Mose autem manifestatum est uetus et in eo ipso occultabatur nouum, quia occulte significabatur. postea uero quam in carne dominus uenit, reuelatum est nouum; ueteris autem sacramenta cessarunt, sed concupiscentiae tales non cessauerunt. in illis enim sunt quos apostolus iam per sacramentum noui testamenti natos, adhuc tamen dicit animales non posse percipere quae sunt spiritus dei. sicut enim in sacramentis ueteris testamenti uiuebant quidam spiritales, ad nouum scilicet testamentum, quod tunc occultabatur, occulte pertinentes, sic et nunc in sacramento noui testamenti, quod iam reuelatum est, plerique uiuunt animales. qui proficere si nolunt ad percipienda quae sunt spiritus dei, quo eos hortatur sermo apostolicus, ad uetus testamentum pertinebunt; si autem proficiunt, et antequam capiant ipso profectu et accessu ad nouum pertinent et, si priusquam spiritales fiant ex hac uita rapiuntur, custoditi per sacramenti sanctitatem in terra uiuentium computantur, ubi est spes nostra et portio dominus. nec inuenio quid uerius intellegatur in eo quod scriptum est: inperfectum meum uiderunt oculi tui, quando quidem sequitur: et in libro tuo omnes scribentur.

Quae autem peperit Abel et Enoch et Noe et Abraham, ipsa peperit et Mosen et prophetas tempore posteriores ante domini aduentum; et quae istos, ipsa et apostolos et martyres

15 cf. I Cor. 2, 14 20 cf. Ps. 141, 6 22 Ps. 138, 16

4 moysen *et* moyse *Pv* manifestum *A* 7 autem] *om. Gv* sacramentū P^1 sed concupiscentiae—cessauerunt *GPv*: *om. AMV* 8 cessarunt P^1 sunt enim *P* 9 natus *A* 11 uiuebant *v*: uidebant AP^2V uidebunt P^1 13 sacramentum *A* 14 uiunt *V* 16 ortatur AP^1 apostolicos P^1 17 pertinebunt (u *ex a corr.*) *P* 19 rapiuntur (r *prior ex* s *corr. m. 2*) *P* custudite *A* 20 in] a(?) *A* cumputantur *P* 25 habraham *P* 26 moysen *Pv* posteriores (ri *in ras.*) *P* 27 et quae] ut quae *A* apostolus A^1

nostros et omnes bonos christianos. omnes enim diuersis quidem temporibus nati apparuerunt, sed societate unius populi continentur et eiusdem ciuitatis ciues labores huius peregrinationis experti sunt, et quidam eorum nunc experiuntur et usque in finem ceteri experientur. item quae peperit Cain et Cham et Hismahelem et Esau, eadem ipsa peperit et Dathan et alios in eodem populo similes; et quae istos, eadem ipsa et Iudam pseudoapostolum et Simonem Magum et ceteros usque ad haec tempora pseudochristianos in affectione animali pertinaciter obduratos, siue in unitate permixti sint siue aperta praecisione dissentiant.

CCVIII.

QVOMODO GENERET ECCLESIA BONOS ET MALOS TAMQVAM PER SE IPSAM REBECCA GEMINOS.

226 Sed cum tales ab spiritalibus euangelizantur et sacramentis imbuuntur, tamquam per se ipsam Rebecca eos parit sicut Esau; cum autem per illos qui non caste annuntiant euangelium tales in dei populo generantur, Sarra quidem, sed per Agar. item boni spiritales quando euangelizantibus uel baptizantibus carnalibus generantur, Lia quidem uel Rachel iure coniugali eos, sed per ancillarum uterum parit. cum uero per spiritales in euangelio generantur boni fideles, qui uel

17 cf. Philipp. 1, 17

1 diuersis] in diuersis *Pv* 2 societatem *P* 3 eiusdem] eius quidem *A* 5 experiuntur *P* 6 ismahelem *APv* dathán *V* datan *A* 7 populos *P* 8 seudoapostolum *A* symonem *P* simon *A* 9 affectioni *A* 10 obduratus A^1 permisti *A* sunt *P* aperta] a aperta *A* 11 prae*cione (s *ras.*, si *add. m. 2*) *P* 12 *cap.* CCVIIII *A* CCXXVI *P* CCXXVII *Gv* 13 quomodo] qđ modo *P* generet] genere *P* 14 repecca *A* geminus *A* ge^{r}minet *G* 15 sed] *om. A* tales cum *A* ab] a *v* 16 ipsa *A* repecca *A* 18 generantur] gerantur *M* sara G^2v sed] se *A* per Agar] peragatur M^1V 19 quando] *om.* P^1v 21 hancillarum *P* utero *A* 22 regenerantur (re *del. m. 2*) *P*

euadunt in spiritalis aetatis affectum uel eo tendere non desistunt uel ideo non faciunt, quia non possunt, sicut ex utero Sarrae Isaac uel Rebeccae Iacob in nouam uitam et nouum testamentum nascuntur.

Itaque siue intus uersari uideantur siue aperte foris sint, quod caro est, caro est; siue in area in sua sterilitate perseuerent siue occasione temtationis tamquam uento extra tollantur, quod palea est, palea est, et semper ab illius ecclesiae, quae sine macula et ruga est, unitate diuisus est etiam qui congregationi sanctorum in carnali obduratione miscetur. de nullo tamen desperandum est, siue qui intus talis apparet siue qui foris manifestius aduersatur. spiritales autem siue ad hoc ipsum pio studio proficientes non eunt foras, quia et cum aliqua uel peruersitate uel necessitate hominum uidentur expelli, ibi magis probant quam intus permaneant, cum aduersus ecclesiam nullatenus eriguntur, sed in solida unitatis petra fortissimo caritatis robore radicantur. ad hoc enim pertinet quod in illo Abrahae sacrificio dicitur: aues autem non diuisit.

9 cf. Eph. 5, 27 18 Gen. 15, 10

1 uadunt *v* in] *eras. P* spiritales *AP*¹ aetates *A* 3 sarae *v* rebeccae] b *ex* p *corr. A* 5 siue int. (ue *ex* be *corr.*) *P* uedeantur *A* sint] sunt *v* 6 sterelitate *AP*¹ perseueret *APv* 7 extra tollantur] extra tollatur *PV* e. tollitur *A* extollatur *v* 10 mis|scetur (s *pr. del.*, *alteram add. m. 2*) *V* 11 disperandum *v* tales *P*¹ 15 quam *AG*¹*PV*: quia *G*²*v* permaneant *A* permanent *G*²*v* 17 rubore *A* 18 pertinent *A*

CCVIIII.

EX EODEM LIBRO. QVOD PROPTEREA DOMINVS NON APERVIT CYPRIANO SENTENTIAM, QVAM POSTEA PLENARIO CONCILIO PATEFECIT, VT EIVS PLENIVS CARITAS APPARERET.

227 Extant beati martyris Cypriani in eius litteris documenta, ut ad illum iam ueniam, de cuius sibi auctoritate isti carnaliter blandiuntur, cum eius caritate spiritaliter perimantur. nam illis temporibus, antequam plenarii concilii sententia quid in hac re sequendum esset totius ecclesiae consensio confirmaret, uisum est ei cum ferme octoginta coepiscopis suis Africanarum ecclesiarum hominem, qui extra ecclesiae catholicae communionem baptizatus fuisset, oportere ad ecclesiam uenientem denuo baptizari: quod non recte fieri tanto uiro nimirum propterea dominus non aperuit, ut eius pia et humilitas et caritas in custodienda salubriter ecclesiae pace patesceret. [minus ergo ille penetrauit, ut cerneret secretum abditum sacramenti; sed, si sciret omnia sacramenta, caritatem autem non haberet, nihil esset. cum autem minus illud perspiciens hanc tamen humiliter, fideliter, fortiter custodiuit, ad martyrii coronam meruit peruenire, ut, si qua in eius lucidam mentem ex humana condicione nebula inrepserat, gloriosa serenitate fulgentis sanguinis fugaretur. non enim frustra ipse dominus Iesus Christus, cum se ipsum diceret uitem, suos

17 cf. I Cor. 13, 2 23 cf. Io. 15, 1 sqq.

1 *cap.* CCX *A* CCXXVII *P* CCXXVIII *Gv* 2 libro] l. inter cetera *AP* l. I inter cetera *v* aperuit] apparuit P^1v^1 3 sententiam *MV*: de baptismo sententiam *AGPv* postea] post *P* concḭlio (h *del. m. 2*) *V* 4 eius] ei (?) *A* caritas plenius *AGPv* appareret] *om.* P^1 5 documenta] magna documenta *Pv* 6 iam] *om. A* auctoritate isti] auctoritatesti (i *add. m. 2*) *MV* 7 spiritaliter] pariter *v* 8 temporibus] temporalibus *P* concḭlii (h *del. m. 2*) *V* 9 consensio] consensus P^1v 10 cum] cui *V* 11 africanorum *A* 14 a*peruit (p *ras.*) *P* 15 custudienda *A* 16 *quae uncinis inclusi desunt in MV* ille] *om. Gv* 17 abditum] abitum *A* sacramenti] sacramentum G^1Pv caritate *A* 18 autem *P*: *om. AGv* 19 custudiuit *A* 22 fugaretur AP^2: fulguraretur GP^1v

autem tamquam in uite sarmenta, praecidi dixit eos et de uite auferri tamquam inutilia sarmenta, quae fructum non darent. quis est autem fructus nisi nouus ille fetus, de quo item dicit: mandatum nouum do uobis, ut uos inuicem diligatis? ipsa est illa caritas, sine qua cetera nihil prosunt. dicit et apostolus: fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. quae omnia incipiunt a caritate et per ceteram iuncturam quasi botrum mirabilem faciunt. nec tamen frustra idem dominus addidit: quae autem sarmenta in me dant fructum, purgat illa pater meus, ut maiorem fructum afferant, nisi quia et ipsi qui fructu praeualent caritatis possunt tamen aliquid habere purgandum, quod incultum agricola non relinquit. quod ergo ille uir sanctus de baptismo aliter sentiens quam se res habebat, quae postea pertractata et diligentissima consideratione firmata est, in catholica unitate permansit, et caritatis ubertate compensatum est et passionis falce purgatum.]

CCX.

EX LIBRO DE BAPTISMO IIII. QVOD SICVT INTVS QVOD DIABOLI EST ARGVENDVM EST, SIC ET FORIS QVOD CHRISTI EST AGNOSCENDVM EST.

Sicut ergo et intus quod diaboli est arguendum est, sic et 228
foris quod Christi est agnoscendum est. an extra unitatem

4 Io. 13, 34 6 Gal. 5, 22 sq. 11 Io. 15, 2

1 praecedi P^1 de uite] diuite P^1 2 auferre G^1 4 uos] nos P 6 dicat A 9 a] *om.* G^1P^1 ceteras iuncturas G^2v 10 butrum A 13 qui] *om.* G^1v fructu G^1P^1: fructum AP^2 fructus G^2v 15 uir A: *om.* GPv baptismo (o *ex* um *corr.*) A 18 caritas A 19 passiones A 20 *cap.* CCXI A CCXXVIII P CCXXVIIII Gv 21 IIII] *om.* MV diabuli A 23 agnuscendum A est] *om.* A; sit Pv 24 * diaboli (a *ras.*) P sic] *add.* V^2 *in ras.* 25 agnuscendum A

ecclesiae non habet sua Christus et in unitate ecclesiae habet sua diabolus? hoc fortasse de hominibus dici potest, ut sic extra ecclesiae communionem non habeat deus aliquem suorum, sicut inter angelos sanctos non habet diabolus aliquem suorum, ecclesiae uero huic, quae adhuc carnis mortalitatem portat, quamdiu peregrinatur a domino, licuerit diabolo miscere zizania, hoc est malos homines, et permissus sit propter ipsius ecclesiae peregrinationem, ut requies illius patriae, qua sancti angeli perfruuntur, desideraretur ardentius. de sacramentis autem hoc dici non potest. sicut enim ea possunt habere atque tractare non ad salutem, sed ad perniciem suam, in qua igni destinata sunt, interiora zizania, sic et exteriora zizania, quae ab interioribus recedentibus acceperunt, quia recedentia non amiserunt. quod sine dubio manifestatur, cum redeuntibus non restituitur, quando forte aliquis ex eis ipsis qui recesserant reuertuntur. nec quisquam dixerit: „quid enim frumenti habet zizania?“ si enim hoc ita est, et intus et foris ad hoc dumtaxat par condicio est. neque enim in zizaniis exterioribus non inueniuntur grana frumenti et in interioribus inueniuntur. de sacramento autem cum quaeritur, non utrum habeant aliquid frumenti zizania quaeritur, sed utrum habeant aliquid caeli. et exterioribus enim et interioribus zizaniis cum ipso tritico est pluuia communis, quae caelestis et dulcis est ipsa, etiam si ex ea zizania steriliter crescunt: sic et euan-

1 ecclesiae habet] e. ñ habet *P* 2 diabolus] et diabolus A^1 de] et de *P* sic] si *A* 3 habe*at (b *ras.*) *P* 4 diabolus (us *in ras.*) *P* 5 huic] *om. v* 6 quamdio *A* peregrinantur *P* 7 zyzania *P* 9 desideraretur (ra *del. m. 2*) *P* 12 distinata P^1 destinati *v* zizania] zyzania *P* (*sic semper*) sunt zizania *A* et] *om. v* exteriorum *v* 15 restituetur *A* aliquis *APV*: aliqui *v* 17 habent *v* et intus] **intus (*eras.* et) *P* 18 hoc] huc *v* par condicio] per conditionem *v* 19 grana] signa grana (signa *add. m. 2*) *P* 20 sacramenta *P* 21 aliquid] et aliquid *A* habeant (nt *in ras.*) *P* 23 cummunis *A* 24 ea] *om. V* *steriliter (e *ras.*) *A* euangeliicum *P*

gelicum Christi sacramentum diuinum et suaue est neque propter eorum sterilitatem quos etiam foris compluit improbandum.

CCXI.

EX EODEM LIBRO DE BAPTISMO IIII. QVOD NON ITA SIBI BAPTISMVS VERVS SVCCEDERE POSSIT, SICVT FALSAE FIDEI VERA SVCCEDIT.

Iam satis ostendimus ad baptismum, qui uerbis euangelicis 229
consecratur, non pertinere cuiusquam uel dantis uel accipientis
errorem, siue de patre siue de filio siue de spiritu sancto
aliter sentiat quam doctrina caelestis insinuat. multi enim
carnales et animales etiam intus baptizantur, cum aperte dicat
apostolus: animalis autem homo non percipit ea quae
sunt spiritus dei, et percepto iam baptismo dicit eos ad-
huc animales esse. secundum autem sensum carnalem non
potest nisi carnaliter de deo sapere anima corporeis sensibus
dedita. unde multi post baptismum proficientes, et maxime
qui infantes uel pueri baptizati sunt, quanto magis eorum
intellectus serenatur et inluminatur, dum interior homo reno-
uatur de die in diem, priores suas opiniones, quas de deo
habebant, cum suis phantasmatis ludificarentur, irrident et
detestantes atque confitentes abiciunt. nec tamen ideo non
accepisse baptismum existimantur aut tale baptismum acce-

13 I Cor. 2, 14 14 cf. I Cor. 3, 3 19 cf. II Cor. 4, 16

2 sterelitatem *P* compluit *GMPV*: cumpluit *A* complicuit *v* improbandos *MV* 4 *cap.* CCXII *A* CCXXVIIII *P* CCXXX *Gv* 5 ex] inter cetera ex *A* 6 baptismi *MV* (*cf. p. 23, 10*) succedere] succere *v* 7 succedunt *A* 9 secratur *v* 13 animales P^1 percipet *A* quae] que *add.* V^2 *supr. uers.* 15 sensum autem *AGPv* 16 corporeis] corporib. *MV* corporis P^1 17 deditam *MV* proficientis P^1 et maxime qui infantes] *add.* A^2 *supr. uers.* 18 infantis P^1 19 inluminator P^1 dum] et *v* 20 die] diem *v* suas (a *ex* o *corr.*) *P* openiones *A* 21 fantasmatis *v* 23 accipisse *A* existimantur—baptismum] *om.* P^1 accipisse *A*

pisse dicuntur, qualis fuit error ipsorum, sed in eis et sacramenti integritas honoratur et mentis uanitas emendatur, etiam si confirmata et fortasse multis contentionibus defensa calluerat. quapropter etiam haereticus, qui perspicue foris est, baptismum illic euangelicum accepit: non talem utique baptismum accepit, quali errore caecatur. et propterea, si respiciens uiderit relinquendum esse quod male tenuerat, non simul ei relinquendum est et bonum, quod acceperat, nec quia error illius improbandus est, propterea in illo Christi baptismus exsufflandus est. iam enim ex his quos intus contigit de deo falsa opinantes baptizari satis elucet discernendam esse sacramenti ueritatem a male credentis errore, quamuis utrumque in homine uno ualeat inueniri; et ideo, cum etiam foris in errore aliquo constitutus, uero tamen sacramento fuerit baptizatus, cum ecclesiae redditur unitati, sicut falsae fidei uera succedit, non sic potest etiam uero baptismo uerus baptismus succedere: qui quidem ipse sibi succedere non potest, quia nec decedere potest. ad hoc ergo haeretici ad catholicam ueniunt, ut quod eorum malum est corrigatur, non quod dei bonum est repetatur.

Dicit aliquis: „nihilne ergo interest, si duo in errore pari atque malitia constituti sint nec uita et corde mutato alius eorum foris, alius intus baptizetur?“ fateor interesse. ille enim peior est qui etiam foris baptizatur, non eo quod baptizatur, sed eo quod foris est. est etiam ipsius diuisionis nec nullum nec paruum malum, si tamen ille qui intus baptizatur non propter aliquod terrenum aut temporale commodum intus esse

1 ipsorum] eorum *v* sacramentis *A* 3 si] *om. v* confirmita *V* fortasse] cum fortasse *v* 4 hereticos P^1 heredicus *A* 5 tale* (m *ras.*) *P* tale *v* baptism. accepit (e *ex* i *corr.*) *P* 6 uideret *A* 8 et] *om. APv* acciperat *V* ne^c (c *add. m. 2*) *P* 9 exsuflandus *V* exsufflandū P^1 11 oppinantes *P* discernendum *A* 17 qui quidem *V*: quia idem *APv* 18 hereditici (d *del. m. 1*) *A* 22 malitia] malititia *V* sint (i *ex* u *corr.*) *A* mutato (ut *in ras.*) *P* 24 quod] quo *v* 25 etiam] enim etiam *Pv*

uoluit, sed quod unitatem ecclesiae toto orbe diffusae schismatum concisionibus praetulit; alioquin etiam ipse inter illos qui foris sunt deputandus est. constituamus ergo duos aliquos isto modo: unum eorum, uerbi gratia, id sentire de Christo quod Fotinus opinatus est et in eius haeresi baptizari extra ecclesiae catholicae unitatem; alium uero hoc idem sentire, sed in catholica baptizari, existimantem ipsam esse catholicam fidem: istum nondum haereticum dico, nisi manifestata sibi doctrina catholicae fidei resistere maluerit et illud quod tenebat elegerit; quod antequam fiat, manifestum est illum qui foris est esse peiorem. itaque in hoc sola falsa opinio, in illo autem etiam ipsa diuisio corrigenda est, sed in neutro ipsorum sacramenti ueritas repetenda. quod si quisquam idem sentiat quod illi, et esse haeresem nouerit ab unitate catholicae separatam, ubi hoc docetur et discitur, sed alicuius saecularis emolumenti causa in catholica unitate baptizari uoluerit uel in ea baptizatus propter hoc inde exire noluerit, non solum separatus habendus est uerum etiam tanto sceleratius, quanto magis errori haeresis et diuisioni unitatis fallaciam simulationis adiungit. quam ob rem cuiusque hominis prauitas quanto periculosior est et tortuosior, tanto instantius et operosius corrigenda est. nec ideo tamen, si quid habet integrum, praesertim non suum, sed dei, propter eius prauitatem uel nullum putandum est uel eodem modo uituperandum uel eius prauitati tribuendum ac non illius largitati, qui etiam fornicanti a se animae et eunti post amatores suos dedit

26 cf. Os. 2, 5 sqq.

1 schismatum (h *del. m. 2*) *V* scismatum *Pv* 5 in] *add.* P^2 *supr. uers.* heresi *APv* baptizare P^1 6 unitatem *V*: communionem *APv* idem] id *P* 7 baptizare P^1 exsistimantem *V* ipsam] ipsum *A* 8 manifesta *v* 9 doctrinae *Pv* 10 eligerit *V* 11 hoc] hac *P* falsa* (m *ras.*) *P* 12 openio *A* 13 in neutro] in ne *a m. 2 in ras. P*; neutro *v* 14 illi] illic (c *add. m. 2*) *P* ille *v* et] *om. P* heresim *Pv* 15 catholicae *V*: catholica *APv* discetur P^1 16 in] *om. P* 19 errore *V* diuisione *v* 22 operusius A^1 24 nullum (*om.* uel) *v* 25 largitate *P* 26 a se] *eras. P*

panem suum et uinum suum et oleum suum et alia uel alimenta uel ornamenta, quae nec a se ipsa nec ab eius amatoribus ei sunt, sed ab illo qui eam miserans ubique uoluit ad quem redeat admonere.

CCXII.

EX EODEM LIBRO DE BAPTISMO IIII. DE BONORVM MORVM HAERETICO ET CATHOLICO CRIMINOSO.

230 Constituamus ergo aliquem castum, continentem, non auarum, non idolis seruientem, hospitalem, indigentibus ministrantem, non cuiusquam inimicum, non contentiosum, patientem, quietum, nullum aemulantem, nulli inuidentem, sobrium, frugalem haereticum: nulli utique dubium est, propter hoc solum quod haereticus est regnum dei non possessurum. constituamus alium fornicatorem, immundum, luxuriosum, auarum uel etiam apertius idolis deditum, ueneficum, discordiosum, contentiosum, aemulum, animosum, seditiosum, inuidum, ebriosum, comisatorem catholicum: numquid propter hoc solum quod catholicus est regnum dei possidebit, agens talia de quibus sic concludit apostolus: quae praedico uobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt? si hoc dicimus, nos ipsos seducimus. nam sermo dei non nos seducit, qui nec tacet nec parcit nec ulla adulatione nos decipit. ideo quippe et alibi dicit: hoc autem scitote cognoscentes, quoniam omnis fornicator aut im-

19 Gal. 5, 21 21 cf. I Io. 1, 8 23 Eph. 5, 5 sq.

4 ad quem] ut *v* 5 *cap.* CCXIII *A* CCXXX *P* CCXXXI *Gv* 6 de baptismo] *om.* P^1v 9 idulis *A* 11 ^{in}uidentem (in *add. m. 2*) *P* subrium *A* 13 heredicus *A* hereticos P^1 possessurum (rum *a m. 2 in ras.*) *P* constituam *v* 14 luxoriosum *AP* 15 uenificum *A* uenefic*um (i *ras.*) *P* 16 comesatorem *P* comessatorem *v* 18 sic concludit] *om.* P^1v 19 quae (ae *ex* i *corr.*) *P* 21 non nos** (se *ras.*) *P* 22 tacit *A* parcet *A* ^{c}parit *P* adolatione *v* 23 decepit P^1 24 omnes *A*

mundus aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi et dei; nemo uos seducat inanibus uerbis. non est ergo quod de sermone dei conqueramur. dicit omnino et aperte ac libere, dicit eos qui male uiuunt ad regnum dei non pertinere.

His igitur omnibus uitiis circumseptum catholicum non adulemus nec ei, quia christianus catholicus est, impunitatem, quam scriptura diuina non promittit, promittere audeamus; nec si aliquid unum habeat ex his quae dicta sunt, debemus ei societatem supernae illius patriae polliceri. ad Corinthios enim singula enumerat, in quibus singulis subauditur, quod regnum dei non possidebunt: nolite, inquit, errare: neque fornicatores neque idolis seruientes neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque auari neque ebriosi neque maledici neque rapaces regnum dei possidebunt. non ait: „qui haec omnia uitia simul habuerint, regnum dei non possidebunt", sed: neque illi neque illi, ut singulis hoc subaudias, quod nulli eorum regnum dei possidebunt. sicut ergo haeretici regnum dei non possidebunt, sic auari regnum dei non possidebunt. nec dubitandum est quidem poenas ipsas, quibus cruciabuntur qui regnum dei non possidebunt, pro diuersitate criminum esse diuersas et aliis alias acriores, ut in ipso igne aeterno pro disparibus ponderibus peccatorum sint disparia tormenta poenarum. neque enim frustra ipse dominus ait: tolerabilius erit Sodomis quam uobis in die iudicii.

12 I Cor. 6, 9 sq. 26 Matth. 11, 24

2 dei et Christi *Pv* 4 conqueramur P^2: conqueramus MP^1V conquaeramus *A* conquiramus *v* libere] liberaliter *v* liberiter *P* 7 adolemus *Pv* 8 non] *add.* P^2 *supr. uers.* 10 societate *A* pollicere P^1 correnthios *A* 11 singul* (a *add. m. 2*) *P* 13 fornicatores] fornicatare P^1 idulis *A* 15 malidici *V* 17 habuerunt *P* non] *om. A* 18 sed] *om.* P^1 19 possidebunt] non possidebunt *v* 23 alias aliis *APv* acriores] ac-ue-riores (ue *add. m. 2*) *V* esse acriores *v* 26 tulerabilius *A* Sodomis] sodomis in die illa *Pv*

CCXIII.

EX LIBRO DE BAPTISMO V. QVOD AQVA BAPTISMATIS ET INTRA ECCLESIAM SALVET ET EXTRA ECCLESIAM DAMNET.

231 Sunt etiam quidam ex eo numero, qui adhuc nequiter uiuant aut etiam in haeresibus uel in gentilium superstitionibus iaceant, et tamen etiam illic dominus nouit qui sunt eius. namque in illa ineffabili praescientia multi, qui foris uidentur, intus sunt et multi, qui intus uidentur, foris sunt. ex illis ergo omnibus, qui, ut ita dicam, intrinsecus et in occulto intus sunt, constat ille hortus conclusus, fons signatus, puteus aquae uiuae, paradisus cum fructu pomorum. horum munera concessa diuinitus partim sunt propria, sicut in hoc tempore infatigabilis caritas et in futuro uita aeterna, partim uero cum malis peruersisque communia, sicut omnia cetera, in quibus sunt et sacrosancta mysteria.

Hinc itaque iam facilior nobis et expeditior arcae illius, cuius Noe fabricator et gubernator fuit, consideratio proponitur. ait enim Petrus: in arca Noe pauci, id est octo animae hominum saluae factae sunt per aquam; quod et uos simili forma baptismi saluas facit, non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interro-

10 Cant. 4, 12 et 15 17 cf. Gen. 6, 14 et 22 18 I Petr. 3, 20 sq.

1 *cap.* CCXIII (*sic*) *A* CCXXXI *P* CCXXXII *Gv* 3 damnat *A* 4 uiuunt AP^1 6 iacent (a *add. m. 2*) *P* nouit dominus *APv* 7 praescientia *V*: praesentia *A* praescientia dei *v* praesentia dei *P* 8 uidentur] *om. Pv* 9 qui] quia *A* intrinsecus *A* et] *om. v* 10 sunt] sint *v* 11 paradissus (s *del. m. 2*) *V* paradysus *v* fructum *A* pumorum *A* 12 horum] horum (t *add. m. 2*) *P* 13 futura *A* uitae aeternae P^1 15 et] *om. v* sacrasancta *P* 16 et] *om. A* 17 fabricator (tor *a m. 2 in ras.*) *P* guuernator *V* gubernatur P^1 19 hominum] *om. v* aqua *V* 20 simile *A* baptismi *V*: baptisma *APv* saluas *V*: saluos *APv* facit (a *ex* e *corr.*) *P*

gatio. quapropter, sicut apparet hominibus, in unitate catholica baptizati, qui saeculo uerbis solis et non factis renuntiant, quomodo pertinent ad huius arcae mysterium, in quibus non est conscientiae bonae interrogatio? aut quomodo salui fiunt per aquam qui sancto baptismate male utentes, cum uideantur esse intus, usque in finem uitae in flagitiosis et perditis moribus perseuerant? aut quomodo non sunt per aquam saluati quos in praeteritum cum eo baptismate, quod in haeresi acceperant, in ecclesiam simpliciter admissos Cyprianus ipse commemorat? eadem quippe arcae unitas eos saluos fecit, in qua nemo nisi per aquam saluatus est. ipse enim dicit: potens est dominus misericordia sua indulgentiam dare et eos qui ad ecclesiam simpliciter admissi in ecclesia dormierunt ab ecclesiae suae muneribus non separare. si non per aquam, quomodo in arca? si non in arca, quomodo in ecclesia? si autem in ecclesia, utique in arca; et si in arca, utique per aquam. potest ergo fieri et ut quidam foris baptizati per dei praescientiam uerius intus baptizati deputentur, quia illic eis incipit aqua prodesse ad salutem; neque enim aliter dici possunt salui facti in arca nisi per aquam. et rursus quidam, qui uidebantur intus baptizati, per eandem praescientiam dei foris baptizati uerius deputentur; male quippe utentes baptismo per aquam moriuntur, quod nulli tunc accidit, nisi qui praeter arcam fuit.

11 Cypr. ep. 73, 23 (p. 796, 14 sqq. ed. Hartel)

1 aparet *P* 2 baptizatis *APv* 3 non est] non *e (a *ras.*) *P* 5 aqua *P* uideatur *P* 6 flagitiosis] flatiosis *P* 8 quod] quos *P* 9 acciperant *AV* ecclesia* (m *ras.*) *P* ammissos *AV* amisus P^1 amisos P^2 ipse (e *ex* i *corr.*) *P* 10 saluus *A* 11 qua] quo *v* 12 misericordia sua] per misericordiam suam *v* 13 eos *Cypriani codd.*: eis *libri*; *an scribendum*: eis et qui? amissi *P* 16 arca (*om.* in) *V* 17 et si in arca] *om. v* arca] arga *A* 18 ut (*om.* et) *A* praesentiam (ci *add. m. 2*) *P* 20 facti] *om. A* 22 per eandem — baptizati] *om.* P^1 uerus (*i add. m. 2*) *P* 23 deputetur (n *add. m. 2*) *P* utentes] ut utentes *P* 24 accidit] accedit *P*

certe manifestum est id quod dicitur in ecclesia intus et foris in corde, non in corpore cogitandum, quando quidem omnes, qui corde sunt in arcae unitate, per eandem aquam salui fiunt, per quam omnes, qui corde sunt foris, siue etiam corpore foris sunt siue non sint, tamquam unitatis aduersarii moriuntur. sicut ergo non alia, sed eadem aqua et in arca positos saluos fecit et extra arcam positos interemit, sic non alio, sed eodem baptismo et boni et catholici salui fiunt et mali catholici uel haeretici pereunt.

CCXIIII.

EX LIBRO DE BAPTISMO VI. QVOD MVLTIS LVPIS INTERIVS INSIDIANTIBVS ET MVLTIS OVIBVS EXTERIVS ERRANTIBVS SCIT DOMINVS QVI SVNT EIVS; ET DE SANCTO CYPRIANO VEL APOSTOLO PETRO.

232 Etiam corde tardiores, quantum existimo, intellegunt baptismum Christi nulla peruersitate hominis siue dantis siue accipientis posse uiolari. nec ob aliud illis temporibus, quando ista quaestio contra utilem consuetudinem disputationibus salua caritate atque unitate altercantibus discutiebatur, uisum est quibusdam etiam egregiis uiris, antistitibus Christi, inter quos praecipue beatus Cyprianus eminebat, non esse posse apud haereticos uel schismaticos baptismum Christi, nisi quia non distinguebatur sacramentum ab effectu uel usu sacramenti; et quia eius effectus atque usus in liberatione a peccatis et

1 certe** *P* 3 unitatem *V* eadem *P* 4 quam] quas P^1 5 sint *AV*: sunt *Pv* 6 in] *om. V* positus saluus A^1 saluos fecit — positos] *om.* P^1 7 positos (o *ex* u *corr.*) *A* 8 boni catholici (*om.* et) *APv* 10 *cap.* CCXV *A* CCXX (*sic*) *P* CCXXXIII *Gv* 11 VI de baptismo inter cetera AP^1v multis] muntis *A* 12 insidientibus P^1 13 eus (i *add. m. 2*) *P* apostolo] de apostolo *v* 15 tardi*ores (ar *a m. 2 in ras.*) *P* exsistimo *V* 16 nulla] in illa *V* si^{ue} dantis (ue *add. m. 2*) *A* 17 aliud] hoc aliud *A* 19 discutebatur *A* 20 egregiis (e *a m. 2*) *V* antistibus *AGV* antestibus *P* 22 schismaticos (h *del. m. 2*) *V* scismaticos *Pv* 23 effectum *A* 24 atque usus] P^2 *in ras.*

cordis rectitudine apud haereticos non inueniebatur, ipsum quoque sacramentum illic non esse putabatur. sed conuertentibus oculos ad interioris paleae multitudinem, cum et hi qui in ipsa unitate peruersi sunt et perdite uiuunt appareant remissionem peccatorum nec dare posse nec habere, quia non malignis, sed bonis filiis dictum est: si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei; si cui tenueritis, tenebuntur, habere tamen et dare et accipere baptismi sacramentum: satis eluxit pastoribus ecclesiae catholicae toto orbe diffusae, per quos postea plenarii concilii auctoritate originalis consuetudo firmata est, etiam ouem, quae foris errabat et dominicum caracterem a fallacibus depraedatoribus suis foris acceperat, uenientem ad christianae unitatis salutem ab errore corrigi, a captiuitate liberari, a uulnere sanari, caracterem tamen in ea dominicum agnosci potius quam improbari, quando quidem ipsum caracterem multi et lupi et lupis infigunt, qui uidentur quidem intus esse, uerum tamen ad illam ouem, quae etiam ex multis una est, non pertinere morum suorum fructibus conuincuntur, in quibus in finem usque perdurant, quia secundum praescientiam dei, sicut multae oues errant exterius, sic multi lupi insidiantur interius, inter quos tamen nouit deus qui sunt eius, qui non audiunt uocem nisi pastoris, etiam cum clamat per similes pharisaeorum, de quibus dictum est: quae dicunt facite.

Sicut enim homo spiritalis habens finem praecepti, id est caritatem de corde puro et conscientia bona et fide non ficta,

6 Io. 20, 23 24 Matth. 23, 3 26 cf. I Tim. 1, 5

1 heredicos *A* ipso *A* 2 putebatur *P* 3 oculis *Vv* interiores *AP* 5 nec habere] non habere *P* 7 dimittuntur *A* ei] et *Pv* 10 plenarii] ii *ex* u *corr.* V^2; ex pl*enarii (a *ras.*) *P* conchilii (h *del. m. 2*) *V* 12 carácterem *V* depredatoribus *V* 13 acciperat *APV* 14 sanare P^1 caracterem APV^2v: carapterem V^1 15 ea (a *ex* o *corr.*) *P* 16 lupi] lapi *A* lupi et] *om. P* 18 multi *A* 20 praescientiam] presentiam *P* errant] erant *V* 22 deus *V*: dominus *APv* 23 clamant *P* 25 spiritales P^1

potest aliquid ex corpore, quod adhuc corrumpitur et aggrauat animam, minus liquide cernere et aliter sapere, quod in eadem caritate permanenti deus cum uoluerit reuelabit: sic in homine carnali atque peruerso potest aliquod bonum et utile reperiri, quod aliunde sit, non ex ipso. nam ut in palmite fructuoso inuenitur aliquid quod purgandum sit, ut maiorem fructum ferat, ita et in harundine sterili atque arida uel alligata solet uua pendere. et ideo, sicut stultum est fructiferi palmitis purgamenta diligere, commode autem facit qui poma suauia ubique suspensa non respuit, ita quisquis ab unitate praecisus propterea rebaptizat, quia Cypriano uisum est ab haereticis uenientes denuo baptizari oportere, laudanda in tanto uiro auersatur et emendanda sectatur nec ea ipsa quae sectatur assequitur. ille enim dum zelo dei grauiter detestatur eos qui se ab unitate separauerunt, etiam ab ipso baptismo separatos esse arbitratus est; isti autem parum sceleris putantes quod ipsi a Christi unitate separati sunt, etiam baptismum eius illic non esse et secum exisse contendunt. tam ergo longe sunt a fecunditate Cypriani, ut nec purgamentis eius aequentur.

Item quisquis non habens caritatem et perditas uias morum ingrediens pessimorum intus uidetur esse, cum foris sit, et baptismum Christi nec in haereticis repetit, nihil eius adiuuat sterilitatem quod non fecundatur suo, sed fructu oneratur

1 cf. Sap. 9, 15 3 cf. Philipp. 3, 15

2 liquide] loquide *V* loqui P^1 **cernere (de *ras.*) *P* 3 caritatem *V* reuelabit (b *ex* u *corr. m. 1*) *V* 4 aliquod (o *in* i *corr.*) *P* repperiri *AP²Vv* repperire P^1 5 sit (f *add. m. 2*) *P* ut] et *P* fructuosum P^1 infructuoso *V* 6 quod] *add.* P^2 *supr. uers.* porgandum *A* 7 arundine *Av* stereli *A* 8 stulti *v* fructeferi *A* fructifero *V* 10 praecisus] ci *ex* ib (?) *corr. P* recedentes *v* 11 baptizat *A* quia] quia qui *P* haeredicis *A* 12 tanto uiro] tantum uero *v* 13 ea] *om.* P^1v 15 separatos] separatus *P* 16 parum] pari *v* sceleri deputantes *v* 19 faecunditate *V* 21 caritate *A* 23 reppetit *P* 24 sterelitatem *A* faecundatur *V* *oneratur *P*

alieno. fieri autem potest, ut aliquis uigeat in radicem caritatis et in quo Cyprianus aliter sapuit rectissime sapiat, et tamen in Cypriano quam in isto plura fecunda sint et in isto quam in Cypriano plura purganda sint. non solum itaque malos catholicos nullo modo comparamus, sed nec bonos facile coaequamus beato Cypriano, quem inter raros et paucos excellentissimae gratiae uiros numerat pia mater ecclesia, quamuis isti et apud haereticos agnoscant baptismum Christi, illi autem aliter uisum sit, ut per eum minus aliquid uidentem et in unitate firmissime permanentem manifestius demonstraretur haereticis, quam sacrilego scelere rumperetur uinculum pacis. neque enim pharisaei caeci, quamuis dicentes aliquando quod fieri debebat, comparandi erant apostolo Petro, quamuis dicenti aliquando quod fieri non debebat. non solum autem istorum ariditas illius uiriditati non conferenda est, sed nec aliorum fructus illius ubertati adaequandus est. gentes enim iudaizare nemo nunc cogit, nec ideo tamen quisquam nunc in ecclesia, quantumlibet profecerit, Petri apostolatui conferendus est. quapropter reddens debitam reuerentiam dignumque honorem, quantum ualeo, persoluens pacifico episcopo et glorioso martyri Cypriano audeo tamen dicere aliter eum sensisse de schismaticis uel haereticis baptizandis, quam postea ueritas prodidit, non ex mea, sed ex uniuersa ecclesiae sententia plenarii concilii auctoritate roborata atque firmata, sicut uenerans pro sui merito Petrum, primum apostolorum et eminentissimum martyrem, audeo tamen dicere non eum

1 uegeat *A* 3 faecunda *V* sint] sunt A^1V sit P^1 4 plura quam in cypriano *A* porganda *A* sit (n *add. m. 2*) *P* 5 cumparamus *AP* 6 aequamus *A* paucus *A* 8 haeredicus *A* agnoscant *V*: cognoscant *APv* 9 sit] *ex* est *corr.* A^2 10 unitatem *V* 13 debeat *P* 14 dicendi (t *a m. 2*) *A* 15 non conferenda *A*: conferenda non *GPv* conferenda *V* (*cf. p. 618, 11*) 16 aliorum (o *ex* a *corr.*) *P* adaequandum G^1v 18 proficerit P^1Vv petro *v* apostolatui] apostolo *v* 19 debita *A* 22 scismaticis *Pv* 23 uniuersa *V*: uniuersae *APv* 24 conchilii (h *del. m. 2*) *V* 25 merito (o *ex* ū *corr.*) *P* 26 emenentissimum P^1 martyrum AP^1V^2v

recte fecisse, ut gentes iudaizare cogerentur. etiam hoc enim dico non ex mea, sed ex apostoli Pauli salutari doctrina per uniuersam ecclesiam retenta atque seruata.

Disputans ergo de sententia Cypriani multum infra merita Cypriani dico sacramentum baptismi et bonos et malos posse habere, posse dare, posse accipere, et bonos quidem utiliter ac salubriter, malos autem perniciose atque poenaliter, cum illud tamen in utrisque sit aequaliter integrum, atque nihil interesse ad eius aequalem in omnibus integritatem, quanto peior id habeat inter malos, sicut nihil interest, quanto melior id habeat inter bonos. ac per hoc nihil etiam interest, quanto peior id tradat, sicut nihil interest, quanto melior; atque ita nihil interest, quanto peior id accipiat, sicut nihil interest, quanto melior. illud enim per se ipsum et in eis qui non aequaliter ⟨iusti sunt et in eis qui non aequaliter⟩ iniqui sunt aequaliter sanctum est.

CCXV.

EX EODEM LIBRO VI DE BAPTISMO. QVOD SVB EODEM BAPTISMO PECCATA DIMITTANTVR PROPTER VINCVLVM CARITATIS, SVB QVO TENEBANTVR PROPTER SACRILEGIVM DIVISIONIS; ET DE LAVDE SANCTI CYPRIANI.

233 Sed, ut dictum est, nihil interest ad baptismi sanctitatem, quanto quisque peior id habeat et quanto peiori tradat. potest tamen tradere separatus, sicut potest habere separatus; sed

2 cf. Gal. 2, 14

3 retenda (d *in* t *corr.*) *P* retentam *A* seruatam *A* 4 infra merita *V*: infra merita positus *AP* infirmaret apostius *v* 5 bonus A^1 7 perniciosae *A* 8 utriusque P^1v sit] si *v* 9 quanto] quando *v* 10 id habeat] habeat id *v* habebat (*om.* id) P^1 11 id] *om. P* 15 iusti sunt—aequaliter *a*: *om. libri* 17 *cap.* CCXVI *A* CCXXXIII *P* CCXXXIIII *Gv* 18 de baptismo VI *AP* 19 dimittuntur *v* 20 sacrilegio *A* diuisioni* (s *ras.*) *A* 21 et de laude—Cypriani] *om. A* sancti laude *Pv* 22 baptismo P^1 23 id habeat] habeat id *P* habeat G^1v et] id est *v* 24 (habere) saparatus *A*

quam perniciose tradere! ille autem cui tradit potest salubriter accipere, si ipse non separatus accipiat, sicut plerisque accidit, ut catholico animo et corde ab unitate pacis non alienato aliqua necessitate mortis urguentis in aliquem haereticum irruerent et ab eo Christi baptismum sine illius peruersitate perciperent et, siue defuncti siue liberati, nequaquam apud eos remanerent ad quos numquam corde transierant. si autem etiam ipse separatus accipiat, tanto perniciosius accipit, quanto magis bonum est quod non bene accipit, et tanto magis ualet ad exitium separato, quanto magis posset ad salutem ualere coniuncto. et ideo, si ab illa peruersitate correctus et a separatione conuersus uenerit ad catholicam pacem, sub eodem baptismate, quod acceperat, eius peccata dimittentur propter uinculum caritatis, sub quo baptismate peccata eius tenebantur propter sacrilegium diuisionis, quia illud et in homine iusto et in homine iniusto semper sanctum est, quod neque alicuius aequitate augetur neque alicuius iniquitate minuitur.

Quae cum ita sint, quid huic perspicuae ueritati offuit, quod multi coepiscopi Cypriano in illam sententiam consenserunt suasque in idem conuenientes proprias protulerint, nisi ut magis magisque illius uiri erga unitatem Christi caritas innotescat? si enim solus ista sentiens nullo consentiente remaneret, uideretur propterea refriguisse ab scelere schismatis, quia socios non inueniebat erroris; tam multis autem

1 perniciose AG^1MPV perneciose v: p. habere tam perniciose aG^3 3 accedit P 4 alienato] alimento v urguentis MV: urgente A urgentis (u *add.*, is *ex* es *corr. m. 2*) P urgentes v 5 irruerunt v illius] ullius P 7 apud eos] *om.* P^1 8 accipiat MV: acceperit $AGPv$ 9 (*et* 10) accepit P^1 quanto magis—accipit] *om.* M^1 10 exitum (i *add. m. 2*) P 12 ab] ad M 13 eadem M 14 acciperat MV 15 baptismate (e *ex* is *corr.*) P tenebuntur M 18 minuetur v 19 perspicue MVv offuit MV: officit $AGPv$ 21 **suasque (in *ras.*) P 22 magis] *om.* P^1 23 ista] ita P^1 24 schismatis (h *del. m. 2*) V scismatis Pv 25 socius P^1

sibi consentientibus quod cum ceteris diuersa sentientibus in unitate permansit catholicae uniuersitatis, sanctissimum uinculum non timore solitudinis, sed pacis amore seruauit.

CCXVI.

EX EODEM LIBRO VI. QVOD SACRAMENTVM BAPTISMI ET IN MALO ET IN BONO HOMINE SIT AEQVALE.

234 Potest ergo fieri, ut aliquis peior sit ethnico et tamen in eo Christi sacramentum non solum sit sed etiam non sit peius quam in homine sancto et iusto. etsi enim, quantum in illo homine est, non eum seruauit, sed animo et uoluntate uiolauit, tamen, quantum ad ipsum attinet sacramentum, et cum contemtore et repudiatore suo integrum inuiolatumque permansit. nonne Sodomitae ethnici erant, id est gentiles? peiores ergo erant Iudaei, quibus dominus dicit: tolerabilius erit Sodomis in die iudicii quam uobis, et quibus propheta dicit: iustificastis Sodomam, id est: in comparatione uestra Sodoma iustificata est. numquid tamen ideo sacramenta diuina, quae apud Iudaeos erant, talia erant, quales ipsi erant? quae dominus quoque ipse suscepit et ad ea celebranda leprosos, quos mundauerat, misit, et ea Zachariae ministranti angelus astitit eumque in templo sacrificantem

14 Matth. 11, 24 16 Ezech. 16, 51 20 cf. Luc. 17, 14 cf. Luc. 1, 11 sqq.

1 sibi] ibi *A* consentientibus] conuenientibus *A* 3 timore] more *v* solitudinis] sollicitudinis *MP* 4 *cap.* CCXVII *A* CCXXXIIII *P* CCXXXV *Gv* 5 VI] VI de baptismo *Pv* 7 ethinco *A* 8 non sit] n *pr. ex* ſ *corr. m. 1 V* peius (u *ex* o *corr.*) *A* 9 etsi] si *A* quanto *v* 10 uiolauit] biolauit V^1 11 et cum] in *A* 12 contemtore AP^2: contemtorem *V* temptore P^1v 13 ethinci *A* 16 iustificatis(?) *Vv* comparationemestra (m *del.*, u *add. m. 2*) *V* 19 ipse] *om. v* suscipit *A* 20 leprosos (os *ex* us *corr.*) *A* ea] *om. v* zaccariae *A* 21 adstitit *Av* asistit *V* eumque] cumque *V* templum *V*

exauditum esse nuntiauit. haec eadem sacramenta et in bonis hominibus illius temporis erant et in malis peioribus quam sunt ethnici, quando quidem in malitia Sodomitis praelati sunt, et tamen illa sacramenta erant utrisque integra atque diuina.

Nam et ipsi gentiles si quid diuinum et rectum in doctrinis suis habere potuerunt, non improbauerunt sancti nostri, quamuis illi per suas superstitiones et idolatriam et superbiam ceterosque perditos mores detestandi essent et, nisi corrigerentur, diuino iudicio puniendi. nam et Paulus apostolus apud Athenienses, cum de deo quaedam diceret, perhibuit testimonium, quod quidam eorum tale aliquid dixerint, quod utique, si ad Christum uenirent, agnosceretur in eis, non improbaretur, et sanctus Cyprianus talibus aduersus eosdem ethnicos utitur testibus. nam cum de magis loqueretur: tamen, inquit, praecipuus Ostanes et formam ueri dei negat conspici posse et angelos ueros dicit sedi eius assistere. in quo et Plato pari ratione consentit et unum deum seruans ceteros angelos uel daemonas dicit; Hermes quoque Trimegistus unum deum loquitur et eum incomprehensibilem atque inaestimabilem confitetur. si ergo isti uenissent ad percipiendam christianam salutem, non eis utique diceretur: „hoc malum habetis“ uel: „falsum habetis“, sed plane merito diceretur: „hoc uobis, quamuis integrum et uerum, nihil tamen prodesset, nisi ad Christi gratiam ueniretis“. si

11 cf. Act. 17, 28 16 Cypr. Quod idol. dii n. s. 6 (I 24, 2 ed. Hartel)

2 peioribus] et peioribus *v* 3 ethinci *A* 4 utrisque *V*: in utrisque *Av* adque *A* 7 nostri] *om. v* 8 ḣidolatriam (h *del. m. 2*) *V* idolatrium *A* 11 perhibuit] ꝑhibuit *A* 12 tali *A* 13 uenirent] uenerint quod utiq. *A* in] *om. A* 14 et] *om. v* 16 tamen *MV*: quorum tamen *AGPv* precipuus *A* praecipuos G^1v Ostanes AG^3MP^2V: ostantes G^1P^1v; alibi ·ſoſtenes G^3 *in mg.* ueri] *om. A* 18 adsistere *A* 20 daemona *A* daemones *v* 21 incompraehensibilem *A* 22 adque *A* 25 integram *A* 26 ueneritis *Av*

ergo in ipsis ethnicis potest aliquid diuinum inueniri recteque approbari, quamuis eis salus adhuc a Christo praestanda sit, non oportet nos ita moueri, etiam si peiores sint haeretici, ut quod in eis malum ipsorum est uelimus corrigere et quod in eis bonum est Christi nolimus agnoscere.

CCXVII.

EX LIBRO VII DE BAPTISMO. QVOD CARITATE CYPRIANI SANCTI HI QVI PER ILLIVS SENTENTIAM SE VOLVNT EXCVSARE DAMNENTVR.

235 Verius uniuersitati ecclesiae catholicae placuit, ut haeretici uel schismatici, qui iam Christi baptismum illic unde ueniunt acceperunt, in catholicam communionem cum illo admittantur ab errore suo correcti, in caritate radicati atque fundati, ut, quod attinet ad baptismi sacramentum, non adsit quod deerat, sed prosit quod inerat. et beatus quidem Cyprianus iam corpore, quod corrumpitur, non aggrauante animam nec deprimente terrena inhabitatione sensum multa cogitantem serenius perspicit ueritatem, quam meruit adipisci per caritatem. adiuuet itaque nos orationibus suis in istius carnis mortalitate tamquam in caliginosa nube laborantes, ut donante domino bona eius, quantum possumus, imitemur. si quid autem aliter sensit et quibusdam fratribus collegisque persuasit, quod nunc eo quem dilexit reuelante iam cernit, nos longe impares meritis suis ecclesiae tamen catholicae auctoritatem, cuius ipse egregium et carissimum membrum est, pro nostra infirmitate sectantes aduersus haereticos atque schismaticos enode-

16 cf. Sap. 9, 15

2 sit] sic *A* 6 *cap.* CCXVIII *A* CCXXXV *P* CCXXXVI *Gv* 7 de baptismo VII *A* sancti *MV*: *om. AGPv* 11 schismatici (h *del. m. 2*) *V* scismatici *Pv* 12 acciperunt *A* 13 atque] et *v* 17 serenus *Pv* 19 mortalitate] mortali *delit. A* 23 eo] *delituit in A* impares] inp**** *A* 25 egregium (ę *a m. 2*) *V* egregius *A* 26 heredicos *A* atque *V*: uel *Av* schismaticos (h *del. m. 2*) *V* scismaticos *Pv* enotemus *A*

mus: quos praecisos ab unitate, quam tenuit, et arescentes caritate, qua uiguit, et elapsos ab humilitate, qua stetit, tanto amplius improbat atque condemnat, quanto magis eos nouit ad insidiandum perscrutari uelle quod scripsit et ad pacificandum imitari nolle quod fecit. sicut illi qui se christianos Nazarenos uocant et more iudaico carnalia praeputia circumcidunt, nati haeretici ex illo errore, in quem Petrus deuians a Paulo reuocatus est, in hoc adhuc usque persistunt: sicut ergo illi Petro in primatu apostolorum martyrii gloria coronato in sua peruersitate praecisi ab ecclesia remanserunt, sic isti Cypriano per abundantiam caritatis in sorte sanctorum passionis claritate suscepto se ipsos exules unitatis agnoscunt et contra unitatis patriam pro suis calumniis ciuem unitatis opponunt.

CCXVIII.

EX EODEM LIBRO VII. QVOD VT IN PESSIMIS CATHOLICIS CORRECTIS BAPTISMA NON INCIPIT ADESSE, QVOD DEERAT, SED PRODESSE, QVOD INERAT, SIC ET IN HAERETICIS.

Ostendit dominus deus noster per pacificum episcopum 236
Cyprianum et illos qui ei consenserunt, quantum sit catholica unitas diligenda, ut in eo quod aliter sapiebant, donec deus id quoque reuelaret, tolerarent potius diuersa sentientes quam se ab eis nefario schismate separarent. ubi Donatistarum prorsus ora clauduntur, etiam si de Maximianistis nihil dica-

8 cf. Gal. 2, 14 21 cf. Philipp. 3, 15

2 caritate *V*: a caritate *Av* elabsos *V* lapsos G^2v lapsus G^1
4 quod scripsit—nolle] *om. v* 7 nati *Vv*: nam *A* 11 sortem *v*
12 claritate *a*: caritate *libri* unitates *A* 13 pro suis *AGPv*: prorsus *MV* 15 *cap.* CCXVIIII *A* CCXXXVI *P* CCXXXVII *Gv* 16 VII] VII de baptismo *AGPv* 17 baptismus *AGPv* quod] qui *GPv*
18 sed prodesse—haereticis] *om. A* quod] qui *GPv* et] *om. Pv*
19 ostendit *MV*: ubi nobis ostendit *AGPv* 20 illos] de illos *MV*
21 eo] *delituit in A* sapiebat *v* 22 quoque] quod *A* 23 schismate (h *del. m. 2*) *V* scismate *Pv* 24 nihil dicamus] n**** ****mus *A*

mus. si enim mali bonos in unitate contaminant, nullam iam ecclesiam, cui sociaretur, uel ipse Cyprianus inuenit; si autem mali bonos in unitate non maculant, nullam causam separationis sacrilegus Donatista proponit. baptismum autem si habent et tradunt alii tam multi, qui operantur opera carnis — qualia qui agunt regnum dei non possidebunt — habent ac tradunt et haeretici, qui inter illa opera enumerati sunt. quod quia recedendo non amiserunt, et tradere manendo potuerunt; sed tam infructuose atque inutiliter tales talibus, quam et illi ceteri pares eorum in eo quod regnum dei non possidebunt. et quemadmodum illis correctis baptisma non incipit adesse, quod erat de, sed prodesse, quod inerat, sic et haereticis. unde Cyprianus et qui cum eo senserunt catholicae ecclesiae, quam noluerunt praecidere, non potuerunt praescribere. quod uero aliter sapuerunt non expauiscimus, quia cum eis ueneramur et Petrum; quod autem ab unitate non recesserunt gaudemus, quia cum eis aedificamur in petra.

CCXVIIII.

EX LIBRO DE GRATIA NOVI TESTAMENTI AD HONORATVM. QVAE SINT TENEBRAE EXTERIORES.

237 Timore itaque casto permanenti in saeculum saeculi timeat deum omne semen Israhel. timeant quem diligunt non alta sapiendo, sed humilibus consentiendo, cum timore et tremore suam ipsorum salutem operentur. deus est enim, qui operatur in eis et uelle et operari pro bona uoluntate.

6 cf. Gal. 5, 19 sqq. 20 cf. Matth. 8, 12 21 cf. Ps. 18, 10 23 cf. Philipp. 2, 12 sq.

1 bonas *A* nullam] numquid *v* 2 sotiaretur *A* 4 baptismum] baptis//// *A* 6 acunt *A* ac] hac *A* 7 et] *om. v* renumerati *A* numerati *v* 9 tam] tamen *v* infructuosae *A* 11 correctis] *om. v* 12 erat de (de *del. m. 2*) *V* erad& M^1 (*cf. p. 262, 24*): deerat *AGM²Pv* sed—inerat] *om. v* 14 praecidere] praedidere *V* praescribere] pscribere *v* 15 expauescimus *v* 18 *cap.* CCXX *A* CCXXXVII *P* CCXXXVIII *Gv* 21 permanente *v* 24 est] *om. v*

Haec est iustitia dei, hoc est quod deus donat homini, cum iustificat impium; hanc dei iustitiam ignorantes superbi Iudaei et suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti; hac superbia deiciuntur, ut humilis inseratur oleaster, et illi ibunt in tenebras exteriores, de quibus inter alia requisisti, uenientibus ab oriente et occidente multis, qui recumbant cum Abraham et Isaac et Iacob in regno caelorum. sunt enim modo in exteris tenebris, unde correctio desperanda non est. quam si contemserint, ibunt in tenebras exteriores, ubi correctionis locus non erit, quoniam deus lux est et tenebrae in eo non sunt ullae; sed lux cordis, non istorum qui in carne sunt oculorum. nec omnino talis huius uisibilis lucis phantasia cogitatur, quamquam et ibi est uidere, sed longe aliter, longe dissimiliter. qualis enim lux est ipsa caritas, quis uerbis explicat? quis earum rerum, quae sensibus corporis adiacent, ullo demonstrat exemplo? an forte lux caritas non est? audi apostolum dicentem Iohannem. ipse quippe dixit quod modo commemoraui: quoniam deus lux est et tenebrae in eo non sunt ullae, qui rursus dicit: deus caritas est. ac per hoc, si deus lux est et deus caritas est, profecto caritas lux ipsa est, quae diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. item dicit: qui odit fratrem suum, in tenebris est usque adhuc. istae sunt tenebrae, in quas diabolus et angeli eius multum superbiendo progressi sunt. caritas enim non aemulatur, non inflatur; ideo non aemulatur, quia non inflatur. ubi enim praecedet inflatio,

2 cf. Prou. 17, 15 cf. Rom. 10, 3 6 cf. Matth. 8, 11 sq. 10 (et 18) I Io. 1, 5 20 I Io. 4, 8 21 Rom. 5, 5 23 I Io. 2, 9 26 I Cor. 13, 4

1 iustitia (*om.* est) *A* 2 dei *PVv*: deus *A* 3 sua *A* 4 oliaster *A* 7 regnum *A* 8 exteris *V*: exterris (rio *add. m. 2*) *A* interiores *v* tenebrae *v* 9 contempserint *Av* exterioris *A* 12 talis *AG*^{1}*PV*: talis ut *G*^{2}*v* 14 enim] *om. v* 16 demo*strat *A* 17 dicentem *V*: *om. APv* 24 sunt tenebrae] t. sunt *v* 27 praecedet *V*: praecedit *Av*

continuo sequitur aemulatio, quoniam superbia mater est inuidentiae.

Diabolus igitur et angeli eius a luce atque feruore caritatis auersi et nimis in superbiam inuidiamque progressi uelut glaciali duritia torpuerunt et ideo per figuram tamquam in aquilone ponuntur. unde cum generi humano diabolus incubaret, uentura gratia saluatoris dicitur in cantico canticorum: exsurge, aquilo, et ueni, auster, et perfla hortum meum, et fluent aromata. exsurge qui irruisti, qui subditis incumbis, qui possessos premis; exsurge, ut a tuo pondere releuati erigantur quorum animas premendo curuasti. et ueni, auster, inquit, spiritum inuocans flantem de meridie uelut a parte feruida et luminosa, ut fluant aromata. unde apostolus dicit: Christi bonus odor sumus in omni loco. hinc etiam dicitur in quodam psalmo: conuerte, domine, captiuitatem nostram sicut torrens in austro; captiuitatem scilicet, qua sub diabolo tamquam sub aquilone tenebantur, ubi abundante iniquitate friguerant et quodam modo congelauerant. hinc enim et euangelium dicit: quoniam abundabit iniquitas, refrigescit caritas multorum. at uero flante austro glacies resoluitur et torrentes fluent, id est peccatis remissis populi ad Christum caritate concurrunt. hinc et alibi scriptum est: sicut glacies in sereno, ita soluuntur peccata tua.

8 Cant. 4, 16 14 II Cor. 2, 14 sq. 15 Ps. 125, 4 20 Matth. 24, 12 24 Eccli. 3, 15

1 inuidentiae *AV*: inuidiae *v* 5 torbuerunt *A* ficuram *A* 6 humano] o *ex* um *corr. A* 7 cantico] cantica *v* 8 exurge *A* hortum] ortum *v* 9 floent *V* 10 possessus *V* praemis *V* 11 releuati] leuati *A* praemendo *V* 12 inuocans *V*: uocans *A* inuocans gratiae *GPv* flante *A* 13 parte (*om.* a) *A* luminusa *A* 16 torrens] turrens *A* 17 qua] quam *V* 18 habundante *A* friguerunt *V* 20 abundauit *A* refrigescet *v* 21 glaties *Av* resolbitur *V* 22 fluent (u *add. m. 2*) *v* 24 soluuntur AV^2: solbuntur V^1 soluentur *v* tua peccata *v*

Proinde rationalis creatura siue in angelico spiritu siue in anima humana ita facta est, ut sibi ipsa bonum, quo beata fiat, esse non possit, sed, mutabilitas eius si conuertatur ad incommutabile bonum, fiat beata; unde si auertatur, misera est. auersio eius uitium eius et conuersio uirtus eius est. natura ergo non est mala, quia creatura spiritus uitae rationalis etiam priuata bono, cuius participatione beatificatur, id est etiam uitiosa, melior est corpore, quod summum est in corporibus, id est hac luce, quae sentitur oculis carnis, quia et ipsa corpus est. omni autem corpore quaelibet incorporea natura praestantior, non mole, quia non nisi corporum est moles, sed ui quadam, qua supergreditur omnem phantasiam, quam uolutat animus haustam de sensibus corporis. sed quemadmodum in ipsis corporibus ea quae inferiora sunt, sicut terra et aqua et ipse aer, meliora fiunt participatione melioris, id est cum luce inluminantur et feruore uegetantur: sic incorporeae creaturae rationales ipsius creatoris fiunt participatione meliores, cum ei cohaerent purissima et sanctissima caritate, qua omni modo si caruerint, tenebriscent et obduriscent quodam modo.

Proinde infideles homines tenebrae sunt. qui per fidem conuersi ad deum quadam praemissa inluminatione lux fiunt; in qua proficiendo si ex fide ad speciem peruenerint, ut id quod credunt etiam prospicere, sicut tantum bonum potest conspici, mereantur, perfectam recipient imaginem dei. talibus enim dicit apostolus: fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. porro diabolus et angeli eius tenebrae sunt infidelibus hominibus exteriores. plus enim ab illa cari-

26 Eph. 5, 8

1 angelico (*om.* in) *A* 4 incommutabilem *A* 5 auersio] auersi *A* conuersio] conuersio eius *P* 7 priuata *GPv*: pribata *A* probata *V* 10 omnia *A* 12 ui] ut *v* fantasiam *v* 13 quam] qua *v* uolutatur *v* sed] *delituit in A* 15 participationem *V* 19 qua] quam *AV* tenebrascunt *A* tenebrescunt *v* obduriscent (u *ex* a *corr. m. 2*) *V*: obdurescent *Av* 25 perfectum *A* 27 angelis (s *del. m. 2*) *A* 28 hominibus] hominibus hominib. *V*

tate auersi et in suum fastum opstinationemque progressi sunt. et quoniam extremo iudicio dicturus est Christus eis quos ad sinistram discernit: ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius, his malignis spiritibus coniungendos simulque damnandos dicit ituros in tenebras exteriores, id est in societatem poenalem diaboli et angelorum eius. huic poenae contrarium est quod bono seruo dicitur: intra in gaudium domini tui, ut, quanto sunt istae tenebrae exteriores, tanto sit lumen illud interius. non haec per locorum interualla inani phantasmate cogitanda sunt. localia spatia non occupant nisi corporum moles. non est hoc spiritus uitae, non est hoc anima rationalis, multo minus deus, omnium benignissimus conditor et iustissimus ordinator. uoluntatibus et affectibus ista uel propinquare uel longe fieri uel intrare uel exire dicuntur.

Sed quia malo opere, id est tenebrose, delectantur facientes, secutura est autem poena, quae torqueat, ideo dominus ubi dicit: tenebras exteriores, addit etiam: ibi erit ploratus et stridor dentium, ne talibus oblectationibus, qualibus hic iniqui perfruuntur, quando infidelitate atque iniustitia tenebrae sunt, etiam in illo supplicio se usuros dementer existiment. quia enim uolentes iniuste utuntur bonis, iuste nolentes cruciabuntur malis. unde possunt etiam tenebrae exteriores intellegi poenae corporales. corpus quippe est animae exterius, ut sint animae mala, quibus a caritatis lumine auersa in peccatis oblectatur, exterae tenebrae, corporis autem mala, quibus aeternis in fine torquebitur, exteriores tenebrae,

3 Matth. 25, 41 8 Matth. 25, 23 18 Matth. 8, 12 (22, 13)

1 fastum *v*: factum *AV* obstinationemque *Av* 2 eis *Av*: eos *V* 3 sinistra *V* 5 dicit ituros *GPv*: dicitur *AV* 6 diabuli *A* 7 huic] hinc *A* bono (o *altera ex* um *corr.*) *A* 13 benigni*simus (s *ras.*) *A* 15 intrare] intra *v* 16 tenebrosae *V* tenebroso *APv* 18 ploratus *V*: pluratus *A* fletus *Pv* 19 ne] nec AP^2 21 tenebrae sunt *MV* (*cf. 699, 2*): tenebrescunt *AGPv* usuros] arsuros *v* dementer] clementer *v* 22 exsistiment *V* 24 poene *A* 25 exterius *AGPv*: interius *MV* 26 exterae *AMV*: exteriores *GPv*

quas solas timent qui seruili adhuc timore detinentur. nam si eis liceret in illis exteris, quae sunt in peccatis, impune semper uolui et inuolui, profecto numquam uellent accedere ad deum et inluminari et inhaerere illi per caritatem, ubi est timor castus, permanens in saeculum saeculi. qui timor non cruciat, sed tenaciorem facit animam boni illius; quod si dimiserit, cadit.

CCXX.

EX LIBRO DE GRATIA NOVI TESTAMENTI AD HONORATVM. QVAE SIT LATITVDO ET LONGITVDO ET ALTITVDO ET PROFVNDVM, QVOD AIT APOSTOLVS.

Merito ergo istorum qui saturantur uiuunt corda in saeculum 238
saeculi. uita enim Christus est, qui habitat in cordibus eorum, interim per fidem, post etiam per speciem. uident enim nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. unde ipsa caritas nunc in bonis operibus dilectionis exercetur, qua se ad subueniendum quaquauersum potest porrigit; et haec latitudo est. nunc longanimitate aduersa tolerat et in eo quod ueraciter tenuit perseuerat; et haec longitudo est. hoc autem totum propter adipiscendam uitam facit aeternam, quae illi promittitur in excelso; et haec altitudo est. exsistit uero ex occulto ista caritas, ubi fundati quodam modo et radicati sumus, ubi causae uoluntatis dei non inuestigantur, cuius

5 Ps. 18, 10 10 cf. Eph. 3, 18 12 cf. Ps. 21, 27 14 I Cor. 13, 12

1 solas (a *ex* u *corr.*) *A* timore adhuc *v* timore *AGPv*: more *MV* 2 exteris] exterioribus *v* impune] imponi *v* 3 numquam] num quō *v* 7 cadit *AV*: cadet *GPv* 8 *cap.* CCXXI *A* CCXXXVIII *P* CCXXXVIIII *Gv* 9 libro] l. supra scripto *Pv* 10 et altitudo] *om. v* 12 uiuent *Av* 14 post *APv*: potest *V* 15 enigmate *APVv* facie] faciem (m *del. m. 2*) *A* 17 qua se] quasi *v* porriget *v* porrigi *A* 18 est] *om. v* tolerat] tulerat *A* 19 haec] hoc *v* 21 altitudo *APv*: latitudo *V* ex] in *v* 23 uestigantur *AP*

gratia sumus salui facti, non ex operibus iustitiae, quae nos fecimus, sed secundum eius misericordiam. uoluntarie quippe genuit nos uerbo ueritatis, et haec uoluntas eius in abdito est. cuius secreti profunditatem quodam modo expauescens apostolus clamat: o altitudo diuitiarum sapientiae dei ac scientiae! quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae eius! quis enim cognouit sensum domini? et hoc est profundum. altitudo quippe commune nomen est excelso et profundo, sed cum in excelso dicitur, sublimitatis eminentia commendatur, cum autem in profundo, difficultas inuestigationis et cognitionis. unde et illud deo dicitur: quam magnificata sunt opera tua, domine; nimis profundae factae sunt cogitationes tuae. et iterum: iudicia tua uelut multa abyssus. hinc igitur est illud apostoli quod requirendum inter cetera posuisti: huius rei gratia, inquit, flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelo et in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias gloriae suae uirtute corroborari per spiritum eius in interiorem hominem, habitare Christum per fidem in cordibus uestris, ut in caritate radicati et fundati praeualeatis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo et longitudo et altitudo et profundum, scire etiam supereminentem scientiam caritatis Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei.

1 cf. Tit. 3, 5 2 Iac. 1, 18 5 Rom. 11, 33 sq. 12 Ps. 91, 6 14 Ps. 35, 7 16 Eph. 3, 14–20

2 uoluntariae *AV* 4 abdito *V*: abditu *A* abscondito *v* modum *V* 5 expauiscens *A* 6 dei ac scientiae *V*: et scientiae dei *APv* 9 nomen] numen *A* excelsum *v* profundum *v* 10 cummendatur *A* 11 inuistigationis *A* 14 cogitationis *A* iudicia — igitur est *AGPv*: *om. V* 20 interiorem *V*: interiore *A* interiori *v* 21 hominem *V*: homine *Av* 23 compraehendere *A* cum] com *A* 24 latitudo *Av*: altitudo *V* 26 omni *v* 27 plenitudine *v*

Attende omnia diligenter. huius rei gratia, inquit, flecto genua cordis mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelo et in terra nominatur. quaeris, cuius rei gratia? hoc supra dixerat: propter quod peto non infirmari in tribulationibus meis pro uobis. hoc ergo eis optat, ut non infirmentur in tribulationibus apostoli, quas pro illis sustinebat, et propter hoc genua flectebat ad patrem. proinde non infirmari unde illis sit sequitur et dicit: ut det uobis secundum diuitias gloriae suae uirtute corroborari per spiritum eius. hae sunt diuitiae, de quibus dicit: o altitudo diuitiarum! abditas enim habent causas; ubi nullis meritis praecedentibus quid habemus quod non accepimus? deinde sequitur et quid oportet adiungit: in interiore, inquit, homine habitare Christum per fidem in cordibus uestris; haec est uita cordium, qua uiuimus in saeculum saeculi ab initio fidei usque ad finem speciei, ut in caritate, inquit, radicati et fundati praeualeatis comprehendere cum omnibus sanctis. ista est communio cuiusdam diuinae caelestisque reipublicae; hinc saturantur pauperes, non sua quaerentes, sed quae Iesu Christi, id est non commoda priuata sectantes, sed in commune, ubi salus omnium est, consulentes. nam de ipso pane, quo tales saturantur, quodam loco apostolus dicit: unus panis, unum corpus multi sumus. quid ergo comprehendere? quae sit, inquit, latitudo, sicut iam dixi, in bonis operibus, quibus beniuolentia porrigitur usque ad diligendos inimicos,

5 Eph. 3, 13 11 Rom. 11, 33 24 I Cor. 10, 17

2 cordis *V*: *om. APv* mea] a *ex* u *corr. m. 1 V* 5 infirmari *PVv*: infirmari uos *A* 9 sequitur — uobis] *add. A*² *in mg.* det] dit *A*² 11 per] p *A* hae] haec *AV* 13 praecidentibus *A* quid] aliquid *v* 14 quid] quod *v*¹ oportet *V*: optet *Av* interiori *v* 19 compraehendere *A* cum] com *A* 22 commune] commune pane *A* 23 consolentes *A* 24 loco] o *altera ex* um *corr. A* 25 cumpraehendere *A* *ante* quae *spatium 4 litt. V* 27 quibus] *om. v* beneuolentia *AP* porrigatur *v*

et longitudo, ut longanimitate pro hac latitudine molestiae tolerentur, et altitudo, ut pro his aeternum quod in supernis est praemium, non uanum aliquid temporale speretur, et profundum, unde gratuita gratia dei secundum secretum et abditum uoluntatis eius exsistit. ibi enim radicati, ibi fundati sumus; radicati propter agriculturam, fundati propter aedificationem. quae quoniam non est ab homine, dicit alio loco idem apostolus: dei agricultura, dei aedificatio estis. hoc totum agitur, cum in hac nostra peregrinatione fides per dilectionem operatur. in futuro autem saeculo perfecta et plena caritas sine ulla malorum tolerantia non fide credit quod non uidet, nec spe desiderat quod non tenet, sed in aeternum ueritatis incommutabilem speciem contemplabitur, cuius sine fine quietum opus erit laudare quod amat et amare quod laudat. de hac consequenter dicit: scire etiam supereminentem scientiam caritatis Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei.

In hoc mysterio figura crucis ostenditur. qui enim quia uoluit mortuus est, quomodo uoluit mortuus est. non frustra igitur tale genus mortis elegit, nisi ut in eo quoque latitudinis huius et longitudinis et altitudinis et profunditatis magister existeret. nam latitudo est in eo ligno, qua transuersum desuper figitur; hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus. longitudo in eo quod ab ipso ligno usque ad terram conspicuum est; ibi enim quodam modo statur, id est persistitur et perseueratur, quod longanimitati tribuitur. altitudo est in ea ligni parte, quae ab illo quod transuersum figitur sursum uersus relinquitur, hoc est ad caput crucifixi,

8 I Cor. 3, 9 15 Eph. 3, 19

1 ut P^2Vv: et AP^1 longanimitatem P 3 uanum AVv: uarium P temporale] temporales A et temporale v 7 aedificatione* (m *ras.*) V 11 caritas] caritate v tolerantiam A 17 dei] *om.* v 18 mysterium A 21 huius et longitudinis] *add.* A^2 *supr. uers.* altitudinis APv: latitudinis V 22 qua V: quo Av 23 pertinet] ptinet A extenditur A 24 ligno] longe v 27 quod APv: quad V^1 quae V^2 28 sursum] rursum v

quia bene sperantium superna exspectatio est. iam uero illud ex ligno, quod non apparet, quod fixum occultatur, unde totum illud exsurgit, profunditatem significat gratuitae gratiae, in qua multorum ingenia conteruntur id uestigare conantia, ut ad extremum eis dicatur: o homo, tu quis es, qui respondeas deo? uiuent ergo corda saturatorum pauperum in saeculum saeculi, hoc est humilium caritate flagrantium, non sua quaerentium, sed sanctorum societate gaudentium.

CCXXI.

EX EPISTVLA AD BONIFATIVM EPISCOPVM DE PARVVLIS REQVIRENTEM, VTRVM PARENTES BAPTIZATIS PARVVLIS SVIS NOCEANT, CVM EOS DAEMONIORVM SACRIFICIIS SANARE CONANTVR.

Quaeris a me, utrum parentes baptizatis paruulis suis 239 noceant, cum eos daemoniorum sacrificiis sanare conantur, et si non nocent, quomodo eis prosit, cum baptizantur, parentum fides, quorum eis non potest obesse perfidia. ubi respondeo tantam illius sacramenti, hoc est baptismi salutaris, esse uirtutem in sancta compage corporis Christi, ut semel generatus per aliorum carnalem uoluptatem, cum semel regeneratus fuerit per aliorum spiritalem uoluntatem, deinceps non possit uinculo alienae iniquitatis obstringi, cui nulla sua uoluntate consentit. etenim anima patris mea est, inquit, et anima filii mea est; anima, quae peccauerit, ipsa morietur. non autem peccat ipsa, cum parentes ei omnino

5 Rom. 9, 20 6 cf. Ps. 21, 27 23 Ezech. 18, 4

1 expectatio *Av* 3 exurgit *A* exsurget *v* 4 uestigare *APV*: inuestigare *v* conantibus *v* 5 quis] qui *A* 7 flagrantiam *A* 8 suam (m *del. m. 2*) *A* 9 *cap.* CCXXII *A* CCXXXVIIII *P* CCXL *Gv* 10 bonifacium *Pv* bonefacium *G* paruolis *A* 11 suis *MV*: *om. AGPv* 13 *cf. p. 714, 2 not.* 14 quaeris *GPv*: quaeres *AV* paruolis *A* 21 uuluntatem *A* 22 uinculo (o *ex* um *corr.*) *A* 23 etenim anima *V*: et anima enim *Av* 25 ei] et *v*

nescienti uel quilibet alius adhibet sacrilegia daemoniorum. sed ideo ex Adam traxit quod sacramenti illius gratia solueretur, quia nondum erat anima separatim uiuens, id est altera anima, de qua diceretur: et anima patris mea est, et anima filii mea est. iam itaque, cum homo in se ipso est ab eo qui genuit alter effectus, peccato alterius sine sua consensione non tenetur obnoxius. traxit ergo reatum, quia unus erat cum illo a quo traxit, quando quod traxit admissum est. non autem trahit alter ab altero, quando sua unoquoque propria uita uiuente. iam est unde dicatur: anima, quae peccauerit, ipsa morietur.

Vt autem possit regenerari per officium uoluntatis alienae, cum offertur consecrandus, facit hoc unus spiritus, ex quo regeneratur oblatus. non enim scriptum est: „nisi quis renatus fuerit ex parentum uoluntate aut ex offerentium uel ministrantium fide", sed: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu. aqua igitur exhibens forinsecus sacramentum gratiae et spiritus operans intrinsecus beneficium gratiae, soluens uinculum culpae, reconcilians bonum naturae regenerant hominem in uno Christo, ex uno Adam generatum. regenerans ergo spiritus in maioribus offerentibus ut paruulo oblato renatoque communis est. ideo per societatem unius eiusdemque spiritus prodest offerentium uoluntas paruulo oblato. quando autem in paruulum maiores peccant offerentes eum atque obligare conantes daemonum sacrilegis uinculis, non est anima utrorumque communis, ut etiam culpam possint habere com-

4 (et 10) Ezech. 18, 4 16 Io. 3, 5

2 Adam] udam *A* solueretur *Av*: saluaretur *V* 5 fili *V* in] *om. A* ipso *Av*: ipsa *MPV* 6 alter *AMPVv*: aliter *a* effectus AP^2v: affectus MP^1V peccato] peccata M^1V peccatu M^2 alterius] aliterius *A* sine sua] in ea *v* 7 teneretur *A* 8 ammissum *A* amissum *Vv* 10 quae] qui *A* 12 possit *Av*: posset *V* 15 ministrantum *A* 19 reconchilians (h *del. m. 2*) *V* regenerans *v* 21 in] et in *v* ut *V*: et *Av* (*et* 23) paruolo *A* oblatu *V* 24 paruolum *A* 25 daemonium *V* 26 possint *Av*: possent *V* communem] cummune *A*

munem; non enim sic communicatur culpa per alterius uoluntatem, quemadmodum communicatur gratia per sancti spiritus unitatem. potest enim et in hoc et in illo homine esse unus spiritus sanctus, etiam si inuicem nesciant per quem sit utriusque gratia communis. non autem potest spiritus hominis esse et huius et illius, per quem peccante altero et altero non peccante sit tamen culpa communis; ac per hoc potest paruulus semel ex parentum carne generatus dei spiritu regenerari, ut ex illis obligatio contracta soluatur. non potest autem semel dei spiritu regeneratus ex parentum carne regenerari, ut obligatio, quae soluta est, iterum contrahatur; et ideo semel perceptam paruulus Christi gratiam non amittit nisi propria impietate, si aetatis accessu tam malus euaserit. tunc enim etiam propria incipiet habere peccata, quae non regeneratione auferantur, sed alia curatione sanentur.

Verum tamen recte dicuntur parentes uel quicumque maiores filios seu quoslibet paruulos baptizatos daemoniorum sacrilegio obligare conantes spiritaliter homicidae. nam in illis quidem interfectionem non faciunt, sed, quantum in ipsis est, interfectores fiunt. recte illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur: nolite occidere paruulos uestros; dicit enim apostolus: spiritum nolite extinguere, non quia ille extingui potest, sed, quantum in ipsis est, extinctores eius merito dicuntur, qui sic agunt, ut extinctum uelint.

INTER CETERA.

Si enim sacramenta quandam similitudinem rerum earum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta

22 I Thess. 5, 19

2 per] *om. v* spiritus sancti *v* 3 unitate *v* hoc] hoci (i *del. m. 2*) *V* 4 sanctus] *om. A* 5 utriusque *A*: utrumque *V* utrisque *v* spiritus potest *v* 6 esse huius (*om.* et) *v* peccante] peccant *V* alterom et *A* 7 non] *om. v* sit] si *V* 8 paruolus *A* 10 carne (ne *add. m. 1 in mg.*) *V* 11 regenera^ri (ri *add. m. 1*) *V*: generari *APv* 12 paruolus *A* 15 sanantur *v* 17 paruolos *A* 21 paruulus *A* 25 inter cetera *MV*: *om. GPv* item inter c. *A*

non essent. ex hac autem similitudine plerumque iam ipsarum rerum nomina accipiunt. sicut ergo secundum quandam sacramentum corporis Christi corpus Christi est, sacramentum sanguinis Christi sanguis Christi est, ita sacramentum fidei fides est. nihil est autem aliud credere quam fidem habere; ac per hoc, cum respondetur paruulus credere, qui fidei nondum habet affectum, respondetur fidem habere propter fidei sacramentum et conuertere se ad deum propter conuersionis sacramentum, quia et ipsa responsio ad celebrationem pertinet sacramenti; sicut de ipso baptismo apostolus: consepulti, inquit, sumus Christo per baptismum in mortem; non ait: „sepulturam significauimus", sed prorsus ait: consepulti sumus. sacramentum enim tantae rei non nisi eiusdem rei uocabulo nuncupauit.

Itaque paruulum etsi nondum fides illa, quae in credentium uoluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit. nam sicut credere respondentur, ita etiam fideles uocantur, non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo. cum autem sapere homo coeperit, non illud sacramentum repetit, sed intellegit eiusque ueritati consona etiam uoluntate coaptabitur. hoc quamdiu non potest, ualebit sacramentum ad eius tutelam aduersus contrarias potestates et tantum ualebit, ut, si ante maioris usum ex hac uita emigrauerit, per ipsum sacramentum commendante ecclesiae caritate ab illa condemnatione, quae per unum hominem intrauit in mundum, christiano adiutorio liberetur. hoc qui non credit et fieri non posse arbitratur, profecto infidelis est, etsi habeat fidei sacramentum, longeque melior est ille

10 Rom. 6, 4 25 cf. Rom. 5, 12

2 quandam (*sc.* similitudinem) *V*: quendam modum *Av* 6 nondum] non *v* 7 habet *APv*: habent *V* 9 pertinet] *om. v* 11 sumus inquit *v* Christo] $\overline{\text{xpi}}$ *A* 12 sepultura *A* significabimus *A* 13 enim *V*: ergo *APv* 15 paruolum *A* 17 fidelis *A* 20 repetet *A* intellegit *V*: intelleget *Av* 23 maioris *APV* (*i. e. quem natu maior facere potest*): *om. v*; rationis *a* usum *v*: usu *APV* ex] e *ex* ſ *corr. m. 1 V* 26 christiano] $\widetilde{\text{xpi}}$ *v* liberatur *A*

paruulus, qui etiam si fidem nondum habet in cogitatione, non ei tamen obicem contrariae cogitationis opponit, unde sacramentum eius salubriter percipit.

CCXXII.

EX EPISTVLA AD SELEVCIANAM. AN APOSTOLI FVERINT BAPTIZATI.

Nescio quale cor habeat qui, cum apostolos baptizatos dicat, 240
Petrum baptizatum negat. quod autem dicitur Petrus egisse paenitentiam, cauendus est, ne ita putetur egisse, quomodo agunt in ecclesia qui proprie paenitentes uocantur. et quis hoc ferat, ut primum apostolorum inter tales paenitentes numerandum putemus? paenituit enim eum negasse Christum, quod eius indicant lacrimae; sic enim scriptum est, quia fleuit amare. nondum enim fuerant resurrectione domini confortati ex illo aduentu spiritus sancti, qui apparuit die pentecostes, uel illa inspiratione, quam demonstrauit dominus, postquam resurrexit a mortuis, cum exsufflauit in eorum faciem dicens: accipite spiritum sanctum.

Vnde recte dici potest quia, cum Petrus negauit dominum, nondum fuerant apostoli baptizati, non tamen aqua, sed spiritu sancto. hoc eis dixit, posteaquam resurrexit et conuersatus est cum eis: Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto, quem accepturi estis non post multos hos dies usque ad pentecosten. alii autem codices habent: uos autem spiritu sancto incipietis baptizari. sed siue dicatur

14 Matth. 26, 75 18 Io. 20, 22 22 Act. 1, 5

3 percepit *v* 4 *cap.* CCXXIII *A* CCXL *P* CCXLI *Gv* 5 epistola *Pv* Seleucianam *A*: seleucianum *MPVv* 7 qui cum *PVv*: quam *A* apostolus *A* 9 cauendus *V*: cauendum *APv* 11 ferat *PVv*: fecerat *A* primus *v* 15 confortati *MV*: confirmati *Av* ex *V*: et *Av* 16 pentecosten *v* illa] *om. v* 17 posteaquam *Av* exsuflauit *V* insuflauit *A* insufflauit *v* 18 accipete *A* 20 fuerant] *om. v* 21 hoc *V*: hoc enim *APv* 22 iohannis *A*

baptizabimini, siue dicatur incipietis baptizari, ad rem nihil interest; nam in quibuscumque codicibus inueniuntur baptizabitis aut incipietis baptizare, mendosi sunt: qui ex graecis facillime conuincuntur. si autem dicimus aqua non fuisse baptizatos, metuendum est, ne grauiter in eis erremus, ne demus hominibus auctoritatem contemnendi baptismum, quem usque adeo non contemnendum ipsa apostolica disciplina commendat, ut Cornelius centurio et hi qui cum illo erant etiam accepto spiritu sancto fuerint baptizati.

Sicut antiqui iusti si non circumciderentur, non erat eis peccatum, postea uero quam iussit deus, ut circumcideretur Abraham eiusque posteritas, iam, si non fieret, graue peccatum fuit: sic etiam antequam dominus Christus in ecclesia sua sacramentum noui testamenti pro circumcisione carnis sanctum baptismum dedit et apertissime dixit: si quis non renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum, iam non debemus quaerere, quando quisque fuerit baptizatus, sed quoscumque legimus in corpore Christi, quod est ecclesia, pertinere ad regnum caelorum, non nisi baptizatos intellegere debemus, nisi forte quos angustia passionis inuenit et nolentes negare Christum, antequam baptizarentur, occisi sunt; quibus ipsa passio pro baptismo deputata est. sed numquid hoc possumus de apostolis dicere, qui usque adeo largum tempus habuerunt, quo baptizarentur, ut alios etiam baptizauerint? sed non omnia, quae facta sunt, etiam scripta inueniuntur, uerum tamen facta esse ex ceteris documentis probatur. scriptum est, quando baptizatus est apostolus Paulus, et scriptum non est, quando baptizati sunt

8 cf. Act. 10, 48 15 Io. 3, 5 27 cf. Act. 9, 18

2 inuenitur *v* 3 baptizatis (bi *add. m. 2*) *P* 4 qui *PVv*: quia *A* grecis *Av* conuincontur *A* dicimus *Av*: dicis *V* 5 meduendum *A* 6 ne demus] et ne d. *v* 7 contempnendum *A* 9 etiam *Vv*: etiam iam *A* fuerant *v* 12 eius$^{q.}$ (q. *add. m. 2*) *A* 21 negare] necare *A* 24 adeo] adeam (m *del. m. 2*) *A* 26 tamen] etiam *v* 27 probatur *Vv*: probantur *A* 28 sunt] sint *v*

apostoli alii; uerum tamen etiam ipsos baptizatos intellegere debemus, quemadmodum scriptum est, quando baptizatae sunt plebes ecclesiarum in Hierusalem et in Samaria; quando autem baptizatae sint aliae plebes gentium, quibus apostoli epistulas miserunt, non est utique scriptum, et tamen etiam ipsas minime dubitamus propter illam domini sententiam: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum.

Vtrumque autem de domino scriptum est, et quia baptizabat plus quam Iohannes, et quia ipse non baptizabat, sed discipuli eius, ut intellegeremus et ipsum quidem baptizasse praesentia maiestatis, non tamen ipsum baptizasse manibus. ipsius enim erat baptismi sacramentum, ad discipulos autem baptizandi ministerium pertinebat. tunc ergo, quando dicit Iohannes euangelista in euangelio suo: post haec exiit Iesus et discipuli eius in Iudaeam terram et illic morabatur cum eis et baptizabat, tunc paulo post de ipso loquens ait: ut ergo cognouit Iesus, quod audierunt pharisaei, quod Iesus plures discipulos haberet et baptizaret plures quam Iohannes — quamquam Iesus ipse non baptizaret, sed discipuli eius — reliquit Iudaeam terram et abiit iterum in Galilaeam: tunc ergo, quando ab Hierosolymis exiit cum discipulis suis in Iudaeam et illic morabatur cum eis, baptizabat non per se ipsum, sed per discipulos suos, quos intellegimus iam fuisse baptizatos siue baptismo Iohannis, sicut nonnulli arbitrantur, siue, quod magis credibile est, baptismo Christi. neque enim ministerium baptizandi

3 cf. Act. 2, 41 et 8, 12 7 Io. 3, 5 16 Io. 3, 22 18 Io. 4, 1—3

1 alii apostoli *APv* 3 sunt *PVv*: sint *A* hierusalem (*om.* in) *v* 6 ipsas *MV*: ipsas baptizatas *Av* 10 iohannis *A* ipse non *PVv*: non ipse *A* 11 ut P^2V: ut et AP^1v 13 manibus *V*: manibus suis *Av* 15 quando P^2V: *om.* AP^1v iohannis *A* 17 terram] suam *v* 18 ipso *V*: illo *Av* 19 quod aud. *V*: quia a. *Av* audierant *Av* 20 discipulus *A* baptizare *v* quam Iohannes] *om. v* 22 reliquid *V* 23 galileam *Av* quando quando (*corr. m. 1*) *V* 28 enim] enim ei *v*

defugeret, ut haberet baptizatos seruos, per quos ceteros baptizaret, qui non defugit memorabilis illius humilitatis ministerium, quando eis lauit pedes et petenti Petro, ut non tantum pedes, uerum etiam manus et caput ei lauaret, respondit: qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus; ubi intellegitur, quod iam Petrus fuerat baptizatus.

[EX LIBRO DE CIVITATE DEI XIIII INTER CETERA ET AD LOCVM. QVOD SVPERBIS VEL OCCVLTE PECCANTIBVS VTILE SIT CADERE IN ALIQVOD APERTVM MANIFESTVMQVE PECCATVM.

241 Manifesto ergo apertoque peccato, ubi factum est quod deus fieri prohibuerat, diabolus hominem non cepisset, ni iam ille sibi ipsi placere coepisset. hinc enim et delectauit quod dictum est: eritis sicut di. quod melius esse possent summo ueroque principio cohaerendo per oboedientiam, non suum sibi exsistendo principium per superbiam. di enim creati non sua ueritate, sed dei ueri participatione sunt di. plus autem appetendo minus est qui, dum sibi sufficere delegit, ab illo qui ei uere sufficit defecit. illud itaque malum, quo, cum sibi homo placet, tamquam sit et ipse lumen, auertitur ab eo lumine, quod ei si placeat et ipse fit lumen — illud, inquam, malum praecessit in abdito, ut sequeretur hoc malum, quod

5 Io. 13, 10 15 Gen. 3, 5

1 defugeret *AV*: defuerat *v* 2 difugit *v* memorabile *v* 4 capud *A* 6 totus mundus *v* 8 *cap.* CCXXIIII *A* CCXLI *P* CCXLII *Gv*; *deest in MV* inter—locum *A*: *om. GPv* 10 aliquod] aliquo *A* apertum] aptum *A* 13 homine *A* coepisset *AP* ni *A*: nisi *GPv* sibi ille *Gv* 14 ipsi] ipse *Gv* 15 di] dī *A* dii *GPv* possent] possit *Gv* 16 cohe-rendo *AGv* 17 per superbiam di *A*: per superbiendi G^1 superbiendo G^2v p supbiā quando G^3 enim] *om. Gv* 18 di AG^1: dii G^2Pv 19 delegit *A*: diligit *Gv* 20 defecit AG^1: deficit G^2v quo] quod *A* 22 ei AG^3: et G^1v illum *A* 23 praecessit] percessit G^1

perpetratum est in aperto. uerum est enim quod scriptum est: ante ruinam exaltatur cor et ante gloriam humiliatur. illa prorsus ruina, quae fit in occulto, praecedit ruinam, quae est in manifesto, dum illa ruina esse non putatur. quis enim exaltationem ruinam putat, cum iam ibi sit defectus, quo est relictus excelsus? quis autem ruinam esse non uideat, quando fit mandati euidens atque indubitata transgressio? propter hoc deus illud prohibuit, quod cum esset admissum, nulla defendi posset imaginatione iustitiae. et audeo dicere superbis esse utile cadere in aliquod apertum manifestumque peccatum, unde sibi displiceant, qui iam sibi placendo ceciderant. salubrius enim Petrus sibi displicuit, quando fleuit, quam sibi placuit, quando praesumsit. hoc dicit et sacer psalmus: imple facies eorum ignominia, et quaerunt nomen tuum, domine, id est, ut et tu eis placeas quaerentibus nomen tuum, qui sibi placuerant quaerendo suum.

Sed est peior damnabiliorque superbia, qua etiam in peccatis manifestis suffugium excusationis inquiritur; sicut illi primi homines, quorum et illa dixit: serpens seduxit me, et manducaui, et ille dixit: mulier, quam dedisti mecum, haec mihi dedit a ligno, et edi. nusquam hic sonat petitio ueniae, nusquam imploratio medicinae.]

2 Prou. 18, 12 12 cf. Matth. 26, 33 et 75 14 Ps. 82, 17 20 Gen. 3, 13 21 Gen. 3, 12

2 exaltatar A^1 9 ammissum A amissum G^1 possit A 10 audeo] audio G^1 11 displiciant A iam sibi] iam ipsi G^1 iam sibi ipsis G^2v 13 praesumpsit *libri* 15 quaerunt A: quaerant G^1 quaerent G^2v tu (*om.* et) G^2P; *om.* v eis] *om.* Gv 16 placoerant A quaerendum A 18 qua] quae G^1v 19 inquiritur AG^1: inquirit G^2v 21 mecum AG^1: mihi G^2v 22 a AP: de Gv 23 nusquam] numquam G^1

CCXXIII.

EX EPISTVLA DE TRINITATE AD CONSENTIVM.

242 Cogitationis carnalis compositionem uanumque figmentum ubi uera ratio labefactare incipiet, continuo intus illo adiuuante atque inluminante qui cum talibus idolis in corde nostro habitare non uult, ita ista confringere atque a fide nostra quodam modo excussare festinamus, ut ne puluerem quidem ullum talium phantasmatum illic manere patiamur.

Quam ob rem nisi rationem disputationis, qua forinsecus admoniti ipsi intrinsecus ueritate lucente haec falsa esse perspicimus, fides in nostro corde antecessisset, quae nos indueret pietate, nonne incassum quae uera sunt audiremus? ac per hoc, quoniam id quod ad eam pertinebat fides egit, ideo subsequens ratio aliquid eorum quae inquirebat inuenit. falsae itaque rationi non solum ratio uera, qua id quod credimus intellegimus, uerum etiam fides ipsa rerum nondum intellectarum sine dubio praeferenda est. melius est enim quamuis nondum uisum credere quod uerum est, quam putare te uerum uidere quod falsum est. habet namque fides oculos suos, quibus quodam modo uidet uerum esse quod nondum uidet, et quibus certissime uidet nondum se uidere quod credit. porro autem qui uera ratione iam quod tantummodo credebat

1 *cap.* CCXXV *A* CCXLII *P* CCXLIII *Gv* 2 ex] *om. P* de trinitate ex epistola *A* consentium *A* *post* Consentium *add. MV*: et si non nocet quomodo eis prosit cum baptizantur parentum fides quorum eis non potest obesse perfidia; *cf. cap. CCXXI* 3 cogitationes *V* carnales *AVv* figmentum] firmamentum *v* 4 uera ratio] ueneratio *v* labefactari *v* incipiet *V*: incipit *Pv* coeperit *A* 6 conf*ingere (r *ras.*) *P* atque] *om. A* a AP^2v: ad P^1V fidem nostram P^1V 7 excussare *scripsi* (*cf. Rönsch l. c. p. 215*): excusare *V* excutere *Av* festinemus *v* puluere *V* 8 fantasmatum *v* manere *V*: remanere *APv* 9 ratione *v* forensecus *A* 10 ueritatis *v* lucente] luce ne *v* praespicimus *A* 12 audirem *v* 15 rationi] ratione (*corr. m. 2*) *A* ratio *V* 16 intellecturum *A* 18 te] *om. v* 19 uideri *v* 21 et] ex *v*

intellegit, profecto praeponendus est ei qui cupit adhuc intellegere quod credit. si autem nec cupit et ea quae intellegenda sunt credenda tantummodo existimat, cui rei fides prosit ignorat. nam pia fides sine spe et sine caritate esse non uult. sic igitur homo fidelis debet credere quod nondum uidet, ut uisionem et speret et amet.

Et uisibilium quidem rerum praeteritarum, quae temporaliter transierunt, sola fides est, quoniam non adhuc uidenda sperantur, sed facta et transacta creduntur. sicut est illud, quod Christus semel pro peccatis nostris mortuus est et resurrexit, nec iam moritur et mors ei ultra non dominabitur. ea uero quae nondum sunt, sed futura sunt, sicut nostrorum spiritalium corporum resurrectio, ita creduntur, ut etiam uidenda sperentur, sed ostendi modo nullo possunt modo. quae uero ita sunt, ut neque praetereant neque futura sint, sed aeterna permaneant, partim sunt inuisibilia, sicut iustitia, sicut sapientia, partim uisibilia, sicut Christi immortale iam corpus. sed inuisibilia intellecta conspiciuntur ac per hoc et ipsa modo quodam sibi congruo uidentur et, cum uidentur, multo certiora sunt quam ea quae corporis sensus attingit; sed ideo dicuntur inuisibilia, quia oculis istis mortalibus uideri omnino non possunt. at illa quae uisibilia sunt permanentia possunt, si ostendantur, etiam his mortalibus oculis conspici, sicut se discipulis post resurrectionem dominus ostendit, sicut etiam post ascensionem apostolo Paulo et diacono Stephano.

10 cf. Rom. 6, 9 sq. 24 cf. Matth. 28 Marc. 16 Luc. 24 Io. 20 sq. 25 cf. Act. 9, 3 sq. et 7, 55

1 proponendus *A* 3 exsistimat *V* 5 nondum *PVv*: non *A* 6 uidet (e *ex* i *corr.*) *A* ut] et *v* 8 speratur *V* 10 semel] *om. v* nostris] *om. v* resorrexit *A* 11 moritur *V* (*cf. gr.* ἀποθνήσκει): morietur *Av* 13 etiam *AV*: iam *v* 14 modo nullo] nullo modo *v* 15 ut neque *PVv*: utque *A* 17 sapientia] patientia *v* uisibilia || *fol. 66*ᵘ bilia *A* 18 conspicuuntur *A* 19 cum uidentur] *om. v* 20 cerciora *A* quae] quam *v* 22 permanentia possunt] *om. v* 23 ostendatur *A* 25 ascensione *V* Paulo *PVv*: *om. A*

Proinde ista uisibilia permanentia ita credimus, ut, etiam si non demonstrentur, speremus ea nos quandoque uisuros, nec ea conemur ratione intellectuque comprehendere, nisi ut ea, quia uisibilia sunt, ab inuisibilibus distinctius cogitemus; et cum cogitatione qualia sint imaginamur, satis utique nouimus ea nobis nota non esse. nam et Antiochiam cogito incognitam, sed non sicut Carthaginem cognitam; illam quippe uisionem cogitatio mea fingit, hanc recolit, nequaquam tamen dubito, siue quod de illa testibus multis, siue quod de ista meis aspectibus credidi. iustitiam uero et sapientiam et quidquid eius modi est non aliter imaginamur, aliter contuemur, sed haec inuisibilia simplici mentis atque rationis intentione intellecta conspicimus sine ullis formis et modulis corporalibus, sine ullis liniamentis figurisque membrorum, sine ullis localibus siue finibus siue spatiis infinitis. ipsumque lumen, quo cuncta ista discernimus, in quo nobis satis apparet quid credamus incognitum, quid cognitum teneamus, quam formam corporis recordemur, quam cogitatione fingamus, quid corporis sensus attingat, quid imaginetur animus simile corpori, quid certum et omnium corporum dissimillimum intellegentia contempletur: hoc ergo lumen, ubi haec cuncta diiudicantur, non utique sicut huius solis et cuiusque corporei luminis fulgore per localia spatia circumquaque diffunditur mentemque nostram quasi uisibili candore conlustrat, sed inuisibiliter et ineffabiliter, et tamen intellegibiliter lucet tamque nobis certum est, quam nobis efficit certa quae secundum ipsum cuncta conspicimus.

1 v̊isibilia (b *in* v *corr. m. 2*) *V* 3 compraehendere *A* 5 cum] com *A* 6 et] *om. v* anthiociam *V* anthiochiam *A* antiociam *v* 7 cartaginem *A* illam (a *ex* u *corr.*) *A* 8 hanc] haec *A* 9 ista m̊eis (m *add. m. 2*) *A* 13 modulis *V*: molibus *Av* 15 ipsoque *A* 18 recordemur] refordemur (d *del.*, m *add. m. 2*) *V* fingamus] ficamus *A* 19 simili *A* 20 dissimillimum *V*: dissimillium *A* dissimillimam *v* intelligentiam *v* 21 deiudicantur *A* 22 fulgor *AP*^{1}*v* 25 et tamen intellegibiliter] *om. MV* 26 efficit *V*: efficet *A* effecit *v* quae] quo *v*

Cum igitur tria sint rerum genera, quae uidentur, unum corporalium, sicut hoc caelum et terra et quidquid in eis corporeus sensus cernit et tangit, alterum simile corporalibus, sicut sunt ea quae spiritu cogitata imaginamur, siue recordata uel oblata quasi corpora contuemur; unde sunt etiam uisiones, quae uel in somnis uel in aliquo mentis excessu his quasi localibus quantitatibus ingeruntur; tertium ab utroque discretum, quod neque sit corpus neque habeat ullam similitudinem corporis, sicuti est sapientia, quae mente intellecta conspicitur et in cuius luce de his omnibus ueraciter iudicatur: in quo istorum genere credendum est esse istam quam nosse uolumus trinitatem? profecto aut in aliquo aut in nullo. si in aliquo, eo utique quod est aliis duobus praestantius, sicut est sapientia. quod si donum eius in nobis est et minus est quam illa summa et incommutabilis quae dei sapientia dicitur, puto quod non debemus dono suo inferius cogitare donantem. si autem aliquis splendor eius in nobis est, quae nostra sapientia dicitur, quantumcumque eius per speculum et in aenigmate capere possumus, oportet eam et ab omnibus corporibus et ab omnibus corporum similitudinibus secernamus.

Si autem in nullo istorum genere esse putanda est ista trinitas et sic est inuisibilis, ut nec mente uideatur, multo minus de illa huius modi opinionem habere debemus, ut eam rebus corporalibus uel corporalium rerum imaginibus similem esse credamus. non enim corpora pulchritudine molis aut magnitudine superat, sed dissimilitudine ac disparilitate na-

2 hoc] hunc *Pv* terram *v* 3 simele *A* 4 spirito *A* imanamur (*corr. m. 2*) *A* 5 oblata AG^1Vv: oblita G^3 contuentur *v* 7 loqualibus *V* 8 similitudine *A* 10 conspiciuntur *v* 13 si *AV*: *om. v* 15 summam (m *del. m. 2*) *A* 16 puto quod — 18 dicitur *AGPv*: *om. MV* 18 quantumque *A* 19 in] *om. v* enigmate *libri* 20 corporibus et ab omnibus] *om. v* 22 putanda *PVv*: pacanda *A* 24 de illa *APv*: *om. V* ut *Av*: quod *V* eam] ea *A* 25 simile *A* 26 pulchritudine molis *Av*: pulchritudinem oculis *V* 27 magnitudinem (m *del. m. 1*) *V*

turae. et si discreta est a comparatione bonorum animi nostri, qualia sunt sapientia, iustitia, caritas, castitas et cetera talia, quae profecto non mole corporis pendimus nec eorum quasi corporeas formas cogitatione figuramus, sed ea quando recte intellegimus, sine aliqua corpulentia uel similitudine corpulentiae in luce mentis aspicimus: quanto est ab omnium qualitatum et quantitatum corporalium comparatione discretior? non eam tamen a nostro intellectu omnino abhorrere apostolus testis est, ubi ait: inuisibilia enim eius a constitutione mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus ac diuinitas. ac per hoc, cum eadem trinitas fecerit et corpus et animam, sine dubitatione est utroque praestantior. anima itaque considerata maxime humana et rationalis atque intellectualis, quae ad eius imaginem facta est, si cogitationes nostras et intellegentias non euicerit, sed eius quod habet praecipuum, id est ipsam mentem atque intellegentiam, mente atque intellegentia potuerimus apprehendere, non erit fortassis absurdum, ut eam ad suum quoque creatorem intellegendum ipso adiuuante meditemur attollere. si autem in se ipsa deficit sibique succumbit, pia fide contenta sit, quamdiu peregrinatur a domino, donec fiat in homine quod promissum est, faciente illo, qui potens est, sicut ait apostolus, facere supra quam petimus et intellegimus.

Restat itaque, ut ita credamus unius esse substantiae trinitatem, ut ipsa essentia non aliud sit quam ipsa trinitas. ad quam uidendam quantumlibet in hac uita proficiamus, per speculum erit et in aenigmate quod uidebimus. cum uero

9 Rom. 1, 20 22 cf. II Cor. 5, 6 23 Eph. 3, 20

3 talia] alia *A* nec] non *A* 5 corpulentia] copulentia *V* uel *AV*: siue *v* 9 testes *A* 14 maximae *A* humana et] humanae *V* 17 quod] quid *v* 18 mente atque intellegentia] *eras. V; om. v* appraehendere *A* 20 attollere] re *eras. V* 21 in se] ipse (p *in* n *corr. m. 1*) *V* 22 quamdio *A* 26 sub'tantiae *A* 29 enigmate *libri*

quod in resurrectione promittitur spiritale corpus habere coeperimus, siue illam mente siue mirabili modo, quoniam ineffabilis est spiritalis corporis gratia, etiam corpore uideamus, non tamen per locorum interualla nec in parte minorem, in parte maiorem, quoniam non est corpus et ubique tota est, pro nostra capacitate uidebimus.

Quod uero posuisti in epistula tua, uideri tibi, uel potius quod uidebatur tibi nihil uiuum secundum substantiam inesse iustitiae ideoque te non posse adhuc deum, id est uiuentem naturam iustitiae similem cogitare, „quia iustitia" sicut dicis „non in se, sed in nobis uiuit, immo potius nos secundum illam uiuimus, ipsa uero per se iustitia nequaquam uiuit": ad hoc ut tibi ipse respondeas, illud intuere, utrum recte dici possit uitam ipsam non uiuere, qua fit, ut uiuat quidquid non falso dicimus uiuere. puto enim absurdum tibi uideri, ut per uitam uiuatur et uita non uiuat. porro si uita ipsa praecipue uiuit, qua uiuit omne quod uiuit, recole, obsecro, quas dicat scriptura diuina animas mortuas; profecto inuenies iniustas, impias, infideles. nam licet per illas uiuant corpora impiorum, de quibus dictum est, quod mortui sepeliunt mortuos suos, et ibi intellegantur etiam iniquae animae non esse sine aliqua uita — neque enim aliter ex eis possent corpora uiuere, nisi qualicumque uita, qua omnino animae carere non possunt, unde immortales merito uocantur — non tamen ob aliud amissa iustitia dicuntur mortuae, nisi quia et animarum licet immortaliter uita qualicumque uiuentium uerior et maior uita iustitia est, tamquam uita uitarum; quae cum sunt in corporibus, etiam

21 cf. Matth. 8, 22

1 habere *Av*: debere *V* 2 mentem *A* 3 gratiam *A* uideamur *A* 4 minorem in parte *GPv*: minorem nec in parte G^3; *om. AMV* 7 epistola *v* 8 uidebatur] *om. v* uuum *A* 10 natura *v* quia *V*: quae *APv* 11 nos *Av*: non *V* 13 ad hoc] adhuc *v* 17 qua *Av*: qui *V* 21 sepeliunt *V*: sepeliant *Av* intelleguntur *A* 23 qua] qu*a (i *ras.*) *A* 27 qualiscumque *v* iustitia est] iustitiae *v* 28 uita] uitam *A*

ipsa corpora uiua sunt, quae per se ipsa uiuere nequeunt. quapropter si animae non possunt nisi etiam in se ipsis utcumque uiuere, quia ex eis uiuunt et corpora, a quibus deserta moriuntur: quanto magis uera iustitia etiam in se ipsa uiuere intellegenda est, ex qua sic uiuunt animae, ut hac amissa mortuae nuncupentur, quamuis quantulacumque uita non desinant uiuere.

Ea porro iustitia, quae uiuit in se ipsa, procul dubio deus est atque incommutabiliter uiuit. sicut autem, cum sit in se ipsa uita, etiam nobis fit uita, cum eius efficimur utcumque participes: ita, cum in se ipsa sit iustitia, etiam nobis fit iustitia, cum ei cohaerendo iuste uiuimus et tanto magis minusue iusti sumus, quanto illi magis minusue cohaeremus. unde scriptum est de unigenito filio dei, cum sit utique patris sapientia atque iustitia et semper in se ipsa sit, quod factus sit nobis a deo sapientia et iustitia et sanctificatio et redemtio, ut, quemadmodum scriptum est, qui gloriatur, in domino glorietur. quod quidem et ipse uidisti addendo atque dicendo: „nisi forte non haec humanae aequitatis, sed illa quae deus est sola asseratur esse iustitia“. est plane ille summus deus uera iustitia uel ille uerus deus summa iustitia, quam profecto esurire ac sitire, ea nostra est in hac peregrinatione iustitia, et qua postea saturari, ea nostra est in aeternitate plena iustitia. non ergo deum nostrae iustitiae similem cogitemus, sed cogitemus nos potius tanto similiores deo, quanto esse potuerimus eius participatione iustiores.

16 I Cor. 1, 30 sq.

1 nequaeunt *A* 3 eis *AV*: his *v* 6 nunccupentur *A* desinant] desinent *A* sinant *v* 9 in] *om. A* 10 eius *Vv*: eis *AP* efficiamur *A* 12 iustitiam *A* coherendo *Av* (*et* 13) magis *Av*: maius *V* (*cf. p. 44, 12*) 14 unigenitu *A* 19 ni^{si} forte (si *add. m. 2*) *A* 21 summus (us *ex* e *corr. m. 1*) *V* uel ille—iustitia *AGPv*: *om. V* 22 summa *GPv*: summus *A* profecto (to *ex* tu *corr.*) *A* sitire *V*: sitire debemus *APv* 24 nostra] nam *v* iustia^{ti} (ti *add. m. 2*) *A* 27 iustioris *A*

Si ergo cauendum est, ne iustitiae nostrae similem putemus deum, quoniam lumen, quod inluminat, incommutabiliter excellentius illo est quod inluminatur: quanto magis caueri oportet, ne aliquid inferius et quodam modo decoloratius eum esse credamus, quam est nostra iustitia? quid est autem aliud iustitia, cum in nobis est, uel quaelibet uirtus, qua recte sapienterque uiuitur, quam interioris hominis pulchritudo? et certe secundum hanc pulchritudinem magis quam corpus sumus ad imaginem dei. unde nobis dicitur: nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in nouitate mentis uestrae ad probandum uos, quae sit uoluntas dei, quod bonum et placitum et perfectum. si ergo non in mole neque in distantibus per loca sua partibus, sicut corpora siue cernuntur siue cogitantur, sed in uirtute intellegibili, qualis est iustitia, mentem dicimus seu nouimus seu uolumus pulchram et secundum hanc pulchritudinem reformamur ad imaginem dei: profecto ipsius dei, qui nos reformauit et reformat ad imaginem suam, non in aliqua mole corporea suspicanda est pulchritudo, eoque iustorum mentibus credendus est incomparabiliter pulchrior, quo est incommutabiliter iustior.

9 Rom. 12, 2

2 incommutabiliter *MV*: incomparabiliter *AGPv* 3 illo est *V*: est illo *AG* est illo *v* quod] quo *V* 4 decoloratius *AGv*: decoratius *V* 6 rectae *A* 7 sapienterque] sapienter quia G^1 11 mentes *A* 12 placitum] placitum est *A* bene placitum *P* 13 in mole] immobile *v* 16 hunc *A* 17 profectu *A* profecto — dei] *om. v* 18 in] *om. v* 19 pulchrido (tu *add. m. 2*) *V* pulcritudo *A* 20 incommutabiliter *MV*: incomparabiliter *AGPv*

CCXXIIII.

DE VNITATE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI, QVAE EST VNVS ET SOLVS ET VERVS DEVS. EX LIBRO DE TRINITATE I, TITVLO VI.

243 Qui dixerunt dominum nostrum Iesum Christum non esse deum aut non esse uerum deum aut non cum patre unum et solum deum aut non uere immortalem, quia mutabilem, manifestissima diuinorum testimoniorum et consona uoce conuicti sunt. unde sunt illa: in principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum. manifeste enim uerbum dei filium dei unicum accipimus, de quo post dicit: et uerbum caro factum est, propter natiuitatem incarnationis eius, quae facta est in tempore ex uirgine. in eo autem declarat non tantum deum esse sed etiam eiusdem cum patre substantiae, quia, cum dixisset: et deus erat uerbum, hoc erat, inquit, in principio aput deum; omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. neque enim dicit omnia, nisi quae facta sunt, id est omnem creaturam. unde liquido apparet ipsum factum non esse per quem facta sunt omnia; et si factus non est, creatura non est; si autem creatura non est, eiusdem cum patre substantiae est. omnis enim substantia, quae deus non est, creatura est, et quae creatura non est, deus est. et si non est filius eiusdem substantiae, cuius pater, ergo facta substantia est; si facta substantia est, non omnia per ipsum facta sunt; at si omnia per ipsum facta

9 Io. 1, 1 12 Io. 1, 14 15 Io. 1, 2 sq.

1 *cap.* CCXXVI *A* CCXLIII *P* CCXLIIII *G*; *om. v* 2 quae] qui *AGP* est] P^2 *in ras.*; sunt *AGP*^{1} 4 titulo VI] inter cetera et ad locum *A* 6 aut non cum—solum deum *AGPv*: *om. MV* non cum] non esse cum *Gv* 11 manifeste *MV*: manifestum *A* manifestum est *Gv* enim *MV*: enim quod *AGv* uerbum] uerum *Gv* filium dei *AGPv*: *om. MV* 15 quia] qui *v* 16 inquid *A* 17 apud *AGv* 21 si autem] et si *v* 25 substantia est non (est *add. m. 2*) *A* 26 at si—facta sunt *AGv*: *om. V* at *Gv*: ut *A*

sunt, unius igitur eiusdemque cum patre substantiae est, et ideo non tantum deus sed et uerus deus. quod idem Iohannes apertissime in epistula sua dicit: scimus, quod filius dei uenerit et dederit nobis intellectum, ut cognoscamus uerum et simus in uero, filio eius Iesu Christo. hic est uerus deus et uita aeterna.

Hinc etiam consequenter intellegitur non tantummodo de patre dixisse apostolum Paulum: qui solus habet immortalitatem, sed de uno et solo deo, quod est ipsa trinitas. neque enim ipsa uita aeterna mortalis est secundum aliquam mutabilitatem, ac per hoc filius dei, quia uita aeterna est, cum patre etiam ipse intellegitur, ubi dictum est: solus habet immortalitatem; eius enim uitae aeternae et nos participes facti pro modulo nostro immortales efficimur. sed aliud est ipsa cuius participes efficimur uita aeterna, aliud nos qui eius participatione uiuimus in aeternum. si enim dixisset: „quem temporibus propriis ostendit pater beatus et solus potens, rex regum et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem", nec sic inde separatum filium oporteret intellegi. neque enim, quia ipse filius alibi loquens uoce sapientiae — ipse est enim sapientia dei — ait: gyrum caeli circuiui sola, separauit a se patrem, quanto magis ergo non est necesse, ut tantummodo de patre praeter filium intellegatur quod dictum est: solus habet immortalitatem, cum ita dictum sit: ut serues, inquit, mandatum sine macula, inreprehensibile, usque in aduentum domini nostri Iesu Christi, quem temporibus pro-

3 I Io. 5, 20 8 (et 12) I Tim. 6, 16 21 cf. I Cor. 1, 24 Eccli. 24, 5 25 I Tim. 6, 14 sqq.

1 substantiae] substantia *V* 2 iohannis *A* 5 simus (i *ex* u *corr.*) *A* 7 intelligitur *A* 11 aetena *A* 13 aeternae] ueternae *A* 14 modolo *A* immortalis *A* 15 efficimus *v* uita aeterna *AGv*: uitae aeternae *V* 16 uiuimus *V*: uiuemus *AGv* 17 ostendit A^1G^1V: ostendet A^2G^2v 19 sic] sit *A* 21 girum *v* 22 circuiui *Vv*: circuii *A* 24 solus] qui solus *v* 25 inquid *A* 26 inrepraehensibile *A*

priis ostendit beatus et solus potens, rex regum et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem, quem nemo hominum uidit nec uidere potest; cui est honor et gloria in saecula saeculorum. in quibus uerbis nec pater proprie nominatus est nec filius nec spiritus sanctus, sed beatus et solus potens, rex regum et dominus dominantium, quod est unus et solus et uerus deus, ipsa trinitas.

Nisi forte quae secuntur conturbabunt hunc intellectum, quia dixit: quem nemo hominum uidit nec uidere potest, cum hoc etiam ad Christum pertinere secundum eius diuinitatem accipiatur, quam non uiderunt Iudaei, qui tamen carnem uiderunt et crucifixerunt. uideri autem diuinitas humano uisu nullo modo potest, sed eo uisu uidetur, quo iam qui uident, non homines, sed ultra homines sunt. recte ergo ipse deus trinitas intellegitur beatus et solus potens, ostendens aduentum domini nostri Iesu Christi temporibus propriis. sic enim dictum est: solus habet immortalitatem, quomodo dictum est: qui facit mirabilia solus. quod uelim scire, de quo dictum accipiunt; si de patre tantum, quomodo ergo uerum est quod ipse filius dicit: quaecumque enim pater facit, haec eadem et filius facit similiter? an quicquam est inter mirabilia mirabilius quam resuscitare et uiuificare mortuos? dicit autem idem filius: sicut pater suscitat mortuos et uiuificat, sic et filius quos uult uiuificat. quomodo ergo solus pater facit mirabilia, cum haec uerba nec patrem tantum nec

20 Ps. 71, 18 23 Io. 5, 19 26 Io. 5, 21

1 ostendet *v* potens] *om. v* 3 quem] que *A* 4 uidit *Vv*: uidet *A* 6 propriae *A* 10 sequuntur *AGv* conturbabunt] conturuabunt *V* perturbabunt *AGv* 11 uideri (ri *ex* re *corr.*) *G* 13 eius *V*: eiusdem *AGv* 15 humano uisu *AGv*: h. usu *V* eo] ideo *v* uiso (o *ex* u *corr.*) *A* 18 ostendens] *om. A* 21 uelim *AV*: uellem *Gv* dictum] dictum est G^1 dictum esse G^2v accipiunt *V*: accipiant *AGv* 22 quomodo] modo *A* ergo] *om. Gv* 24 filius] filius similiter G^1 25 autem] h*** *v*

filium tantum permittant intellegi, sed utique deum unum, uerum, solum, id est patrem et filium et spiritum sanctum?

Item dicit idem apostolus: nobis unus deus pater, ex quo omnia et nos in ipso, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum. quis dubitet eum omnia quae creata sunt dicere, sicut Iohannes: omnia per ipsum facta sunt? quaero itaque, de quo dicit alio loco: quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia, ipsi gloria in saecula saeculorum? si enim de patre et filio et spiritu sancto, ut singulis personis singula tribuantur, ex ipso, ex patre, per ipsum, per filium, in ipso, spiritu sancto, manifestum, quod pater et filius et spiritus sanctus unus deus est, quando singulariter intulit: ipsi gloria in saecula saeculorum. unde enim coepit hunc sensum, non ait: o altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae „patris aut filii aut spiritus sancti", sed sapientiae et scientiae dei; quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae ipsius. quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia; ipsi gloria in saecula saeculorum. amen. si autem hoc de patre tantummodo intellegi uolunt, quomodo ergo omnia per patrem sunt, sicut hic dicitur, et omnia per filium, sicut ad Corinthios, ubi ait: et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, et sicut in euangelio Iohannis: omnia per ipsum facta sunt? si enim alia per patrem, alia per filium, iam non omnia per patrem nec omnia per filium; si autem omnia per patrem et

3 (et 25) I Cor. 8, 6 7 (et 27) Io. 1, 3 8 (et 15) Rom. 11, 33 sqq.

1 intellegi *AV*: intellegant *v* 7 omnia] *om. G*¹ 11 patre (*om.* ex) *G*¹*Pv* 12 filium (*om.* per) *G*¹*Pv* spiritu *APV*: in spiritu *Gv* 16 fili *V* 18 inuistigabiles *A* ipsius *AV*: eius *v* 20 prior dedit illi *V*: ei prior dedit *AGv* 24 patrem *v*: patre *AV* sunt] *om. v* 29 nec *PVv*: et *A* autem] haec *v*

omnia per filium, eadem per patrem quae per filium. aequalis ergo patri est filius et inseparabilis operatio est patris et filii, quia, si uel filium fecit pater, quem non fecit ipse filius, non omnia per filium facta sunt; at omnia per filium facta sunt: ipse igitur factus non est, ut cum patre faceret omnia, quae facta sunt. quamquam nec ab ipso uerbo tacuerit apostolus et apertissime omnino dixerit: qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo, hic deum proprie patrem appellans, sicut alibi: caput autem Christi deus est.

Similiter et de spiritu sancto collecta sunt testimonia, quibus ante nos qui haec disputauerunt abundantius usi sunt, quia et ipse deus, et non creatura. quod si non creatura, non tantum deus — nam et homines dicti sunt dii — sed etiam uerus deus. ergo patri et filio prorsus aequalis et in trinitatis unitate consubstantialis et coaeternus. maxime uero illo loco satis claret, quod spiritus sanctus non sit creatura, ubi iubemur non seruire creaturae, sed creatori, non eo modo, quo iubemur per caritatem seruire inuicem, quod est graece δουλεύειν, sed eo modo, quo tantum deo seruitur, quod est graece λατρεύειν; unde idololatrae dicuntur qui simulacris eam quae deo debetur exhibent seruitutem. secundum hanc enim seruitutem dictum est: dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies. nam hoc distinctius in graeca scriptura inuenitur: λατρεύσεις enim habet. porro si tali serui-

7 Philipp. 2, 6 10 I Cor. 11, 3 14 cf. Ps. 81, 6 18 cf. Rom. 1, 25 19 cf. Gal. 5, 13 23 Deut. 6, 13

1 quae per filium] q. p filium *A* 2 ergo patri est *V*: est ergo p. *A* ergo patri *v* patris] patri *A* 3 uel filium] sine filio *v* 4 at omnia — facta sunt] *om. A*; *add. P*² *in ras.* 6 ipso *Av*: ipse *V* 9 propriae *A* patrem proprie *v* 10 est *V*: *om. AGv* 12 usi *Av*: uisi *V* 13 qua *V* 14 tantum *AV*: tamen *v* dii] di *A* deus uerus *A* 15 in] *om. A* 19 est] *add. A*² *supr. uers.* 20 ΔΟΥΛΕΥΕΙΝ *V*: duleuin *AGv* quo] quod *v* 21 ΛΑΤΡΕΥΕΙΝ *V*: latreuin *AGv* idololatriae *V* idolatre *AGv* 22 seruitutem exhibent (exibent *A*) quae debetur deo *AGv* 25 inuenitur] *om. G*¹*v* ΛΑΤΡΕΥCΙC *V* latreusis *AGv*

tute creaturae seruire prohibemur — quando quidem dictum est: dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies; unde et apostolus detestatur eos qui coluerunt et seruierunt creaturae potius quam creatori — non est utique creatura spiritus sanctus, cui ab omnibus sanctis talis seruitus exhibetur dicente apostolo: nos enim sumus circumcisio, spiritui dei seruientes, quod est in graeco λατρεύοντες; plures enim codices etiam latini sic habent: qui spiritui dei seruimus; graeci autem omnes aut paene omnes. in nonnullis autem exemplaribus latinis inuenimus non spiritui dei seruimus, sed spiritu deo seruimus. sed qui in hoc errant et auctoritati grauiori cedere detractant, numquid et illud uarium in codicibus reperiunt: nescitis, quia corpora uestra templum in uobis est spiritus sancti, quem habetis a deo? quid autem insanius magisque sacrilegum est, quam ut quisquam dicere audeat membra Christi templum esse creaturae minoris secundum ipsos, quam Christus est? alio enim loco dicit: corpora uestra membra sunt Christi. si autem quae membra sunt Christi, templum est spiritus sancti, non est creatura spiritus sanctus, quia cui corpus nostrum templum exhibemus, necesse est, ut huic eam seruitutem debeamus, qua non nisi deo seruiendum est, quae graece appellatur λατρεία. unde consequenter dicit: glorificate ergo et portate deum in corpore uestro.

2 Deut. 6, 13 6 Philipp. 3, 3 13 I Cor. 6, 19 18 I Cor. 6, 15 24 I Cor. 6, 20

1 seruire creaturae *v* seruire] *om.* G^1 3 testatur G^1 5 omnibus] hominibus *A* 7 ΛΑΤΡΕΥΟΝΤΕϹ *V*: latreuontes *A* G^3 latreuolentes G^1v 8 sic] *om.* *v* 9 autem] autem haec *v* 11 spiritu* (i *ras.*) *G* 12 auctoritate A^1G^1v detractant (e *add. m. 3*) *G* 13 repperiunt *GVv* 14 sancti] scs *v* 15 magisque] maiusque *v* 17 quam] qua *v* 20 sancti] scs *v* sanctus *AGPv*: sci *V* 23 quae] quod *v* ΛΑΤΡΙΑ *V* latria *AGv* 24 corpore uestro AG^3V: cordibus uestris G^1v

CCXXV.

QVOD VNIGENITVS DEI FILIVS PROPTER FORMAM SERVI MINOR PATRE DICATVR, QVI IN FORMA DEI AEQVALIS EST PATRI. EX LIBRO DE TRINITATE SVPRA SCRIPTO, TITVLO VII.

244 [His et talibus diuinarum scripturarum testimoniis, quibus, ut dixi, priores copiosius usi expugnauerunt haereticorum tales calumnias uel errores, insinuatur fidei nostrae unitas et aequalitas trinitatis. sed] quia multa in sanctis libris propter incarnationem uerbi dei, quae pro salute nostra reparanda facta est, ut mediator dei et hominum esset homo Christus Iesus, ita dicuntur, ut maiorem filio patrem significent uel etiam apertissime ostendant: errauerunt homines minus diligentes, scrutantes uel intuentes uniuersam seriem scripturarum, et ea quae de Christo Iesu secundum hominem dicta sunt ad eius substantiam, quae ante incarnationem sempiterna erat et sempiterna est, transferre conati sunt. et illi quidem dicunt minorem esse filium, quam pater est, quia scriptum est ipso domino dicente: pater maior me est. ueritas autem ostendit secundum istum modum etiam se ipso minorem filium; quomodo enim non etiam se ipso minor factus est qui semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens? neque enim sic accepit formam serui, ut amitteret formam dei, in qua erat aequalis patri. si ergo ita accepta est forma serui, ut non amitteretur forma dei, cum et in forma serui et in forma dei idem ipse sit filius unigenitus dei patris, in forma dei aequalis patri, in forma serui mediator dei et hominum, homo Christus Iesus: quis non intellegat, quod in

10 cf. I Tim. 2, 5 18 Io. 14, 28 21 Philipp. 2, 7

1 *cap.* CCXXVII *A* CCXLIIII *P* CCXLV *Gv* 4 ex] ex eodem *AGPv* supra scripto] *om. AGPv* titulo VII] *om. A* 5 *quae uncinis inclusi om. MV* 6 hereticorum *AGv* 7 insinuatur] et insinuata est G^2v 12 ostendent *V* diligentes *V*: diligenter *Av* 13 uniuersa *V* 14 quae *AGv*: *om. V* 17 filium esse *Av* pater est *AV*: patrem *v* 18 dicentem *A* 19 secundum] se secundum *V* 20 minor] *om. v* 25 patris *AV*: patris et *v*

forma dei etiam ipse se ipso maior est, in forma autem serui etiam se ipso minor est? non itaque immerito scriptura utrumque dicit, et aequalem patri filium et patrem maiorem filio; illud enim propter formam dei, hoc autem propter formam serui sine ulla confusione intellegitur. et haec nobis regula per omnes sanctas scripturas dissoluendae huius quaestionis ex uno capite epistulae Pauli apostoli promitur, ubi manifestius ista distinctio commendatur. ait enim: qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus et habitu inuentus ut homo. est ergo dei filius deo patri natura aequalis, habitu minor; in forma enim serui, quam accepit, minor est patre, in forma autem dei, in qua erat etiam antequam hanc acciperet, aequalis est patri. in forma dei uerbum, per quod facta sunt omnia, in forma autem serui factus ex muliere, factus sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. proinde in forma dei fecit hominem, in forma serui factus est homo. nam si pater tantum sine filio fecisset hominem, non scriptum esset: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. quia forma dei accepit formam serui, utrumque deus, utrumque homo; sed utrumque deus propter accipientem deum, utrumque autem homo propter acceptum hominem. neque enim illa susceptione alterum eorum in alterum conuersum atque mutatum est; nec diuinitas quippe in creaturam mutata

8 Philipp. 2, 6 sqq. 16 cf. Io. 1, 3 17 cf. Gal. 4, 4 sq. 20 Gen. 1, 26

2 etiam] etiam ipse *A* 3 maiorem] minorem *v* 6 scripturas sanctas *v* 7 capite *V*: capitulo *Av* epistolae *v* manifestius (u *ex* a (?) *corr. m. 2*) *V* 9 rapina *A* 10 ipso *A* 11 similitudine *V* (*cf. gr.* ἐν ὁμοιώματι): similitudinem *Av* 12 inuentu *A* 14 accipit *A* 15 hanc *V*: hac *A*; *om. v* acciperet *V*: accepisset *Pv* accipisset *A* 18 redemeret *A* 19 forma] *om. v* 22 quia *V*: ergo quia *AGPv* forma] in forma *A* formā G^1 25 alterum] in *A* conuersus *v* 26 mutatus *v* quippe] *om. A* creatura *A*

est, ut desisteret esse diuinitas, nec creatura in diuinitatem, ut desisteret esse creatura.

[DE SVBIECTIONE, QVA FILIVS SVBICIENDVS DICITVR PATRI. EX EODEM LIBRO DE TRINITATE.

245 Illud autem quod ait idem apostolus: cum autem ei omnia subiecta fuerint, tunc et ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia aut ideo dictum est, ne quisquam putaret habitum Christi, qui ex humana creatura susceptus est, conuersum iri postea in ipsam diuinitatem uel, ut certius expresserim, deitatem, quae non est creatura, sed est unitas incorporea trinitatis et incommutabilis et sibimet consubstantialis et coaeterna natura, aut, si quisquam contendit, ut aliqui senserunt, ita dictum: et ipse filius subiectus erit qui illi subiecit omnia, ut ipsam subiectionem commutationem et conuersionem credat futuram creaturae in ipsam substantiam uel essentiam creatoris, id est ut quae fuerat substantia creaturae fiat substantia creatoris, certe uel hoc concedit quod non habet ullam dubitationem, nondum hoc fuisse factum, cum dominus diceret: pater maior me est. dixit enim hoc, non solum antequam ascendisset in caelum, uerum etiam antequam passus resurrexisset a mortuis. illi autem qui putant humanam in eo

5 (et 13) I Cor. 15, 28 20 Io. 14, 28

1 creaturam G^1V diuinitate A 2 disisteret A creatura] creatura CCXXVIII ex eodem libro primo *explicit liber* A 3 *quae uncinis inclusi desunt in* MV *cap.* CCXLV P CCXLVI Gv 4 trinitate] t. I° titulo VII° v 6 ipse (e *ex* i *corr.*) P subiect**us (ur *eras.*) G 8 quisquam Gv: quisque P 9 conuersum G^2v: conuersus G^1P iri a: *om.* GPv 11 trinitatis G^3: trinitas G^1Pv 12 quisquam Gv: quisque P 13 contendit] condit P ut] *ut (a *ras.*) G aliqui G^3P: aliquis G^1v senserunt G^3P: senserit G^1v 14 erit] erit (ei *add. m. 3*) G 15 commutationem G^3: *om.* G^1Pv credit (a *add. m. 3 ?*) P 17 fuerat substantiae P

naturam in deitatis substantiam mutari atque conuerti et ita dictum: tunc et ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia, ac si diceretur: tunc et ipse filius hominis et a uerbo dei suscepta humana natura commutabitur in eius naturam, qui illi subiecit omnia: tunc futurum putant, cum post diem iudicii regnum tradiderit deo et patri, ac per hoc etiam secundum istam opinionem adhuc pater maior est quam forma serui, quae de uirgine accepta est. quod si et aliqui hoc affirmant, quod iam fuerit in dei substantiam mutatus homo Christus Iesus, illud certe negare non possunt, quod adhuc natura hominis manebat, quando ante passionem dicebat: quoniam pater maior me est. unde nulla cunctatio est secundum hoc esse dictum, quod forma serui maior est pater, cui in forma dei aequalis est filius. nec quisquam, cum audierit quod ait apostolus: cum autem dixerit, quia omnia subiecta sunt, manifestum, quia praeter eum qui subiecit illi omnia, ita existimet de patre intellegendum, quod subiecerit omnia filio, ut ipsum filium sibi omnia subiecisse non putet; inseparabilis enim est operatio patris et filii. alioquin nec ipse pater sibi subiecit omnia, sed filius ei subiecit, qui ei regnum tradidit et euacuat omnem principatum et omnem potestatem et uirtutem. de filio quippe ista dicta sunt: cum tradiderit, inquit, regnum deo et patri, cum euacuauerit omnem principatum et omnem potestatem et uirtutem; ipse enim subiecit qui euacuat.

2 I Cor. 15, 28 12 Io. 14, 28 15 I Cor. 15, 27 23 I Cor. 15, 24

5 futurum G^3P: futuram G^1v 6 deo Gv: dei P 7 oppinionem G adhuc] ad hoc P 8 formam v 13 formae G^2v 14 cui Gv: cum P nec] ne G quisquam Gv: quisque P 16 manifestum] manifestum est v 17 illi omnia Gv: omnia illi P 18 subierit (ce *add. m. 2*) P filio] filius P 21 qui] q; P 23 et patri G^2v: patri G^1P 24 euacuerit (au *add. m. 2*) P 25 potes***tatem P

Nec sic arbitremur Christum traditurum regnum deo et patri, ut adimat sibi; nam et hoc quidam uaniloqui crediderunt. cum enim dicitur tradere regnum deo et patri, non separatur ipse, quia simul cum patre unus deus est. sed diuinarum scripturarum incuriosos et contentionum studiosos fallit uerbum, quod positum est, donec; ita namque sequitur: oportet enim illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus suis, tamquam cum posuerit non sit regnaturus, nec intellegunt ita dictum, sicut est illud: confirmatum est cor eius; non commouebitur, donec uideat super inimicos suos; non enim, cum uiderit, iam commouebitur.]

CCXXVI.

DE REGNO, QVOD PATRI FILIVS DICITVR TRADITVRVS. EX LIBRO DE TRINITATE SVPRA SCRIPTO, TITVLO VIII.

246 Quid ergo est: cum tradiderit regnum deo et patri? quasi modo non habeat regnum deus et pater. sed quia omnes iustos, quibus nunc regnat ex fide uiuentibus, mediator dei et hominum homo Christus Iesus perducturus est ad speciem, quam uisionem dicit idem apostolus facie ad faciem, ita dictum est: cum tradiderit regnum deo et patri, ac si diceretur: „cum perduxerit credentes ad contemplationem dei et patris“. sicut enim dicit: omnia mihi tradita sunt a patre meo, et nemo nouit filium nisi pater; neque patrem quis nouit nisi filius et

3 I Cor. 15, 24 sq. 9 Ps. 111, 8 20 I Cor. 13, 12 23 Matth. 11, 27

1 arbitrem^{ur} (ur *add. m. 2*) *G* Christum] *om. P* deo^{et} patri (et *add. m. 2*) *G* 3 tradere *P*: tradidit *Gv* 5 incuriosus G^1P studiosus G^1P 6 falli G^1P uerbo G^2; *om. v* namque G^3: quę̄ nam *P* etiam quod G^1v 7 illum (m *ex* d *corr.*) *P* 8 cum posuerit G^3: posuerit G^1P postea G^2v 13 *num. et inscriptionem om. GPv* 18 quibus *PV*: in quibus *Gv* n^{unc} regnat (unc *add. m. 2*) *P* regnat nunc *v* 23 sicut G^1MV: sic *v*

cui uoluerit filius reuelare, tunc reuelabitur a filio pater, cum euacuauerit omnem principatum et omnem potestatem et uirtutem, id est ut necessaria non sit dispensatio similitudinum per angelicos principatus et potestates et uirtutes. ex quarum persona non inconuenienter intellegitur dici in cantico canticorum ad sponsam: similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti, quoad usque rex in recubitu suo est, id est quoad usque Christus in secreto suo est, quia uita nostra abscondita est cum Christo in deo; cum Christus, inquit, apparuerit, uita uestra, tunc et uos cum ipso apparebitis in gloria. quod antequam fiat, uidemus nunc per speculum in aenigmate — hoc est in similitudinibus — tunc autem facie ad faciem.

Haec enim nobis contemplatio promittitur actionum omnium finis atque aeterna perfectio gaudiorum. filii dei enim sumus, et nondum apparuit quod erimus; scimus, quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebimus eum, sicuti est. quod enim dixit famulo suo Moysi: ego sum qui sum; et dices itaque filiis Israhel: qui est, misit me ad uos: hoc contemplabimur, cum uiuemus in aeternum. ita quippe ait: haec est uita aeterna, ut cognoscant te unum uerum deum et quem misisti Iesum Christum. hoc fiet, cum uenerit dominus et inluminauerit occulta tenebrarum, cum tenebrae mortalitatis huius corruptionisque transierint. tunc erit mane nostrum, de quo in psalmo dicitur: mane ad-

2 I Cor. 15, 24 6 Cant. 1, 11 sq. 9 Col. 3, 3 sq. 12 I Cor. 13, 12 16 I Io. 3, 2 20 Ex. 3, 14 22 Io. 17, 3 25 cf. I Cor. 4, 5 27 Ps. 5, 4

4 similitudinis *v* 8 quoad usque] quo usque *v* 11 apparebitis cum ipso *Gv* 13 enigmate *GPVv* 15 haec] hac *v* contemplatione *v* 16 dei enim *V*: enim dei *Gv* 17 quod *V*: quid *G*; *deest in v* 20 dices (e *ex* i *corr.*) *P* itaque G^2Vv: sic** (in *ras.*) *P*; *om.* G^1 21 contemplabitur *v* 22 uiuemus (e *ex* i *corr.*) *P* 23 est uita *V*: est autem uita *GPv* unum *V*: solum *Gv*

stabo tibi et contemplabor. de hac contemplatione intellego dictum: cum tradiderit regnum deo et patri, id est cum perduxerit iustos, quibus nunc ex fide uiuentibus regnat mediator dei et hominum homo Christus Iesus, ad contemplationem dei et patris. [si desipio, corrigat me qui melius sapit; mihi aliud non uidetur. neque enim quaeremus aliud, cum ad illius contemplationem peruenerimus, quae nunc non est, quamdiu gaudium nostrum in spe est. spes autem, quae uidetur, non est spes; quod enim uidet quis, quid sperat? si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus, quoad usque rex in recubitu suo est. tunc erit quod scriptum est: adimplebis me laetitia cum uultu tuo. illa laetitia nihil amplius requiretur, quia nec erit quod amplius requiratur. ostendetur enim nobis pater et sufficiet nobis. quod bene intellexerat Philippus, ut diceret: domine, ostende nobis patrem et sufficit nobis; sed nondum intellexerat eo quoque modo id ipsum se potuisse dicere: „domine, ostende nobis te, et sufficit nobis". ut enim hoc intellegeret, responsum est ei a domino: tanto tempore uobiscum sum, et non cognouistis me? Philippe, qui uidet me, uidet et patrem. sed quia uolebat eum ex fide uiuere, antequam illud posset uidere, secutus est et ait: non credis, quia ego in patre et pater in me? quamdiu enim sumus in corpore, peregrinamur a domino; per fidem enim ambulamus, non per speciem. contemplatio quippe merces

2 I Cor. 15, 24 8 Rom. 8, 24 sq. 12 cf. Cant. 1, 12 Ps. 15, 11 16 Io. 14, 8 sqq. 25 II Cor. 5, 6 sq.

1 de] *om. v* 3 quibus G^1V: in quibus G^2v 5 *quae uncinis inclusi desunt in MV* desipio (p *in ras. G*) *Gv*: desideo *P* 6 queremus *v* quaerimus *GP* 10 quid (d *ex* t *corr.*) *P* 12 in recubitu *scripsi* (*cf. p. 733, 8*): cubito G^1 recubito *P* in accubitu G^2v 15 ostendetur G^3: ostenditur *P* ostendet G^1v pater] patrem G^2Pv sufficiat G^1v 17 sufficiet G^1v 18 potuisse G^3P: potius G^2v 21 uidet me *P*: me uidet *Gv* uidet et *Gv*: uid et *P* 25 peregrinam^{ur} (ur *add. m. 2*) *G* 26 mercis *P*

est fidei, cui mercedi per fidem corda mundantur, sicut scriptum est: mundans fide corda eorum. probatur autem, quod illi contemplationi corda mundantur, illa maxime sententia: beati mundicordes, quoniam ipsi deum uidebunt. et quia haec est uita aeterna, dicit deus in psalmis: longitudine dierum replebo eum et ostendam illi salutare meum. siue ergo audiamus: „ostende nobis filium", siue audiamus: ostende nobis patrem, tantundem ualet, quia neuter sine altero potest ostendi. unum quippe sunt, sicut ait: ego et pater unum sumus. denique propter ipsam inseparabilitatem sufficienter aliquando nominatur uel pater solus uel filius solus adimpleturus nos laetitia cum uultu suo.

Nec inde separatur utriusque spiritus, id est patris et filii spiritus, qui spiritus sanctus proprie dicitur spiritus ueritatis, quem hic mundus accipere non potest. hoc est enim plenum gaudium nostrum, quo amplius non est, frui trinitatis deo, ad cuius imaginem facti sumus. propter hoc aliquando ita loquitur de spiritu sancto, tamquam ipse solus sufficiat ad beatitudinem nostram; et ideo solus sufficit, quia separari a patre ac filio non potest, sicut et pater solus sufficit, quia separari a filio et spiritu sancto non potest, et filius ideo sufficit solus, quia separari a ⟨patre et⟩ spiritu sancto non potest. quid enim sibi uult quod ait: si diligitis me,

2 Act. 15, 9 4 Matth. 5, 8 6 Ps. 90, 16 10 Io. 10, 30 12 cf. Ps. 15, 11 15 Io. 14, 17 24 Io. 14, 15 sqq.

1 cui *G*: cum *P* cuius *v* mercede *GPv* 3 illi *P*: illa *Gv* contemplatione *Gv* mundentur *P* 4 sententiae *P* mundicordes *a*: mundocordes *P* mundi corde *Gv* 5 deus *P*: dominus *Gv* 6 longitudinem *P* 7 audiamus (i *ex* e *corr.*) *P* 8 tandundem *P* 9 ualeat *P* ostendi (i *ex* e *corr.*) *P* 10 denique *Gv*: deinde *F* 12 adimpleturos P^1 adimpletos P^2 17 est enim *Gv*: ē nim *P* 18 trinitatis *P*: trinitate *Gv* deo *P*: dei G^2v 19 solus] *om. Gv* 20 sufficit *P*: sufficiat *Gv* 21 separare *P* ac *Gv*: et *P* sicut et *P*: sicut *Gv* 22 quia] quam G^1 23 a *Gv*: ab *P* patre et *a*: *om. GPv* 24 diligis (ti *add. m. 2*) *P*

mandata mea seruate. et ego rogabo patrem, et alium aduocatum dabit uobis, ut uobiscum sit in aeternum, spiritum ueritatis, quem hic mundus accipere non potest, id est dilectores mundi? animalis autem homo non percipit quae sunt spiritus dei. sed adhuc uideri potest ideo dictum: et ego rogabo patrem, et alium aduocatum dabit uobis, quasi non sufficiat solus filius. illo autem loco ita de illo dictum est, tamquam solus omnino sufficiat: cum uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. numquid ergo hinc separatur, tamquam ipse non doceat omnem ueritatem? aut quasi hoc impleat spiritus sanctus quod minus potuit docere filius? dicant ergo, si placet, maiorem esse filio spiritum sanctum, quem minorem illo solent dicere. an quia non dictum est: „ipse solus“ aut: „nemo nisi ipse uos docebit omnem ueritatem“, ideo permittunt, ut cum illo docere credatur et filius? apostolus ergo separauit filium ab sciendis his quae sunt dei, ubi ait: sic et quae sunt dei nemo scit nisi spiritus dei, ut iam isti peruersi possent ex hoc dicere, quod et filium non doceat quae dei sunt nisi spiritus sanctus tamquam maior minorem; cui filius ipse tantum tribuit, ut diceret: quia haec locutus sum uobis, tristitia cor uestrum impleuit. sed ego ueritatem dico: expedit uobis, ut ego eam. nam si non abiero, aduocatus non ueniet ad uos. hoc autem dixit non propter inaequalitatem uerbi dei et spiritus sancti, sed tamquam impedimento esset praesentia filii hominis apud eos, quominus ueniret ille

4 I Cor. 2, 14 9 Io. 16, 13 18 I Cor. 2, 11 22 Io. 16, 6 sq.

4 dilectores (i *ex* e *corr.*) *G* animales P^1 5 sunt] *om.* *P* 9 uenerit] uenēr *P* 11 separatur] s. ^{filius} (filius *add. m. 3*) *G* 13 maiorem *P*: minorem *Gv* esse filio—16 omnem ueritatem] P^2 *in ras. et in mg.* 14 sanctum] *om.* *P* 17 quae *Gv*: qui *P* 19 possent *GPv*: possint *a* 20 filium *a*: filius *GPv* 21 ipse G^3P: ipsum G^1 ipsi *v* 22 uobis *P*: *om.* *Gv* 26 spiritu sancto *P* 27 esset *Gv*: esse *P* ille G^2v: illi G^1P

qui minor non esset, quia non semet ipsum exinaniuit sicut filius, formam serui accipiens.

QVOD VTILE CREDENTIBVS FVERIT, VT AD PATREM IN FORMA SERVI CHRISTVS ASCENDERIT. EX EODEM LIBRO TITVLO VIIII.

Oportebat ergo, ut auferretur ab oculis eorum forma serui, 247
quam intuentes hoc solum esse Christum putabant quod uidebant. inde est et illud quod ait: si diligeretis me, gauderetis, quoniam eo ad patrem, quia pater maior me est, id est propterea me oportet ire ad patrem, quia, dum me ita uidetis et ex hoc quod uidetis aestimatis, minor sum patre, atque ita circa creaturam susceptumque habitum occupati aequalitatem, quam cum patre habeo, non intellegitis. inde est et illud: noli me tangere; nondum enim ascendi ad patrem meum. tactus enim tamquam finem facit notionis, ideoque nolebat in eo esse finem intenti cordis in se, ut hoc quod uidebatur tantummodo putaretur. ascensio autem ad patrem erat ita uideri, sicut aequalis est patri, ut ibi esset finis uisionis, quae sufficit nobis.]

CCXXVII.

QVOMODO TRADITVRVS SIT REGNVM FILIVS PATRI. EX LIBRO DE TRINITATE SVPRA SCRIPTO, TITVLO X.

[Sed propter insinuationem trinitatis personis etiam sin- 248
gulis nominatis dicuntur quaedam, non tamen aliis separatis

1 cf. Philipp. 2, 7 8 Io. 14, 28 14 Io. 20, 17

1 semet ipsum non G^2v 2 forma *P* 3 *cap.* CCXLVI *P* CCXLVII *Gv*; *deest in MV* 4 ex] ut ex *P* 6 auferretur G^3: auferetur G^1P auferatur G^2v 11 et] *del.* G^2; *om. v* 12 sum] ē G^2 *in ras. 2 litt.*; *om. v* creaturam G^3: creaturae G^1Pv 13 intellegetis G^1 14 inde *Pv*: unde *G* et] *om. v* 16 ideo^{que} (que *add. m. 2*) *v* 19 esset] esse *v* 20 *cap.* CCXLVII *P* CCXLVIII *Gv* 21 ex] ex eodem *GPv* 22 de trinitate s̃s *MV*: *om. GPv* 23 *quae uncinis inclusi om. MV*

intelleguntur propter eiusdem trinitatis unitatem unamque substantiam atque deitatem patris et filii et spiritus sancti.]

Tradet itaque regnum deo et patri dominus noster Iesus Christus non se inde separato nec spiritu sancto, quoniam perducet credentes ad contemplationem dei, ubi est finis omnium bonarum actionum et requies sempiterna et gaudium, quod non auferetur a nobis. hoc enim significat in eo quod dicit: iterum uidebo uos, et gaudebit cor uestrum, et gaudium uestrum nemo auferet a uobis. huius gaudii similitudinem praesignabat Maria sedens ad pedes domini et intenta in uerbum eius, quieta scilicet ab omni actione et intenta in ueritatem secundum quendam modum, cuius capax est ista uita, quo tamen praefiguraret illud quod futurum est in aeternum. Martha quippe sorore sua in necessitatis actione conuersante quamuis bona et utili, tamen cum requies successerit transitura, ipsa requiescebat in uerbo domini, et ideo dominus conquerenti Marthae, quod eam soror non adiuuaret, respondit: Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea; non partem malam dixit quod agebat Martha, sed istam optimam, quae non auferetur. illa enim quae in ministerio indigentiae est, cum indigentia ipsa transierit, auferetur. boni quippe operis transituri merces est requies permansura. in illa igitur contemplatione deus erit omnia in omnibus, quia nihil ab illo aliud requiretur, sed solo ipso inlustrari perfruique sufficiet. ideoque ille in quo spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus: unam, inquit, petii a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini per omnes dies uitae meae, ut contempler delectationem domini. contemplabimur enim

8 Io. 16, 22 18 Luc. 10, 42 26 cf. Rom. 8, 26 Ps. 26, 4

4 Christus *MV*: *om. GPv* nec *V*: nec patre nec *GPv* 6 bonorum G^1P 8 dicit *V*: ait *GPv* 9 huius gaudii—739, 26 uado ad patrem *MV*: *om. GPv* 17 conquaerenti *MV* 20 istam *a*: ista *MV* 25 inlustrari (l *add. m. 2*) *V* 29 contemplabimur *V*: contemplabitur *M*

deum patrem et filium et spiritum sanctum, cum mediator dei et hominum homo Christus Iesus tradiderit regnum deo et patri, ut iam non interpellet pro nobis mediator et sacerdos noster, filius dei et filius hominis, sed et ipse, in quantum sacerdos est, assumta propter nos forma serui subiectus sit ei qui illi subiecit omnia et cui subiecit omnia, ut, in quantum deus est, cum illo nos subiectos habeat, in quantum sacerdos, nobiscum illi subiectus sit.

Cum ergo tradiderit regnum deo et patri, id est cum credentes et uiuentes ex fide, pro quibus nunc mediator dei et hominum interpellat, perduxerit ad contemplationem, cui percipiendae suspiramus et gemimus, et transierit labor et gemitus, iam non interpellabit pro nobis tradito regno deo et patri. hoc significans ait: haec uobis locutus sum in similitudinibus; ueniet hora, quando iam non in similitudinibus loquar uobis, sed manifeste de patre nuntiabo uobis, id est iam non erunt similitudines, cum uisio fuerit faciem ad faciem. hoc est enim quod ait: sed manifeste de patre nuntiabo uobis, ac si diceret: „manifeste patrem ostendam uobis“; nuntiabo quippe ait, quia uerbum eius est. sequitur enim et dicit: illa die in nomine meo petitis, et non dico uobis, quia ego rogabo patrem; ipse enim pater amat uos, quia uos me amastis et credidistis, quia ego a deo exiui. ⟨a patre exiui⟩ et ueni in hunc mundum; iterum relinquo mundum et uado ad patrem. quid est: a patre exiui nisi „non in ea forma, in qua aequalis sum patri, sed aliter, id est in assumta creatura minor apparui“? et quid est: ueni in hunc mundum nisi „formam serui,

9 I Cor. 15, 24 14 Io. 16, 25—29

6 qui illi *a*: illi qui *MV* 10 meator (di *add. m. 2*) *M* 14 loquutus *V* loqutus *M* 18 faciem ad *V* (*cf. d. ciu. d. II p. 624 et 628 ed. Dombart*): facie ad *M* 25 a patre exiui *a*: *om. MV* 27 patre (e *ex* i *corr.*) *P* exii G^1P^1 non ea (*om.* in) *P* in qua *MV*: qua *GPv* sum] ·ē· *P* 28 assumtam *MV* aparui *P* 29 mundum] *add.* P^2 *supr. uers.* forma *P*

quam me exinaniens accepi, etiam peccatorum, qui istum mundum diligunt, oculis demonstraui"? et quid est: iterum relinquo mundum nisi „ab aspectu dilectorum mundi aufero quod uiderunt"? et quid est: uado ad patrem nisi „doceo me sic intellegendum a fidelibus meis, quomodo aequalis sum patri"? hoc qui credunt, digni habentur perduci a fide ad speciem, id est ad ipsam uisionem, quo perducens dictus est tradere regnum deo et patri. fideles quippe eius, quos redemit sanguine suo, dicti sunt regnum eius, pro quibus nunc interpellat. tunc autem illic eos sibi faciens inhaerere, ubi aequalis est patri, non iam rogabit patrem pro eis; ipse enim, inquit, pater amat uos. ex hoc enim rogat, quo minor est patre; quo uero aequalis est, exaudit cum patre. [unde se ab eo quod dixit: ipse enim pater amat uos, utique ipse non separat, sed secundum ea facit intellegi quae supra commemoraui satisque insinuaui, plerumque ita nominari unamquamque in trinitate personam, ut et aliae illic intellegantur. sic itaque dictum est: ipse enim pater amat uos, ut consequenter intellegatur et filius et spiritus sanctus, non quia modo nos non amat qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, sed tales nos amat deus, quales futuri sumus, non quales sumus. quales enim amat, tales in aeternum conseruat. quod tunc erit, cum tradiderit regnum deo et patri, qui nunc interpellat pro nobis, ut iam non roget patrem, quia ipse pater

20 cf. Rom. 8, 32 24 I Cor. 15, 24

1 quam me] qua me *V* quā e *M* accepi (e *ex* i *corr.*) *P* mundum istum *GPv* 3 dilectorum] delictorum G^1 5 doce° (o *add. m. 2*) *P* 6 habentur MP^1V: habebuntur GP^2v 7 quo G^2v: qua *MPV* quod G^1 8 et] *om.* P^1 fidelis G^1 11 rogabit (i *ex* a *corr.*) *P* 13 est pat*re (e? *ras.*) *V* aequalis (*om.* est) *GPv* patre* (m *ras.*) *G* 14 *quae uncinis clausi om. MV* 15 separat] se separat *v* 17 unamquamque] umquamque *P* alia *P* 18 intellegatur *P* 19 spiritus (*om.* et) P^1 24 nunc] $\overset{n}{\text{tunc}}$ (*corr. m. 2*) *P*

amat uos. quo autem merito nisi fidei, qua credimus, antequam illud quod promittitur uideamus? per hanc enim peruenimus ad speciem, ut tales amet, quales amat ut simus, non quales odit quia sumus, et hortatur ac praestat, ne tales esse semper uelimus.]

CCXXVIII.

QVA DISCRETIONE INTELLEGENDVS SIT NVNC AEQVALIS PATRI FILIVS, NVNC AVTEM MINOR, ET QVA RATIONE FILIVS NESCIRE DICATVR DIEM ET HORAM. EX LIBRO DE TRINITATE S. S. T. XI.

Quapropter cognita ista regula intellegendarum scripturarum 249
de filio dei, ut distinguamus, quid in eis sonet secundum formam dei, in qua est et aequalis est patri, et quid secundum formam serui, quam accepit et minor est patre, non conturbabimur tamquam contrariis ac repugnantibus inter se sanctorum librorum sententiis. nam secundum formam dei aequalis est patri et filius et spiritus sanctus, quia neuter eorum creatura est, sicut iam ostendimus; secundum formam autem serui minor est patre, quia ipse dixit: pater maior me est; minor est se ipso, quia de illo dictum est: semet ipsum exinaniuit; minor est spiritu sancto, quia ipse ait: qui dixerit blasphemiam in filium hominis, dimittetur ei; qui autem dixerit in spiritum sanctum, non dimittetur ei. et in ipso uirtutes operatus

19 Io. 14, 28 20 Philipp. 2, 7 22 Matth. 12, 32

1 uos G^1Pv: nos G^3 quo* (d *ras.*) G 2 peruenimus G P^1v: perueniemus P^2 3 amet] amat P 5 es^{se} (se *add. m. 2*) P ^{sem}per (sem *add. m. 2*) G ue*limus (l *ras.*) P 6 *cap.* CCXLVIII P CCXLVIIII Gv 8 et qua ratione—horam MPV: *om.* Gv 9 dicatur] *om.* P^1 horam] h. quē (quā P^2) scit pater P 12 sonat v 13 qua est et MV: qua Gv 15 conturbabitur v 18 formam] hanc formam v 19 autem] *om.* v 23 dimittetur V: remittetur GPv

est dicens: si ego in spiritu eicio daemonia, certe superuenit super uos regnum dei. et apud Esaiam dicit, quam lectionem ipse in synagoga recitauit et de se completam sine scrupulo dubitationis ostendit: spiritus, inquit, domini super me, propter quod unxit me euangelizare pauperibus, misit me praedicare captiuis remissionem et cetera, ad quae facienda ideo se dicit missum, quia spiritus domini est super eum. secundum formam dei omnia per ipsum facta sunt, secundum formam serui ipse factus est ex muliere, factus sub lege; secundum formam dei ipse et pater unum sunt, secundum formam serui non uenit facere uoluntatem suam, sed uoluntatem eius qui misit eum; secundum formam dei, sicut habet pater uitam in semet ipso, sic dedit filio habere uitam in semet ipso; secundum formam serui tristis est anima eius usque ad mortem et: pater, inquit, si fieri potest, transeat hic calix; secundum formam dei ipse est uerus deus et uita aeterna; secundum formam serui factus est oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis; secundum formam dei omnia, quae habet pater, ipsius sunt: et omnia, inquit, tua mea sunt et mea tua; secundum formam serui non est doctrina illius, sed illius qui eum misit.

Et de die et hora nemo scit, neque angeli in caelo neque filius, nisi pater. hoc enim nescit quidquid nescientes

1 Matth. 12, 28 4 Es. 61, 1 Luc. 4, 18 sq. 9 Io. 1, 3 10 cf. Gal. 4, 4 11 cf. Io. 10, 30 12 cf. Io. 6, 38 13 Io. 5, 26 16 Matth. 26, 38 sq. 18 I Io. 5, 20 19 Philipp. 2, 8 21 cf. Io. 16, 15 Io. 17, 10 23 cf. Io. 7, 16 24 Marc. 13, 32

1 spiritu *V*: spiritu dei *GPv* 3 synagogam *V* 4 spiritus—20 autem crucis *MPV*: *om. Gv* 5 uncxit *P* 6 euangelizare – misit me] *add. P*^{2} *in mg.* 7 remissione *M* 20 *ante* secundum formam *praemittunt Gv titulum*: CCL. Qua ratione nescire dicatur filius diem et horam quam scit pater. ex eodem libro de trinitate t. XII. 21 tua mea sunt inquit *GPv* 22 et mea *V*: et omnia mea *Gv* non est ^{eius} (eius *add. m. 3*) *G* 23 illius *V* (*cf. p. 372, 12*): ipsius *GPv* 24 de] *om. V* in caelo] *om. v* 25 nescit] scit *P* quidquid *Hartel*: quotquot *V* quod *GPv*

facit, id est quod non ita sciebat, ut tunc discipulis indicaret, sicut dictum est ad Abraham: nunc cognoui, quia times deum, id est „nunc feci, ut cognosceres“, quia et ipse sibi in illa temtatione probatus innotuit. nam et illud utique dicturus erat discipulis tempore opportuno, de quo futuro tamquam praeterito loquens ait: iam non dicam uos seruos, sed amicos; seruus enim nescit uoluntatem domini sui, uos autem dixi amicos, quia omnia, quae audiui a patre meo, nota uobis feci; quod nondum fecerat, sed quia certo facturus erat, quasi iam fecisset locutus est. ipsis enim ait: multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo, inter quae intellegitur et de die et de hora. nam et apostolus: neque enim iudicaui me, inquit, scire aliquid inter uobis nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum; eis enim loquebatur qui capere altiora de Christi deitate non poterant. quibus etiam paulo post dicit: non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. hoc ergo inter illos nesciebat quod per illum scire non poterant, et hoc solum se scire dicebat quod eos per illum scire oportebat. denique sciebat inter perfectos quod inter paruulos nesciebat; ibi quippe ait: sapientiam loquimur inter perfectos. eo namque genere locutionis nescire quisque dicitur quod occultat, quo dicitur fossa caeca quae occulta est. neque enim aliquo genere locuntur scripturae, quod in consuetudine humana non inueniatur, quia utique hominibus locuntur.

Secundum formam dei dictum est: ante omnes colles genuit me, id est ante omnes altitudines creaturarum, et:

2 Gen. 22, 12 6 Io. 15, 15 11 Io. 16, 12 13 I Cor. 2, 2 17 I Cor. 3, 1 22 I Cor. 2, 6 27 Prou. 8, 25

4 et] *om. Gv* 5 oportuno *Gv* 9 feci uobis *v* 10 certo G^1V: pro certo G^2v loquutus *V* 12 illa] *om.* v^1 intellegitur (*om.* et) *Gv* 13 hora (*om.* de) *Gv* 14 scire inquit *Gv* inter uobis *V* (*cf. gr.* ἐν ὑμῖν; *Rönsch p. 442*): in uobis *Gv* 15 et hunc crucifixum] *om. v* 17 loqui uobis *Gv* 19 et *Gv*: de *V* 20 se] *om. v* 23 loquutionis *V* 24 quo] quod *P* 25 (*et* 26) loquuntur *V* humano *v* 27 forma *V* 28 et] *om. v*

ante luciferum genui te, id est ante omnia tempora et temporalia; secundum formam autem serui dictum est: dominus creauit me in principio uiarum suarum, quia secundum formam dei dixit: ego sum ueritas, secundum formam serui: ego sum uia. quia enim ipse est primogenitus a mortuis, iter fecit ecclesiae suae ad regnum dei, ad uitam aeternam, cui caput est ad immortalitatem etiam corporis; ideo creatus est in principio uiarum dei in opera eius. secundum enim formam dei principium est, quod et loquitur nobis, in quo principio fecit deus caelum et terram; secundum formam autem serui sponsus procedens de thalamo suo. secundum formam dei primogenitus omnis creaturae et: ipse est ante omnes et omnia illi constant; secundum formam serui ipse est caput corporis ecclesiae. secundum formam dei dominus gloriae, unde manifestum est, quod ipse glorificet sanctos suos: quos enim praedestinauit, ipsos et uocauit; et quos uocauit, ipsos et iustificauit; quos autem iustificauit, ipsos et glorificauit. de illo quippe dictum est, quod iustificet impium; de illo dictum est, quod sit iustus et iustificans. si ergo quos iustificauit ipsos et glorificauit, qui iustificat, ipse glorificat, qui est, ut dixi, dominus gloriae. secundum formam tamen serui satagentibus discipulis de glorificatione sua respondit: sedere ad dexteram meam aut ad sinistram non est meum dare uobis, sed quibus paratum est a patre meo.

Quod autem paratum est a patre eius, et ab ipso filio

1 Ps. 109, 3 2 Prou. 8, 22 4 Io. 14, 6 6 cf. Apoc. 1, 5 9 cf. Io. 8, 25 10 Gen. 1, 1 11 Ps. 18, 6 12 Col. 1, 15 et 17 sq. 15 cf. I Cor. 2, 8 17 Rom. 8, 30 20 cf. Rom. 4, 5 21 cf. Rom. 3, 26 24 Matth. 20, 23

1 tempora et G^3PV: *om.* G^1v 4 quia V: qui v ueritas secundum V: u. et secundum GPv 8 creatus (*om.* est) v 11 procedens V: procedit v 14 illi G^1V: in illo G^2v 15 forma V 17 praedistinauit v 21 iustus sit v 22 ipse V: ipse et Gv ipse est et qui P 25 meam aut ad sinistram GPV: aut sinistram meam v

paratum est, quia ipse et pater unum sunt. iam enim ostendimus in hac trinitate per multos locutionum diuinarum modos etiam de singulis dici quod omnium est propter inseparabilem operationem unius eiusdemque substantiae. sicut et de spiritu sancto dicit: cum ego iero, mittam eum ad uos. non dixit: „mittemus“, sed ita, quasi tantum filius eum missurus esset, non et pater, cum alio loco dicat: haec locutus sum uobis apud uos manens; aduocatus autem ille, spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uobis declarabit omnia. hic rursus ita dictum est, quasi non eum missurus esset et filius, sed tantum pater. sicut ergo ista, ita et illud quod ait: quibus paratum est a patre meo cum patre se intellegi uoluit parare sedes gloriae quibus uellet. sed dicit aliquis: „illic, cum de spiritu sancto loqueretur, ita missurum se ait, ut non negaret patrem missurum, et alio loco ita patrem, ut non negaret se missurum; hic uero aperte ait: non est meum dare, atque ita secutus a patre dixit ista praeparata.“ sed hoc est quod praestruximus secundum formam serui dictum, ut ita intellegeremus: non est meum dare uobis, ac si diceretur: „non est humanae potestatis hoc dare“, ut per illud intellegatur hoc dare, per quod deus et aequalis est patri. non est meum, inquit, dare, id est: „non humana potestate ista do, sed quibus paratum est a patre meo; sed iam tu intellege, quia, si omnia quae habet pater mea sunt, et hoc utique meum est et cum patre ista paraui“.

Nam et illud quaero, quomodo dictum sit: si quis non

1 cf. Io. 10, 30 5 Io. 16, 7 7 Io. 14, 25 sq. 12 (et 23) Matth. 20, 23 25 Io. 16, 15 28 Io. 12, 47—50

1 ipse *V*: et ipse *v* 4 unius *V*: huius *v* 5 de G^1PVv: *om.* G^1 ego] ergo G^3P iero *V*: abiero *GPv* eum *V*: illum *G Pv* 6 mittemus *Gv*: mittimus *V* 8 loquutus *V* 9 mittit *v* 12 quibus *V*: sed quibus *Gv* 15 se missurum *Gv* 18 a patre GP^2v: aperte P^1(?)*V* 19 praestruximus *V*: praestrinximus *v* 22 hoc *V*: haec *GPv* per quod G^2Pv: quod per *V* pro quod G^1 et] *om.* P^1 28 sit *V*: est *v*

audit me, ego non iudicabo illum. fortassis enim ita hoc dixit: ego non iudicabo illum, quemadmodum ibi: non est meum dare uobis. sed quid hic sequitur? non enim ueni, inquit, ut iudicem mundum, sed ut saluum faciam mundum. deinde adiungit et dicit: qui me spernit et non accipit uerba mea, habet qui se iudicet. hic iam intellegeremus patrem, nisi adiungeret et diceret: uerbum, quod locutus sum, ipsum iudicabit illum in nouissima die. quid igitur? iam nec filius iudicabit, quia dixit: ego non iudicabo illum, nec pater, sed uerbum, quod locutus est filius? immo audi adhuc quod sequitur: quia ego, inquit, non ex me locutus sum, sed ille qui misit me pater, ille mandatum mihi dedit, quid dicam et quid loquar. et scio, quia mandatum eius uita aeterna est. quae ego loquor, ita ut dixit mihi pater, sic loquor. si ergo non iudicat filius, sed uerbum, quod locutus est filius, ideo autem iudicat uerbum, quod locutus est filius, quia non ex se locutus est filius, sed qui misit eum pater mandatum ei dedit, quid dicat et quid loquatur: pater utique iudicat, cuius uerbum est, quod locutus est filius, atque ipsum uerbum, uerbum patris, idem ipse est filius. non enim aliud est mandatum patris, aliud uerbum patris; nam et uerbum hoc appellauit et mandatum. uideamus ergo, ne forte quod ait: ego non ex me locutus sum, hoc intellegi uoluerit: „ego non ex me natus sum“. si enim uerbum patris loquitur, se ipsum loquitur, quia ipse est uerbum patris. plerumque enim dicit: dedit mihi pater; in quo uult intellegi, quod eum genuerit pater, ut non iam tamquam exsistenti et non habenti dederit

28 Io. 5, 36

1 me *V*: uerba mea *GPv* non] *om. G*[1] 2 illum *V*: eum *v* 3 quid *V*: *om. GPv* 7 intellegerimus *v* 8 loquutus *V* 9 nouissimo *Gv* 11 (*et* 12) loquutus *V* immo] inmo *v* 12 locutus sum—dicam et] *om. v* 14 quid loquar *V*: aliquid l. *v* 17 (18. 21) loquutus *V* 19 dedit ei *v* 21 uerbum uerbum (uerbum *del. m. 2*) *V*: uerbum *Gv* 25 loquutus *V* 28 dedit] *om. v* 29 iam tamquam P^2V: tamquam G^1P^1v tamquam iam G^3

aliquid, sed ipsum dedisse, ut haberet, genuisse est, ut esset. non enim sicut creatura, ita dei filius ante incarnationem et ante assumtam creaturam unigenitus, per quem facta sunt omnia, aliud est et aliud habet, sed hoc ipsum est, quod est id quod habet. quod illo loco manifestius dicitur, si quis ad capiendum sit idoneus, ubi ait: sicut habet pater uitam in semet ipso, ita dedit filio habere uitam in semet ipso; neque enim iam exsistenti et uitam non habenti dedit, ut haberet uitam in semet ipso, cum eo ipso quod est uita sit. hoc est ergo: dedit filio habere uitam in semet ipso, genuit filium esse incommutabilem uitam, quod est uita aeterna. cum ergo uerbum dei sit filius dei et filius dei sit uerus deus et uita aeterna, sicut in epistula sua dicit Iohannes, etiam hic quid aliud agnoscimus, cum dicit dominus: uerbum, quod locutus sum, ipsum iudicabit eum in nouissimo die? et ipsum uerbum patris uerbum esse dicit et mandatum patris, ipsumque mandatum uitam aeternam. et scio, inquit, quia mandatum eius uita aeterna est.

Quaero itaque, quomodo intellegamus: ego non iudicabo, sed uerbum, quod locutus sum, iudicabit. quod ex consequentibus apparet ita dictum, ac si diceret: „ego non iudicabo, sed uerbum patris iudicabit.“ uerbum autem patris est ipse filius dei. sicine intellegendum est: „ego non iudicabo, sed iudicabo“? quomodo istud potest esse uerum nisi ita: „ego scilicet non iudicabo ex potestate humana, quia filius hominis sum, sed ego iudicabo ex potestate uerbi, quoniam filius dei sum.“ aut si contraria et repugnantia uidentur: „ego non iudicabo, sed iudicabo“, quid illic dicemus, ubi ait: mea

6 (et 10) Io. 5, 26 13 I Io. 5, 20 15 Io. 12, 48 18 Io. 12, 50 29 Io. 7, 16

3 ante assumtam creaturam *V*: assumptionem creaturae GP^1v ante assumptionem creaturae P^2 9 cum eo ipso *GPv*: *om.* *V* 15 loquutus *V* 18 eius G^3P^2: estis *V*; *om.* G^1P^1v 21 loquutus *V* 24 sicine *V*: *om.* *v* 25 sed *V*: sed ego *GP*; *om.* *v* 28 contraria et repugnantia *GPv*: contrariae repugnantiae *V* 29 sed *V*: sed ego *GPv* dicimus *v*

doctrina non est mea? quomodo mea? quomodo non mea? non enim dixit: „ista doctrina non est mea," sed: mea doctrina non est mea; quam dixit suam, eandem dixit non suam. quomodo istud uerum est, nisi secundum aliud suam dixerit, secundum aliud non suam, secundum formam dei suam, secundum formam serui non suam? cum enim dicit: non est mea, sed eius qui misit me, ad ipsum uerbum nos facit recurrere; doctrina enim patris est uerbum patris, qui est unicus filius. quid sibi et illud uult: qui in me credit, non in me credit? quomodo in ipsum? quomodo non in ipsum? qua ratione tam contrarium sibique aduersum potest intellegi? qui in me, inquit, non in me credit, sed in eum qui me misit, nisi ita intellegas: qui in me credit, non in hoc quod uidet credit, ne sit spes nostra in creatura, sed in illo qui suscepit creaturam, in qua humanis oculis appareret, et sic ad se aequalem patri contemplandum per fidem corda mundaret. ideoque ad patrem referens intentionem credentium et dicens: non in me credit, sed in eum qui me misit, non utique se a patre, id est ab illo qui eum misit, uoluit separari, sed ut sic in eum crederetur, quomodo in patrem, cui aequalis est. quod aperte alio loco dicit: credite in deum, et in me credite, id est „sicut creditis in deum, sic et in me, quia ego et pater unus deus". sicut ergo hic tamquam abstulit a se fidem hominum et in patrem transtulit dicendo: non in me credit, sed in eum qui me misit, a quo tamen se non utique separauit: sic etiam quod ait: non est meum dare, sed quibus paratum est a patre meo puto clarere, secundum quid utrumque accipiendum sit. tale est enim et illud: ego non iudicabo, cum ipse iudicaturus sit uiuos et mortuos, sed quia non ex

9 (12. 18. 25) Io. 12, 44 22 Io. 14, 1 30 cf. II Tim. 4, 1

2 sed mea *V*: *om. v* 3 est *V*: *om. v* 7 me misit *Gv* 8 uerbum *V*: et uerbum *v* 12 qui in me *V*: qui in me credit *GPv* 16 et *V*: ac *Gv* 21 patrem *GPv*: patre *V* 23 sic *GV*: sicut *v* 25 transtulit *GPv*: abstulit *V* 28 clarere *V*: dare quod *v* quid *V*: *om. v* 29 iudicabo *V*: iudicabo eum *v*

potestate humana, propterea recurrens ad deitatem sursum erigit corda hominum, propter quae subleuanda descendit.

CCXXVIIII.

DE VNITATE PERSONAE FILII DEI ET FILII HOMINIS SIVE IN GLORIA SIVE IN HVMILITATE. EX LIBRO DE TRINITATE S. S. T. XIII.

Nisi tamen idem ipse esset filius hominis propter formam 250
serui, quam accepit, qui est filius dei propter formam dei, in qua est, non diceret apostolus Paulus de principibus huius saeculi: si enim cognouissent, numquam dominum gloriae crucifixissent. ex forma enim serui crucifixus est, et tamen dominus gloriae crucifixus est; talis enim erat illa susceptio, quae deum hominem faceret et hominem deum. quid tamen propter quid et quid secundum quid dicatur, adiuuante domino prudens et diligens et pius lector intellegit. nam ecce diximus, quia secundum id quod deus est glorificat suos, secundum hoc utique, quod dominus gloriae est; et tamen dominus gloriae crucifixus est, quia recte dicitur et deus crucifixus, non ex uirtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis, sicut dicimus, quia secundum id quod deus est iudicat, hoc est ex potestate diuina, non ex humana; et tamen ipse homo iudicaturus est, sicut dominus gloriae crucifixus est. ita enim aperte dicit: cum uenerit filius hominis in gloria sua et omnes angeli cum eo, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes et cetera, quae de futuro iudicio usque ad ultimam sententiam in eo loco praedicantur. et Iudaei quippe, qui in malitia perseuerantes in illo iudicio puniendi sunt, sicut alibi scriptum est, uidebunt in quem pupugerunt. cum enim et boni et mali uisuri sint

10 I Cor. 2, 8 19 cf. II Cor. 13, 4 23 Matth. 25, 31 sq. 28 Io. 19, 37 (Zach. 12, 10)

3 *cap.* CCXXVIIII *deest in omnibus libris praeter MV* 14 tamen *a*: tam (*uel* tum) enim *V*

iudicem uiuorum et mortuorum, procul dubio eum mali uidere non poterunt nisi secundum formam, qua filius hominis est, sed tamen in claritate, in qua iudicabit, non in humilitate, in qua iudicatus est. ceterum illam dei formam, in qua aequalis est patri, procul dubio impii non uidebunt. non enim sunt mundicordes; beati enim mundicordes, quoniam ipsi deum uidebunt. et ipsa uisio est faciem ad faciem, quae summum praemium promittitur iustis, et ipsa fiet, cum tradet deo regnum et patri. in quo et suae formae uisionem uult intellegi, subiecta deo uniuersa creatura et ipsa, in qua filius dei filius hominis factus est, quia secundum hanc et ipse filius tunc subiectus illi erit, qui ei subiecit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. alioquin si filius dei iudex in forma, in qua aequalis est patri, etiam impiis cum iudicaturus est apparebit, quid est quod pro magno dilectori suo pollicetur dicens: et ego diligam eum et ostendam me ipsum illi? quapropter filius hominis iudicaturus est, nec tamen ex humana potestate, sed ex ea qua filius dei est; et rursus filius dei iudicaturus est, nec tamen in ea forma apparens, in qua deus est aequalis patri, sed in ea qua filius hominis est.

Itaque utrumque dici potest, et: filius hominis iudicabit, et: non filius hominis iudicabit: ⟨et filius hominis iudicabit⟩, ut uerum sit quod ait: cum uenerit filius hominis, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes; et non filius hominis iudicabit, ut uerum sit quod ait: ego non iudicabo et: ego non quaero gloriam meam; est qui quaerat et iudicet. nam secundum id quod in iudicio non forma dei, sed forma filii hominis apparebit, nec ipse pater iudicabit. ⟨secundum hoc enim dictum est: pater

6 Matth. 5, 8 7 cf. I Cor. 13, 12 9 cf. I Cor. 15, 24
11 I Cor. 15, 28 16 Io. 14, 21 24 Matth. 25, 31 sq.
26 Io. 12, 47 27 Io. 8, 50 30 Io. 5, 22

7 faciem ad *V* (*cf. p. 739, 18*): facie ad *a* 10 subiecta *a*: subiectā *V* 11 quia *a*: qua *V* 23 et (*scripsi*: quia *a*) filius—iudicabit *a*: *om. V* 30 secundum hoc—quemquam *a*: *om. V*

non iudicat quemquam⟩, sed omne iudicium dedit filio. quod utrum ex illa locutione dictum sit, quam supra commemorauimus, ubi ait: sic dedit filio habere uitam in semet ipso, ut significaret, quia sic genuit filium, an ex illa qua loquitur apostolus dicens: propter quod eum suscitauit et donauit ei nomen, quod est super omne nomen — hoc enim de filio hominis dictum est, secundum quem dei filius suscitatus est a mortuis. ille quippe in forma dei aequalis est patri, ex qua se exinaniuit formam serui accipiens; in ipsa forma serui et agit et patitur et accipit, quae consequenter contexit apostolus: humiliauit se, factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis. propter quod eum exaltauit et donauit ei nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris — utrum ergo secundum illam an secundum istam locutionem dictum sit: omne iudicium dedit filio, satis hic apparet, quia, si secundum illud diceretur, secundum quod dictum est: dedit filio habere uitam in semet ipso, non utique diceretur: pater non iudicat quemquam; secundum hoc enim, quod aequalem pater genuit filium, iudicat cum illo. secundum hoc ergo dictum est, quod in iudicio non in forma dei, sed forma filii hominis apparebit, non quia non iudicabit qui omne iudicium dedit filio, cum de illo filius dicat: est qui quaerat et iudicet, sed ita dictum est: pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, ac si diceretur: „patrem nemo uidebit in iudicio uiuorum et mortuorum, sed omnes filium“, quia et filius hominis est, ut possit et ab impiis uideri, cum et illi uidebunt in quem pupugerunt.

3 (et 21) Io. 5, 26 5 (et 11) Philipp. 2, 8 sqq. 31 Io. 19, 37 (Zach. 12, 10)

2 loquutione *V* 18 loquutionem *V* 20 hic *V*: hinc *a* 28 non] *om.* V^1; *add.* V^2 *supr. uers.*

Quod ne conicere potius quam aperte demonstrare uideamur, proferimus eiusdem domini certam manifestamque sententiam, qua ostendimus ipsam fuisse causam, ut diceret: pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, quia iudex forma filii hominis apparebit, quae forma non est patris, sed filii, nec ea filii, in qua aequalis est patri, sed in qua minor est patre, ut sit in iudicio conspicuus et bonis et malis. paulo post enim dicit: amen dico uobis, quia qui uerba mea audit et credit in eum qui me misit, habet uitam aeternam et in iudicium non ueniet, sed transiet de morte in uitam. haec uita aeterna est illa uisio, quae non pertinet ad malos. deinde sequitur: amen, amen dico uobis, quia ueniet hora et nunc est, cum mortui audient uocem filii dei, et qui audierint, uiuent. et hoc proprium est piorum, qui sic audiunt de incarnatione eius, ut credant, quia filius dei est, id est sic eum propter se factum accipiant minorem patre in forma serui, ⟨ut credant, quia aequalis est patri in forma dei.⟩ et ideo sequitur et hoc ipsum commendans dicit: sicut enim habet pater uitam in semet ipso, ita dedit et filio uitam habere in semet ipso. deinde uenit ad uisionem suae claritatis, in qua uenturus est ad iudicium, quae uisio communis erit et impiis et iustis. sequitur enim et dicit: et potestatem dedit ei et iudicium facere, quoniam filius hominis est. puto nihil esse manifestius. nam quia filius dei est et aequalis est patri, non accipit hanc potestatem iudicii faciendi, sed habet illam cum patre in occulto; accipit autem illam, ut boni et mali eum uideant iudicantem, quia filius hominis est. uisio quippe filii hominis exhibebitur et malis; nam uisio formae dei non nisi mundis corde, quia ipsi deum uidebunt, id est solis piis, quorum dilectioni hoc ipsum promittit, quia

3 Io. 5, 22 8 Io. 5, 24—28 30 Matth. 5, 8

3 ostendimus *V*: ostendamus *a* 5 filii *a*: fili *V* 7 bonis *a*: bonus *V* 17 ut credant—forma dei *a*: *om. V* 31 ipsum *a*: ipsud *V* (*cf. Rönsch l. c. p. 276*) quia ostendere *V* (*cf. p. 540, 9 et Vict. Vit. p. 78, 16 ed. Petschenig*): quia .... ostendet *a*

ostendere se ipsum illis. et ideo uide quid sequitur: nolite, inquit, mirari hoc. quid nos prohibet mirari nisi illud quod re uera miramur omnis, qui non intellegit, ut ideo diceret patrem dedisse ei potestatem et iudicium facere, quoniam filius hominis est, cum magis quasi hoc exspectaretur, ut diceret, quoniam filius dei est? sed quia filium dei secundum id quod in forma dei aequalis est patri uidere iniqui non possunt, oportet autem, ut iudicem uiuorum et mortuorum, cum coram iudicabuntur, et iusti uideant et iniqui: nolite, inquit, hoc mirari, quoniam ueniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius, et prodient qui bona gesserunt in resurrectionem uitae, qui mala gesserunt in resurrectionem iudicii. ad hoc ergo oportebat, ut ideo acciperet illam potestatem, quia filius hominis est, ut resurgentes omnes uiderent eum in forma, in qua uideri ab omnibus potest, sed alii ad damnationem, alii ad uitam aeternam. quae est autem uita aeterna nisi illa uisio, quae non conceditur impiis? ut agnoscant te, inquit, unum uerum deum et quem misisti Iesum Christum. quomodo et ipsum dominum Christum nisi quemadmodum unum uerum deum, qui ostendit se ipsum illis, non quomodo se ostendit etiam puniendis in forma filii hominis?

Secundum illam uisionem bonus est, secundum quam uisionem deus apparet mundis corde, quoniam quam bonus deus Israhel rectis corde! quando autem iudicem uidebunt mali, non eis uidebitur bonus, quia non ad eum gaudebunt corde, sed tunc se plangent omnes tribus terrae, in numero itaque malorum omnium et infidelium. propter hoc etiam illi qui eum dixerat magistrum bonum quaerens ab eo consilium consequendae uitae aeternae respondit: quid me, inquit, interrogas de bono? nemo bonus nisi unus deus, cum

18 Io. 17, 3 24 Ps. 72, 1 27 cf. Apoc. 1, 7 30 Matth. 19, 17

3 miramur *V*: miratur *a* 11 omnes (e *ex* i *corr. m. 1*) *V* 22 filii *a*: fili *V* 23 bonus *a*: bonum *V* 28 itaque *V*: utique *a* 31 cum *a*: eum *V*

et hominem alio loco dicat bonum ipse dominus: bonus, inquit, homo de bono thesauro cordis sui profert bona, et malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. sed quia ille uitam aeternam quaerebat, uita autem aeterna est in illa contemplatione, qua non ad poenam uidetur deus, sed ad gaudium sempiternum, et non intellegebat cum quo loquebatur, quia tantummodo eum filium hominis arbitrabatur: quid me interrogas, inquit, de bono? id est „istam formam, quam uides, quid me interrogas de bono et uocas me secundum quod uides magistrum bonum? haec forma filii hominis est, haec forma accepta est, haec forma apparebit in iudicio non tantum iustis sed et impiis, et huius formae uisio non erit in bonum eis qui male agunt. est autem uisio formae meae, in qua cum essem non rapinam arbitratus sum esse aequalis deo, sed ut hanc acciperem, me ipsum exinaniui.“ ergo ille unus deus pater et filius et spiritus sanctus, qui non apparebit nisi ad gaudium, quod non auferetur a iustis, cui gaudio futuro suspirat qui dicit: unam petii a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini ⟨per omnes dies uitae meae, ut contempler delectationem domini⟩ — unus ergo deus ipse est solus bonus ad hoc, quia nemo eum uidebit ad luctum et planctum, sed tantum ad salutem et laetitiam ueram. secundum illam formam si me intellegis, bonus sum; sin autem secundum ⟨hanc⟩ solam, quid me interrogas de bono? si inter illos eris qui uiderunt in quem pupugerunt, et ipsa uisio malum illis erit.

1 Matth. 12, 35 8 Matth. 19, 17 14 cf. Philipp. 2, 6 sq. 18 Ps. 26, 4 26 Io. 19, 37 (Zach. 12, 10)

18 petii *a*: peti *V* 20 per omnes — delectationem domini *a*: *om. V* 22 nemo *a*: non *V* 25 hanc *a*: *om. V*

CCXXX.

DE HIS SCRIPTVRAE LOCIS, DE QVIBVS DVBIVM EST, AN PROPTER ASSVMTAM CREATVRAM MINOREM PATRE INDICANT FILIVM, AN VERO HOC TANTVM QVOD, LICET AEQVALEM PATRI, TAMEN QVIA DE PATRE SIT DOCEANT. EX LIBRO DE TRINITATE II, T. II.

Sunt quaedam in scripturis ita posita, ut ambiguum sit, 251
quonam referenda sint, utrum ad illud, quod propter assumtam creaturam minor est filius, an ad illud, quod, quamuis aequalis, tamen quia de patre sit indicatur. et mihi quidem uidetur, si eo modo ambiguum est, ut explicari discernique non possit, ex qualibet regula sit sine periculo posse intellegi, sicut est quod ait: mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. nam et ex forma serui potest accipi, sicut iam superiore libro tractauimus, et ex forma dei, in qua sic aequalis est patri, ut tamen de patre sit. in dei quippe forma sicut non est aliud filius, aliud uita eius, sed ipsa uita filius eius est, ita non est aliud filius, aliud doctrina eius, sed ipsa doctrina filius eius est. ac per hoc, sicut id quod dictum est: dedit filio uitam non aliud intellegitur quam: genuit filium, qui est uita, sic etiam cum dicitur: dedit filio doctrinam, bene intellegitur: genuit filium, qui est doctrina, ut quod dictum est: mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit, sic intellegatur, ac si dictum sit: „ego non sum a me ipso, sed ab illo qui me misit.“

13 (et 23) Io. 7, 16 15 de Trin. I, 12 20 Io. 5, 26

1 *cap.* CCXXX *MV*: *om. GPv* 3 patre *scripsi*: patrem *MV* indicant *scripsi*: indicat *MV* (*cf. Rönsch l. c. p. 435*) 6 t. II] t. (*omisso numero*) *V* 12 qualibet *V*: utralibet *a* regula sit *MV*: regula *a* 15 superiore *V*: in s. *a* (*cf. d. ciu. dei I, 233, 23. 511, 28 ed. Dombart*) 17 aliud filius *a*: alius f. *V*

CCXXXI.

DE HIS QVAE SPIRITVM SANCTVM NON MINOREM PATRE INDICANT, SED TANTVM QVOD DE PATRE PROCEDIT. EX EODEM LIBRO DE TRINITATE II, T. III.

252 Nam de spiritu sancto, de quo ⟨non⟩ dictum est: semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens, ait tamen ipse dominus: cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem; non enim loquetur a semet ipso, sed quaecumque audierit loquetur et quaecumque uentura sunt annuntiabit uobis. ⟨ille me clarificabit, quia de meo accipiet et annuntiabit uobis.⟩ post haec uerba nisi continuo dixisset: omnia, quae habet pater, mea sunt; propterea dixi: de meo accipiet et annuntiabit uobis, crederetur fortasse ita natus de Christo spiritus sanctus, quemadmodum ille de patre. de se quippe dixerat: mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit; de spiritu autem sancto: non enim loquetur a semet ipso, sed quaecumque audierit loquetur, et: quia de meo accipiet et annuntiabit uobis. sed quia reddit causam, cur dixerit: de meo accipiet — ait enim: omnia, quaecumque habet pater, mea sunt; propterea dixi, quia de meo accipiet — restat, ut intellegatur etiam spiritus sanctus de patris habere sicut filius. quomodo, nisi secundum id quod supra diximus: cum autem uenerit paracletus, quem ego mittam uobis a patre, spiritum ueritatis, qui a patre procedet, ille testimonium perhibebit de me? procedendo itaque a patre dicitur non loqui a semet ipso; et sicut non ex eo fit, ut minor sit filius, quia dixit: non po-

5 Philipp. 2, 7 7 (et 18) Io. 16, 13 sqq. 16 Io. 7, 16 25 Io. 15, 26 29 Io. 5, 19

1 *cap.* CCXXXI *MV*: *deest in GPv* 2 quae *MV*: qui *V in capitulis p. 24, 25; quod mutandum erat in* quae 5 non *a*: *om. V* 11 ille me—annuntiabit uobis *a*: *om. MV* 12 continuo (nuo *obduxit m. 2*) *V* 13 dixi *a*: dixit *V* 20 redit *V*

test filius a se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem — non enim hoc ex forma serui dixit, sed ex forma dei, sicut iam ostendimus; haec autem uerba non indicant, quod minor sit, sed quod de patre sit — ita non hinc efficitur, ut minor sit spiritus sanctus, quia dictum est de illo: non enim loquetur a semet ipso, sed quaecumque audierit loquetur; secundum hoc dictum est, quod de patre procedit.

CCXXXII.

QVOD CLARIFICATIO, QVAE FIT INTER PATREM ET FILIVM ET SPIRITVM SANCTVM, NVLLAM DIFFERENTIAM IN TRINITATE SIGNIFICET. EX EODEM LIBRO DE TRINITATE II, T. IIII.

Euigilent hic, si possunt, qui hoc etiam sibi suffragari pu- 253
tauerunt ad demonstrandum patrem filio maiorem, quia dixit filius: pater, clarifica me. ecce et spiritus sanctus clarificat eum; numquidnam et ipse maior est illo? porro autem, si propterea spiritus sanctus glorificat filium, quia de filio accepit, et ideo de eius accipit, quia omnia, quae habet pater, ipsius sunt: manifestum, quia, cum spiritus sanctus glorificat filium, pater glorificat filium. unde cognoscimus, quod omnia, quae habet pater, non tantum filii, sed etiam spiritus sancti sunt, quia potest spiritus sanctus glorificare filium, quem glorificat pater. quod si ille qui glorificat eo quem glorificat maior est, sinant, ut aequales sint qui se inuicem glorificant. scriptum est autem, quod et filius glorificet patrem. ego, inquit, te glorificaui super terram. sane caueant, ne putetur spiritus sanctus maior ambobus, qui glorificat filium, quem glorificat pater, ipse autem nec a patre nec a filio glorificatur.

15 Io. 17, 5 18 cf. Io. 16, 15 26 Io. 17, 4

9 *cap.* CCXXXII *deest in omnibus libris praeter MV* 27 qui *V*: quia *a*

CCXXXIII.

QVOMODO INTELLEGENDA SIT MISSIO SIVE FILII SIVE SPIRITVS SANCTI. EX EODEM LIBRO DE TRINITATE II, T. V.

254 Sed in his conuicti ad illud se conuertunt, ut dicant: „maior est qui mittit quam qui mittitur; proinde maior est pater filio, quia filius a patre se missum assidue commemorat; maior est et spiritu sancto, quia de illo dixit Iesus: quem mittet pater meus in nomine meo; et spiritus sanctus utroque minor est, quia et pater eum mittit, sicut commemorauimus, et filius, cum dicit: si autem abiero, mittam eum ad uos.“ qua in quaestione primum quaero, unde et quo missus sit filius. ego, inquit, a patre exii et ueni in hunc mundum. ergo a patre exire et uenire in hunc mundum, hoc est mitti. quid igitur est quod de illo idem ipse euangelista dicit: in hoc mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognouit? deinde coniungit: in sua propria uenit. illuc utique missus est, quo uenit; at si in hunc mundum missus est, quia exiit a patre et uenit in hunc mundum et in hoc mundo erat, illuc ergo missus est, ubi erat. nam et illud quod scriptum est in propheta deum dicere: caelum et terram ego impleo, si de filio dictum est — ipsum enim nonnulli uolunt intellegi uel prophetis uel in prophetis locutum — quo missus est nisi illuc, ubi erat? ubique enim erat, quia ait: caelum et terram ego impleo. si autem de patre dictum est, ubi esse potuit sine uerbo suo et sine sapientia sua, quae pertendit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia

7 Io. 14, 26 10 Io. 16, 7 12 Io. 16, 28 15 Io. 1, 10 sq. 21 Hier. 23, 24 26 Sap. 8, 1

1 *cap.* CCXLVIII *P* CCLI *Gv* 3 eodem] *om. Gv* II t. V] II. t. VII *V*; *om. v* 6 assiduae *v* 8 mittit *v* meus] *om. Gv* 11 qua *GPv*: quia *V* in quaestione *V*: inquisitione *GPv* quo] a quo *v* 13 exire a patre *v* 18 exiit] exit *v* 21 deum *V*: dominum *v* 23 loquutum *V* 24 quia *V*: qui *Gv*

suauiter? sed neque sine spiritu sancto usquam esse potuit. itaque si ubique est deus, ubique est etiam spiritus eius; illuc ergo et spiritus sanctus missus est, ubi erat. nam et ille qui non inuenit locum, quo iret a facie dei, et dicit: si ascendero in caelum, tu illic es, et si descendero in infernum, ades, ubique uolens intellegi praesentem deum, prius nominauit spiritum eius; nam sic ait: quo abibo ab spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam?

Quocirca si et filius et spiritus sanctus illuc mittitur, ubi erat, quaerendum est, quomodo sit ista missio siue filii siue spiritus sancti; pater enim solus nusquam legitur missus. et de filio ita scribit apostolus: cum autem uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. misit, inquit, filium suum factum ex muliere: quo nomine quis catholicus nesciat non eum priuationem uirginitatis, sed differentiam sexus hebraeo more loquendi significare uoluisse? cum itaque ait: misit deus filium suum factum ex muliere, satis ostendit eo ipso missum filium, quo factus est ex muliere. quod ergo de deo natus est, in hoc mundo erat; quod autem de Maria natus est, in hunc missus aduenit. proinde mitti a patre sine spiritu sancto non potuit, non solum quia intellegitur pater, cum eum misit, id est fecit ex femina, non utique sine spiritu sancto fecisse, uerum etiam quod manifestissime atque apertissime in euangelio dicitur uirgini Mariae quaerenti ab angelo: quomodo fiet istud? spiritus sanctus superueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit tibi. et Matthaeus dicit:

4 Ps. 138, 8 7 Ps. 138, 7 12 Gal. 4, 4 sq. 26 Luc. 1, 34 sq.

1 potuit esse *v* 2 etiam *V*: *om. v* 4 iret *V*: eat *GPv* 5 illic *V*: ibi *GPv* 7 abibo *V*: ibo *GPv* ab *V*: a *GPv* 10 sit *V*: intellegatur *GPv* 12 filio *V*: filio quidem *GPv* 13 ex muliere* (m *ras.*) *V* 17 differentia *V* loquendi more *Gv* 19 ostendit] *add.* v^2 *in mg.* 21 hunc *V*: hunc mundum (mundo *P*) *GPv* 24 sancto G^3V: se G^1Pv fec**sse (is *ras.*) *P* 25 manifestissime atque *GPv*: *om. V* 27 istud fiet *Gv* 28 mattheus *V* matheus *v*

inuenta est in utero habens de spiritu sancto; quamquam et apud Esaiam prophetam de aduentu suo futuro ipse Christus intellegitur dicere: nunc dominus misit me et spiritus eius.

Fortasse aliquis cogitat, ut dicamus etiam a se ipso missum esse filium, quia ille Mariae uirginis conceptus et partus operatio trinitatis est, qua creante omnia creantur, et „quomodo iam" inquit „pater eum misit, si se ipse misit?" cui primum respondeo quaerens, ut dicat, si potest, quomodo eum pater sanctificauit, si se ipse sanctificauit. utrumque enim idem dominus ait: quem pater, inquit, sanctificauit et misit in hunc mundum, uos dicitis, quia blasphemat, quoniam dicit: filius dei sum. alio autem loco ait: et pro his sanctifico me ipsum. item quaero, quomodo eum pater tradidit, si ipse se tradidit. utrumque enim dicit apostolus Paulus: qui filio, inquit, suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. alibi autem de ipso saluatore ait: qui me dilexit et tradidit se ipsum pro me. credo, respondebit, si haec probe sapit, quia una uoluntas est patris et filii et inseparabilis operatio. sic ergo intellegat illam incarnationem, ex uirgine natiuitatem, in qua filius intellegitur missus, una eademque operatione patris et filii inseparabiliter esse factam, non utique inde disparato spiritu sancto, de quo aperte dicitur: inuenta est in utero habens de spiritu sancto. nam etiam, si ita

1 (et 24) Matth. 1, 18 3 Es. 48, 16 11 Io. 10, 36 13 Io. 17, 19 16 Rom. 8, 32 18 Gal. 2, 20

1 in utero *PV*: *om. Gv* 2 ipse christus intellegitur de aduentu suo f. *GPv* 3 nunc *V*: et nunc *GPv* 5 cogitat *V*: cogit G^1P cogat G^3; *abros. in v* 6 filium esse *v* uirginis *V*: *om. GPv* operatio] opera *v* 8 ipse se *GPv* 9 pater eum *GPv* 14 his *V*: eis *GPv* 15 si ipse se tradidit *V*: *om. GPv* 16 inquit suo *V*: suo inquit *P* inquit *Gv* 19 se *V*: semet *Gv* credo *V*: credo pro me *v* si haec – sapit *V*: *om. v* 21 uirgine *V*: uirginis *GPv* natiuitate *GPv* 22 operatione *GPv*: *om. V* 23 inseparabiliter] et inseparabiliter *v* inde *GPv*: in *V* 24 disparato *scripsi*: disperato *V* separato *GPv*

quaeramus, enodatius fortassis quod dicimus apparebit: quomodo misit deus filium suum? iussit, ut ueniret, atque ille iubenti obtemperauit, an rogauit, an tantummodo admonuit? sed quodlibet horum sit, uerbo utique factum est; dei autem uerbum ipse est dei filius. quapropter dum eum pater uerbo misit, a patre et uerbo eius factum est, ut mitteretur. ergo a patre et filio missus est idem filius, quia uerbum patris est ipse filius. quis enim se tam sacrilega induat opinione, ut putet temporale uerbum a patre factum esse, ut aeternus filius mitteretur et in carne appareret ex tempore? sed utique in ipso dei uerbo, quod erat in principio apud deum et deus erat, in ipsa scilicet sapientia dei sine tempore erat quo tempore eam in carne apparere oporteret. itaque cum sine ullo initio temporis in principio esset uerbum, et uerbum esset apud deum, et deus esset uerbum, sine ullo tempore in ipso uerbo erat quo tempore uerbum caro fieret et habitaret in nobis. quae plenitudo temporis cum uenisset, misit deus filium suum factum ex muliere, id est ut incarnatum uerbum hominibus appareret; quod in ipso uerbo sine tempore erat quo tempore fieret. ordo quippe temporum in aeterna dei sapientia sine tempore est. cum itaque hoc a patre et filio factum esset, ut in carne filius appareret, consequenter dictus est missus ille qui in eadem carne hic apparuit, misisse autem ille qui in ea non apparuit. quoniam illa quae coram corporeis oculis foris geruntur ab interiore apparatu naturae spiritalis exsistunt, propterea conuenienter missa dicuntur. forma porro illa suscepti hominis

15 cf. Io. 1, 1. 2. 14 17 Gal. 4, 4

1 enodatius *V*: enucleatius *v* 2 misit *V*: *om. v* 3 obtemperauit *V*: obtemperans uenit *GPv* 5 dum *V* (*cf. Ennod. p. 222, 19*; *436, 13 ed. Hartel*): cum *Gv* 8 enim] *om. v* 12 tempore erat *V*: t. quae erat *v* 18 id est *V*: *om. GPv* id est] id est factum in tempore *a* 20 quo *PV*: in quo *Gv* 22 a patre et *V*: apparet *v* filio] filium *v* esset] esse *v* 23 consequenter] alibi congruenter G^3 *supr. uers.* 24 hic *scripsi*: hoc *V*; *om. GPv* misisse—non apparuit *V*: *om. v* 26 naturae] natura *V* propterea *V*: et propterea *v* 27 porro *V*: quippe *P*; *abros. in v*

filii persona est, non etiam patris. quapropter pater inuisibilis una cum filio secum inuisibili eundem filium uisibilem faciendo misisse eum dictus est, qui si eo modo uisibilis fieret, ut cum patre inuisibilis esse desisteret, id est si substantia inuisibilis uerbi in creaturam uisibilem mutata et transiens uerteretur, ita missus a patre intellegeretur filius, ut tantum missus, non etiam cum patre mittens inueniretur. cum uero sic accepta est forma serui, ut maneret incommutabilis forma dei, manifestum est, quod a patre et filio non apparentibus factum sit quod appareret in filio, id est ab inuisibili patre cum inuisibili filio idem ipse filius uisibilis mitteretur. cur ergo ait: et a me ipso non ueni? iam hoc secundum formam serui dictum est, secundum quam dictum est: ego non iudico quemquam.

Si ergo missus dicitur, in quantum apparuit foris in creatura corporali qui intus in natura spiritali oculis mortalium semper occultus est, iam in promtu est intellegere etiam de spiritu sancto, cur missus etiam ipse dicatur. facta est enim quaedam creaturae species ex tempore, in qua uisibiliter ostenderetur spiritus sanctus, cum super ipsum dominum corporali specie uelut columba descendit, siue cum decem diebus peractis post eius ascensionem die pentecostes factus est subito de caelo sonus, quasi ferretur flatus uehemens, et uisae sunt illis linguae diuisae quasi ignis, qui consedit super unumquemque eorum. haec operatio uisibiliter expressa et oculis oblata mortalibus missio spiritus sancti dicta est, non ut

12 Io. 8, 42 14 Io. 8, 15 21 cf. Matth. 3, 16 22 cf. Act. 2, 2 sqq.

1 pater *GPv*: *om. V* 2 una] unam *V* 4 substantiam *v* 5 inuisilis (bi *add. m. 2*) *v* 6 mutata *Gv*: mutatam *V* 6 missus *Gv*: missum *V* a patre] apparere *v* 10 aparentibus *v* 12 iam] *om. v* 16 spiritali *Gv*: spiritalis *V* 17 promptum *v* 18 missus etiam ipse *V*: et ipse missus *Gv* enim est *v* 20 cum *V*: siue cum *GPv* 21 descendit *Vv*: discendit *P* decim *P* 22 die *GPv*: diem *V* factus] *om. v* 23 uisae *V*: uisi *v* 24 quasi *V*: sicut *GPv* consedit *V*: et insedit *v*

appareret eius ipsa substantia, quia ipse inuisibilis et incommutabilis est sicut pater et filius, sed ut exterioribus uisis hominum corda commota a temporali manifestatione uenientis ad occultum aeternitatis semper praesentis conuerterentur.

[QVOD OPERE DEI OMNIS CREATVRA ADMINISTRETVR, ET QVOD MIRA MVLTA ORDINE CONSVETVDINIS INSERANTVR. EX LIBRO DE TRINITATE III, CAPITVLO V.

Quis attrahit humorem per radicem uitis ad botrum et 255
uinum facit nisi deus, qui et homine plantante et rigante incrementum dat? sed cum ad nutum domini aqua in uinum inusitata celeritate conuersa est, etiam stultis fatentibus uis diuina declarata est. quis arbusta fronde ac flore sollemniter uestit nisi deus? uerum cum floruit uirga sacerdotis Aaron, conlocuta est quodam modo cum dubitante humanitate diuinitas. et lignis certe omnibus et omnium animalium carnibus gignendis atque formandis communis est terrena materies, et quis ea facit nisi qui dixit, ut haec terra produceret, et in eodem uerbo suo quae creauit regit atque agit? sed cum eandem materiam ex uirga Moysi in carnem serpentis proxime ac uelociter uertit, miraculum fuit rei quidem mutabilis, sed

9 cf. I Cor. 3, 7 10 cf. Io. 2, 9 13 cf. Num. 17, 8 17 cf. Gen. 1, 24 19 cf. Ex. 4, 3

1 quia *V*: qua *Gv* que et P^1 qua et P^2 incommutabilis *GPv*: commutabilis *V* 2 sed ut *v*: sed *V* 3 corda *V*: *om. v* 4 occultum aeternitatis *V*: occultam aeternitatem *Gv* 5 *quae uncinis inclusi desunt in MV* *cap.* CCL *P* CCLII *Gv* omne *P* amministretur *Gv*: cum ministretur *P* et quod *scripsi*: quod et *GPv* 6 mira multa *Gv*: miranda *P* inseratur G^1 7 V *GP*: II *v* 8 attrait P^1v umorem *P* botrum (o *add. m. 2*) *P* 9 homine G^3: hominem G^1 homini G^2v plantanti G^2v rigante G^3: rigantem G^1 riganti G^2v 13 uerum (u *ex* a *corr. m. 2*) *G* 14 conlocuta G^3: conlocata G^1v cum G^3: *om.* G^1v diuinitas G^1: diuinitus G^2v 17 et G^3: *om.* G^1v 18 quae G^1: qui G^2v quo G^3 atque G^1v: eaque G^3 19 materiam—Moysi in] *abrosa in v* proxime ac uelociter] *abros. in v*

tamen inusitata mutatio. quis autem animat quaeque uiua nascentia nisi qui et illum serpentem ad horam, sicut opus fuerat, animauit?

Et quis reddidit cadaueribus animas suas, cum resurgerent mortui, nisi qui animat carnes in uteris matrum, ut oriantur morituri? sed cum fiunt illa continuato quasi quodam fluuio labentium manantiumque rerum ex occulto in promtum atque ex promto in occultum usitato itinere transeuntium, naturalia dicuntur; cum uero admonendis hominibus inusitata mutabilitate ingeruntur, magnalia nominantur.]

CCXXXIIII.

QVOMODO IN TRINITATE ET PATER AD FILIVM PRINCIPIVM SIT ET PATER ET FILIVS AD SPIRITVM SANCTVM. EX LIBRO DE TRINITATE V, T. XIIII.

256 Vtrum autem et ad spiritum sanctum principium sit pater quaestio est, quia, ita si est, non iam principium ei tantum rei erit, quam gignit aut facit, sed etiam ei quam dat. ubi et illud elucescit, ut potest, quod solet multos mouere, cur non sit filius etiam spiritus sanctus, cum et ipse a patre exeat, sicut in euangelio legitur. exit enim non quomodo natus, sed quomodo datus, et ideo non dicitur filius, quia neque natus est sicut unigenitus, neque factus, ut per gratiam in adoptionem nasceretur, sicuti nos. quod enim de patre natum est, ad patrem solum refertur, cum dicitur filius; et ideo filius patris est, non et noster. quod autem datum est, et ad eum qui dedit refertur et ad eos quibus dedit. itaque spiritus

4 cf. Ezech. 37, 1 sqq. 20 cf. Io. 15, 26

1 quaeque] quaequi G^1 uiua nascentia G^3 *in mg.*: uana scientia G^1v 6 fiunt G^2v: fident G^1(*?*) 7 manantiumque G^3: manentiumque G^1v promptum G^3: promptu G^1v 8 occultum G^3: occulto G^1v 11 *cap.* CCXXXIIII *MV*: *deest in GPv* 14 V] V̇ (*corr. m. 1*) *V* 20 enim] enī| enim *V* 23 nasceretur *a*: nosceretur *V*

sanctus non tantum patris et filii, qui dederunt, sed etiam noster dicitur, qui accepimus, ⟨sicut dicitur domini salus, qui dat salutem; eadem etiam nostra salus est, qui accepimus. spiritus ergo et dei est, qui dedit, et noster, qui accepimus,⟩ non ille spiritus noster, quo sumus, quia ipse spiritus est hominis, qui in ipso est, sed alio modo iste noster, quo dicimus et: panem nostrum da nobis, quamquam et illum spiritum, qui hominis dicitur, a quo utique accepimus. quid enim habes, inquit, quod non accepisti? sed aliud est quod accepimus, ut essemus, aliud quod accepimus, ut sancti essemus. unde scriptum est et de Iohanne, quod in spiritu et uirtute Heliae ueniret; dictus est Heliae spiritus, sed spiritus sanctus, quem accepit Helias. hoc et de Mose intellegendum est, cum ait ei dominus: tollam de spiritu tuo et dabo eis, hoc est: „dabo illis de spiritu sancto, quem iam tibi dedi". si ergo et quod datur principium habet eum a quo datur, quia non aliunde accepit illud quod ab ipso procedit, fatendum est patrem et filium principium esse spiritus sancti, non duo principia, sed sicut pater et filius unus deus et ad creaturam relatiue unus creator et unus dominus, sic relatiue ad spiritum sanctum unum principium. ad creaturam uero pater et filius et spiritus sanctus unum principium, sicut unus creator et unus deus.

CCXXXV.

QVOMODO IN SPIRITV SANCTO, ETIAM ANTEQVAM DARETVR, POSSIT DONI NOMEN INTELLEGI, VT EI SEMPER NON ALIVD FVERIT DONVM ESSE QVAM IPSVM ESSE. EX LIBRO S. S. T. XV.

Interius autem quaeritur utrum, quemadmodum filius non 257
hoc tantum habet nascendo, ut filius sit, sed omnino, ut sit,

2 Ps. 3, 9 7 Matth. 6, 11 8 I Cor. 4, 7 12 cf. Luc. 1, 17 14 Num. 11, 17

2 sicut dicitur—4 qui accepimus *a*: *om. MV* 8 a quo *MV*: *om. a* 13 sed *V*: scilicet *a* de Mose] de mosen *V* 24 *cap.* CCXXXV *MV*: *deest in GPv*

sic et spiritus sanctus eo quo datur habeat non tantum, ut donum sit, sed omnino, ut sit. utrum ergo erat, antequam daretur, sed nondum erat donum, an eo ipso quo daturus erat eum deus, iam donum erat, et antequam daretur? sed si non procedit, nisi cum datur, nec procederet utique, priusquam esset cui daretur, quomodo iam erat ipsa substantia, si non est nisi quia datur? sicut filius non tantum, ut filius — quod relatiue dicitur — sed omnino ut sit ipsa substantia, nascendo habet. an semper procedit spiritus sanctus et non ex tempore, sed ab aeternitate procedit? sed quia sic procedebat, ut esset donabile, iam donum erat, et antequam esset cui daretur. aliter enim intellegitur, cum dicitur donum, aliter, cum dicitur donatum; nam donum potest esse, et antequam detur, donatum autem nisi donatum fuerit nullo modo dici potest.

CCXXXVI.

DE APPELLATIONIBVS RELATIVIS, QVAE NON AD DEVM, SED AD CREATVRAM REFERENDAE SVNT, QVONIAM DEO NIHIL ACCIDIT. EX EODEM LIBRO DE TRINITATE V, T. XVI.

258 Nec moueat quod spiritus sanctus, cum sit coaeternus patri et filio, dicitur tamen aliquid ex tempore, ueluti hoc ipsum quod donatum diximus. nam sempiterne spiritus donum, temporaliter autem donatum. nam et dominus si non dicitur nisi cum habere incipit seruum, etiam ista appellatio relatiua ex tempore est deo; non enim sempiterna creatura est, cuius est ille dominus. quomodo ergo obtinebimus nec ipsa relatiua esse accidentia, quoniam nihil accidit deo temporaliter, quia non est mutabilis, sicut in exordio huius disputationis tractauimus? ecce dominum esse non sempiternum habet, ne cogamur etiam creaturam sempiternam dicere, quia ille sempiterne non dominaretur, nisi etiam iste sempiterne famularetur. sicut autem non potest esse seruus qui non habet dominum,

8 ipsa substantia *V*: ipsam substantiam *a* 15 *cap.* CCXXXVI *MV*: *deest in GPv* 30 iste *V*: ista *a*

sic nec dominus qui non habet seruum. et quisquis extiterit qui aeternum quidem deum solum dicat, tempora autem non esse aeterna propter uarietatem et mutabilitatem, sed tamen tempora non in tempore esse coepisse — non enim erat tempus, antequam inciperent tempora, et ideo non de tempore accidit deo, ut dominus esset, quia ipsorum temporum dominus erat, quae utique non in tempore esse coeperunt — quid respondebit de homine, qui in tempore factus est, cuius utique deus non erat, antequam esset cuius esset? certe uel ut dominus hominis esset, ex tempore accidit deo; ut omnis auferri uideatur controuersia, certe ut tuus dominus esset aut meus, qui modo esse coepimus, ex tempore accidit deo; aut et, si propter obscuram quaestionem animae uideatur incertum, quid, ut esset dominus populi Israhel? quia etsi iam erat animae natura, quam ille populus habebat, quod modo non quaerimus, tamen ille populus nondum erat et quomodo esse coepit apparet. postremo, ut dominus esset huius arboris et huius segetis, ex tempore accidit, quae modo esse coeperunt, quia, etsi materies iam erat, aliud est tamen dominum esse materiae, aliud esse dominum iam factae naturae. alio enim tempore est etiam homo dominus ligni et alio tempore est dominus arcae, quamuis ex ipso ligno fabricatae, quod utique non erat, cum ligni dominus iam esset. quomodo igitur obtinebimus nihil secundum accidens dici deum, nisi quia ipsius naturae nihil accidit, quo mutetur, ut ea sint accidentia relatiua, quae cum aliqua mutatione rerum, de quibus dicuntur, accidunt? sicut amicus relatiue dicitur; neque enim esse incipit, nisi cum amare coeperit; fit ergo aliqua mutatio uoluntatis, ut amicus dicatur. nummus autem cum dicitur pretium, relatiue dicitur, nec tamen mutatus est, cum esse coepit pretium; neque cum dicitur pignus et si qua similia. si ergo nummus potest nulla

2 qui *a*: quia *V* 8 deus *V*: dominus *a* 15 quod modo *a*: quomodo *V* 16 et quomodo *scripsi*: quomodo *V* et quando *a* 19 esse dominum iam factae *a*: *om. V* 21 *post* arcae *addidit librarius cod. V quod supra omiserat*: aliud esse dominum iam factae 25 quae *a*: qua *V* 26 accidunt *a*: accedunt *V*

sui mutatione totiens dici relatiue, ut neque cum incipit dici neque cum desinit aliquid in eius natura uel forma, qua nummus est, mutationis fiat, quanto facilius de illa incommutabili dei substantia debemus accipere, ut ita dicatur relatiue aliquid ad creaturam, ut, quamuis temporaliter incipiat dici, non tamen ipsi substantiae dei accidisse intellegatur, sed illi creaturae, ad quam dicitur? domine, inquit, refugium factus es nobis. refugium ergo nostrum deus relatiue dicitur; ad nos enim refertur et tunc refugium nostrum fit, cum ad eum refugimus. numquid tunc fit aliquid in eius natura, quod antequam ad eum refugeremus non erat? in nobis ergo fit aliqua mutatio — deteriores enim fuimus, antequam ad eum refugeremus, et efficimur ad eum refugiendo meliores — in illo autem nulla. sic et pater noster esse incipit, cum per eius gratiam regeneramur, quoniam dedit nobis potestatem filios dei fieri. substantia itaque nostra mutatur in melius, cum filii eius efficimur, simul et ille pater noster esse incipit, sed nulla suae commutatione substantiae. quod ergo temporaliter dici incipit deus quod antea non dicebatur, manifestum est relatiue dici, non tamen secundum accidens dei, quod ei aliquid acciderit, sed plane secundum accidens eius, ad quod dici aliquid deus incipit relatiue. et quod amicus dei iustus esse incipit, ipse mutatur, deus autem absit, ut temporaliter aliquem diligat quasi noua dilectione, quae in ipso ante non erat, apud quem nec praeterita transierunt et futura iam facta sunt. itaque omnes sanctos suos ante mundi constitutionem dilexit, sicut praedestinauit, sed, cum conuertuntur et inueniunt illum, tunc incipere ab eo diligi dicuntur, ut eo modo dicatur, quo potest humano affectu capi quod dicitur. sic etiam, cum iratus malis dicitur et placidus bonis, illi mutantur, non ipse, sicut lux infirmis oculis aspera, firmis lenis est, ipsorum scilicet mutatione, non sua.

7 Ps. 89, 1 15 cf. Io. 1, 12 26 cf. Io. 17, 24

6 accidisse *V*: accidisse aliquid *a* 20 dei *a*: deus *V* 26 constitutionem *a*: constitutione *V*

CCXXXVII.

DE SPIRITVS SANCTI VNITATE CVM PATRE ET FILIO. EX LIBRO DE TRINITATE VI, T. V.

Quapropter etiam spiritus sanctus in eadem unitate sub- 259
stantiae et aequalitate consistit. siue enim sit unitas amborum siue sanctitas siue caritas, siue ideo unitas, quia caritas, et ideo caritas, quia sanctitas, manifestum est, quod non aliquis duorum est quo uterque coniungitur, quo genitus a gignente diligatur generatoremque suum diligat, sintque non participatione, sed essentia sua, neque dono superioris alicuius, sed suo proprio seruantes unitatem spiritus in uinculo pacis. quod imitari per gratiam et ad deum et ad nos ipsos iubemur, in quibus duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. ita sunt illa tria deus unus, solus, magnus, sapiens, sanctus, beatus, nos autem ex ipso et per ipsum et in ipso beati, quia ipsius munere inter nos unum, cum illo autem unus spiritus, quia agglutinatur anima nostra post eum, et nobis haerere deo bonum est, quia perdet omnem qui fornicatur ab eo. spiritus ergo sanctus commune aliquid est patris et filii, quidquid illud est, at ipsa communio consubstantialis et coaeterna, quae si amicitia conuenienter dici potest, dicatur; sed aptius dicitur caritas. et haec quoque substantia, quia deus substantia et deus caritas, sicut scriptum est. sicut autem simul substantia cum patre et filio, ita simul magna et simul bona et simul sancta et quidquid aliud a se dicitur, quoniam non aliud est deo esse et aliud magnum esse uel bonum et cetera, sicut supra ostendimus. si enim minus magna est ibi caritas quam sapientia, minus quam est diligitur; aequalis est igitur, ut, quanta est sapientia, tantum diligatur. est autem sapientia aequalis patri, sicut supra diximus; aequalis est

11 cf. Eph. 4, 3 13 cf. Matth. 22, 40 17 cf. Ps. 72, 28. 27 23 I Io. 4, 16

1 *cap.* CCXXXVII *MV*: *deest in GPv* 20 at *a*: aut *V* consustantialis (b *add. m. 2*) *V* 25 a se *V*: ad se *a*

igitur etiam spiritus sanctus et, si aequalis, in omnibus aequalis propter summam simplicitatem, quae in illa substantia est. et ideo non amplius quam tria sunt: unus diligens eum qui de illo est, et unus diligens eum de quo est, et ipsa dilectio. quae si nihil est, quomodo deus dilectio est? si non est substantia, quomodo deus substantia est?

CCXXXVIII.

DE SOLO DEO VERO PATRE ET FILIO ET SPIRITV SANCTO. EX EODEM LIBRO DE TRINITATE VI, T. VIIII.

260 Et quoniam ostendimus, quomodo possit dici solus pater, quia non nisi ipse ibi pater, consideranda est illa sententia, qua dicitur uerum deum non esse patrem solum, sed patrem et filium et spiritum sanctum. si quis enim interroget, pater solus utrum sit deus, quomodo respondebitur non esse, nisi forte ita dicamus, esse quidem patrem deum, sed non eum esse solum deum, esse autem solum deum patrem et filium et spiritum sanctum? sed quid agimus de illo testimonio domini? patri enim dicebat et patrem nominauerat, ad quem loquebatur, cum ait: haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te unum uerum deum. quod quidem Arriani sic solent accipere, quasi non sit filius dei uerus. quibus exclusis uidendum est, an intellegere cogamur, cum dictum est patri: ut cognoscant te unum uerum deum, tamquam hoc insinuare uoluerit, quia et solus pater deus est, ne non intellegeremus deum nisi ipsa tria simul, patrem et filium et spiritum sanctum. num ergo ex domini testimonio et patrem unum uerum deum dicimus et filium unum uerum deum et spiritum sanctum unum uerum deum dicimus, et

5 I Io. 4, 8 19 (et 23) Io. 17, 3

7 *cap.* CCLI *P* CCLIII *Gv* 8 deo uero *MV*: uero deo *GPv* 9 eodem *MV*: *om. GPv* t. VIIII *MV*: capitulo VIII *Gv* 10 Et quoniam — 26 num ergo *MV*: *om. GPv* 25 intellegeremus *a*: intellegerimus *V* 26 ex *GPv*: et *MV* 27 deum] domini *v*

simul patrem et filium et spiritum sanctum, id est simul ipsam trinitatem, non tres ueros deos, sed unum uerum deum? an quoniam addidit: et quem misisti Iesum Christum, subaudiendum est: „unum uerum deum“ et ordo uerborum est: „ut te et quem misisti Iesum Christum cognoscant uerum deum?“ cur ergo tacuit de spiritu sancto? an quoniam consequens est, ut, ubicumque nominatur unum tanta pace uni adhaerens, ut per hanc unum utrumque sit, iam ex hoc intellegatur etiam ipsa pax, quamuis non commemoretur? nam et illo loco apostolus uidetur quasi praetermittere spiritum sanctum, et tamen ibi intellegitur, ubi ait: omnia uestra, uos autem Christi, Christus autem dei; et iterum: caput mulieris uir, caput uiri Christus, caput autem Christi deus. sed rursus deus non nisi omnia simul tria; quomodo caput Christi deus, id est caput Christi trinitas, cum in trinitate sit Christus, ut sit trinitas? an quod est pater cum filio, caput est ei quod est solus filius? cum filio enim pater deus, solus autem filius Christus est, maxime quia iam uerbum caro factum est et loquitur, secundum quam humilitatem eius etiam maior est pater, sicut dicit: quoniam pater maior me est, ut hoc ipsum deum esse, quod illi cum patre unum est, caput sit hominis mediatoris, quod ipse solus est. si enim mentem recte dicimus principale hominis, id est tamquam caput humanae substantiae, cum ipse homo cum mente sit homo, cur non multo congruentius multoque magis uerbum cum patre, quod simul deus est, caput est Christi, quamuis Christus homo nisi cum uerbo, quod caro factum est, intellegi non possit?

11 I Cor. 3, 22 sq. 12 I Cor. 11, 3 20 Io. 14, 28 22 cf. I Tim. 2, 5

5 te et *V*: et te et *Gv* uerum *V*: unum uerum *GPv* 8 utrumque unum *GPv* 9 ipsa *V*: ipsi *v* commemoretur *GP*: commoueretur *V*; *abros. in v* 14 rursus *V*: rursus si *GPv* 17 est solus *V*: est et solus *Gv* 19 factum est et *V*: factum *GPv* 21 ut *V*: et *GPv* 22 mediatoris — principale hominis *GVv*: *om. P* solus *Gv*: locutus *V* 25 uerbum *GPv*: uerbo *V* 26 deus (*om.* est) *v*

CCXXXVIIII.

DE EO QVOD APOSTOLVS DICIT, VIRVM ESSE IMAGINEM DEI, MVLIEREM AVTEM GLORIAM VIRI. EX LIBRO DE TRINITATE XII, T. VII.

261 Manifestum est quid apostolus significare uoluerit, ideo figurate ac mystice, quia de uelando muliebri capite loquebatur. quod nisi ad aliquod secretum sacramenti referatur, inane remanebit.

Sicut enim non solum ueracissima ratio sed etiam ipsius apostoli declarat auctoritas, non secundum formam corporis homo factus est ad imaginem dei, sed secundum rationalem mentem. cogitatio quippe turpiter uana est, quae opinatur deum membrorum corporalium liniamentis circumscribi atque definiri. porro autem nonne idem beatus apostolus dicit: renouamini spiritu mentis uestrae et induite nouum hominem, eum qui secundum deum creatus est? et alibi apertius: exuentes uos, inquit, ueterem hominem cum actibus suis induite nouum, qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit eum? si ergo spiritu mentis nostrae renouamur et ipse est nouus homo, qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit eum, nulli dubium est non secundum corpus neque secundum quamlibet animi partem, sed secundum rationalem mentem, ubi potest esse agnitio dei, hominem factum ad imaginem eius qui creauit eum. secundum hanc autem renouationem efficimur etiam filii dei per baptismum Christi et induentes nouum hominem Christum utique induimus per fidem. quis est ergo, qui ab hoc consortio feminas alienet, cum sint nobiscum gratiae coheredes et alio loco idem apo-

14 Eph. 4, 23 sq. 17 Col. 3, 9 sq.

1 *cap.* CCLII *P* CCLIIII *Gv* 2 dicit *MV*: ait *GPv* 3 ex] ex eodem *v* 4 t. VII. *V*: capitulo VII *Gv* 5 Manifestum est— 19 creauit eum *MV*: *om. GPv* 11 homo *a*: immo *V* 20 spiritum *P* 28 fęminas (ę *a m. 2*) *V* alienet *GPv*: alienent *V* 29 gratia *v*

stolus dicat: omnes enim filii dei estis per fidem in Christo Iesu; quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. non est Iudaeus neque Graecus, non est seruus neque liber, non est masculus neque femina: omnes enim uos unum estis in Christo Iesu? numquidnam igitur fideles feminae sexum corporis amiserunt? sed quia ibi renouantur ad imaginem dei, ubi sexus nullus est, ibi factus est homo ad imaginem dei, ubi sexus nullus est, hoc est in spiritu mentis suae. cur ergo uir propterea non debet caput uelare, quia imago est et gloria dei, mulier autem debet, quia gloria uiri est, quasi mulier non renouetur spiritu mentis suae, qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius qui creauit eum? sed quia sexu corporis distat a uiro, rite potuit in eius corporali uelamento figurari pars illa rationis, quae ad temporalia gubernanda deflectitur, ut non maneat imago dei nisi ex qua parte mens hominis aeternis rationibus concupiscendis uel consulendis adhaerescit, quam non solum masculos, etiam feminas habere manifestum est.

Ergo in eorum mentibus communis natura cognoscitur, in eorum uero corporibus ipsius unius mentis distributio figuratur.

1 Gal. 3, 26 sqq.

2 baptizati (in Christo *om.*) *v* 6 fęminae (ę *a m. 2*) *V* 8 factus (*om.* est) *v* 10 debet *V*: debeat *v* caput] *om. v* 11 est uiri *v* 12 spiritu *V*: in spiritu *Gv* agnitionem *V*: agnitione *v* 13 eum *V*: illum *GPv* 14 corporis distat a uiro *V*: distat uisio corporis *v* 15 quae *GPv*: qui *V* gubernanda (b *add. m. 2*) *V* 17 concupiscendis *V*: conspiciendis *GPv* consolendis *V* 18 etiam *V*: sed etiam *GPv* fęminas (ę *a m. 2*) *V* 20 eorum *V*: earum *v*

CCXL.

QVIBVS PROGRESSIBVS MENS CORPORALIVM RERVM VSV ET IMAGINE DELECTATA AB AETERNORVM CONTEMPLATIONE DEFICIAT. EX LIBRO DE TRINITATE XII.

262 Ascendentibus itaque introrsus quibusdam gradibus considerationis per animae partes, unde incipit aliquid occurrere, quod non sit nobis commune cum bestiis, inde incipit ratio, ubi iam homo interior possit agnosci. qui etiam si per illam rationem, cui temporalium rerum administratio delegata est, iam moderato progressu nimis in exteriora prolabitur consentiente sibi capite suo, id est non eam cohibente atque refrenante illa quae in specula consilii praesidet quasi uirili portione, inueteratur inter inimicos suos, uirtutis inuidos daemones cum suo principe diabolo, aeternorumque illa uisio ab ipso capite cum coniuge uetitum manducante subtrahitur, ut lumen oculorum eius non sit cum illo; ac sic ab illa inlustratione ueritatis ambo nudati atque apertis oculis conscientiae ad uidendum, quam inhonesti atque indecori remanserint, tamquam folia dulcium fructuum, sed sine ipsis fructibus, ita sine fructu boni operis uana uerba contexunt, ut male uiuentes quasi bene loquendo contegant turpitudinem suam.

CCXLI.

QVID DISPVTATVM QVIDVE SIT COMPREHENSVM RATIOCINATIONE LIBRORVM. EX LIBRO DE TRINITATE XV.

263 Sed quoniam disserendi et ratiocinandi necessitas per quattuordecim libros multa nos compulit dicere, quae cuncta simul

13 cf. Ps. 6, 8 15 cf. Ps. 37, 11 18 cf. Gen. 3, 7 sqq.

1 *cap.* CCXL *MV*: *deest in GPv* 3 delec*tata *M* 9 amministratio *MV* 10 iam moderato *V*: immoderato *a* prolabitur *a*: probabitur *V* 20 uana *MV*: bona *a* 22 *cap.* CCLII P^1 CCLIII P^2 CCLV *Gv* 23 comprehensum *V*: comprehensum praecedentium *GPv* ratiocinatione] rationatione *P* ratione *G* 25 ratiotinandi *v*

aspicere non ualemus, ut ad id quod apprehendere uolumus ea celeri cogitatione referamus, faciam, quantum domino adiuuante potuero, ut quidquid in singulis uoluminibus ad cognitionem disputatione perduxi, remota disputatione breuiter congeram et tamquam sub uno mentis aspectu, non quemadmodum res quaeque persuasit, sed ipsa quae persuasa sunt ponam, ne tam longe sint a praecedentibus consequentia, ut obliuionem praecedentium faciat inspectio consequentium, aut certe, si fecerit, cito possit quod exciderit relegendo colligi.

In primo libro secundum scripturas sanctas unitas et aequalitas summae illius trinitatis ostenditur. in secundo et tertio et quarto eadem, sed de filii missione et spiritus sancti diligenter quaestio pertractata tres libros fecit demonstratumque est non ideo minorem mittente qui missus est, quia ille misit, hic missus est, cum trinitas, quae per omnia aequalis est, pariter quoque in sua natura immutabilis et inuisibilis et ubique praesens inseparabiliter operetur. in quinto propter eos quibus ideo non eandem patris et filii uidetur esse substantiam, quia omne quod de deo dicitur secundum substantiam dici putant et propterea, gignere et gigni uel genitum esse uel ingenitum quoniam diuersa sunt, contendunt substantias esse diuersas, demonstratur non omne quod de deo dicitur secundum substantiam dici, sicut secundum substantiam dicitur bonus et magnus et si quid aliud ad se dicitur, sed dici etiam relatiue, id est non ad se, sed ad aliquid quod ipse non est, sicut pater ad filium dicitur uel dominus ad creaturam sibi seruientem; ubi si quid relatiue, id est ad aliquid quod ipse non est, etiam

2 celeri *V*: celeritate *v* cogitationem *v* 4 disputatione *V*: disputationum *v* perduxi remota disputatione *V*: perduxero motam disputationem *v* brebiter (v *add. m. 2*) *V* 7 a *V*: *om. v* 8 faciat] faciant *V* 9 religendo *v* colligi P^1V: recolligi P^2 colligitur *v* 10 sancta *v* 13 fecit *V*: feci *v* 15 missus est *V*: m. sit *v* 18 uidetur non eandem patris et filii *GPv* 20 gignere et *V*: uel gignere uel *v* uel ingenitum *V*: et ingenitum *GPv* 22 demonstrantur *V* 23 sicut—dicitur] *add.* v^2 *in mg.* 24 dici etiam *GPv*: dicet iam *V* 25 ^{ad} aliquid (ad *add. m. 2*) *G* 27 ad *Gv*: *om. V*

ex tempore dicitur, sicuti est: domine, refugium factus es nobis, nihil ei accedere quo mutetur, sed omnino ipsum in natura uel essentia sua immutabilem permanere. in sexto, quomodo dictus sit Christus ore apostolico dei uirtus et dei sapientia, sic disputatur, ut differatur eadem quaestio diligentius retractanda, utrum a quo est genitus Christus non sit ipse sapientia, sed tantum sapientiae suae pater, an sapientia sapientiam genuerit. sed quodlibet horum esset, etiam in hoc libro apparuit trinitatis aequalitas et non deus triplex, sed trinitas, nec quasi aliquid duplum esse patrem et filium ad simplum spiritum sanctum, ubi nec tria plus aliquid sunt quam unum horum. disputatum est etiam, quomodo possit intellegi quod ait Hilarius episcopus: aeternitas in patre, species in imagine, usus in munere. in septimo quaestio, quae dilata fuerat, explicatur, ita ut deus, qui genuit filium, non solum sit pater uirtutis et sapientiae suae, sed etiam ipse uirtus atque sapientia, sic et spiritus sanctus, nec tamen simul tres sint uirtutes aut tres sapientiae, sed una uirtus et una sapientia, sicut unus deus et una essentia. deinde quaesitum est, quomodo dicatur una essentia tres personae, uel a quibusdam Graecis una essentia tres substantiae, et inuentum est elocutionis necessitate dici, ut aliquo uno nomine enuntiaretur, cum quaeritur tres quid sint, quos tres esse ueraciter confitemur, patrem scilicet et filium et spiritum sanctum. in octauo ratione etiam reddita intellegentibus clarum est in substantia ueritatis non solum patrem filio non esse maiorem, sed nec ambos simul maius aliquid esse quam solum spiritum sanctum, aut quoslibet duos in eadem trinitate maius esse aliquid quam unum, aut omnes simul tres maius aliquid esse quam singulos. deinde

1 Ps. 89, 1 4 cf. I Cor. 1, 24

1 sicut *v* dominus *v* 2 nihil *V*: in nihil *v* accedere *GVv*: accidere *a* 3 immutabilem *V*: incommutabilem *v* 13 Hilarius] elarius *P* episcopus hilarius G^1v aeternitas *GPv*: aeternitatis *V* 15 ut *V*: et *v* 20 uel *V*: uelut *v* 21 eloquutionis *V* 22 enuntiarentur *v* 23 tres quid *V*: quid tres *P* qui tres *Gv* sint *GVv*: sunt *P* 27 aliquid maius *GPv*

per ueritatem, quae intellecta conspicitur, et per bonum summum, a quo est omne bonum, et per iustitiam, propter quam diligitur animus iustus ab animo etiam nondum iusto, ut natura non solum incorporalis uerum etiam immutabilis, quod est deus, quantum fieri potest, intellegeretur admonui, et per caritatem, quae in scripturis sanctis deus dicta est, per quam coepit utcumque etiam trinitas intellegentibus apparere, sicut sunt amans et quod amatur et amor. in nono ad imaginem dei, quod est homo secundum mentem, peruenit disputatio, et in ea quaedam trinitas inuenitur, id est mens et notitia, qua se nouit, et amor, quo se notitiamque suam diligit; et haec tria aequalia sunt inter se et unius ostenduntur esse essentiae. in decimo hoc idem diligentius subtiliusque tractatum est atque ad id perductum, ut inueniretur in mente euidentior trinitas eius, in memoria scilicet et intellegentia et uoluntate. sed quoniam et hoc compertum est, quod mens numquam esse ita potuerit, ut non sui meminisset, non se intellegeret et diligeret, quamuis non semper se cogitaret, cum autem cogitaret, non se a corporalibus rebus eadem cogitatione discerneret: dilata est de trinitate, cuius haec imago est, disputatio, ut in ipsis etiam corporalibus uisis inueniretur trinitas et distinctius in ea lectoris exerceretur intentio. in undecimo ergo electus est sensus oculorum, in quo id quod inuentum esset etiam in ceteris quattuor sensibus corporis, et non dictum posset agnosci, atque ita exterioris hominis trinitas primo in his quae cernuntur extrinsecus, ex corpore scilicet, quod uidetur, et forma, quae inde in acie cernentis imprimitur, et utrumque copulantis intentione uoluntatis apparuit. sed haec tria non inter se aequalia nec unius esse substantiae claruerunt. deinde in ipso animo ab his quae extrinsecus sensa sunt uel introducta inuenta est altera trinitas, ubi apparent eadem tria unius esse substantiae, ima-

6 cf. I Io. 4, 16

5 intellegeretur *V*: intelligi *v* 10 qua se nouit *V*: *om. v* 11 notitiamque] notiamque *V* 12 sunt *V*: *om. Gv* 16 ita] *om. v* 22 exerceretur *V*: exerceatur *GPv* 23 esset G^3V: esse G^1 est G^2v 26 forma *Gv*: format *PV* 31 apparent G^1PVv: apparerent G^3

ginatio corporis, quae in memoria est, et inde formatio, cum ad eam conuertitur acies cogitantis, et utrumque coniungens intentio uoluntatis. sed ideo et ista trinitas ad exteriorem hominem reperta est pertinere, quia de corporibus inlata est, quae sentiuntur extrinsecus. in duodecimo discernenda uisa est sapientia ab scientia et in ea, quae proprie scientia nuncupatur, quia inferior est, prius quaedam sui generis trinitas inquirenda, quae licet ad interiorem hominem iam pertineat, nondum tamen imago dei uel appellanda sit uel putanda. et hoc agitur in tertio decimo per commendationem fidei christianae. in quarto decimo autem de sapientia hominis uera, id est dei munere in eius ipsius dei participatione, quae ab scientia distincta est, disputatur et eo peruenit disputatio, ut trinitas appareat in imagine dei, quod est homo secundum mentem, quae renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit hominem ad imaginem suam, et sic percipit sapientiam, ubi contemplatio est aeternorum.

CCXLII.

DE SANCTO SPIRITV, QVI PATRI ET FILIO AEQVALIS ACCIPITVR ET VTRIVSQVE SPIRITVS DICITVR ET CARITATIS NOMINE INTELLEGITVR, CVM QVAELIBET IN TRINITATE PERSONA SIT CARITAS. EX LIBRO DE TRINITATE XV, CAPIT. XVII.

264 Nunc de spiritu sancto, quantum deo donante uidere concedimur, disserendum est. qui spiritus sanctus secundum scripturas nec patris est solius nec filii solius, sed amborum, et ideo communem, quia inuicem se diligunt pater et filius, nobis

15 cf. Col. 3, 10 16 cf. Gen. 1, 27

1 formatio G^1Vv: informatio G^3P 2 ad eam *Gv*: ad eā** *P* eadem *V* 4 reperta (*om.* est) *v* corporibus *GPv*: cordibus *V* 5 duodecimo *GPv*: undecimo *V* 12 participatione *V*: participatione donata *GPv* 16 percepit *v* 18 *cap.* CCXLII (*in ras.*) *V*: CCLII *M* CCLIIII *P* CCLVI *Gv* 19 de sancto spiritu *MV*: de spiritu sancto *P*; *om. v* 20 utriusque (*om.* et) *MV* 22 de trinitate] *om. v* capt̃ XVII *MV*: titulo XVI *Gv* 23 concedimur *V*: conceditur *Gv* 24 scribturas *V*: scripturas sanctas *GPv*

insinuat caritatem. ut autem nos exerceret sermo diuinus, non res in promtu sitas, sed in abdito scrutandas, ex abdito eruendas maiore studio fecit inquiri. non ita dixit scriptura diuina: „spiritus sanctus caritas est“, quod si dixisset, non paruam partem quaestionis istius abstulisset; sed dixit: deus caritas est, ut incertum sit et ideo requirendum, utrum deus pater sit caritas an deus filius an deus spiritus sanctus an deus ipsa trinitas. neque enim dicturi sumus non propterea deum dictum esse caritatem, quod ipsa caritas sit ulla substantia, quae dei digna sit nomine, sed quod donum sit dei, sicut dictum est deo: quoniam tu es patientia mea; non utique propterea dictum est, quia deus substantia est nostra patientia, sed quod ab ipso nobis est, sicut alibi legitur: quoniam ab ipso est patientia mea. hunc quippe sensum facile refellit scripturarum ipsa locutio. tale est enim: tu es patientia mea, quale est: domine, spes mea et: deus meus misericordia mea et multa similia. non est autem dictum: „domine, caritas mea“ aut: „tu es caritas mea“ aut: „deus, caritas mea“, sed ita dictum est: deus caritas est, sicut dictum est: deus spiritus est. hoc qui non discernit intellectum a domino, non expositionem quaerat a nobis; non enim apertius quicquam possumus dicere.

Deus ergo caritas est. utrum autem pater an filius an spiritus sanctus an ipsa trinitas, quia et ipsa non tres di, sed deus est unus, hoc quaeritur. sed iam in hoc libro superius disputaui non sic accipiendam esse trinitatem, quae deus est, ex illis tribus, quae in trinitate nostrae mentis ostendimus, ut

5 (19. 23) I Io. 4, 16 11 (et 15) Ps. 70, 5 13 Ps. 61, 6 16 Ps. 90, 9 Ps. 58, 18 20 Io. 4, 24

1 insinuant *v* 2 promptu sitas GP^1v: promtui s. *V* promptuositas P^2 scrutandas ex abdito *V*: *om.* G^1v; scrutandas (os *P*) et ex (de G^3) abdito G^3P 3 maiori *v* ita *V*: itaque *GPv* scriptura G^3PV: scriptor G^1v diuina *V*: *om. GPv* 6 pater *GP*: pariter *V*; *abros. in v* 12 deus *PV*: dei *Gv* 21 expositionem] exposionem *V* 24 di V^1: dii GPV^2v 25 unus est *Gv* 26 accipienda *GV*

tamquam memoria sit omnium trium pater et intellegentia omnium filius et caritas omnium trium spiritus sanctus, quasi pater non intellegat sibi nec diligat, sed ei filius intellegat et spiritus sanctus ei diligat, ipse autem et sibi et illis tantum meminerit, et filius nec meminerit nec diligat sibi, sed meminerit ei pater et diligat ei spiritus sanctus, ipse autem et sibi et illis tantummodo intellegat, itemque spiritus sanctus nec meminerit nec intellegat sibi, sed meminerit ei pater et intellegat ei filius, ipse autem et sibi et illis non nisi diligat; sed sic potius, ut omnia tria et omnes et singuli habeant in sua quisque natura nec distent in eis ista, sicut in nobis aliud est memoria, aliud est intellegentia, aliud est dilectio siue caritas, sed unum aliquid sit, quod omnia ualeat, sicut ipsa sapientia, et sic habetur in uniuscuiusque natura, ut qui habet hoc sit quod habet, sicut immutabilis simplexque substantia. si ergo haec intellecta sunt et, quantum nobis in rebus tantis uidere uel coniectare concessum est, uera esse claruerunt, nescio, cur non, sicut sapientia et pater dicitur et filius et spiritus sanctus et simul omnes non tres, sed una sapientia, ita et caritas et pater dicatur et filius et spiritus sanctus et simul omnes una caritas. sic enim et pater deus et filius deus et spiritus sanctus deus et simul omnes unus deus.

Et tamen non frustra in hac trinitate non dicitur uerbum dei nisi filius, nec donum dei nisi spiritus sanctus, nec de quo genitum est uerbum et de quo procedit principaliter spiritus sanctus nisi deus pater. ideo autem addidi „principaliter“, quia et de filio spiritus sanctus procedere reperitur. sed hoc quoque illi pater dedit non iam exsistenti et nondum habenti, sed quidquid unigenito uerbo dedit, gignendo dedit. sic ergo

1 intellegentia *V*: intellegentia (intellegenda G^1) sit *GPv* 2 omnium filius *V*: omnium trium filius *GPv* 3 ei *GPv*: et *V* 4 ipse autem — 6 spiritus sanctus] *add.* v^2 *in mg.* 9 intellegat (*om.* ei) *v* 10 sic *GPv*: sit *V* omnes et] omnia *v* 12 intellegentia (*om.* est) *GPv* dilectio (*om.* est) *GPv* 14 ut qui *V*: utique quae *v* 16 in *V*: ex *v* 18 nescio *V*: nec scio *Gv* sapientia et *GPv*: sapientiae *V* 20 sanctus et *V*: sanctus deus *Gv* 27 repperitur *V*

eum genuit, ut etiam de illo donum commune procederet et spiritus sanctus spiritus esset amborum. non est igitur accipienda transeunter, sed diligenter intuenda inseparabilis trinitatis ista distinctio. hinc enim factum est, ut proprie dei uerbum etiam dei sapientia diceretur, cum sit sapientia et pater et spiritus sanctus. si ergo proprie aliquid horum trium caritas nuncupanda est, quid aptius, quam ut hoc sit spiritus sanctus? ut in illa simplici summaque natura non sit aliud substantia et aliud caritas, sed substantia ipsa sit caritas et caritas ipsa substantia, ita siue in patre siue in filio siue in spiritu sancto; et tamen proprie spiritus sanctus caritas nuncupatur.

Sicut legis nomine aliquando simul omnia ueteris instrumenti sanctarum scripturarum significantur eloquia. nam ex propheta Esaia testimonium ponens apostolus, ubi ait: in aliis linguis et in aliis labiis loquar populo huic, praemisit tamen: in lege scriptum est. et ipse dominus: in lege, inquit, eorum scriptum est: quia oderunt me gratis, cum hoc legatur in psalmo. aliquando autem proprie uocatur lex quae data est per Mosen, secundum quod dictum est: lex et prophetae usque ad Iohannem, et: in his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae; hic utique proprie lex appellata est de monte Sina. prophetarum autem nomine etiam psalmi significati sunt, et tamen alio loco ipse saluator: oportebat, inquit, impleri omnia quae scripta sunt in lege et prophetis et psalmis de me. hic rursus prophetarum nomine exceptis psalmis intellegi uoluit. dicitur ergo lex uniuersaliter cum prophetis et psalmis, dicitur

15 I Cor. 14, 21 Es. 28, 11 17 Io. 15, 25 18 Ps. 34, 19 20 Matth. 11, 13 21 Matth. 22, 40 25 Luc. 24, 44

8 ut *V*: ut scilicet *GPv* 10 substantia *V*: sit substantia *GPv* ita *V*: *om. GPv* 11 nuncupatur *V*: nuncupetur *Gv* 15 esaia *V*: isaia *Gv* 16 huic populo *v* 17 inquid *V* 20 moysen *GPv* 23 sinâ *V*: syna *v* 27 nomine G^1MVv: nomen G^3P exceptis *GPv*: excerptis *V* intellegi] in lege intellegi *GPv* *ab* intellegi *incipit f. 209*^{v} *in V; scriptura m. 1 fere plane delituit* 28 dicitur ergo *MV*: ut dicitur ergo *v*

proprie quae per Mosen data est. item dicuntur communiter prophetae simul cum psalmis, dicuntur et proprie praeter psalmos. et multis aliis exemplis doceri potest multa rerum uocabula et uniuersaliter poni et proprie quibusdam rebus adhiberi, nisi in re aperta uitanda sit longitudo sermonis. hoc ideo dixi, ne quisquam propterea nos inconuenienter existimet caritatem appellare spiritum sanctum, quia et deus pater et deus filius potest caritas nuncupari.

Sicut ergo unicum dei uerbum proprie uocamus nomine sapientiae, cum sit uniuersaliter spiritus sanctus et pater sapientia, ita spiritus proprie nuncupatur uocabulo caritatis, cum sit et pater et filius uniuersaliter caritas. sed dei uerbum, id est unigenitus dei filius, aperte dictus est dei sapientia ore apostolico, ubi ait: Christum dei uirtutem et dei sapientiam. spiritus autem sanctus ubi sit dictus caritas inuenimus, si diligenter Iohannis apostoli scrutemur eloquium. qui cum dixisset: dilectissimi, diligamus inuicem, quia dilectio ex deo est, secutus adiunxit: et omnis qui diligit ex deo natus est. qui non diligit, non cognouit deum, quia deus dilectio est. hic manifestauit eam se dixisse dilectionem deum, quam dixit ex deo; deus ergo ex deo est dilectio. sed quia et dei filius ex deo patre natus est et spiritus sanctus ex deo patre procedit, quem potius eorum hic debemus accipere dictum esse dilectionem deum merito quaeritur. pater enim solus ita deus est, ut non sit ex deo; ac per hoc dilectio, quae ita deus est, ut ex deo sit, aut filius est aut spiritus sanctus. sed in consequentibus, cum dei dilectionem commemorasset, non qua nos eum, sed qua nos ipse dilexit et misit filium suum liberatorem

14 I Cor. 1, 24 17 I Io. 4, 7 sq. 29 I Io. 4, 10

1 proprie *MV*: et proprie *Gv* moysen *GPv* 6 nos *GPv*: uos *MV* exsistimet *M* 9 dei *MV*: deus *v* 10 spiritus *MV*: et spiritus *GPv* sapientia *MV*: ipsa sapientia *GPv* 13 filius (*om.* dei) *M* 24 hic] *om. v* debemus *MV*: debeamus *Gv* 28 non qua] non quia *v* sed qua] sed quia *v* 29 liberatorem *MV*: litatorem *Gv* (*gr.* ἱλασμόν)

pro peccatis nostris, et hinc exhortatus esset, ut et nos inuicem diligamus atque ita in nobis deus maneat, quia utique dilectionem deum dixerat: statim uolens de hac re apertius aliquid loqui: in hoc, inquit, cognoscimus, quia in ipso manemus et ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. sanctus itaque spiritus, de quo dedit nobis, facit nos in deo manere et ipsum in nobis; hoc autem facit dilectio. ipse est igitur deus dilectio. denique paulo post, cum hoc ipsum repetisset atque dixisset: deus dilectio est, continuo subiecit: et qui manet in dilectione, in deo manet et deus in eo manet. unde supra dixerat: in hoc cognoscimus, quia in ipso manemus et ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. ipse ergo significatur ubi legitur: deus dilectio est. deus igitur spiritus sanctus, qui procedit ex deo, cum datus fuerit homini, accendit eum in dilectione dei et proximi, et ipse dilectio est. non enim habet homo unde deum diligat nisi ex deo. propter quod paulo post dicit: nos diligimus, quia ipse prior dilexit nos. apostolus quoque Paulus: dilectio, inquit, dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Nullum est isto dei dono excellentius. solum est quod diuidit inter filios regni aeterni et filios perditionis aeternae. dantur et alia per spiritum munera, sed sine caritate nihil prosunt. nisi ergo tantum impertiatur cuique spiritus sanctus, ut eum dei et proximi faciat amatorem, a sinistra non transferuntur ad dextram. nec spiritus proprie dicitur donum nisi propter dilectionem, quam qui non habuerit, si linguis hominum

4 I Io. 4, 13 11 I Io. 4, 16. 18 19 Rom. 5, 5 28 I Cor. 13, 1 sqq.

1 exortatus *G* exortus *v* 4 loqui G^1MPV: eloqui G^2v 5 suo] sancto *Gv* 7 deo GP^2v: deum MP^1V (*m. 1 et 2*) 8 ipse est — dilectio *GPv*: *om. MV* denique *MV*: de quo *Gv* 16 in dilectione V^1 *et* V^2: dilectio *Gv* 19 Paulus] *om. v* 22 nullum *Gv*: nullo *MV* diuidit *MV*: diuidet *v* 23 perditionis] pditionis *v* 26 transferuntur *V*: transfertur *G*; *abros. in v* 27 dexteram *Gv*

loquatur et angelorum, sonans aeramentum est et cymbalum tinniens; et si habuerit prophetiam et scierit omnia sacramenta et omnem scientiam et habuerit omnem fidem, ita ut montes transferat, nihil est; et si distribuerit omnem substantiam suam et si tradiderit corpus suum, ut ardeat, nihil prodest. quantum ergo bonum est, sine quo ad aeternam uitam neminem bona tanta perducunt? ipsa uero dilectio siue caritas — nam unius rei est nomen utrumque — si habeat eam qui non loquitur linguis nec habet prophetiam nec omnia scit sacramenta ommemque scientiam nec distribuit omnia sua pauperibus, uel non habendo quod distribuat uel aliqua necessitate prohibitus, nec tradit corpus suum, ut ardeat, si talis passionis nulla temtatio est, perducit ad regnum, ita ut ipsam fidem non faciat utilem nisi caritas. sine caritate quippe fides potest quidem esse, sed non et prodesse. propter quod et apostolus Paulus: in Christo, inquit, Iesu neque circumcisio aliquid ualet neque praeputium, sed fides, quae per dilectionem operatur, sic eam discernens ab ea fide, qua et daemones credunt et contremescunt. dilectio igitur, quae ex deo est et deus est, proprie spiritus sanctus est, per quem diffunditur in cordibus nostris dei caritas, per quam nos tota inhabitat trinitas. quocirca rectissime spiritus sanctus, cum sit deus, uocatur etiam dei donum. quod donum proprie quid nisi caritas intellegenda est, quae perducit ad deum et sine qua quodlibet aliud dei donum non perducit ad deum?

An et hoc probandum est, donum dei dictum esse in sacris litteris spiritum sanctum? si et hoc exspectatur, habemus in

17 Gal. 5, 6 20 cf. Iac. 2, 19 24 cf. Act. 8, 20

1 est] *om.* *v* cimbalum *v* 2 prophetiam *GPv*: prophetia *V* 7 sine] siue *P* quo ad aeternam G^2P^1Vv: coaeternam G^1 quoaeternam P^1 neminem *GPv*: nem° (o *add.* V^2 *supr. uers.*) *V* 9 habeat] habeam *v* qui *V*: quae *v* 12 aliquam *v* 22 caritas dei *Gv* quam *V*: quem *v* 23 inhabitet *v* 24 donum dei Gv^2 donum dei quod donum] *add.* v^2 *supr. uers.* 27 *ante* An *praemittunt* GP^1: hinc capitulum XVIII 28 literis *v*

euangelio secundum Iohannem domini Christi uerba dicentis: si quis sitit, ueniat ad me et bibat. qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. porro euangelista secutus adiunxit: hoc autem dixit de spiritu sancto, quem accepturi erant credentes in eum. unde dicit etiam Paulus apostolus: et omnes unum spiritum potati sumus. utrum autem donum dei sit appellata aqua ista, quod est spiritus sanctus, hoc quaeritur. sed sicut hic inuenimus hanc aquam spiritum sanctum esse, ita inuenimus alibi in ipso euangelio hanc aquam dei donum appellatam. nam dominus idem quando cum Samaritana muliere ad puteum loquebatur, cui dixerat: da mihi bibere, cum illa respondisset, quod Iudaei non conterentur Samaritanis, respondit Iesus et dixit ei: si scires donum dei et quis est qui dicit tibi: da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam uiuam. dicit ei mulier: domine, neque in quo haurias habes et puteus altus est; unde ergo habes aquam uiuam? et cetera. respondit Iesus et dixit ei: omnis, qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum; sed aqua, quam dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam. quia ergo haec aqua uiua, sicut euangelista exposuit, spiritus sanctus est, procul dubio spiritus donum dei est, de quo hic dominus ait: si scires donum dei et quis est qui dicit tibi: da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam uiuam. nam quod ibi ait: flumina de uentre eius fluent

2 (et 29) Io. 7, 37 sqq. 7 I Cor. 12, 13 13 Io. 4, 7 sqq.

5 hoc autem dixit] *add.* G^2 *supr. uers.* sancto *V*: *om. Gv* 7 potati sumus] potauimus G^2v 11 donum dei *Gv* appellatum (a *add. m. 2*) *v* 20 ei] *om. v* bibit G^3V: bibet G^1v hac aqua *V*: aqua hac *Gv* 22 non sitiet—dabo ei *GPv*: *om. V* 23 aqua *Gv*: aquam *P* 28 uiuam] bibam (b *in* v *corr. m. 2*) *V* 29 ait ibi *GPv*

aquae uiuae, hoc in isto loco: fiet, inquit, in eo fons aquae salutis in uita aeterna.

Paulus uero apostolus: unicuique, inquit, nostrum datur gratia secundum mensuram donationis Christi. atque ut donationem Christi spiritum sanctum ostenderet, secutus adiunxit: propter quod dicit: ascendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus. notissimum est autem dominum Iesum, cum post resurrectionem a mortuis ascendisset in caelum, dedisse spiritum sanctum, quo impleti qui crediderunt linguis omnium gentium loquebantur. nec moueat quod ait: dona, non „donum". id enim testimonium de psalmo posuit; hoc autem in psalmo ita legitur: ascendisti in altum, captiuasti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. sic enim plures codices habent, maxime graeci, et ex hebraeo sic interpretatum habemus. dona itaque dixit apostolus quemadmodum propheta, non donum. sed cum propheta dixerit: accepisti in hominibus, apostolus maluit dicere: dedit hominibus, ut ex utroque scilicet uerbo, uno prophetico, apostolico altero — quia in utroque est diuini sermonis auctoritas — ut sensus plenissimus redderetur. utrumque enim uerum est, et quia dedit hominibus et quia accepit in hominibus. dedit hominibus tamquam caput membris suis; accepit in hominibus idem ipse, utique in membris suis, propter quae membra sua clamauit de caelo: Saule, Saule, quid me persequeris? et de quibus membris suis ait: quando uni

3 Eph. 4, 7 sq. 13 Ps. 67, 19 25 Act. 9, 4 26 Matth. 25, 40

2 aquae G^3V: aquae uiuae G^1v salutis V: salientis GPv (*cf. p. 785, 23*) uita aeterna V^1: uitam aeternam GPV^2v 3 uero V: quoque GPv nostrum inquit v 6 ascendit G^1Pv: *om.* V; ascendens G^3 *supr. uers.* 8 autem est v 10 crediderant Gv 15 maxime V: et maxime Gv 17 sed cum V: secundum quod v dixerat v adcepisti (c *add. m. 2*) v 18 dedit ** hominibus (in *ras.*) G 20 auttoritas (c *add. m. 2*) v ut G^1Vv: *del. m. 3* G 22 accepit (*om.* quia) v dedit hominibus] *om.* v 26 quando GV: quod v

ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. ipse ergo Christus et dedit de caelo et accepit in terra. porro autem dona ob hoc ambo dixerunt, ut propheta et apostolus, quia per donum, quod est spiritus sanctus, in commune omnibus membris Christi multa dona, quae sunt quibusque propria, diuiduntur. non enim singuli quique habent omnia, sed hi illa et alii illa, quamuis ipsum donum, a quo cuique propria diuiduntur, omnes habent, id est spiritum sanctum. nam et alibi cum multa dona commemorasset: omnia, inquit, haec operatur unus atque idem spiritus, diuidens propria unicuique prout uult. quod uerbum et in epistula, quae ad Hebraeos est, inuenitur, ubi scriptum est: attestante deo signis et ostentis et uariis uirtutibus et spiritus sancti diuisionibus. et hic cum dixisset: ascendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus: quod autem ascendit, ait, quid est, nisi quia et descendit in inferiores partes terrae? qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes caelos, ut adimpleret omnia. et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam quidem prophetas, quosdam autem euangelistas, quosdam autem pastores et doctores. ecce quare dicta sunt dona; quia, sicut alibi dicit: numquid omnes apostoli? numquid omnes prophetae? et cetera. hic autem adiunxit: ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi. haec est domus, quae, sicut psalmus canit, aedificatur post captiuitatem, quoniam qui sunt a diabolo eruti, a quo captiui tenebantur, de his aedificatur corpus Christi, quae domus appellatur ecclesia. hanc autem

9 I Cor. 12, 11 12 Hebr. 2, 4 14 Eph. 4, 8 sqq. 23 I Cor. 12, 29 27 cf. Ps. 126, 1

3 ob G^2v: ab G^1V ut propheta V (*cf. p. 706, 21*): et propheta Gv 5 sunt] sint v 6 hi illa G^1V: illa alii G^2v 7 alii illa V: alii alia G^1 alia illi G^2v 8 habent V: habeant Gv 11 epistola Gv 16 ait] *add.* v^2 *supr. uers.* 22 quare V: quae v dicta V: praedicta v 29 apellatur v

captiuitatem ipse captiuauit, quia diabolum uicit. et ne illa quae futura erant sancti capitis membra in aeternum supplicium secum traheret, eum iustitiae prius, deinde potentiae uinculis alligauit. ipse itaque diabolus est appellata captiuitas, quam captiuauit qui ascendit in altum et dedit dona hominibus uel accepit in hominibus.

Petrus autem apostolus, sicut in eodem libro canonico legitur, ubi scripti sunt Actus apostolorum, loquens de Christo, commotis corde Iudaeis et dicentibus: quid ergo faciemus, fratres? monstrate nobis, dixit ad eos: agite paenitentiam, et baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi in remissione peccatorum, et accipietis donum spiritus sancti. itemque in eodem libro legitur Simonem Magum apostolis dare uoluisse pecuniam, ut ab eis acciperet potestatem, qua per impositionem manus daretur spiritus sanctus. cui Petrus idem: pecunia, inquit, tua tecum sit in perditione, quia donum dei aestimasti pecunia possidere. et alio eiusdem libri loco, cum Petrus Cornelio et eis qui cum illo fuerant loqueretur annuntians et praedicans Christum, ait scriptura: adhuc loquente Petro uerba haec cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant uerbum, et obstipuerunt qui ex circumcisione fideles simul cum Petro uenerant, quia et in nationes donum spiritus sancti effusum est. audiebant enim illos loquentes linguis et magnificantes deum. de quo facto suo, quod incircumcisos baptizauerat, quia, priusquam baptizarentur, ut nodum quaestionis huius auferret, in eos uenerat spiritus sanctus, cum Petrus postea redderet rationem fratribus, qui erant Hieroso-

9 Act. 2, 37 sq. 16 Act. 8, 20 20 Act. 10, 44 sqq.

1 quia *V*: qui *v* 3 eum *V*: cum *v* 7 eodem *V*: eo *Gv* 12 remissionem *Gv* 16 manus *V*: manus eius *Gv* 17 perditionem *Gv* 18 aestimasti *V*: aestimasti te *Gv* libro *v* 21 caecidit *V* 22 audierant (b *add. m. 2*) *v* 26 deum] edm̄ (e *del m. 1*) *V* incircumcisos *V*: in circumcisis *v* 28 auferet *v* 29 hierosolimis *v*

lymis et hac re audita mouebantur, ait post cetera: cum coepissem autem loqui ad illos, cecidit spiritus sanctus in illos, sicut et in nos initio. memoratusque sum uerbi domini, sicut dicebat: quia Iohannes quidem baptizauit aqua, uos uero baptizabimini spiritu sancto. si igitur aequale donum dedit illis sicut et nobis, qui credidimus dominum Iesum Christum, ego quis eram, qui possem prohibere deum non dare illis spiritum sanctum? et multa alia sunt testimonia scripturarum, quae concorditer attestantur donum dei esse spiritum sanctum, in quantum datur eis qui per eum diligunt deum. sed nimis longum est cuncta colligere, et quid eis satis est quibus haec quae diximus satis non sunt?

Sane admonendi sunt, quando quidem donum dei iam uident dictum spiritum dei sanctum, ut, cum audiunt: donum spiritus sancti, illud genus locutionis agnoscant, quod dictum est: in expoliatione corporis carnis. sicut enim corpus carnis nihil aliud est quam caro, sic donum spiritus sancti nihil aliud est quam spiritus sanctus. in tantum ergo donum dei est, in quantum datur eis quibus datur. apud se autem deus est, etsi nemini detur, quia deus erat patri et filio coaeternus, antequam cuiquam daretur. nec quia illi dant, ipse datur, ideo minor est illis. ita enim datur sicut dei donum, ut etiam se ipsum det sicut deus. non enim dici potest non esse suae potestatis de quo dictum est: spiritus ubi uult spirat; et apud apostolum quod iam supra commemoraui: omnia autem haec operatur unus atque idem spiritus, diuidens propria unicuique prout uult. non

1 Act. 11, 15 sqq. 17 Col. 2, 11 25 Io. 3, 8 27 I Cor. 12, 11

2 caecidit *V* 3 initio G^1V: in initio G^2v 4 iohannis *V* 5 uero *V*: autem *Gv* 7 dominum *V*: in dominum *Gv* 8 possim *v* 12 quid eis *V*: de his *v* 15 spiritum dei *V*: spiritum *G*; *abros. in v* ut *a*: et *GV*; *abros. in v* 17 sicut enim corpus carnis] *om. v* 21 nemini] *ex* nemine *corr. m. 2 v*

est illis condicio dati et dominatio dantium, sed concordia dati et dantium.

Quapropter, sicut sancta scriptura proclamat, deus caritas est, illa quae ex deo est et in nobis id agit, ut in deo maneamus et ipse in nobis. et hoc inde cognoscimus, quia de spiritu suo dedit nobis; ipse spiritus est deus caritas. deinde si in donis dei nihil maius est caritate et nullum est maius donum dei quam spiritus sanctus, quid consequentius, quam ut ipse sit caritas, quae dicitur et deus et ex deo? et si caritas, qua pater diligit filium et patrem diligit filius, ineffabiliter communionem demonstrat amborum; quid conuenientius, quam ut ille proprie dicatur caritas, qui spiritus est communis ambobus? hoc enim sanius creditur uel intellegitur, ut non solum spiritus sanctus caritas sit in illa trinitate, sed non frustra proprie caritas nuncupetur propter illa quae dicta sunt, sicut non solus est in illa trinitate uel spiritus uel sanctus, quia et pater spiritus et filius spiritus, et pater sanctus et filius sanctus, quod ambigit nequaquam pietas. et tamen ipse non frustra proprie dicitur spiritus sanctus. quia enim est communis ambobus, id uocatur ipse proprie quod ambo communiter. alioquin si in illa trinitate solus spiritus sanctus est caritas, profecto et filius non solius patris uerum etiam spiritus sancti filius inuenitur. ita enim locis innumerabilibus dicitur et legitur filius unigenitus dei patris, ut tamen et illud uerum sit quod apostolus ait de deo patre: qui eruit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii caritatis suae. non dixit: „filii sui“; quod si diceret, uerissime diceret, quemadmodum quia saepe dixit, uerissime dixit; sed ait: filii caritatis suae. filius ergo est etiam spiritus sancti, si non est in illa trinitate caritas dei nisi spiritus sanctus.

3 I Io. 4, 16 25 Col. 1, 13

1 illis *V*: illic *Gv* 4 agit ut *GPv*: agitur *V* 6 spiritus *V*: spiritus eius *GPv* 9 et si caritas *GPv*: et caritas *V* 11 qui[d] (d *add. m. 2*) *v* 18 ambigit nequaquam *V*: non ambigit G^2P^2v non ambiget G^1P^1v 20 alioquin si *GPv*: alioquin *V* 21 in] *om.* v^1 28 saepe dixit] saepe dixi *v*

quod si absurdissimum est, restat, ut non solus ibi sit caritas spiritus sanctus, sed propter illa de quibus satis disserui, proprie sic uocetur, quod autem dictum est: filii caritatis suae, nihil aliud intellegatur quam filii sui dilecti, quam filii postremo substantiae suae. caritas quippe patris, quae in natura eius est ineffabiliter simplici, nihil est aliud quam eius ipsa natura atque substantia, ut saepe iam diximus et saepe iterare non piget. ac per hoc filius caritatis eius nullus est alius quam qui de substantia eius est genitus.

CCXLIII.

DE INTERROGATIONE HAERETICI CONTRA EOS QVI VNIGENITVM DEI NON PATERNAE SVBSTANTIAE, SED VOLVNTATIS FILIVM ESSE DIXERVNT. EX LIBRO DE TRINITATE XV, T. XX.

Acute sane quidam respondit haeretico uersutissime inter- 265
roganti, utrum deus filium uolens an nolens genuerit, ut, si diceretur nolens, absurdissima dei miseria sequeretur, si autem uolens, continuo quod contendebat uelut inuicta ratione concluderet, non naturae esse filium, sed uoluntatis. at ille uigilantissime uicissim quaesiuit ab eo, utrum deus pater uolens an nolens sit deus, ut, si responderet nolens, sequeretur illa miseria, quam de deo credere magna insania est, si autem diceret uolens, responderetur ei: „ergo et ipse uoluntate sua deus est, non natura“. quid ergo restabat, nisi ut obmutesceret et sua interrogatione obligatum insolubili uinculo se uideret? sed uoluntas dei si et propria dicenda est aliqua in trinitate persona, magis hoc nomen spiritui sancto competit sicut caritas. nam quid est aliud caritas quam uoluntas?

10 *cap.* CCXLIII (LIII *a m. 2 in ras. V*) *MV*: CCLV *P* CCLVII *Gv* 11 de interrogatione—14 interro(ganti)] *scriptura m. 1 V fere euanuit*; *m. 2 scripsit in mg.* haeretici] domini heretico *v* 13 XV de trinitate *Gv* 14 haeretico] *om. v* 16 absurdissime *v* dei] *om. v* miseriae *v* 17 quod—concluderet G^3V: *om.* G^1v contendebat *V*: intendebat G^3 18 non naturae] *om.* G^1 23 ommutesceret *V* 25 si et *Gv*: et *V* propria *V*: proprie *Gv*

[Video me de spiritu sancto in isto libro secundum scripturas sanctas hoc disputasse quod fidelibus sufficit iam scientibus deum esse spiritum sanctum, nec alterius substantiae nec minorem, quam est pater et filius, quod in superioribus libris secundum easdem scripturas sanctas uerum esse docuimus. de creatura etiam, quam fecit deus, quantum ualuimus, admonuimus eos qui rationem de rebus talibus poscunt, ut inuisibilia eius per ea quae facta sunt, sicut possent, intellecta conspicerent, et maxime per rationalem uel intellectualem creaturam, quae facta est ad imaginem dei, per quod uelut speculum, quantum possent, si possent, cernerent trinitatem deum in nostra memoria, intellegentia, uoluntate. quae tria in sua mente naturaliter diuinitus instituta quisquis uiuaciter perspicit et quam magnum sit in ea, unde potest etiam sempiterna immutabilisque natura recoli, conspici, concupisci — reminiscitur per memoriam, intuetur per intellegentiam, amplectitur per dilectionem — profecto reperit illius summae trinitatis imaginem. ad quam summam trinitatem reminiscendam, uidendam, diligendam, ut eam recordetur, eam contempletur, ea delectetur, totum debet referre quod uiuit. uerum ne hanc imaginem ab eadem trinitate factam et suo uitio in deterius commutatam ita eidem comparet trinitati, ut omni modo existimet similem, sed potius in qualicumque ista similitudine magnam quoque dissimilitudinem cernat, quantum satis esse uidebatur, admonui.

8 cf. Rom. 1, 20 10 cf. I Cor. 13, 12

1 *quae uncinis inclusi exhibent GPv: om. MV* 10 uelud *P* 12 nostram memoriam G^1 intellegentiam G^1 14 sempiternam *P* 15 concupisce G^1P^1 17 reperit *a*: repperit *GPv* 18 reminiscendum *P* 19 ea G^2: eam G^1P; *abros. in v* 20 totum (u *ex* a *corr. m. 2*) *G*; *abros. in v* hanc] ant G^1 23 ista *G*: *om. P*; istam *v* similitudinem magna *v* 24 dissimilitudine *v*

TRIA QVAE SVNT IN IMAGINE DEI, ID EST MEMORIA, INTELLECTVS ET AMOR, VNIVS ESSE PERSONAE, QVIA NON HOC EST EI ESSE QVOD HAEC HABERE. EX LIBRO XV DE TRINITATE, T. XXII.

Verum haec quando in una sunt persona, sicut est homo, 266
potest nobis quispiam dicere: tria ista, memoria, intellectus et amor, mea sunt, non sua, nec sibi, sed mihi agunt quod agunt, immo ego per illa. ego enim memini per memoriam, intellego per intellegentiam, amo per amorem, et quando ad memoriam meam aciem cogitationis aduerto ac sic in corde meo dico quod scio uerbumque uerum de scientia mea gignitur, utrumque meum est, et scientia utique et uerbum. ego enim scio, ego dico in corde meo quod scio. et quando in memoria mea cogitando inuenio iam me intellegere, iam me amare aliquid, qui intellectus et amor ibi erant et antequam inde cogitarem, intellectum meum et amorem meum inuenio in memoria mea, quo ego intellego, ego amo, non ipsa. item quando cogitatio mea memor est et uult redire ad ea quae in memoria reliquerat eaque intellecta conspicere atque intus dicere, mea memoria memor est et mea uult uoluntate, non sua. ipse quoque amor meus cum meminit atque intellegit quid appetere debeat, quid uitare, per meam, non per suam memoriam meminit, et per intellegentiam meam, non suam quidquid intellegenter amat intellegit. quod breuiter dici potest: ego per omnia illa tria memini, ego intellego, ego diligo, qui nec memoria sum nec intellegentia nec dilectio, sed haec habeo. ista ergo dici possunt ab una persona, quae habet haec

1 *cap.* CCLVI *P* CCLVII *v* CCLVIII *G*; *deest in MV* imagine (*om.* in) *P* 2 unus (i *add. m. 2*) *P* quia *P*: quę *Gv* est *P*: *om. Gv* 5 potest homo *P* 6 dicerae *v* 9 intellego *Gv*: ꝑ intelligo P^1 11 gignitur G^2v: gignetur G^1P 15 qui] qui^{a} (a *add. m. 3*) *G* 17 quo] quo^{d} (d *add. m. 3*) *G* que *v* ipsa G^1: ipsam G^2Pv 19 relinquerat *P* 22 per suam] ꝑ suam *P* 24 quicquid *GPv* 25 tria illa *v* ego diligo] *add.* v^2 *in mg.* 27 haec G^3P: haec ipsa G^1v

tria, non ipsa est haec tria. in illius uero summae simplicitate naturae, quae deus est, quamuis unus sit deus, tres tamen personae sunt, pater et filius et spiritus sanctus.

Aliud est itaque trinitas res ipsa, aliud imago trinitatis in re aliqua; propter quam imaginem simul et illud in quo sunt haec tria imago dicitur, sicut imago dicitur simul et tabula et quod in ea pictum est, sed propter picturam, quae in ea est, simul et tabula nomine imaginis appellatur.

QVAM VERA IN DEI TRINITATE VNITAS ET QVAM VERA IN EIVSDEM VNITATE SIT TRINITAS. EX LIBRO XV DE TRINITATE, T. XXIII.

267 Verum in illa summa trinitate, quae incomparabiliter rebus omnibus antecellit, tanta est inseparabilitas, ut cum trinitas hominum non possit dici unus homo, illa unus deus et dicatur et sit, nec in uno deo sit illa trinitas, sed unus deus. nec rursus quemadmodum ista imago, quod est homo, habens illa tria una persona est, ita est illa trinitas, sed tres personae sunt, pater filii et filius patris et spiritus sanctus patris et filii. quamuis enim memoria hominis, et maxime illa quam pecora non habent, id est qua res intellegibiles ita continentur, ut non in eam per sensus corporis uenerint, habeat pro modulo suo in hac imagine trinitatis incomparabiliter quidem imparem, sed tamen qualemcumque similitudinem patris; itemque intellegentia hominis, quae per intentionem cogitationis inde formatur, quando quod scitur dicitur et nullius linguae cordis uerbum est, habeat in sua magna disparilitate nonnullam similitudinem filii; et amor hominis de scientia procedens et memoriam intellegentiamque coniungens tamquam

1 ipsa G^3P: *om.* G^1v 2 unus *P*: unum *Gv* 5 aliqua *P*: alia *Gv* 9 *cap.* CCLVII *P* CCLVIIII *Gv*; *deest in MV* 10 eiustem *v* 11 XXIII *P*: XCIIII *Gv* 14 illa *Gv*: ille *P* et dicatur — unus deus] *add.* G^2 *in mg.* 20 peccora *v* 21 eam *G*: ea *Pv* uenirent *Gv* 23 imparem *Gv*: impatrem *P* 24 hominis quae *Gv*: omnisque *P* 26 disparalitate P^1 28 tamquam *Gv*: tantam *P*

parenti prolique communis — unde nec parens intellegitur esse nec proles — habeat in hac imagine aliquam, licet ualde imparem similitudinem spiritus sancti: non tamen, sicut in ista imagine trinitatis non haec tria unus homo, sed unius hominis sunt, ita in ipsa summa trinitate, cuius haec imago est, unius dei sunt illa tria, sed unus deus est, et tres sunt illae, non una persona. quod sane mirabiliter ineffabile est uel ineffabiliter mirabile, cum sit una persona haec imago trinitatis, ipsa uero summa trinitas tres personae sint, inseparabilior est illa trinitas personarum trium quam haec unius. illa quippe in natura diuinitatis, siue id melius dicitur deitatis, quod est, hoc est atque incommutabiliter inter se ac semper aequalis est nec aliquando non fuit aut aliter fuit nec aliquando non erit aut aliter erit. ista uero tria, quae sunt in impari imagine, etsi non locis, quoniam non sunt corpora, tamen inter se nunc in ista uita magnitudinibus separantur. neque enim quia moles nullae ibi sunt, ideo non uidemus in alio maiorem esse memoriam quam intellegentiam, in alio contra, in alio duo haec amoris magnitudine superari, siue sint ipsa duo inter se aequalia siue non sint aequalia, atque ita et a singulis bina et a binis singula et a singulis singula, maioribus minora uincuntur. et quando inter se aequalia fuerint ab omni languore sanata, nec tunc aequabitur rei natura immutabili ea res, quae per gratiam non mutabitur, quia non aequatur creatura creatori, et quando ab omni languore sanabitur, mutabitur.

Sed hanc non solum incorporalem uerum etiam summe inseparabilem uereque immutabilem trinitatem, cum uenerit uisio, quae facie ad faciem nobis promittitur, multo clarius certiusque uidebimus, quam nunc eius imaginem, quod nos

29 I Cor. 13, 12

4 non haec G^1P: haec (*del.* non G) G^2v 5 sunt GP: *om.* v 9 sint Gv: sunt P insepabilior (ra *add. m. 2*) G 11 diuitatis (ni *add. m. 2*) v 12 incommotabiliter P 17 enim G^3P: *om.* G^1v uidimus P 18 in alio contra G^1P: in alio econtra G^2 in alio loco tria G^3 *in mg.* econtra v 22 maioribus GP: a maioribus v 23 natura G^1P: naturae G^2v 28 cum uenerit Gv: conuenerit P

sumus; per quod tamen speculum et in quo aenigmate qui uident, sicut in hac uita uidere concessum est, non illi sunt qui ea quae digessimus et commendauimus in sua mente conspiciunt, sed illi qui eam tamquam imaginem uident, ut possint ad eum cuius imago est quomodocumque referre quod uident, et per imaginem, quam conspiciendo uident, etiam illud uidere coniciendo, quoniam nondum possunt facie ad faciem. non enim ait apostolus: „uidemus nunc in speculum", sed: uidemus nunc per speculum.]

CCXLIIII.

CVR BIS DATVS SIT SPIRITVS SANCTVS. EX LIBRO SVPRA SCRIPTO.

268 Quid uero fuerit causae, ut post resurrectionem suam in terra prius daret et de caelo postea mitteret spiritum sanctum, hoc ergo existimo, quia per ipsum donum diffunditur caritas in cordibus nostris, qua diligamus deum et proximum secundum duo illa praecepta, in quibus tota lex pendet et prophetae, hoc significans dominus Iesus bis dedisse spiritum sanctum, semel in terra propter dilectionem proximi et iterum de caelo propter dilectionem dei. et si forte alia ratio reddatur de bis dato spiritu sancto, eundem tamen spiritum sanctum datum, cum insufflasset Iesus, de quo mox ait: ite, baptizate gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti, ubi maxime commendatur haec trinitas, ambigere

9 I Cor. 13, 12 14 cf. Io. 20, 22 cf. Act. 2, 4 15 cf. Rom. 5, 5 17 cf. Matth. 22, 40 22 Matth. 28, 19

1 qui] *om.* G^1 2 sunt G^1P: *del.* G^2; *om.* *v* 3 digessimus *GP*: dignissimus *v* commendamus *P* 4 possent G^1P 7 coniciendo *P* 8 speculo G^2v 10 *cap.* CCLVIII *P* CCLX *Gv* 11 cur] quur (r *in ras. a m. 2 P*) *MP* quod *G* quare *v* ex] ex eodem *GPv* supra scripto *MV*: XV de trinitate titulo XXVI (XXIII *P*) *GPv* 13 in terra *MV*: et in terra *GPv* 15 ergo] ego G^3 18 dedisse *MPV* (*cf. p. 558, 3 not.*): dedit *Gv* 21 bis] his *v* sanctum *MV*: *om.* *Gv* 22 insuflasset *V* 23 gentes *MPV*: omnes gentes *Gv*

non debemus. ipse est igitur qui etiam de caelo datus est die pentecostes, id est post diem decimum quam dominus ascendit in caelum. quomodo ergo deus non est qui dominus ascendit in caelum? quomodo ergo deus non est qui dat spiritum sanctum? immo quantus deus est qui dat deum? neque enim aliquis discipulorum eius dedit spiritum sanctum. orabant quippe, ut ueniret in eos quibus manum imponebant, non ipsi eum dabant; quem morem in suis praepositis etiam nunc seruat ecclesia.

EX SERMONE DE ASCENSIONE DOMINI.

Quaerat a me aliquis, quare bis dedit spiritum sanctum. 268* multi multa dixerunt et sicut homines quaesierunt et aliquid dixerunt, quod non esset contra fidem, alius hoc, alius illud, utrumque quod non excederet regulam ueritatis. si dicam me scire quare bis dederit, mentior uobis. nescio. qui se dicit scire quod nescit temerarius est; qui se negat scire quod scit, ingratus est. ergo fateor uobis: quare bis dederit dominus spiritum sanctum, adhuc quaero et ad aliquid certius cupio peruenire. adiuuet me dominus orantibus uobis, ut quod donare dignatur uobis non taceatur. ergo nescio. quid tamen existimem nondum sciens, nondum pro certo tenens, sicut certissimum teneo dedisse — quid ergo existimem non tacebo. si hoc est, confirmet dominus; si aliud est quod uerius appareat, donet dominus. ergo arbitror, sed arbitror, ideo bis datum spiritum sanctum, ut commendarentur duo praecepta caritatis. duo sunt enim praecepta et una est caritas: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua; et

26 Matth. 22, 37 sqq.

2 diem *MV*: dies *Gv* decimum *MV*: decem *Gv* quam] qua *v* 3 dominus ascendit — non est qui *MV*: *om. GPv* 7 imponebat (n *add. m. 2*) *v* 10 ex *MV*: item ex *P* item *G*; *abros. in v* sermonem *G* domini] *om. GPv* 13 esset G^1P^2Vv: esse G^1P^1 14 quod] *om. v* 15 scire quare G^3: nescire quare G^1Vv mentiar *v* nescio] *om.* G^2v 18 et G^3V: *om.* G^1v 20 uobis *V*: et uobis *Gv* tamen *Gv*: tam *V*

diliges proximum tuum tamquam te ipsum. in his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. una caritas et duo praecepta, unus spiritus et duo data. non enim alius datus est prius et alius datus est postea, quia non alia caritas diligit proximum quam illa quae diligit deum. non ergo alia caritas est; qua caritate proximum diligimus, ipsa caritate et deum. sed quia aliud est deus, aliud proximus, una caritate diliguntur, non sunt tamen unum qui diliguntur. quia ergo magna est primitus commendanda dilectio dei, secunda dilectio proximi, a secunda autem incipitur, ut ad primam perueniatur — si enim fratrem, quem uides, non diliges, deum, quem non uides, quomodo diligere poteris? — ideo forte informans nos ad dilectionem proximi dedit in terra conspicuus et proximis proximus spiritum sanctum insufflando in faciem eorum; ut ab hac proximi caritate peruenirent ad eius ⟨caritatem⟩ qui in caelis est, de caelo misit iterum spiritum sanctum. accipe in terra et diliges fratrem; accipe de caelo et dilige deum, quia et in terra quod accepisti de caelo est. in terra Christus dedit, sed de caelo est quod dedit. ille enim dedit qui de caelo descendit; hic inuenit cui daret, sed inde attulit quod daret.

Quid est ergo, fratres? an forte commemoro et hoc, quomodo caritas ad spiritum sanctum pertineat? Paulum audite: non solum autem, inquit, sed et gloriamur in tribulationibus scientes, quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit, quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris. unde? quid tibi dabas? quid quasi de tuo praesumebas? quid enim habes, quod

11 I Io. 4, 20 24 Rom. 5, 3 sqq. 29 I Cor. 4, 7

3 duo praecepta *GPv*: dua p. *V* 8 non sunt — diliguntur] *add. v*² *in mg.* 11 diligis *Gv* 14 insuflando *V* 15 ut] *add. P*² *supr. uers.*; et *G*³ peruenirent ad eius *G*²*v*: *om. G*¹*PV* 16 caritatem *addidi*: *om. GPVv* qui *PV*: quae *G*¹*v*; *eras. G*³ 17 diliges *V*: dilige *Gv* 20 dedit] *om. v* 27 confundit *V*: confundetur *v*

non accepisti? ergo unde nisi, quod sequitur, per spiritum sanctum, qui datus est nobis?

Caritas ista non tenetur nisi in unitate ecclesiae. non illam habent diuisores, sicut dicit apostolus Iudas: hi sunt qui se ipsos segregant, animales, spiritum non habentes; ideo defluunt, quia coagulum non habent caritatis.

CCXLV.

QVID QVODAM SERMONE AD POPVLVM DISPVTATVM SIT DE DIFFERENTIA GENERATIONIS FILII ET PROCESSIONIS SPIRITVS SANCTI. EX LIBRO DE TRINITATE XV, T. XXVII.

Verum quia in illa coaeterna et aequali et incorporali et 269
ineffabiliter immutabili atque inseparabili trinitate difficillimum est generationem a processione distinguere, sufficiat interim eis qui extendi non ualent amplius id quod de hac re in sermone quodam proferendo ad aures populi christiani diximus dictumque conscripsimus. inter cetera enim, cum per scripturarum sanctarum testimonia docuissem de utroque procedere spiritum sanctum: „si ergo“ inquam „et de patre et de filio procedit spiritus sanctus, cur filius dixit: de patre procedit? cur, putas, nisi quemadmodum solet ad eum referre et quod ipsius est de quo ipse est? unde illud est quod ait: mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. si igitur hic intellegitur eius doctrina, quam tamen dixit non suam, sed patris, quanto magis illic intellegendus est et de ipso procedere spiritus sanctus, ubi sic ait: de patre procedit, ut non diceret: „de me non procedit“? a quo autem habet filius, ut sit deus — est enim de deo deus —

4 Iud. 1, 19 18 cf. Tract. in euang. Io. 99, 8 sq. 19 (et 25) Io. 15, 26 22 Io. 7, 16

1 unde ergo *v* 4 hi sunt (*cf. p. 377, 24; gr.* οὗτοί εἰσιν): his *GMPVv* 7 *cap.* CCLVIIII *P* CCLXI *Gv* 8 quid] quod *Gv* 9 diferentia *P* 10 ex *MV*: ex eodem *GPv* 14 extendi] extenti *v* 20 eum] eam(?) *V* 21 ipse *MV*: et ipse *Gv* unde *MV*: unde et *v* 27 sit (*om.* deus) *v*

ab illo habet utique, ut etiam de illo procedat spiritus sanctus. ac per hoc spiritus sanctus, ut etiam de illo procedat, sicut procedit de patre, ab ipso habet patre. hic utcumque etiam illud intellegitur, quantum a talibus, quales nos sumus, intellegi potest, cur non dicatur natus esse, sed potius procedere spiritus sanctus, quoniam, si et ipse filius diceretur, amborum utique filius diceretur: quod absurdissimum est. filius quippe nullus est duorum nisi patris et matris. absit autem, ut inter deum patrem et dei filium tale aliquid suspicemur, quia nec filius hominum simul ex patre et ex matre procedit, sed cum in matrem procedit ex patre, nondum procedit ex matre, et cum in hanc lucem procedit ex matre, non tunc procedit ex patre. spiritus autem sanctus non de patre procedit in filium et de filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de utroque procedit, quamuis hoc filio pater dederit, ut quemadmodum de se, ita de illo quoque procedat. neque enim possumus dicere, quod non sit uita spiritus sanctus, cum uita pater, uita sit filius; ac per hoc sicut pater, cum habeat uitam in semet ipso, dedit et filio habere uitam in semet ipso, sic ei dedit uitam procedere de illo, sicut procedit et de ipso.“ [haec de illo sermone in hunc librum transtuli, sed fidelibus, non infidelibus loquens.

Verum si ad hanc imaginem contuendam et ad uidenda ista quam uera sint quae in eorum mente sunt nec tria sic sunt, ut tres personae sint, sed omnia tria hominis sunt, quae una persona est, minus idonei sunt: cur non de illa summa trinitate, quae deus est, credunt potius quod in sacris litteris

19 cf. Io. 5, 26

1 ut] *om. v* procedat *MV*: procedit *v* 2 illo G^1MPVv: filio G^3 *supr. uers.* procedat] procedit *v* 4 qualis *v* 6 si] *om. v* 9 dei *MV* (*m. 1 et 2*): deum *GPv* 10 simul *MV*: simul et *GPv* 11 matrem GP^2v: matre MP^1V 14 filium] u *ex* a *corr. m. 1 V* 15 dederit pater *v* 16 procedit *v* 18 uita pater *MV*: uita sit pater *Gv* 21 *quae uncinis inclusi desunt in MV* 22 fidelibus G^2v: de fidelibus G^1P 23 hanc] haec G^1 24 quam] quae *v* ue**ra (ne *ras.*) *G* 25 quae G^1P: in G^2v 26 est] et G^2v cur non *a*: qui non G^1Pv quin G^3 *supr. uers.*

inuenitur, quam poscunt liquidissimam reddi rationem sibi, quae ab humana mente, tarda scilicet infirmaque, non capitur? et certe cum inconcusse crediderint scripturis sanctis tamquam ueracissimis testibus, agant orando et quaerendo et bene uiuendo, ut intellegant, id est ut, quantum uideri potest, uideatur mente quod tenetur fide. quis hoc prohibeat, immo uero ad hoc quis non hortetur? si autem propterea negandum putant ita esse, quia ea non ualent caecis mentibus cernere, debent et illi qui ex natiuitate sua caeci sunt esse solem negare. lux ergo lucet in tenebris; quod si tenebrae eam non comprehendunt, inluminentur dei dono prius, ut sint fideles et incipiant esse lux in comparatione infidelium, atque hoc praemisso fundamento aedificentur ad uidenda quae credunt, ut aliquando possint uidere. sunt enim quae ita creduntur, ut uideri iam omnino non possint; non enim Christus iterum in cruce uidendus est. sed nisi hoc credatur quod ita factum atque uisum est, ut futurum ac uidendum iam non speretur, non peruenitur ad Christum, qualis sine fine uidendus est. quantum uero attinet ad illam summam, ineffabilem, incorporalem incommutabilemque naturam per intellegentiam utcumque cernendam, nusquam se melius, regente dumtaxat fidei regula, acies humanae mentis exerceat quam in eo quod ipse homo in sua natura melius ceteris animalibus, melius etiam ceteris animae suae partibus habet, quod est ipsa mens, cui quidam rerum inuisibilium tributus est uisus et cui tamquam in loco superiore atque interiore honorabiliter praesidenti iudicanda omnia nuntiant etiam corporis sensus et qua non est superior, cui subdita regenda est, nisi deus.

10 cf. Io. 1, 5

1 quam poscunt *GP*: composcunt *v* sibi rationem *Gv* 2 ab] *om.* v^1 infirmaque *GP*: et infirma quę *v* non] nunc G^1v 5 uideri G^3: uidere G^1Pv 8 ita *GP*: ista *v* 9 qui G^2Pv: quae G^1 so*lem (l *ras.*) *G* 10 comprehendunt G^3P: comprehenderunt G^1v 11 prius *Pv*: dō prius *G* 12 lux esse G^2v praemiss*o (i *ras.*) *G* 14 credentur (*corr. m. 2*) *G* 22 regula* (m *ras.*) *G* 25 et cui *P*: ut cui G^1 et ut cui G^2v 26 praesidenti G^2v^2: praesidente *P* praesenti G^1 praedenti v^1 27 nuntiante G^1v

Verum inter haec quae multa iam dixi et nihil illius summae trinitatis ineffabilitate dignum me dixisse audeo profiteri, sed confiteri potius mirificatam scientiam eius ex me inualuisse nec potuisse me ad illam, o tu, anima mea, ubi te esse sentis, ubi iaces aut ubi stas, donec ab eo qui propitius factus est omnibus iniquitatibus tuis sanentur omnes languores tui? agnoscis te certe in illo esse stabulo, quo Samaritanus ille perduxit eum quem repperit multis a latronibus inflictis uulneribus semiuiuum, et tamen multa uera uidisti non his oculis, quibus uidentur corpora colorata, sed eis pro quibus orabat qui dicebat: oculi mei uideant aequitatem. nempe ergo multa uera uidisti eaque discreuisti ab illa luce, qua tibi lucente uidisti. attolle oculos ad ipsam lucem et eos in ea fige, si potes. sic enim uidebis quid distet natiuitas uerbi dei a processione doni dei, propter quod filius unigenitus non de patre genitum — alioquin frater eius esset — sed procedere dixit spiritum sanctum, unde, cum sit communio quaedam consubstantialis patris et filii, amborum spiritus, non amborum, quod absit, dictus est filius. sed ad hoc lucide perspicueque cernendum non potes ibi aciem figere, scio, non potes. uerum dico, mihi dico, quid non possim scio. ipsa tibi tamen ostendit in te tria illa, in quibus te summae ipsius, quam fixis oculis contemplari nondum uales, imaginem trinitatis agnosceres. ipsa ostendit tibi uerbum uerum esse in te, quando de scientia tua gignitur, id est quando quod scimus dicimus, etsi nullius gentis lingua significantem uocem uel proferamus uel cogitemus, sed ex illo quod nouimus cogitatio nostra formetur sitque in acie cogitantis imago simillima

4 cf. Ps. 138, 6 6 cf. Ps. 102, 3 7 cf. Luc. 10, 30 sqq. 11 Ps. 16, 2

1 haec G^2v: hac G^1P 2 audeo G^2v: audio G^1P profiteris P 7 agnoscis te GP: agnoscite v esse GP: essem v 8 perduxit P: produxit Gv inflictus G^1P 12 discreuisti (cre *a m. 2 in ras.*) G 15 uerbi (i *ex* ū *corr.*) G 19 dictus P: dictum Gv 22 te GPv: tu a ipsius] illius *add.* G^3 *supr. uers.* 24 agnosceres v: agnoscere GP 28 formemur P sitque G^3P: sicqui G^1v cogitantes G^1

cognitionis eius, quam memoria continebat, ista duo scilicet uelut parentem ac prolem tertia uoluntate siue dilectione iungente. quam quidem uoluntatem de cognitione procedere — nemo enim uult quod omnino quid uel quale sit nescit — non tamen esse cognitionis imaginem et ideo quandam in hac re intellegibili natiuitatis et processionis insinuari distantiam, quoniam non hoc est cogitatione conspicere quod appetere uel etiam perfrui uoluntate, cernit discernitque qui potest. potuisti et tu, quamuis non potueris neque possis explicare sufficienti eloquio, quod inter nubila similitudinum corporalium, quae cogitationibus humanis occursare non desinunt, uix uidisti. sed illa lux, quae non est quod tu et hoc tibi ostendit aliud esse illas incorporeas similitudines corporum et aliud esse uerum, quod eis reprobatis intellegentia contuemur, haec et alia similiter certa oculis tuis interioribus lux illa monstrauit. quae igitur causa est, cur acie fixa ipsam uidere non possis, nisi utique infirmitas? et quis eam tibi fecit nisi utique iniquitas? quis ergo sanat omnes languores tuos, nisi qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis?]

CCXLVI.

QVOD OMNIS DOCTRINA VEL RERVM SIT VEL SIGNORVM, ET RES, QVA FRVENDVM EST, SIT DEVS TRINITAS. EX LIBRO DE DOCTRINA CHRISTIANA PRIMO.

Omnis doctrina uel rerum est uel signorum; sed res per 270
signa discuntur. proprie autem nunc res appellaui, quae non ad significandum aliquid adhibentur, sicut est lignum, lapis, pecus atque huius modi cetera. sed non illud lignum, quod

19 cf. Ps. 102, 3

2 dilectionem *P* 3 iungentem G^1v 4 uel G^2Pv: uult G^1 6 intelligibili *P* 8 qui G^2Pv: quae G^1 10 sufficient *P* similitudinum (um *ex* em *corr. m. 2*) *G* 12 hoc] hęc G^3 *supr. uers.* 13 similitudinis *P* 17 possi^{s} (s *add. m. 2*) *G* tibi fecit *P*: fecit tibi *Gv* 19 qui G^2Pv: quę G^1 tuis *P*: *om. Gv* 20 *cap.* CCLX *P* CCLXII *G* CCLVII *v* 23 primo] *om. v* 26 sicuti *Gv*

in aquas amaras Mosen misisse legimus, ut amaritudine carerent, neque ille lapis, quem Iacob ad caput sibi posuit, neque illud pecus, quod pro filio immolauit Abraham. haec namque ita res sunt, ut aliarum etiam signa sint rerum. sunt autem alia signa, quorum omnis usus in significando est, sicuti sunt uerba. nemo enim utitur uerbis nisi ad aliquid, significandi gratia. ex quo intellegitur, quid appellem signa; res eas uidelicet, quae ad significandum aliquid adhibentur. quam ob rem omne signum etiam res aliqua est. quod enim nulla res est, omnino nihil est. non autem omnis res etiam signum est. et ideo in hac diuisione rerum atque signorum, cum de rebus loquimur, ita loquemur, ut, etiam si earum aliquae adhiberi ad significandum possint, non impediant partitionem, qua prius de rebus, postea de signis disserimus, memoriterque teneamus id nunc in rebus considerandum esse quod sunt, non quod aliud etiam praeter se ipsas significant.

Res ergo aliae sunt, quibus fruendum est, aliae, quibus utendum est, aliae, quae fruuntur et utuntur. illae quibus fruendum est nos beatos faciunt; istis quibus utendum est tendentes ad beatitudinem adiuuamur et quasi adminiculamur, ut ad illas quae nos beatos faciunt peruenire atque his inhaerere possimus. nos uero, qui fruimur et utimur inter utrasque constituti, si eis quibus utendum est frui uoluerimus, impeditur cursus noster et aliquando etiam deflectitur, ut ab his rebus, quibus fruendum est, obtinendis uel retardemur uel etiam reuocemur, inferiorum amore praepediti.

1 cf. Ex. 15, 25 2 cf. Gen. 28, 11 3 cf. Gen. 22, 13

1 moysen *GPv* amaritudinem *V* 2 ille *GPv*: illa *V* sibi ad caput *GPv* posuit *V*: posuerat *GPv* 3 haec *GVv*: hae *P* 4 sint *V*: sunt *v* autem *GVv*: etiam *P* 5 quorum *GPv*: quarum *V* 6 ad aliquid *V*: aliquid *GPv* 7 quid *V*: quod *v* eas res *v* 12 ita loquemur *V*: ita loquimur *Gv* aliqua *v* adhibere *v* 13 possunt *v* 14 disserimus *PV*: disseruimus *Gv* 18 utendum (*om.* est) *Gv* 20 amminiculamur *libri* 21 ut *GPv*: *om. V* inhaerere *V*: haerere *v* 23 constituti *Gv*: constiti *V* 24 etiam (et *add. m. 2*) *v* ab] a *v* 25 retardaemur *v* 26 amore *V*: amore inherendo *v*

Frui est enim amore inhaerere alicui rei propter se ipsam; uti autem, quod in usum uenerit ad id quod amas optinendum referre, si tamen amandum est. nam usus inlicitus abusus potius uel abusio nominanda est. quomodo ergo, si essemus peregrini, qui beate uiuere nisi in patria non possemus, eaque peregrinatione utique miseri et miseriam finire cupientes in patriam redire uellemus, opus esset uel terrestribus uel marinis uehiculis, quibus utendum esset, ut ad patriam, qua fruendum erat, peruenire ualeremus; quod si amoenitates itineris et ipsa gestatio uehiculorum nos delectaret, conuersi ad fruendum his quibus uti debuimus, nollemus cito uiam finire et peruersa suauitate implicati alienaremur a patria, cuius suauitas faceret beatos: sic in huius mortalitatis uia peregrinantes a domino si redire ad patriam uolumus, ubi beati esse possimus, utendum est hoc mundo, non fruendum, ut inuisibilia dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciantur, hoc est ut de corporalibus temporalibusque rebus aeterna et spiritalia capiamus.

Res igitur, quibus fruendum est, pater et filius et spiritus sanctus eademque trinitas, una quaedam summa res communisque omnibus fruentibus ea, si tamen res, et non rerum omnium causa; si tamen et causa. non enim facile nomen, quod tantae excellentiae conueniat, inueniri potest, nisi quod melius ita dicitur trinitas haec unus deus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. ita pater et filius et spiritus sanctus et singulus quisque horum deus et simul omnes unus deus et singulus quisque horum plena substantia et simul omnes una substantia. pater nec filius est nec spiritus sanctus,

13 cf. II Cor. 5, 6 16 cf. Rom. 1, 20 24 cf. Rom. 11, 36

2 ueniret *v* amas *a*: amat G^1PVv amatur G^3 *supr. uers.* 4 nominanda est] *add.* P^2 *supr. uers.* ergo] *om.* P^1 5 possimus *v* 7 uellimus *v* 9 ualeremus *V*: ualuerimus *v* amoenitas *v* 13 uia *V*: uita *GPv* 15 possimus *Gv*: possemus *V* utendum *GPv*: utendo *V* 20 communesque *V* 24 deus ex quo *GPv*: .. .. deus et simul omnes unus ds ex quo (*corr. m. 1*) *V* 26 singulus quisque *V*: singuli quique *v* 27 singuli quisque (*sic*) *v*

filius nec pater est nec spiritus sanctus, spiritus sanctus nec pater nec filius est, sed pater tantum pater et filius tantum filius et spiritus sanctus tantum spiritus sanctus. eadem tribus aeternitas, eadem incommutabilitas, eadem maiestas, eadem potestas. in patre unitas, in filio aequalitas, in spiritu sancto unitatis aequalitatisque concordia, et tria haec unum omnia propter patrem, aequalia omnia propter filium, conexa omnia propter spiritum sanctum.

Diximusne aliquid et sonuimus aliquid dignum deo? immo uero nihil me aliud quam dicere uoluisse sentio. si autem dixi, non est quod dicere uolui. hoc unde scio, nisi quia deus ineffabilis est? quod autem a me dictum est si ineffabile esset, dictum non esset. ac per hoc ne ineffabilis quidem dicendus est deus, quia et cum hoc dicitur, aliquid dicitur et fit nescio qua pugna uerborum, quoniam, si illud est ineffabile quod dici non potest, non est ineffabile quod uel ineffabile dici potest. quae pugna uerborum silentio cauenda potius quam uoce pacanda est. et tamen deus, cum de illo nihil digne dici possit, admisit humanae uocis obsequia et uerbis nostris in laude sua gaudere nos uoluit. nam inde est et quod dicitur deus. non enim re uera in strepitu istarum duarum syllabarum ipse cognoscitur, sed tamen omnes latinae linguae socios, cum aures eorum sonus iste tetigerit, mouet ad cogitandam excellentissimam quandam immortalemque naturam.

Nam cum ille unus cogitatur deorum deus, ab his etiam qui alios et suspicantur et uocant et colunt deos siue in caelo siue in terra ita cogitatur, ut aliquid quo nihil sit melius atque sublimius illa cogitatio conetur attingere.

1 filius nec pater est *V*: pater nec filius *v* nec spiritus — nec filius est] *om. v* 7 connexa *v* 11 non est *V*: non hoc est *G Pv* 14 hoc cum *Gv* 15 qua G^1PV: quae G^2v 18 pacanda *V*: propaganda *v* 19 admisit *v* uocis (i *ex* e *corr.*) *G* obsequium *Gv* 23 socios G^2P^2Vv: socius G^1P^1 scios *a* mouit *v* 27 quo *V*: quod *v*

CCXLVII.

DE PVRGATIONE MENTIS AD FRVENDAM ILLAM LVCEM, QVAE SE VIAM NOBIS PRAEBENS A SVPERBIS STVLTE FECISSE PVTATA EST HVMANVM GENVS, DE CONTRARIIS ET SIMILIBVS CVRANS. EX EODEM LIBRO PRIMO.

Quapropter cum illa ueritate perfruendum sit, quae incom- 271
mutabiliter uiuit, et in ea trinitas deus, auctor et conditor uniuersitatis, rebus, quas condidit, consulat, purgandus est animus, ut et perspicere illam lucem ualeat et inhaerere perspectae. quam purgationem quasi ambulationem quandam et quasi nauigationem ad patriam esse arbitremur. non enim ad eum qui ubique praesens est locis mouemur, sed bono studio bonisque moribus.

Quod non possemus, nisi ipsa sapientia tantae etiam nostrae infirmitati congruere dignaretur et uiuendi nobis praeberet exemplum non aliter quam in homine, quoniam et nos homines sumus. sed quia nos, cum ad illam uenimus, sapienter facimus, ipsa, cum ad nos uenit, ab hominibus superbis quasi stulte fecisse putata est. et quoniam nos, cum ad illam uenimus, conualescimus, ipsa, cum ad nos uenit, quasi infirma existimata est. sed quod stultum est dei, sapientius est quam homines, quod infirmum est dei, fortius est quam homines. cum ergo ipsa sit patria, uiam quoque se nobis fecit ad patriam.

Et cum sano et puro interiori oculo ubique sit praesens, eorum qui oculum illum infirmum immundumque habent oculis etiam carneis apparere dignata est. quia enim in

21 cf. I Cor. 1, 25 27 I Cor. 1, 21

1 *cap.* CCXLVII *MV*[1] *in ras.*: CCLXI *P* CCLXIII *Gv* 3 se uiam *MV*: si uia *v* 4 similibus *MV*: de similibus *P* dissimilibus *v* 7 conditor *V*: concorditer *v* 9 perspicere *V*: ꝑspicere *v* 14 possimus *v* 21 sapientius [est] (est *add. m. 2*) *v* 22 homines (quod)] e *ex* i *corr. m. 2 P* quod *V*: et quod *GPv* 23 se quoque *GPv* 27 carn*is (e *ras.*) *v*

sapientia dei non poterat mundus per sapientiam cognoscere deum, placuit deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes. non igitur per locorum spatia ueniendo, sed in carne mortali mortalibus apparendo uenisse ad nos dicitur. illuc ergo uenit, ubi erat, quia in hoc mundo erat et mundus per eum factus est. sed quoniam cupiditate fruendi pro ipso creatore creatura homines configurati huic mundo et mundi nomine congruentissime uocati non eam cognouerunt, propterea dixit euangelista: et mundus eum non cognouit. itaque in sapientia dei non poterat mundus per sapientiam cognoscere deum. cur ergo uenit, cum hic esset, nisi quia placuit deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes?

Quomodo uenit, nisi quod uerbum caro factum est et habitauit in nobis? sicuti cum loquimur, ut id quod animo gerimus in audientis animum per aures carneas inlabatur, fit sonus uerbum, quod corde gestamus, et locutio uocatur, nec tamen in eundem sonum cogitatio nostra conuertitur, sed apud se manens integra formam uocis, qua se insinuet auribus, sine aliqua labe suae mutationis assumit: ita uerbum dei non commutatum caro tamen factum est, ut habitaret in nobis.

Sicut autem curatio uia est ad sanitatem, sic ista curatio peccatores sanandos reficiendosque suscepit. et quemadmodum medici, cum alligant uulnera, non incomposite, sed apte id faciunt, ut uinculi utilitatem quaedam pulchritudo etiam consequatur: sic medicina sapientiae per hominis susceptionem nostris est accommodata uulneribus, de quibusdam contrariis curans et de quibusdam similibus. sicut etiam ille qui medetur uulneri corporis adhibet quaedam contraria, sicut frigidum calido uel humido siccum uel quid aliud eius modi, adhibet etiam quaedam similia, sicut linteolum uel rotundo

6 (et 9) Io. 1, 10 14 cf. Io. 1, 14

10 eum *V*: eam *v* 19 qua se *V*: quasi *v* insinuat *v* 22 autem *V*: enim *v* 23 reficiendosque *V*: reficiendo *v* 24 medici cum *GPv*: medicum *MV* 31 rotundo] rutundo *V* rotundum *v*

uulneri rotundum uel oblongum oblongo, ligaturamque ipsam non eandem membris omnibus, sed similem similibus coaptat: sic sapientia dei hominem curans se ipsam exhibuit ad sanandum, ipsa medicus, ipsa medicina. quia ergo per superbiam homo lapsus est, humilitatem adhibuit ad sanandum. serpentis sapientia decepti sumus, dei stultitia liberamur. quemadmodum autem illa sapientia uocabatur, erat autem stultitia contemnentibus deum, sic ista quae uocatur stultitia sapientia est uincentibus diabolum. nos immortalitate male usi sumus, ut moreremur, Christus mortalitate bene usus est, ut uiueremus. corrupto animo feminae ingressus est morbus, integro corpore feminae processit salus. ad eadem contraria pertinet, quod etiam exemplo uirtutum eius uitia nostra curantur. iam uero similia quasi ligamenta membris et uulneribus nostris adhibita illa sunt, quod per feminam deceptos per feminam natus homo homines, mortalis mortales, morte mortuos liberauit.

CCXLVIII.

VTRVM FRVI SE HOMO DEBEAT AN VTI, ET DE REGVLA DILECTIONIS DIVINITVS CONSTITVTA. EX LIBRO DE DOCTRINA CHRISTIANA PRIMO.

Magna quaestio est, utrum frui se homines debeant an uti 272
an utrumque. praeceptum est nobis, ut diligamus inuicem. sed quaeritur, utrum propter se homo ab homine diligendus sit an propter aliud. si enim propter se, fruimur eo; si propter aliud, utimur eo. uidetur autem mihi propter aliud dili-

1 rotundum] cutundum (r *add. m. 2*) *V* rotundo *v* oblongo *V*: longam *v* 5 labsus *V* 8 stultitia *V*: stultitia est *v* 9 usi *V*: uisi *v* 10 mortalitatem *V* 12 fęminae (ę *a m. 2*) *V* 15 fęminam (ę *a m. 2*) *V* 16 mortales mortalis *v* 17 *cap.* *CXLVIII (C *ras.*) *V* CCLXII *P* CCLXIIII *Gv* 18 frui se] fuise G^1 homo] homines G^2v debeant G^2v 19 dilectionis *G Pv*: dictionis *V* 21 frui se G^2PVv: fuisse G^1 22 est *V*: est enim *GPv* 23 homine G^2Vv: hominibus G^1

gendus. quod enim propter se diligendum est, in eo constituitur beata uita, cuius etiam si nondum res, tamen spes eius nos hoc tempore consolatur. maledictus autem qui spem suam ponit in hominem. sed nec se ipso quis frui debet, si liquide aduertas, quia nec se ipsum debet propter se ipsum diligere, sed propter illud quod fruendum est. tunc est quippe optimus homo, cum tota uita sua pergit in incommutabilem uitam et toto affectu inhaeret illi. si autem se propter se diligit, non se refert ad deum, sed ad se ipsum conuersus non ad incommutabile aliquid conuertitur et propterea iam cum defectu aliquo se fruitur, quia melior est, cum totus inhaeret atque constringitur incommutabili bono, quam cum inde uel ad se ipsum relaxatur. si ergo te ipsum non propter te debes diligere, sed propter illum, ubi dilectionis tuae rectissimus finis est, non suscenseat alius homo, si etiam ipsum propter deum diligis. haec enim regula dilectionis diuinitus constituta est: diliges, inquit, proximum tuum tamquam te ipsum; deum uero ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas et omnem uitam et omnem intellectum in illum conferas, a quo habes ea ipsa quae confers. cum autem ait: toto corde, tota anima, tota mente, nullam uitae nostrae partem reliquit, quae uacare debeat et quasi locum dare, ut re alia uelit frui, sed quidquid aliud diligendum uenerit in animum, illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currit. quisquis ergo recte diligit proximum, hoc cum eo debet agere, ut etiam ipse toto corde, tota anima, tota mente diligat deum. sic enim eum diligens tamquam se ipsum totam

3 Hier. 17, 5 17 Leu. 19, 18 Deut. 6, 5 Matth. 22, 37. 39

1 se] *add.* G^2 *supr. uers.* diligendum *GPv*: diligendus *V* 4 hominem *V* (*gr.* ἐπ' ἄνθρωπον): homine *GPv* ipso* (s *ras.*) *G* quis *V*: quisque *GPv* 5 liquide *GPv*: aliquid *V* 6 illud *V*: illum *GPv* quod G^1V: quo G^2Pv fruendū* (s *ras.*) *G* 7 obtimus *v* 8 affectu (u *ex* o *corr. m. 2*) *G* 10 aliquid G^1V: aliquod G^2 aliquo ad *v* 12 inhaeret *V*: haeret *GPv* 15 succenseat *Gv* alius G^3V: aliud ē G^1v 23 reliquid G^1v 26 cum eo *GV*: totum eo *v* 27 toto anima G^1; *corr. m. 2*

dilectionem sui et illius refert in illam dilectionem dei, quae nullum a se riuulum duci extra patitur, cuius deriuatione minuatur.

Non autem omnia, quibus utendum est, diligenda sunt, sed ea sola quae aut nobiscum societate quadam referuntur ad deum, sicuti est homo uel angelus, aut ad nos relata beneficio dei per nos indigent, sicuti est corpus. nam utique martyres non dilexerunt scelus persequentium se, quo tamen usi sunt ad promerendum deum.

CCXLVIIII.

DE REBVS QVATTVOR DILIGENDIS, ET ORDINATAM HABERI OPORTERE DILECTIONEM ET CONIVNCTIORIBVS PRO SORTE CONSVLENDVM. EX EODEM LIBRO PRIMO.

Cum ergo quattuor sint diligenda, unum quod supra nos 273
est, alterum quod nos sumus, tertium quod iuxta nos est, quartum quod infra nos est, de secundo et quarto nulla praecepta danda erant. quantumlibet enim homo excidit a ueritate, remanet illi dilectio sua et dilectio corporis sui. fugax enim animus ab incommutabili lumine omnium regnatore id agit, ut ipse sibi regnet et corpori suo, et ideo non potest nisi et se et corpus suum diligere. magnum autem aliquid adeptum se putat, si etiam sociis, id est aliis hominibus dominari potuerit. inest enim uitioso animo id magis appetere et sibi tamquam debitum uindicare, quod uni proprie debetur deo. talis autem sui dilectio melius odium uocatur. inimicum est enim, quia uult sibi seruire quod infra se est, cum ipse superiori

1 quae] qui G^1 2 riuolum (o *in* u *corr. m. 2*) G 5 quae] q̃ G^1v ad V: in Gv 10 *cap.* CCLXIII P CCLXV Gv 11 rebos (v *a m. 2*) v habere Gv 13 consolendum G^1 17 excidit V: excidat G^1 excedat G^2v 18 dilectio sua V: dilectio sui GPv 19 incommutabile v^1 20 ideo (*om.* et) v 21 autem V: ergo GPv 25 dilectio sui Gv inimicum V: iniquum GPv

seruire nolit, rectissimeque dictum est: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam, et ideo fit infirmus animus et de mortali corpore cruciatur; necesse est enim, ut illud diligat et eius corruptione praegrauetur. immortalitas enim et incorruptio corporis de sanitate animi exsistit, sanitas autem animi est firmissime inhaerere potiori, hoc est incommutabili deo. cum uero etiam eis qui sibi naturaliter pares sunt, hoc est hominibus, dominari affectat, intolerabilis omnino superbia est.

Nemo ergo se odit. et hinc quidem nulla cum aliqua secta quaestio fuit. sed neque corpus suum quisquam odit. uerum est enim quod ait apostolus: nemo umquam carnem suam odio habuit. et quod nonnulli dicunt malle se esse sine corpore omnino, falluntur; non enim corpus suum, sed corruptiones eius et pondus oderunt. non itaque nullum corpus, sed incorruptum et celerrimum corpus uolunt habere, sed putant nullum corpus esse, si tale fuerit, quia tale aliquid esse animam putant. quod autem continentia quadam et laboribus quasi persequi uidentur corpora sua, qui hoc recte faciunt, non id agunt, ut non habeant corpus, sed ut habeant subiugatum et paratum ad opera necessaria. libidines enim male utentes corpore, id est consuetudines inclinationis animae ad fruendum inferioribus, per ipsius corporis laboriosam quandam militiam extinguere affectant. nam non se interimunt, et curam suae ualetudinis gerunt. qui autem peruerse id agunt, quasi naturaliter inimico suo corpori bellum ingerunt. in quo fallit eos quod legunt: caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem; haec enim in-

1 Ps. 10, 5 12 Eph. 5, 29 27 Gal. 5, 17

1 seruire] seruile *v* nolit] noluit G^1v 6 potiore (e *in* i *corr. m. 2*) *G* 7 naturabiliter *v* 8 intollerabilis G^1 omnino G^3V: enim omnino G^1v 13 malle] male *v* malli G^1 16 cellerimum *G* 19 quasi *PV*: *om. Gv* 21 libidines (e *ex* i *corr. m. 2*) *G* 22 utentis G^1v inclinationis *V*: inclinationes G^1Pv inclinatioris G^3 et inclinationes *a* 25 et G^1PV: sed G^2v ualitudinis G^2v ualetudines G^1 26 inimico* (s *ras.*) *G* suo* (s *ras.*) *G* corpora G^1

uicem aduersantur sibi. dictum est enim hoc propter indomitam carnalem consuetudinem, aduersus quam spiritus concupiscit, non ut interimat corpus, sed ut concupiscentia eius, id est consuetudine mala, edomita faciat spiritui subiugatum, quod naturalis ordo desiderat. quia enim hoc erit post resurrectionem, ut corpus omni modo cum quiete summa spiritui subditum immortaliter uigeat, hoc etiam in hac uita meditandum est, ut consuetudo carnalis mutetur in melius nec inordinatis motibus resistat spiritui. quod donec fiat, caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem, non per odium resistente spiritu, sed per principatum, quo magis quod diligit uult subditum esse meliori, nec per odium resistente carne, sed per consuetudinis uinculum, quod a parentum etiam propagine inueteratum naturae lege inoleuit. id ergo agit spiritus in domanda carne, ut soluat malae consuetudinis quasi pacta peruersa et fiat pax consuetudinis bonae.

Diliges, inquit, dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua, et: diliges proximum tuum tamquam te ipsum: in his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. finis itaque praecepti est dilectio, et ea gemina, id est dei et proximi. quod si te totum intellegas, id est animum et corpus, et proximum totum, id est animum et corpus eius — homo enim ex anima constat et corpore — nullum rerum diligendarum genus in his duobus praeceptis praetermissum est. cum enim praecurrat dilectio dei eiusque dilectionis

17 Matth. 22, 37. 39 sq. 21 cf. I Tim. 1, 5

1 sibi *PV*: *om. Gv* 3 concupiscentia G^3: concupiscentiam (u *ex* a *corr.* V^2) G^1PVv 4 mala edomita] male domitam G^1 5 erit] erat *v* 7 uigeat *Gv*: uigilat *V* uiuat *P* etiam G^3P *V*: enim G^1v 11 spiritu *Gv*: spiritum *V* quo *V*: quia *Gv* 12 esse] *om.* G^1 meliore G^1 resistente *Gv*: resiste *V* resistere *P* 13 per] *om. P* consuetudinis] consuetudis *v* 14 legi *v* 15 domando *v* 20 pendet G^2Vv: pendet oms G^1 p. et omnes G^3 *supr. uers.* 22 te] *om.* G^1 corpus G^3V: corpus eius G^1v 23 eius] *om.* G^1v 24 anima *V*: animo *Gv*

modus praescriptus appareat, ita ut cetera in illum confluant, de dilectione tua nihil dictum uidetur, sed cum dictum est: diliges proximum tuum sicut te ipsum, simul et tui abs te dilectio non praetermissa est.

Ille autem iuste et sancte uiuit qui rerum integer aestimator est; ipse est autem qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligat quod non est diligendum aut non diligat quod diligendum est aut amplius diligat quod minus diligendum est aut aeque diligat quod uel minus aut amplius diligendum est aut minus uel amplius quod aeque diligendum est. omnis peccator, in quantum peccator est, non est diligendus; et omnis homo, in quantum homo est, diligendus est propter deum, deus uero propter se ipsum. et si deus omni homine amplius diligendus est, amplius quisque deum debet diligere quam se ipsum. item amplius alius homo diligendus est quam corpus nostrum, quia propter deum omnia ista diligenda sunt, et potest nobiscum alius homo deo perfrui, quod non potest corpus, quia corpus per animam uiuit, qua fruimur deo.

Omnes autem aeque diligendi sunt. sed cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est qui pro locorum et temporum uel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte iunguntur. sicut enim si tibi abundaret aliquid, quod dari oporteret ei qui non haberet, nec duobus dari potuisset, si tibi occurrerent duo, quorum neuter alium uel indigentia uel erga te aliqua necessitudine superaret, nihil iustius faceres, quam ut sorte eligeres cui dandum esset quod dari utrique non posset: sic in hominibus, quibus omnibus consulere nequeas, pro sorte habendum

3 Matth. 22, 39

1 praescriptus *GPv*: perscribtus *V* 2 de] *om. G*^{1} nihil] nil *Gv* 3 sicut *V*: tamquam *GPv* 9 aut amplius *V*: uel amplius *Gv* 10 omnis (i *ex* e *corr. m. 2*) *G* 13 homine] homini *G*^{2}*v* 14 diligere] deligere *v* 20 possi^{s} (s *add. m. 2*) *G* consolendum *V* 21 oportunitatibus *libri* 22 quadam (a *prior ex* i *corr.*) *G* 23 si] si* (c *ras.*) *G* habundaret *G*^{2}*v* habundaretur *G*^{1} 24 dari (i *ex* e *corr. m. 2*) *G* 26 ut *GVv*: aut *P* eligeres *G*^{2}*Vv*: legeres *G*^{1}*P*^{2} legeris *P*^{1} 27 esset] est *G*^{1}*v*

est, prout quisque tibi temporaliter colligatius adhaerere potuerit.

Omnium autem, qui nobiscum frui possunt deo, partim eos diligimus quos ipsi adiuuamus, partim a quibus adiuuamur, partim quorum et indigemus adiutorio et indigentiae subuenimus, partim quibus nec ipsi conferimus aliquid commodi nec ab eis ut nobis conferatur attendimus. uelle tamen debemus, ut omnes nobiscum diligant deum, et totum, quod eos uel adiuuamus uel adiuuamur ab eis, ad unum illum finem referendum est.

CCL.

DE PRINCIPIO VIARVM SECVNDVM SALOMONEM. EX EODEM LIBRO PRIMO.

Cum homine in deo frueris, deo potius quam homine frueris; 274
illo enim frueris quo efficeris beatus, et ad eum te peruenisse laetaberis, in quo spem ponis, ut uenias. inde ad Filemonem Paulus: ita, frater, inquit, ego te fruar in domino. quod si non addidisset: in domino et te fruar tantum dixisset, in eo constituisset spem beatitudinis suae. quamquam etiam uicinissime dicitur frui cum dilectione uti. cum enim adest quod diligitur, etiam delectationem secum necesse est gerat, per quam si transieris eamque ad illud ubi permanendum est rettuleris, uteris ea et abusiue, non proprie diceris frui. si uero inhaeseris atque permanseris, finem in ea ponens laetitiae tuae, tunc uere et proprie frui dicendus es: quod non faciendum est nisi in illa trinitate, id est summo et incommutabili bono.

17 Philem. 20

3 posunt *v* deo *GPv*: deum *V* 4 adiuuamus *GPv*: adiuuamur *V* partim *V*: partim eos *GPv* 5 quorum et *GPv*: et quorum *V* indigimus G^1 7 uelle] uelli G^1v 11 *cap.* CC*L** (X *et* VI *ras.*) *V* CCLXIIII *P* CCLXVI *Gv* 16 philemonem *GPv* 17 paulus (us *ex* as *corr. m. 2*) *v* 18 tantum fruar *v* 21 delectationem] dilectionem G^2v 23 retuleris *Gv*

Vide quemadmodum, cum ipsa ueritas et uerbum, per quod facta sunt omnia, caro factum esset, ut habitaret in nobis, tamen ait apostolus: etsi noueramus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. ille quippe qui non solum peruenientibus possessionem sed etiam uiam se praebere uoluit uenientibus, ad principium uiarum uoluit carnem assumere. unde est etiam illud: dominus creauit me principium uiarum suarum, ut inde inciperent qui uellent uenire. apostolus igitur, quamuis adhuc ambularet in uia et ad palmam supernae uocationis sequeretur uocantem dominum, tamen ea quae retro sunt obliuiscens et in ea quae ante sunt extentus iam principium uiarum transierat, hoc est eo non indigebat, a quo tamen aggrediendum et exordiendum iter est omnibus, qui ad ueritatem peruenire et in uita aeterna permanere desiderant. sic enim ait: ego sum uia et ueritas et uita, hoc est „per me peruenitur, ad me peruenitur, in me permanetur“. cum enim ad ipsum peruenitur, ad patrem peruenitur, quia per aequalem ille cui est aequalis agnoscitur uinciente et tamquam agglutinante nos sancto spiritu, quo in summo atque incommutabili bono permanere possimus. ex quo intellegitur, quia nulla res in uia tenere nos debeat, quando nec ipse dominus, in quantum uia nostra esse dignatus est, tenere nos uoluerit, sed transire, ne rebus temporalibus, quamuis ab illo pro salute nostra susceptis et gestis haereamus infirmiter, sed per eas potius curramus alacriter, ut ad eum

1 cf. Io. 1, 3 et 14 3 II Cor. 5, 16 7 Prou. 8, 22
9 cf. Philipp. 3, 12—14 15 Io. 14, 6

1 et *V*: *om. v* per *V*: *om. v* 2 esset *V*: est *GPv*
5 peruenibus (enti *add. m. 2*) *v* 8 principium *V*: in principio *Gv* 10 et *V*: ut *v* dominum *V*: deum *GPv* 13 eo *GPv*: ea *V* 16 per me peruenitur *V*: per me uenitur *Gv* peruenitur *P* 17 peruenitur ad] peruenitur quę (qui P^2) ad P^1 p. etiam ad G^3 *supr. uers.* peruenitur ad patrem] *om.* G^1v ad patrem peruenitur] *del. m. 2 P* 19 acglutinante *v* spiritu sancto *v* quo] quod *v* 20 possumus *v* 24 illo *V*: eo *Gv* 25 infirmiter *V*: firmiter *v*

ipsum, qui nostram naturam a temporalibus liberauit et collocauit ad dexteram patris, prouehi atque peruehi mereamur.

Omnium igitur, quae dicta sunt, ex quo de rebus tractamus, haec summa est, ut intellegatur legis et omnium diuinarum scripturarum plenitudo et finis esse dilectio rei, qua fruendum est, et rei, quae nobiscum ea re frui potest, quia, ut se quisque diligat, praecepto non opus est. hoc ergo ut nossemus atque possemus, facta est tota pro nostra salute per diuinam prouidentiam dispensatio temporalis, qua debemus uti, non quasi mansoria quadam dilectione et delectatione, sed transitoria potius tamquam uiae, tamquam uehiculorum uel aliorum quorumlibet instrumentorum aut si quid congruentius dici potest, ut ea quibus ferimur propter illud ad quod ferimur diligamus.

Quisquis igitur scripturas diuinas uel quamlibet earum partem intellexisse sibi uidetur, ita ut eo intellectu non aedificet istam geminam caritatem dei et proximi, nondum intellexit. quisquis uero talem inde sententiam duxerit, ut huic aedificandae caritati sit utilis, nec tamen hoc dixerit quod ille quem legit eo loco sensisse probabitur, non perniciose fallitur nec omnino mentitur. inest quippe in mentiente uoluntas falsa dicendi, et ideo multos inuenimus, qui mentiri uelint, qui autem falli, neminem. cum igitur hoc sciens homo faciat, illud nesciens patiatur, satis apparet in una eademque re illum qui fallitur eo qui mentitur esse meliorem, quando quidem pati melius est iniquitatem quam facere. omnis autem, qui mentitur, inique facit, et si cuiquam uidetur aliquando utile esse

5 cf. Rom. 13, 10. I Tim. 1, 5

1 temporalibus *V*: temporibus *v* 2 peruehi G^2P: prouehi G^1 *Vv* 3 igitur *GVv*: autem *P* dicta *V*: praedicta *GPv* 5 qua] quam *v* 7 nossemus *V*: nos simus *v* 8 possimus *v* pro *V*: propter *v* nostram salutem *v* 9 qua *V*: quia *v* uti *V*: ut *v* 10 mansuria (*m. 1 et 2*) *V* 11 uiae tamquam] *om. v* aliorum *GPv*: aliarum *V* 13 quibus ferimur *V*: quibus fruimur *GPv* ad quod GP^2v: ac quod P^1; *om. V* 19 probabitur *V*: probatus *v* 26 si *V*: ei *Gv* cuiquam G^1PV: cui G^2v utile aliquando *Gv*

mendacium, potest uideri utilem aliquando esse iniquitatem. nemo enim mentiens in eo quod mentitur seruat fidem; nam hoc utique uult, ut cui mentitur fidem sibi habeat, quam tamen ei mentiendo non seruat. omnis autem fidei uiolator iniquus est. aut igitur iniquitas aliquando est utilis, quod fieri non potest, aut mendacium semper inutile est. sed quisquis in scripturis aliud sentit quam ille qui scripsit, illis non mentientibus fallitur, sed tamen, ut dicere coeperam, si ea sententia fallitur, qua aedificet caritatem, quae finis praecepti est, ita fallitur, ac si quisquam errore deserens uiam eo tamen per agrum pergat, quo etiam uia illa perducit. corrigendus est tamen et quam sit utilius uiam non deserere demonstrandum est, ne consuetudine deuiandi etiam in transuersum aut peruersum ire cogatur.

Asserendo enim temere quod ille non sensit quem legit, plerumque incurrit in alia quae illi sententiae contexere nequeat. quae si uera et certa esse contendit, illud non possit uerum esse quod senserat fitque in eo nescio quomodo, ut amando sententiam suam scripturae incipiat offensior esse quam sibi. quod malum si serpere siuerit, euertetur ex eo. per fidem enim ambulamus, non per speciem; titubabit autem fides, si diuinarum scripturarum uaccillat auctoritas. porro fide titubante caritas etiam ipsa languescit. nam si a fide quisque ceciderit, a caritate etiam necesse est cadat. non enim potest diligere quod esse non credit. porro si credit et diligit, bene agendo et praeceptis morum bonorum obtemperando efficit, ut etiam speret se ad id quod diligit esse uenturum.

21 cf. II Cor. 5, 7

17 contendit V^1: consentit *GV* (*e corr.*) *v* 18 quomodo *V*: quodam modo *v* 19 offensior *G*: offensor *Vv* 20 euertitur G^1v 22 uaccillat] baccillat *V* uacillat *GPv* 24 quisque *PV*: quisquam *Gv* 25 si credit *V*: si et credit *GPv*

CCLI.

QVOD FIDE ET SPE DECEDENTE CARITAS MANEAT ET QVOD TEMPORALE QVID VILESCAT, CVM VENERIT, AETERNVM VERO ARDENTIVS DILIGATVR. EX EODEM LIBRO PRIMO.

Itaque tria haec sunt, quibus et scientia omnis et prophetia 275
militat: fides, spes, caritas.

Sed fidei succedet species, quam uidebimus, speciei succedet beatitudo ipsa, ad quam peruenturi sumus; caritas autem etiam istis decedentibus augebitur potius. si enim credendo diligimus quod nondum uidemus, quanto magis, cum uidere coeperimus? et si sperando diligimus quo nondum peruenimus, quanto magis, cum peruenerimus? inter temporalia quippe atque aeterna hoc interest, quod temporale aliquid plus diligitur, antequam habeatur, uilescit autem, cum aduenerit — non enim satiat animam, cui uera est et certa sedes aeternitatis — aeternum autem ardentius diligitur adeptum quam desideratum. nulli enim desideranti conceditur plus de illo existimare quam se habet, ut ei uilescat, cum minus inuenerit, sed quantum quisque ueniens existimare potuerit, plus perueniens inuenturus est.

Homo itaque fide, spe et caritate subnixus eaque inconcusse retinens non indiget scripturis nisi ad alios instruendos. itaque multi per haec tria etiam in solitudine sine codicibus uiuunt. unde in illis arbitror iam impletum esse quod dictum est: siue prophetiae, euacuabuntur, siue linguae, cessabunt, siue scientia, euacuabitur, quibus tamen quasi machinis tanta fidei et spei et caritatis in eis surrexit in-

25 I Cor. 13, 8

1 *cap.* CCLI *ex* CCXLVII *ras. corr.* *V*: CCLXV *P* CCLXVII *Gv* 2 decedente *PV*: decente G^1 decenter G^2v 4 primo] primo de doctrina christiana *Gv* 7 fidei succedit *GPv* speciei V^1: & speciei V^2 et spei *GPv* succedit *GPv* 9 decedentibus *V*: decidentibus *v* 15 sedes G^2V^2v: sedis G^1V^1 aeternitatis *V*: aeternitas *GPv* 17 exsistimare *V* 21 caritate (*om.* et) *v* 22 instruendos *V*: introducendos *v* 27 tanta *V*: tantae *v* surrexerit *v*

structio, ut perfectum aliquid tenentes ea quae sunt ex parte non quaerant: perfectum sane, quantum in hac uita potest; nam in comparatione futurae uitae nullius iusti est et sancti uita ista perfecta. ideo: manent, inquit, fides, spes, caritas, tria haec: maior autem horum est caritas, quia et cum quisque ad aeterna peruenerit, duobus istis decedentibus caritas auctior et certior permanebit.

Quapropter cum quisque cognouerit finem praecepti esse caritatem de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, omnem intellectum diuinarum scripturarum ad ista tria relaturus ad tractationem illorum librorum securus accedat. cum enim diceret: caritas, addidit: de corde puro, ut nihil aliud quam id quod diligendum est diligatur. conscientiam uero bonam subiunxit propter spem; ille enim se ad id quod credit et diligit peruenturum esse desperat cui malae conscientiae scrupulus inest. tertio: et fide, inquit, non ficta. si enim fides nostra mendacio caruerit, tunc et non diligimus quod non est diligendum et recte uiuendo id speramus, ut nullo modo spes nostra fallatur.

CCLII.

DE SIGNIS NATVRALIBVS ET DE DATIS. EX LIBRO SECVNDO DE DOCTRINA CHRISTIANA.

276 Quoniam de rebus cum scriberem, praemisi commonens, ne quis in eis attenderet nisi quod sunt, non etiam si quid aliud praeter se significant, uicissim de signis disserens hoc dico, ne quis in eis attendat quod sunt, sed potius quod signa sunt, id est quod significant. signum est enim res praeter speciem,

4 I Cor. 13, 13 9 (et 12) I Tim. 1, 5

3 est et sancti *V*: et sancti est *Gv* 5 est caritas *V*: caritas *Gv* 6 et cum G^1Vv: cum et G^3 *supr. uers.* aeternam (m *del. m. 1*) *V* 11 ad tractationem *GPv*: attractationem *V* 14 conscientia *v* bona *v* 20 *cap.* CCLII *ex* CCXLVIII *corr. V*: CCLXVI *P* CCLXVIII *Gv* 22 de doctrina christiana secundo *Gv*

quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se faciens in cogitationem uenire, sicut uestigio uiso transisse animal, cuius uestigium est, cogitamus et fumo uiso ignem subesse cognoscimus et uoce animantis audita affectionem animi eius aduertimus et de tuba sonante milites uel progredi se uel regredi et si quid aliud pugna postulat oportere nouerunt. signorum igitur alia sunt naturalia, alia data. naturalia sunt quae sine uoluntate atque ullo appetitu significandi praeter se aliquid aliud ex se cognosci faciunt, sicuti est fumus significans ignem. non enim uolens significare id facit, sed rerum expertarum animaduersione et notatione cognoscitur ignem subesse, etiam si fumus solus appareat. sed et uestigium animantis transeuntis ad hoc genus pertinet et uultus irati seu tristis affectionem animi significat etiam nulla eius uoluntate qui aut iratus aut tristis est, aut si quis alius motus animi uultu indice proditur, etiam nobis non id agentibus, ut prodatur.

Data uero signa sunt, quae sibi quaeque uidentia inuicem dant ad demonstrandos, quantum possunt, motus animi sui uel sensa aut intellecta quaelibet, nec ulla causa est nobis significandi, id est signi dandi, nisi ad depromendum et traiciendum in alterius animum id quod animo gerit qui signum dat. horum igitur signorum genus, quantum ad homines attinet, considerare atque tractare statuimus, quia et signa diuinitus data, quae in scripturis sanctis continentur, per homines nobis indicata sunt, qui ea conscripserunt.

2 uestigio *GPv*: uestigatio *V* 5 de tuba *V*: tuba *GPv* progredi se *GVv*: progredi*se (s *ras.*) *P* 10 expertarum *V*: expectarunt *v* animaduersionem *v* 12 transeuntis animantis *G Pv* 16 non] *om. v* 17 sibi (s *ex* t *corr. m. 1*) *V* uidentia *PV*: uiuentia *Gv* 18 dant ad *PV*: danda *v* 19 sensa *GPv*: sensu *V* 20 significandam *P* signi dandi G^2Pv: signa dandi G^1 significandi *V* 22 horum *V*: bonorum *v* 24 in *V*: *om. GPv*

CCLIII.

QVOD INTER OMNIA SIGNA VERBA TENEANT PRINCIPATVM, QVAE PROPTER PECCATVM SVPERBIAE NON POTVERINT CVNCTIS GENTIBVS ESSE COMMVNIA. EX EODEM LIBRO II.

277 Omnia signa uerbis comparata paucissima sunt. uerba enim prorsus inter homines obtinuerunt principatum significandi quaecumque animo concipiuntur, si ea quisque prodere uelit. nam et odore ungenti dominus, quo perfusi sunt pedes eius, signum aliquod dedit et sacramento corporis et sanguinis sui per gustatum significauit quod uoluit, et cum mulier tangendo fimbriam uestimenti eius salua facta est, nonnihil significat. sed innumerabilis multitudo signorum, quibus suas cogitationes homines exerunt, in uerbis constituta est. nam illa signa omnia, quorum genera breuiter attigi, potui uerbis enuntiare, uerba uero illis signis nullo modo possem.

Sed quia uerberato aere statim transeunt nec diutius manent quam sonant, instituta sunt per litteras signa uerborum. ita uoces oculis ostenduntur, non per se ipsas, sed per signa quaedam sua. ista signa igitur non potuerunt communia esse omnibus gentibus peccato quodam dissensionis humanae, cum ad se quisque principatum rapit, cuius superbiae signum est erecta illa turris in caelum, ubi homines impii non solum animos sed etiam uoces dissonas habere meruerunt.

Ex quo factum est, ut scriptura diuina, qua tantis morbis humanarum uoluntatium subuenitur, ab una lingua profecta,

8 cf. Io. 12, 3 sqq. 9 cf. Luc. 22, 19 sq. 10 cf. Matth. 9, 21 22 cf. Gen. 11, 1—9

1 *cap.* CCLIII *ex* CCXLVIIII *corr. V*: CCLXVII *P* CCLXVIII *v* CCLXVIIII *G* 3 potuerunt *Gv* 4 gentibus *V*: generibus *v* eodem] *om. Gv* II] de doctrina christiana II *Gv* 7 concipiuntur *GP*^{1}*v*: concupiuntur *V* conspiciuntur *P*^{2} 8 odorem *v* unguenti *GPv* 10 per gustatum *G*^{1}*PV*: praegustatum *G*^{2}*v* 13 nam signa illa *Gv* 19 ista *V*: ita *v* igitur *V*: igitur sua *v* 23 dissonas *V*: dissonantes *v* 24 ut *V*: ut etiam *GPv* 25 uoluntatium *V*: uoluntatum *Gv*

qua opportune potuit per orbem terrarum disseminari, per uarias interpretum linguas longe lateque diffusa innotesceret gentibus ad salutem, quam legentes nihil aliud appetunt quam cogitationes uoluntatemque illorum a quibus conscripta est inuenire et per illas uoluntatem dei, secundum quam tales homines locutos credimus.

Sed multis et multiplicibus obscuritatibus et ambiguitatibus decipiuntur qui temere legunt, aliud pro alio sentientes, quibusdam autem locis quid uel falso suspicentur non inueniunt: ita obscure dicta quaedam densissimam caliginem obducunt. quod totum prouisum esse diuinitus non dubito ad edomandam labore superbiam et intellectum a fastidio renouandum, cui facile inuestigata plerumque uilescunt.

CCLIIII.

QVOD EX ALIQVA SIMILITVDINE SCRIPTVRA SVAVIVS EXCITET ANIMVM, VT ILLVD EXEMPLI CAVSA DE CANTICIS CANTICORVM: DENTES TVI SICVT GREX DETONSARVM. EX LIBRO SVPRA SCRIPTO.

Quid est, quaeso, quod, si quisquam dicat sanctos esse 278
homines atque perfectos, quorum uita et moribus Christi ecclesia de quibuslibet superstitionibus praecidit eos qui ad se ueniunt et imitatione bonorum sibimet quodam modo incorporat; qui boni fideles et uere boni serui deponentes onera saeculi ad sanctum baptismi lauacrum uenerunt atque inde ascendentes conceptione sancti spiritus fructum dant geminae caritatis, id est dei et proximi — quid est ergo, quod, si haec quisquam dicat, minus delectat audientem, quam si ad eundem

17 Cant. 4, 2

1 oportune *V* 2 innotesceret G^3: innotescere G^1PVv 12. renouandum *GPVv*: reuocandum *a* cui *V*: quia *v* 14 *cap.* CCLXVIII *P* CCLXX *Gv* 15 suauius *GPv*: suauis *V* excitat *Gv* 16 illud] *om. v* 18 supra scripto] de doctrina christiana secundo *Gv* 22 imitationem *V* 23 uere boni *V*: uere dei *Gv* ueri dei *P* 27 quisquam *V*: quisque *GPv* delectat audientem G^2P^2v: dilectat aud. G^1P^1 delicta tua dientem *V*

sensum locum illum exponat de Canticis canticorum, ubi dictum est ecclesiae, cum tamquam pulchra quaedam femina laudaretur: dentes tui sicut grex detonsarum, ascendens de lauacro, quae omnes geminos creant, et sterilis non est in illis? num aliud homo discit, quam cum illud planissimis uerbis sine similitudinis huius adminiculo audiret? et tamen nescio quomodo suauius intueor sanctos, cum eos quasi dentes ecclesiae uideo praecidere ab erroribus homines atque in eius corpus emollita duritia quasi demorsos mansosque transferre. oues etiam ioçundissime agnosco detonsas, oneribus saecularibus tamquam uelleribus positis, et ascendentes de lauacro, id est de baptismate, creaturas omnes geminos, duo praecepta dilectionis, et nullam esse ab isto sancto fructu sterilem uideo. sed quare suauius uideam, quam si nulla de diuinis libris talis similitudo promeretur, cum res eadem sit eademque cognitio, difficile est dicere et alia quaestio est. nunc tamen nemo ambigit et per similitudines libentius quaeque cognosci et cum aliqua difficultate quaesita multo gratius inueniri. qui enim prorsus non inueniunt quod quaerunt, fame laborant; qui autem non quaerunt, quia in promtu habent, fastidio saepe marcescunt: in utroque autem languor cauendus est. magnifice igitur et salubriter spiritus sanctus ita scripturas sanctas modificauit, ut locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidia detergeret. nihil enim fere de illis obscuritatibus eruetur, quod non planissime dictum alibi reperiatur.

3 Cant. 4, 2

1 illum *GPv*: illud *V* 2 pulchram *V* 5 illud *V*: illis *v* 6 amminiculo *V* 8 praecidere *V*: recedere (i *add. m. 2*) *P* quasi praecidere *Gv* errore *v* 9 demorsus *v* 11 positis *V*: depositis *Gv* 12 creaturas *scripsi*: creatura (ra *ex* re *corr. m. 1*) *V* creare *GPv* 14 suauius] suauiusque P^1 quam si *Gv*: quasi *V* quam si nulla] *om. P* 16 eademque cognitio *V*: eamque cognitioni *v* alia] alio *v* 17 per similitudines *V*: similitudinis *v* 21 saepe (a *ex* e *corr. m. 1*) *V* languor cauendus *GPv*: languore habendus *V* 23 fame *v* 24 nihil] nil *v* 25 eruetur *V*: eruitur *GPv* 26 repperiatur *V*

Ante omnia igitur opus est dei timore conuerti ad cognoscendam eius uoluntatem, quid nobis appetendum fugiendumque praecipiat. timor autem iste cogitationem de nostra mortalitate et de futura morte necesse est incutiat et quasi clauatis carnibus omnes superbiae motus ligno crucis affigat. deinde mitiscere opus est pietate neque contradicere diuinae scripturae siue intellectae, si aliqua uitia nostra percutit, siue non intellectae, quasi nos melius sapere meliusque praecipere possimus, sed cogitare potius et credere id esse melius et uerius quod ibi scriptum est, etiam si lateat, quam id quod nos per nos ipsos sapere possumus. post istos duos gradus timoris atque pietatis ad tertium uenitur scientiae gradum, de quo nunc agere institui. nam in eo se exercet omnis diuinarum scripturarum studiosus, nihil in eis aliud inuenturus quam diligendum esse deum propter deum et proximum propter deum, et illum quidem ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente, proximum uero tamquam se ipsum, id est ut tota proximi sicut etiam nostri dilectio referatur in deum. de quibus duobus praeceptis, cum de rebus ageremus, libro superiore tractauimus. necesse est ergo, ut primo se quisque in scripturis inueniat amore huius saeculi, hoc est temporalium rerum, implicatum longe seiunctum esse a tanto amore dei et tanto amore proximi, quantum scriptura ipsa praescribit. tum uero timor ille, quo cogitat de iudicio dei, et illa pietas, qua non potest nisi credere et cedere auctoritati sanctorum librorum, cogit eum se ipsum lugere. nam ista scientia bonae spei hominem non se iactantem, sed lamentantem facit. quo affectu impetrat sedulis precibus consolationem diuini adiutorii, ne desperatione frangatur.

15 cf. Matth. 22, 37 et 39

2 fugiendumque *V*: faciendumque *v* 3 cogitationem *V*: cognationem *v* 4 incutiat *V*: ut incutiat (ut *add. m. 2 in mg.*) *v* clabatis *V* 6 mitescere *GPv* neque] *om. P*¹ 8 praecipere *V*: percipere *v* 9 potius cogitare *Gv* id *V*: *om. v* esse (s *altera ex* t *corr. m. 2*) *V* 24 ille timor *GPv* illa *V*: ille *v* pietas] *om. v* qua *V*: quo *v* 25 auctoritati *GPv*: auctoritatis *V* 29 *sequitur cap.* CCLVI *in GPv*

CCLV.

DE SIGNIS PROPRIIS ET TRANSLATIS AGENS DAT EXEMPLVM, QVOD BOS PROPRIE PECVS, TRANSLATE EVANGELISTA MONSTRETVR. EX LIBRO SVPRA SCRIPTO.

279 Duabus autem causis non intelleguntur quae scripta sunt, si aut ignotis aut ambiguis signis obteguntur. sunt autem signa uel propria uel translata. propria dicuntur, cum his rebus significandis adhibentur, propter quas sunt instituta, sicut dicimus bouem, cum intellegimus pecus, quod omnes nobiscum latinae linguae homines hoc nomine uocant. translata sunt, cum et ipsae res, quas propriis uerbis significamus, ad aliquid aliud significandum usurpantur, sicut dicimus bouem et per has duas syllabas intellegimus pecus, quod isto nomine appellari solet, sed rursus per illud pecus intellegimus euangelistam, quem significauit scriptura interpretante apostolo: bouem triturantem non infrenabis.

CCLVI.

DE RERVM IGNORANTIA, QVAE FACIT OBSCVRAS FIGVRATAS LOCVTIONES, CVM IGNORAMVS VEL ANIMALIVM VEL LAPIDVM VEL HERBARVM NATVRAS. EX EODEM LIBRO II.

280 Rerum autem ignorantia facit obscuras figuratas locutiones, cum ignoramus uel animantium uel lapidum uel herbarum naturas aliarumue rerum, quae plerumque in scripturis simili-

16 I Cor. 9, 9 (Deut. 25, 4)

1 *cap.* CCLXXII *P* CCLXXIIII *Gv* 3 bos *GPv*: bus *V* monstretur *GPv*: monstraretur *V* 4 supra scripto] de doctrina christiana *Gv* 5 duobus *v* 7 cum *PV*: cui *v* 9 dicimus bouem cum G^1PV: cum dicimus bouem G^3 dicimus bouem G^2v peccus *P* omnes *GPv*: nes *V* 11 propriis *V*: prioris *v* 13 per has *GPv*: petras *V* 15 *post* apostolo *add.* G^3: dicens 16 *sequitur cap.* CCLVII *in GPv* 17 *cap.* CCLXVIII *P* CCLXXI *Gv* 23 aliarumue *V*: uel aliarum *Gv* quae] *om. v* similitudines *v*

tudinis alicuius gratia ponuntur. nam et de serpente quod notum est totum corpus eum pro capite obicere ferientibus, quantum inlustrat sensum illum, quod dominus iubet astutos nos esse sicut serpentes, ut scilicet pro capite nostro, quod est Christus, corpus potius persequentibus offeramus, ne fides christiana tamquam caput necetur in nobis, si parcentes corpori negemus deum. uel illud, quod per cauernae angustias coartatus deposita uetere tunica uires nouas accipere dicitur, quantum concinit ad imitandam serpentis astutiam exuendumque ipsum ueterem hominem, sicut apostolus dicit, ut induamur nouo, et exuendum per angustias dicente domino: intrate per angustam portam! ut ergo notitia naturae serpentis inlustrat multas similitudines, quas de hoc animante scriptura dare consueuit, sic ignorantia nonnullorum animalium, quae non minus per similitudines commemorat, impedit plurimum intellectorem; sic lapidum, sic herbarum uel quaeque tenentur radicibus. nam et carbunculi notitia, quod lucet in tenebris, multa inluminat etiam obscura librorum, ubicumque propter similitudinem ponitur, et ignorantia berylli uel adamantis claudet plerumque intellegentiae fores. nec aliam ob causam facile est intellegere pacem perpetuam significari oleae ramulo, quem rediens ad arcam columba pertulit, nisi quia nouimus et olei lenem contactum non facile alieno humore corrumpi et arborem ipsam frondere perenniter. multi autem propter ignorantiam hysopi, dum nesciunt, quam uim habeat uel ad purgandum pulmonem uel, ut dicitur, ad saxa radicibus penetranda, cum sit herba breuis atque humilis, omnino in-

3 cf. Matth. 10, 16 10 cf. Eph. 4, 22. 24 Col. 3, 9 sq. 11 Matth. 7, 13 22 cf. Gen. 8, 11

6 caput *V*: *om. GPv* necetur G^3V: negetur G^1Pv 8 coartatus] coartatur *Vv* 15 similitudines *V*: similitudinem *v* commemorat *V*: scorum memorat *v* plurimum *V*: plurimorum *v* 16 intellectorem *V*: intellectum *v* quaeque *GPv*: quaque *V* 19 berilli *v* 20 claudet *V*: claudit *GPv* 21 oleae *V*: olei *v* 22 ramulo *V*: ramusculo *Gv* 25 ysopi *v* 27 breuis *V*: grauis *v*

uenire non possunt, quare sit dictum: asparge me hysopo, et mundabor.

CCLVII.

DE NVMERORVM IMPERITIA, QVAE MVLTA FACIT NON INTELLEGI. EX LIBRO SVPRA SCRIPTO.

281 Numerorum etiam imperitia multa facit non intellegi translate ac mystice posita in scripturis. ingenium quippe, ut ita dixerim, ingenuum non potest nisi mouere, quid sibi uelit quod et Moses et Helias et ipse dominus quadraginta diebus ieiunauerunt. cuius actionis figuratus quidam nodus nisi huius numeri cognitione et consideratione non soluitur. habet enim denarium quater tamquam cognitionem omnium rerum intextam temporibus. quaternario namque numero et diurna et annua curricula peraguntur, diurna matutinis et meridianis, uespertinis nocturnisque horarum spatiis, annua uernis, aestiuis, autumnalibus hiemalibusque mensibus. a temporum autem delectatione, dum in temporibus uiuimus, propter aeternitatem, in qua uiuere uolumus, abstinendum et ieiunandum est, quamuis temporum cursibus ipsa nobis insinuetur doctrina contemnendorum temporum et appetendorum aeternorum. porro autem denarius numerus creatoris atque creaturae significat scientiam. nam trinitas creatoris est, septenarius autem numerus creaturam indicat propter uitam et corpus. nam in illa tria sunt, unde etiam toto corde, tota anima, tota mente diligendus est deus; in corpore autem manifestissima quattuor apparent qui-

1 Ps. 50, 9 9 cf. Ex. 24, 18 et 34, 28 III Reg. 19, 8 Matth. 4, 2 24 cf. Matth. 22, 37

1 asparge *V*: asparges G^1 asperges G^2Pv me] *om.* P^1 2 *sequitur cap.* CCLVIII *in GPv* 3 *cap.* CCLXXIII *P* CCLXXV *Gv* 5 libro $\tilde{ss}$. *V*: eodem libro *GPv* 8 ingenuum] ingenium *P* nisi GP^2V: *om.* P^1; *abros. in v* mouere G^3P^1V: moueri G^1P^2 9 moyses *GPv* dies *Gv* 17 aeternitatem *GPv*: aeternitate *V* 22 creaturam *GPv*: creatura *V* 23 nam *PV*: nam et *Gv* in P^2V: *om.* GP^1v

bus constat elementa. in hoc ergo denario, dum temporaliter nobis insinuatur, id est quater ducitur, caste et continenter a temporum delectatione uiuere, hoc est quadraginta diebus ieiunare. hoc lex, cuius persona est in Mose, hoc prophetia, cuius personam gerit Helias, hoc ipse dominus monet, qui tamquam testimonium habens ex lege et prophetis medius inter illos in monte tribus discipulis uidentibus atque stupentibus claruit. deinde ita quaeritur, quomodo quinquagenarius de quadragenario numero exsistat, qui non mediocriter in nostra religione sacratus est propter pentecosten; quomodo ter ductus propter tria tempora ante legem, sub lege, sub gratia, uel propter nomen patris et filii et spiritus sancti adiuncta eminentius ipsa trinitate ad purgatissimae ecclesiae mysterium referatur perueniatque ad centum et quinquaginta tres pisces, quos retia post resurrectionem domini in dextram partem missa ceperunt. ita multis aliis atque aliis numerorum formis quaedam similitudinum in sanctis libris secreta ponuntur, quae propter numerorum imperitiam legentibus clausa sunt.

CCLVIII.

DE RERVM MVSICARVM IGNORANTIA. EX LIBRO SVPRA SCRIPTO.

Non pauca etiam claudit atque obtegit nonnullarum rerum 282
musicarum ignorantia. ceterum et de psalterii et citharae differentia quidam non inconcinne aliquas rerum figuras aperuit, et decem cordarum psalterium non importune inter doctos quaeritur utrum habeat aliquam musicam legem, quae ad tan-

7 cf. Matth. 17, 2 sq. 10 cf. Act. 2, 1 sqq. 14 cf. Io. 21, 6 et 11 24 cf. Ps. 32, 2 et 91, 4

4 moyse *GPv* 8 quinquegenarius *v* 10 quomodo *V*: et quomodo *Gv* 14 centum (*om.* et) *GPv* tres pisces *GPv*: respicies *V* 15 dexteram *GPv* missa *GPv*: missam *V* 18 *sequitur cap.* CCLVIIII *in GPv* 19 *cap.* CCLXX *P* CCLXXII *Gv* 20 musicarum G^3P: musicorum G^1V; *abros. in v* ignorantiam *V* 21 claudit *GPv*: cladit *V* 22 ceterum *V*: nam *GPv* psalterio *P* citharae] cetherae V^1; *corr. m. 2* 23 quidam *Gv*: quidem *V* 25 musicam *V*: musicae *GPv*

tum neruorum numerum cogat, an uero, si non habet, eo ipso magis sacrate accipiendus sit ipse numerus uel propter decalogum legis. de quo item numero si quaeratur, non nisi ad creatorem creaturamque referendus est uel propter superius expositum ipsum denarium. et ille numerus aedificationis templi, qui commemoratur in euangelio, quadraginta scilicet et sex annorum, nescio quid musicum sonat et relatus ad fabricam dominici corporis, propter quam templi mentio facta est, cogit nonnullos haereticos confiteri filium dei non falso, sed uero et humano corpore indutum. et numerum quippe et musica plerisque locis in sacris scripturis honorabiliter posita inuenimus.

Non enim audiendi sunt errores gentilium superstitionum, qui VIIII Musas Iouis et Memoriae filias esse finxerunt. refellit eos Varro, quo nescio utrum apud eos quisquam talium rerum doctior uel curiosior esse possit. dicit enim ciuitatem nescio quam — non enim nomen recolo — locasse apud tres artifices terna simulacra Musarum, quod in templo Apollinis donum poneret, ut quisquis artificum pulchriora formasset, ab illo potissimum electa emerent. ita contigisse, ut opera sua quoque illa artifices aeque pulchra explicarent, et placuisse ciuitati omnes nouem atque omnes esse emtas, ut in Apollinis templo dedicarentur. quibus postea dicit Hesiodum poetam imposuisse uocabula. non ergo Iuppiter nouem Musas genuit, sed tres fabri ternas creauerunt. tres autem non propterea illa ciuitas locauerat, quia in somnis eas uiderat aut tot se cuiusquam illorum oculis demonstrauerant, sed quia facile erat animaduertere omnem sonum, quae materies cantilenarum est, triformem esse natura. aut enim uoce editur, sicuti eorum est qui

6 cf. Io. 2, 20

9 falso *V*: falsum *v* 10 uero *V*: uerum *v* 11 musica *V*: musicam *GPv* 16 doctior *GPv*: doctor *V* 17 locasse] casse *V* 20 electa emerent *GPv*: electae merent *V* 21 illa *V*: illi *GPv* aeque *PV*: eaque *v* 26 cuiusquam *GPv*: cusquam *V* 27 illarum *V*(?) demonstrauerat *v* animaduertere G^3V: animaduertisse ad G^1v 28 cantelinarum *V* 29 editur *V*: dicitur *v*

faucibus sine organo canunt, aut flatu, sicut tubarum et tibiarum, aut pulsu, sicut in citharis et tympanis et quibuslibet aliis quae percutiendo canora sunt.

Sed siue ita se habeat quod Varro rettulit, siue non ita, nos tamen non propter superstitionem profanorum debemus musicam fugere, si quid inde utile ad intellegendas sanctas scripturas rapere potuerimus, nec ad illorum theatricas nugas conuerti, si aliquid de citharis et de organis, quod ad spiritalia capienda ualeat, disputemus. neque enim et litteras discere non debuimus, quia earum deum dicunt esse Mercurium, aut quia Iustitiae Virtutique templa dedicauerunt et quae corde gestanda sunt in lapidibus adorare maluerunt, propterea nobis iustitia uirtusque fugienda est. immo uero quisquis bonus uerusque christianus est, domini sui esse intellegat ubicumque inuenerit ueritatem, quam conferens et agnoscens etiam in litteris sacris superstitiosa figmenta repudiet doleatque homines atque caueat, qui cognoscentes deum non sicut deum glorificauerunt.

CCLVIIII.

DE SIGNIS SVPERSTITIOSIS, QVIBVS PERNICIOSE DAEMONVM SOCIETAS COMPARATVR. EX EODEM LIBRO SVPRA SCRIPTO.

Duo sunt genera doctrinarum, quae in gentilibus etiam 284
moribus exercentur: unum earum rerum, quas instituerunt

2 aut sicut pulsu *v* 4 sed siue *V*: sed ut *v* retulit *Gv* 5 prophanorum *V* 6 fugere G^2v: fugire G^1V (*fort. recte*; *cf. Rönsch l. c. p. 285*) 11 dedicarunt *Gv* 15 conferens *V*: conferans *v* 17 non sicut deum *V*: non ut deum G^2v nondum G^1 *post* glorificauerunt *add. GPv*: et (et cetera quae P^2 *supr. uers.*) apostolus (apos *P*) exsequitur; G^3 *add. in mg.*: id est apostoli uerba sunt quae sequuntur id est aut gratias egerunt et cetera 18 *sequitur in Gv* (*cap.* CCLXXIII) *P* (*cap.* CCLXXI): quod etiam et (est G^2v) fastidio spiritali scriptura (scripturas *P*) occurrat (succurrat *Gv*) diuina, cum mentem (commendantem *Gv*) pascit (parcit *P*) apertis, exercet (exercit *P*) obscuris (obcuris *G*) ex eodem libro de doctrina christiana. *quod caput in capitulis numero 283 signaui; sed non est nisi repetitio uerborum cap.* CCLIIII (*p. 824, 17—26*): Nemo ambigit—alibi reperiatur 19 *cap.* CCLXXV *G* CCLXXVI *v*; *num. om. P* 20 ^{super}stitiosis (super *add. m. 2*) *P* 21 societas] *om. v* 22 gentilibus *V*: gentibus *v*

homines, alterum earum, quas animaduerterunt iam peractas aut diuinitus institutas. illud quod est secundum institutiones hominum partim superstitiosum est, partim non est superstitiosum.

Superstitiosum est quidquid institutum est ab hominibus ad facienda et colenda idola pertinens uel ad colendam sicut deum creaturam partemue ullam creaturae uel ad consultationes et pacta quaedam significationum cum daemonibus placita atque foederata, qualia sunt molimina magicarum artium, quae quidem commemorare potius quam docere assolent poetae, ex quo genere sunt, sed quasi licentiore uanitate, aruspicum et augurum libri. ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturae atque remedia, quae medicorum quoque disciplina condemnat, siue in praecantationibus siue in quibusdam notis, quos caracteres uocant, siue in quibusque rebus suspendendis atque ligandis uel etiam saltandis quodam modo, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes aut occultas aut etiam manifestas, quae mitiore nomine physica uocant, ut quasi non superstitione implicare, sed natura prodesse uideantur, sicut sunt inaures in summo aurium singularum, aut de strutihonum ossibus ansulae in digitis, aut cum tibi dicitur singultienti, ut dextra manu sinistrum pollicem teneas. his adiunguntur milia inanissimarum obseruationum, si membrum aliquod salierit, si iunctim ambulantibus amicis lapis aut canis aut puer medius interuenerit. atque illud, quod lapidem calcant tamquam diremtorem amicitiae, minus mole-

2 diuinitus *V*: diuitus *v* 5 superstitiosum] *del. m. 2 V* superstitiosum est] *om. v* 7 partemue *V*: partem uel *v* ullam *V*: illam *v* uel] uelut *V*; *om. v* consultationes *V*: consolationes *v* 11 uanitati *v* 14 condemnat *V*: continet *v* 15 quos *GPV*: quas *v* caracteres *Gv* suspendendis *GPv*: suspendis *v* 16 ligandis P^2V: inligandis *Gv* inligendis P^1 18 physica *Gv*: phisicam *V* 21 de strutihonum *V*: distructionum G^1Pv; alibi distructiones in ossibus; alibi: aut de strutionum *add.* G^3 *supr. uers.* 22 dextra manu *V*: dextram manum *v* sinistrum *V*: in sinistro *v* pollice *v* 23 milia *V*: similia *v* 25 lapis *V*: aut lapis *Gv* 26 diremtorem *V*: direptorem *v*

stum est quam cum innocentem puerum colapho percutiunt, si pariter ambulantibus intercurrit. sed bellum est, quod aliquando pueri uindicantur a canibus. nam plerumque tam superstitiosi sunt quidam, ut etiam canem, qui medius interuenerit, ferire audeant, non impune; namque a uano remedio cito ille interdum percussorem suum ad uerum medicum mittit. hinc sunt etiam illa: limen calcare, cum ante domum suam transit; redire ad lectum, si quis, dum se calciat, sternutauerit; redire domum, si procedens offenderit; cum uestis a soricibus roditur, plus tremere suspicione futuri mali quam praesens damnum dolere. unde illud eleganter dictum est Catonis; qui cum esset consultus a quodam, qui sibi a soricibus erosas caligas diceret, respondit non esse illud monstrum, sed uere monstrum habendum fuisse, si sorices a caligis rodentur.

Neque illi ab hoc genere perniciosae superstitionis segregandi sunt, qui genethliaci propter natalium dierum considerationem, nunc autem uulgo mathematici uocantur.

Quare istae quoque opiniones quibusdam rerum signis humana praesumtione institutis ad eadem illa quasi quaedam cum daemonibus pacta et conuenta referendae sunt. hinc enim fiet, ut occulto quodam iudicio diuino cupidi malarum rerum homines tradantur inludendi et decipiendi pro meritis uoluntatum suarum inludentibus eos atque decipientibus praeuaricatoribus angelis, quibus ista mundi pars infirma secundum pulcherrimum ordinem rerum diuinae prouidentiae lege subiecta est. quibus inlusionibus et deceptionibus euenit, ut istis superstitiosis et perniciosis diuinationum generibus multa praeterita et futura dicantur nec aliter accidant, quam dicuntur, multaque obseruantibus secundum obseruationes suas eueniant, quibus impli-

1 innocentum *v* colapho *Gv*: colopho *V* 6 medicum uerum *v* 10 futuri mali quam *V*: futurum aliquod per *v* 12 suricibus *v* 14 surices *v* 17 genethliaci qui *v* considerationes *Gv* 18 *post* uocantur *add. GPv*: nam et ipsi conantur actionum (accionum *v*) euenta (uenta *P*) praedicere 19 quare istae—p. 834, 2 superstitiosissimi erroris *V*: *om. GPv* 21 fiet *V*: fit *a* 22 ut *a*: et *V* 25 infima *a*

cati curiosiores fiant et sese magis magisque inserant multiplicibus laqueis superstitiosissimi erroris. hoc genus fornicationis animae salubriter diuina scriptura non tacuit neque ab ea sic deterruit animam, ut propterea talia negaret esse sectanda, quia falsa dicuntur a professoribus eorum, sed etiam: si dixerint uobis, inquit, et ita euenerit, ne credatis eis. non enim quia imago Samuhelis mortui Saul regi uera pronuntiauit, propterea talia sacrilegia, quibus imago illa praesentata est, minus execranda sunt, aut quia in Actibus apostolorum uentriloqua femina uerum testimonium perhibuit apostolis domini, ideo Paulus apostolus pepercit illi spiritui ac non potius feminam illius daemonii correptione atque exclusione mundauit. omnes igitur artes huius modi uel nugatoriae uel noxiae superstitionis ex quadam pestifera societate hominum et daemonum quasi pacta infidelis et dolosae amicitiae constituta penitus sunt repudianda et fugienda christiano, non quod idolum sit aliquid, ait apostolus, sed quia quae immolant gentes, daemoniis immolant et non deo, nolo uos socios daemoniorum fieri. quod autem de idolis et immolationibus, quae honori eorum exhibentur, dixit apostolus, hoc de omnibus imaginariis signis sentiendum est, quae uel ad cultum idolorum uel ad creaturam eiusque partes tamquam deum colendas trahunt uel ad remediorum aliarumque obseruationum curam pertinent, quae non sunt diuinitus ad dilectionem dei et proximi tamquam publice constituta, sed per priuatas appetitiones rerum temporalium corda dissipant miserorum. in omnibus ergo istis

6 Deut. 13, 1—3 7 cf. I Reg. 28, 14—20 (Eccli. 46, 20) 10 cf. Act. 16, 16—18 17 I Cor. 10, 19 sq.

1 magis] mamgis (m *del. m. 2*) *V* 2 superstitiosissimi *V*: perniciosissimi *a* 3 salubriter *GPv*: salubliter *V* 4 propterea *V*: propter *v* 7 non enim quia—13 exclusione mundauit *V*: *om. GPv* 13 artes *a*: artifices *GPVv* 14 superstitiones *Gv* 16 repudienda *v* 18 gentes *PV*: *om. Gv* daemonis P^1v 20 immolationibus *V*: de immolationibus *Gv* 21 omnibus *GVv*: hominibus *P* 22 quae uel ad—p. 835, 10 aliquid percutiatur *V*: *om. GPv* 23 trahunt *a*: tradunt *V*

doctrinis societas daemonum formidanda atque uitanda est, qui nihil cum principe suo diabulo nisi reditum nostrum claudere atque obserare conantur. sicut autem de stellis, quas condidit et ordinauit deus, humanae et deceptoriae coniecturae ab hominibus institutae sunt, sic etiam de quibusque nascentibus uel quoquo modo diuinae prouidentiae administratione exsistentibus rebus multi multa humanis suspicionibus quasi regulariter coniectata litteris mandauerunt, si forte insolite acciderint, tamquam si mula pariat aut fulmine aliquid percutiatur.

Quae omnia tantum ualent, quantum praesumtione animorum quasi communi quadam lingua cum daemonibus foederata sunt. quae tamen plena sunt omnia pestiferae curiositatis, cruciantis sollicitudinis, mortiferae seruitutis. non enim quia ualebant, animaduersa sunt, sed animaduertendo atque signando factum est, ut ualerent, et ideo diuersis diuerse proueniunt secundum cogitationes et praesumtiones suas. illi enim spiritus, qui decipere uolunt, talia procurant cuique, qualibus eum irretitum per suspiciones et consensiones eius uident. sicut enim uerbi gratia una figura litterae, quae decusatim notatur, aliud apud Graecos, aliud apud Latinos ualet, non natura, sed placito et consensione significandi, et ideo qui utramque linguam nouit, si homini Graeco uelit aliquid significare scribendo, non in ea significatione ponit hanc litteram, in qua eam ponit, cum homini scribit Latino; et beta uno eodemque sono apud Graecos litterae, apud Latinos holeris nomen est; et cum dico: „lege“, in his duabus syllabis aliud Graecus, aliud Latinus intellegit — sicut ergo hae omnes significationes pro sua cuius-

3 conantur *a*: conatur *V* 6 amministratione *V* 11 animarum *v* 12 quasi *V*: quas *v* 13 pestifera curiositate *v* 14 cruciantis *Pv*: cruciatis *GV* sollicitudini *v* 16 diuersae *V* 17 praesumptiones (*om.* et) *v* 19 suspiciones *V*: susceptiones *v* 20 literae *PVv* decusatim *PV*: decausatim G^1v decussatim G^3 *supr. uers.* 22 consentione *v* 25 scribit *V*: scribitur *v* beta] be*ta *P* 26 holeris *V*: oleris *Gv* et *V*: *om. v* 28 hae *V*: haec *v* sua *GV*: suae *v*

que societatis confessione animos mouent et, quia diuersa confessio est, diuerse mouent, nec ideo consenserunt in eas homines, quia iam ualebant ad significationem, sed ideo ualent, quia consenserunt in eas: sic etiam illa signa, quibus perniciosa daemonum societas comparatur, pro cuiusque obseruationibus ualent. quod manifestissime ostendit ritus augurum, qui et antequam obseruent et posteaquam obseruata signa tenuerint, id agunt, ne uideant uolatus aut audiant uoces auium, quia nulla ista signa sunt, nisi consensus obseruantis accedat.

CCLX.

DE SCIENTIA SENTENTIARVM, CONEXIONVM, DEFINITIONVM, DIVISIONVM ET PARTITIONVM. EX EODEM LIBRO DE DOCTRINA CHRISTIANA II.

285 Restant ea quae non ad corporis sensus, sed ad rationem animi pertinent, ubi disciplina regnat disputationis et numeri. sed disputationis disciplina ad omnia genera quaestionum, quae in litteris sanctis sunt, penetranda et dissoluenda plurimum ualet; tantum ibi cauenda est libido rixandi et puerilis quaedam ostentatio decipiendi aduersarium. sunt enim multa, quae appellantur sophismata, falsae conclusiones rationum et plerumque ita ueras imitantes, ut non solum tardos, sed ingeniosos etiam minus diligenter attentos decipiant. proposuit enim quidam dicens ei cum quo loquebatur: „quod ego sum, tu non es“. at ille consensit. uerum enim erat ex parte uel eo ipso, quod iste insidiosus, ille simplex erat. tum ille addidit: „ego autem homo sum.“ hoc quoque cum ab illo accepisset, conclusit dicens: „tu igitur non es homo“. quod genus captiosarum conclusionum scriptura, quantum existimo, detestatur illo loco,

1 confessione *scripsi*: confessionem *V* consensione *GPv* et *V*: *om. GPv* diuersa *PV*: diuerse *v* confessio *V*: consensio *GPv* 10 *cap.* CCLXXV *P* CCLXXVII *Gv* 12 et partitionum *G*: et partionum *Pv* expartionum *V* de doctrina christiana II. *V*: *om. GPv* 20 conclusionis *v* 28 exsistimo *V*

ubi dictum est: qui sophistice loquitur, odibilis est. quamquam etiam sermo non captiosus, sed tamen abundantius, quam grauitatem decet, uerborum ornamenta consectans sophisticus dicitur. sunt etiam uerae conexiones ratiocinationis falsas habentes sententias, quae consecuntur errorem illius cum quo agitur. quae tamen ad hoc inferuntur a bono et docto homine, ut in his erubescens ille cuius errorem consecuntur eundem relinquat errorem, quia, si in eodem manere uoluerit, necesse est etiam illa quae damnat tenere cogatur. non enim uera inferebat apostolus, cum diceret: neque Christus resurrexit, et illa alia: inanis est praedicatio nostra, inanis est et fides uestra et deinceps alia. quae omnino falsa sunt, quia et Christus resurrexit et non erat inanis praedicatio eorum qui hoc annuntiabant, nec fides eorum qui hoc crediderunt, sed ista falsa uerissime conectebantur illi sententiae, qua dicebatur non esse resurrectionem mortuorum. istis autem falsis repudiatis, quoniam uera erant, si mortui non resurgunt, consequens erit resurrectio mortuorum. cum ergo sint uerae conexiones non solum uerarum sed etiam falsarum sententiarum, facile est ueritatem conexionum etiam in scholis illis discere, quae praeter ecclesiam sunt; sententiarum autem ueritas in sanctis libris ecclesiasticis uestiganda est.

Ipsa tamen ueritas conexionum non instituta, sed animaduersa est ab hominibus et notata, ut eam possint uel discere uel docere; nam est in rerum ratione perpetue diuinitus instituta. sicut enim qui narrat ordinem temporum, non eum ipse componit, et locorum situs et naturas animalium uel stirpium uel lapidum qui ostendit, non res ostendit ab homini-

1 Eccli. 37, 20 10 I Cor. 15, 13 et 14

4 ratiocinationes *v* 5 (*et* 7) consequuntur *Gv* 8 relinguat *v* 9 quae damnat *V*: quaedamna (na *del. m. 2*) *v* 14 annuntiabant—qui hoc *GPv*: *om. V* eorum *P*: illorum *Gv* 15 conectebantur *GPv*: conectabantur *V* illi *V*: illae *v* 19 conexionis *v* 25 possint *Gv*: possit *V* 26 perpetuae *V* perpetua et *GPv* 28 et naturas *V*: aut naturas *Gv*

bus institutas, et ille qui demonstrat sidera eorumque motus, non a se uel homine aliquo rem institutam demonstrat: sic etiam qui dicit: „cum falsum est quod consequitur, necesse est, ut falsum sit quod praecedit“ uerissime dicit neque iste facit, ut ita sit, sed tantum ita esse demonstrat. ex hac regula illud est quod de apostolo commemorauimus. praecedit enim non esse resurrectionem mortuorum, quod dicebant illi quorum errorem destruebat apostolus. porro illam sententiam praecedentem, qua dicebant non esse resurrectionem mortuorum, necessario sequitur: neque Christus resurrexit. hoc autem quod sequitur falsum est; Christus enim resurrexit. falsum est ergo et quod praecedit. praecedit enim non esse resurrectionem mortuorum. est igitur resurrectio mortuorum. quod totum breuiter ita dicitur: „si non est resurrectio mortuorum, neque Christus resurrexit. Christus autem resurrexit; est igitur resurrectio mortuorum“. hoc ergo, ut consequenti ablato auferatur etiam necessario quod praecedit, non instituerunt homines, sed ostenderunt. et haec regula pertinet ad ueritatem conexionum, non ad ueritatem sententiarum.

Sed in hoc loco de resurrectione cum ageretur, et regula conexionis uera est et ipsa in conclusione sententia. in falsis autem sententiis conexionis ueritas est isto modo. faciamus aliquem concessisse: „si animal est coclea, uocem habet“. hoc concesso cum probatum fuerit uocem cocleam non habere, quoniam consequenti ablato illud quod praecedit aufertur, conclu-ditur non esse animal cocleam. quae sententia falsa est, sed ex concesso falso uera conclusionis conexio. ueritas itaque

10 I Cor. 15, 13

2 uel *V*: uelut *v* homine *V*: ab homine *Gv* demontrat *v* 4 iste (t *ex* s *corr. m. 1*) *V*: ipse *GPv* 8 destruebat *V*: destruere uolebat *GPv* 10 neque] neq (*sic*) *V* 12 et quod *V*: quod *Gv* enim *V*: autem *Gv* 13 est igitur — mortuorum G^2Pv: *om.* G^1V igitur *P*: ergo G^2v 14 quod totum — autem resurrexit] *om.* G^1; *add.* G^2 *in mg.* 15 autem G^3PV: enim G^2v est igitur — mortuorum *PV*: *om. Gv* 16 ablato *GPv*: oblato *V* 21 conexionis *V*: conexius *v* 27 uera *V*: uera est *Gv*

sententiae per se ipsam ualet, ueritas autem conexionis ex eius cum quo agitur opinione uel concessione consistit. ideo autem, ut supra diximus, infertur uera conexione quod falsum est, ut eum cuius errorem corrigere uolumus paeniteat sensisse praecedentia, quorum consequentia uidet esse respuenda. iam hinc intellegere facile est sicut in falsis sententiis ueras, sic in ueris sententiis falsas conclusiones esse posse. fac enim aliquem proposuisse: „si iustus est ille, bonus est“ et esse concessum; deinde assumsisse: „non est autem iustus“; quo item concesso intulisse conclusionem: „non est igitur bonus“. quae tametsi uera sint omnia, non est tamen uera regula conclusionis. non enim, sicut ablato consequenti aufertur necessario quod praecedit, ita etiam ablato praecedenti aufertur necessario quod sequitur. quia uerum est, cum dicimus: „si orator est, homo est“, ex qua propositione si assumamus: „non est autem orator“: non erit consequens, cum intuleris: „non est igitur homo“.

Quapropter aliud est nosse regulas conexionum, aliud sententiarum ueritatem. in illis discitur quid sit consequens, quid non consequens, quid repugnans. consequens est: „si orator est, homo est“; „si homo est, orator est“ inconsequens; repugnans: „si homo est, quadrupes est“. hic ergo de ipsa conexione iudicatur. in ueritate autem sententiarum ipsae per se sententiae, non earum conexio consideranda est. sed ueris certisque sententiis cum incertae uera conexione iunguntur, etiam ipsae certae fiant necesse est. quidam autem sic se iactant, cum ueritatem conexionum didicerint, quasi sententiarum ipsa sit ueritas. et rursus quidam plerumque retinentes ueram sententiam male se contemnunt, quia leges conclusionis ignorant, cum melior sit qui nouit esse resurrectionem mortuorum quam ille qui nouit consequens esse, ut, si resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexerit.

2 concessione *V*: confessione *v* 4 sensisse *GPVv*: concessisse *a* 7 ueris *GPv*: ueras *V* 9 quo *Gv*: quod *V* 11 tametsi (t *prior ex* d *corr.*) *v* 20 consequens est *V*: his consequens est *Gv* 21 inconsequens si homo est orator est *GPv* 22 homo] mo *V* 32 resurrexerit *a*: resurrexit *GPVv*

Item scientia definiendi, diuidendi atque partiendi quamquam etiam in rebus falsis plerumque adhibeatur, ipsa tamen falsa non est neque ab hominibus instituta, sed in rerum ratione comperta. non enim, quia et fabulis suis eam poetae et opinionibus erroris sui uel falsi philosophi uel etiam haeretici, hoc est falsi christiani, adhibere consueuerunt, propterea falsum est neque in definiendo neque in diuidendo aut partiendo aliquid complectendum esse, quod ad rem ipsam non pertinet, aut aliquid quod pertinet praetereundum. hoc uerum est, etiam si ea quae definiuntur aut distribuuntur uera non sint. nam et ipsum falsum definitur, cum dicimus falsam esse significationem rei non ita se habentis, ut significatur, siue alio aliquo modo: quae definitio uera est, quamuis falsum uerum esse non possit. possumus etiam diuidere dicentes duo esse genera falsi, unum eorum quae omnino esse non possunt, alterum eorum quae non sunt, quamuis esse possint. nam qui dicit septem et tria undecim esse, id dicit quod omnino esse non potest. qui autem dicit kalendis, uerbi gratia, ianuariis pluisse, tametsi factum non sit, id tamen dicit quod fieri potuerit. definitio ergo et diuisio falsorum potest esse uerissima, quamuis falsa ipsa utique uera non sint.

CCLXI.

VT NEC DE ELOQVENTIA SE QVISPIAM IACTET, QVAE NON VT INTELLEGAMVS, SED VT INTELLECTA PROFERAMVS ADHIBETVR. EX LIBRO DE DOCTRINA CHRISTIANA II.

286 Sunt etiam quaedam praecepta uberioris disputationis, quae iam eloquentia nominatur, quae nihilominus uera sunt, quam-

1 scientia *GPv*: si scientia *V* diuidendi *GPv*: *om. V* 6 consuerunt *v* 12 significatur *V*: significaretur *v* 13 diffinitio *v* 14 diuidere *GPv*: uidere *V* 16 esse possint *V*: non possint *v* 19 iamuariis (*m. 1 et 2*) *V* 22 *cap.* CCLXI *ex* CCLXIII *corr. V*: CCLXXVI *P* CCLXXVIII *Gv* 24 intellegamus (*om.* ut) *v* 25 ex] ex eodem *GPv* 27 quamuis] quamuis tas (tas *add. m. 2*) *V*

uis eis possint etiam falsa persuaderi; sed quia et uera possunt, non est facultas ipsa culpabilis, sed male utentium peruersitas. nam neque hoc ab hominibus institutum est, ut ueritatis expressio conciliet auditorem aut ut facile quod intendit insinuet breuis et aperta narratio et uarietas eius sine fastidio teneat intentos et ceterae huius modi obseruationes, quae siue in falsis siue in ueris causis uerae sunt tamen, quantum uel sciri uel credi aliquid faciunt aut ad expetendum fugiendumue animos mouent, et inuentae potius, quod ita se habeant, quam ut ita se haberent, institutae.

Sed haec pars cum discitur, magis ut proferamus ea quae intellecta sunt, quam ut intellegamus adhibenda est. illa uero conclusionum et definitionum et distributionum plurimum intellectorem adiuuat. tantum absit error, quo uidentur sibi homines ipsam beatae uitae ueritatem didicisse, cum ista didicerint. quamquam plerumque accidat, ut facilius homines res eas assequantur, propter quas assequendas ista discuntur, quam talium praeceptorum nodosissimas et spinosissimas disciplinas. tamquam si quispiam uolens dare praecepta ambulandi moneat non esse leuandum posteriorem pedem, nisi cum posueris priorem, deinde minutatim quemadmodum articulorum et poplitum cardines oporteat mouere describat; uera enim dicit nec ambulari aliter potest; sed facilius homines haec faciendo ambulant, quam animaduertunt, cum faciunt, aut intellegunt, cum audiunt. qui autem ambulare non possunt, multo minus ea curant quae nec experiendo possunt attendere. ita plerumque citius ingeniosus uidet non esse ratam conclusionem quam

1 uera esse possunt (esse *add. m. 3*) *G* 3 ueritatis *V*: caritatis *GPv* 4 conchiliet *V* 5 breuis] brebis *V* 7 quantum *V*: in quantum *GPv* 8 scire *v* aut ad *Gv*: aut *PV* fugiendumue animos *GP*: aut fugiendumue a. *V* fugiendum ueniamus *v* 9 inuenti *v* 11 discitur *V*: dicetur *v* 14 quo *GPv*: quod *V* 15 ista *V*: ita *v* didicerint *V*: dicerent *v* 16 accidat *V*: accedat *v* 18 spinosissimas *V*: spondissimas *v* 19 dare uolens *GPv* 23 aliter ambulari *GPv* haec *V*: hoc *Gv* 24 animaduertunt *V*: enim aduertunt *v* 26 curant *V*: currant *v* possunt *V*: non possunt *v*

praecepta eius capit, tardus autem non eam uidet, sed multo minus quod de illa praecipitur, magisque in his omnibus ipsa spectacula ueritatis saepe delectant, quam ex eis in disputando aut iudicando adiuuamur; nisi forte quod exercitatiora reddunt ingenia, si etiam maligniora aut inflatiora non reddant, hoc est ut aut decipere uerisimili sermone atque interrogationibus ament aut aliquid magnum, quo se bonis atque innocentibus anteponant, se assecutos putent qui ista didicerint.

CCLXII.

QVOD NVMERI DISCIPLINA NON SIT AB HOMINIBVS INSTITVTA, SED POTIVS INDAGATA ET INVENTA, ET AD DEI LAVDEM, A QVO VERA EST, REFERENDVM EST. EX LIBRO SVPRA SCRIPTO II.

287 Iam uero numeri disciplina cuilibet tardissimo clarum est quod non sit ab hominibus instituta, sed potius indagata et inuenta. non enim, sicut primam syllabam Italiae, quam breuem pronuntiauerunt ueteres, uoluit Vergilius et longa facta est, ita quisquam potest efficere, cum uoluerit, ut ter terna aut non sint nouem aut non possint efficere quadratam figuram aut non ad ternarium numerum tripla sint, ad senarium sesqua, ad nullum dupla, quia intellegibilis numeri semissem non habent. siue ergo in se ipsis considerentur siue ad figurarum aut sonorum aliarumue motionum leges numeri adhibeantur, incommutabiles regulas habent neque ullo modo ab hominibus

3 spectacula *V*: expectacula *v* disputendo *v* 5 inflatiora *V*: infalliciora *v* 6 aut decipere — interrogationibus *GPv*: *om. V* uerisimile *P* 7 amant P^1 magnum *PV*: imaginum *v* 9 *cap.* CCLXXVII *P* CCLXXVIIII *Gv* 11 indagata *MPV*: indicata *v* 12 referendum MP^2V: referenda *GPv* est *MV*: sit *GPv* supra scripto II] de doctrina christiana II *Gv* 13 uero *GPv*: ueri *MV* tardissime *v* 14 indagata] indicata *v* 16 uirgilius *GPv* 17 ter terna *V*: terrena *M* terna *v* 18 sint] possint *v* non possint G^1v: possint *MV* non possunt *P* non sint G^3 19 sexqua *MV* sex·quę G^1v sescupla G^3 sescuplum *P* 21 se] semet *v* 22 sonorum *MV*: ad sonorum *GPv*

institutas, sed ingeniosorum sagacitate conpertas. quae tamen omnia quisquis ita dilexerit, ut iactare se inter imperitos uelit et non potius quaerere, unde sint uera quae tantummodo uera esse persenserit, et unde quaedam non solum uera sed etiam incommutabilia, quae incommutabilia esse comprehenderit, ac sic ab specie corporum usque ad humanam mentem perueniens, cum et ipsam mutabilem inuenerit, quod nunc docta, nunc indocta sit, constituta tamen inter incommutabilem supra se ueritatem et mutabilia infra se cetera ad unius dei laudem atque dilectionem cuncta conuertere, a quo cuncta esse cognoscit, doctus uideri potest, esse autem sapiens nullo modo.

Quam ob rem uidetur mihi studiosis et ingeniosis adulescentibus et timentibus deum beatamque uitam quaerentibus salubriter praecipi, ut nullas doctrinas, quae praeter ecclesiam Christi exercentur, tamquam ad beatam uitam capessendam secure sequi audeant, sed eas sobrie diligenterque diiudicent, et si quas inuenerint ab hominibus institutas, uarias propter diuersam uoluntatem instituentium et ignotas propter suspiciones errantium, maxime si habent etiam cum daemonibus initam societatem per quarundam significationum quasi quaedam pacta atque conuenta, repudient penitus et detestentur, alienent etiam studium a superfluis et luxuriosis hominum institutis. illa uero instituta hominum, quae ad societatem conuiuentium ualent, pro ipsa uitae huius necessitate non negligant. in ceteris autem doctrinis, quae apud gentes inueniuntur, praeter historiam rerum uel praeteriti temporis uel praesentis, ad sensus corporis pertinentium, quibus etiam utilium artium corporalium experimenta et coniecturae annumerantur, et praeter rationem disputationis et numeri nihil utile esse arbitror. in quibus omnibus tenendum est

Ne quid nimis,

31 Ter. Andr. 61

1 conpertas *MV*: comprobata sunt *v* 5 quae incommutabilia] *om. v* 6 ab *MV*: a *v* 8 inter *MV*: interim *v* 12 mihi uidetur *Gv* 16 securi *v* 21 repudient *MV*: repudientur *v* 24 conuiuantium *v*

et maxime in his quae ad corporis sensus pertinentia uoluuntur temporibus et continentur locis.

CCLXIII.

QVOD VTILES DISCIPLINAS PHILOSOPHORVM HVIVS SAECVLI TAMQVAM DIVITIAS DE AEGYPTO EXIENS CHRISTIANVS AVFERRE DEBEAT. EX LIBRO II.

288 Philosophi autem qui uocantur si qua forte uera et fidei nostrae accommodata dixerunt, maxime Platonici, non solum formidanda non sunt, sed etiam ab eis tamquam ab iniustis possessoribus in usum nostrum uindicanda. sicut enim Aegyptii non tantum idola habebant et onera grauia, quae populus Israhel detestaretur et fugeret, sed etiam uasa et ornamenta de auro et argento et uestem, quae ille populus exiens de Aegypto sibi potius tamquam ad usum meliorem clanculo uindicauit, non auctoritate propria, sed praecepto dei, ipsis Aegyptiis nescienter accommodantibus ea quibus non bene utebantur: sic doctrinae omnes gentilium non solum simulata et superstitiosa figmenta grauesque sarcinas superuacanei laboris habent, quae unusquisque nostrum duce Christo de societate gentilium excidens debet abhominari atque uitare, sed etiam liberales disciplinas usui ueritatis aptiores et quaedam morum praecepta utilissima continent, denique de ipso uno deo colendo nonnulla uera inueniuntur apud eos, quod eorum tamquam aurum et argentum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi

13 cf. Ex. 3, 22 et 12, 35

1 pertinentia *MV*: pertinentium *v* 3 *cap.* CCLXIII* (I*ras.*) *V*: CCLXXVIII *P* CCLXXX *Gv* 4 philosophorum] philophorum *v* 6 ex] ex eodem *GPv* 8 plathonici *MV* 9 sunt] sint *P* ab eis etiam *GPv* 12 et ornamenta *MV*: atque ornam. *GPv* 14 clangulo *MV* 16 nescienter *GMv*: nescientes *V* 18 grauisque sarcina *v* superuacanei *MV*: ac nec *v* 19 christo duce *Gv* 20 excidens *MV*: exiens *GPv* abominari *Gv* 22 utilissima *MV*: quae utilissima *GPv* continentur *v* denique de *scripsi*: denique *MPV* deque G^1 quae de G^2v ipso] ipsa G^1

metallis diuinae prouidentiae, quae ubique infusa est, eruerunt et quo peruerse atque iniuriose ad obsequia daemonum abutuntur, cum ab eorum misera societate sese animo separat, debet ab eis auferre christianus ad usum iustum praedicandi euangelii. uestem quoque illorum, id est hominum quidem instituta, sed tamen accommodata humanae societati, qua in hac uita carere non possumus, accipere atque habere licuerit in usum conuertenda christianum. nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? nonne aspicimus, quanto auro et argento et ueste suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus, et doctor suauissimus et martyr beatissimus? quanto Lactantius? quanto Victorinus, Optatus, Hilarius, ut de uiuis taceam? quanto innumerabiles Graeci? quod prior ipse fidelissimus dei famulus Moses fecerat, de quo scriptum est, quod eruditus fuerit omni sapientia Aegyptiorum. quibus omnibus uiris superstitiosa gentilium consuetudo, et maxime illis temporibus, cum Christi recutiens iugum christianos persequebatur, disciplinas, quas utiles habebat, numquam commodaret, si eas in usum cōlendi unius dei, quo uanus idolorum cultus scinderetur, conuersum iri suspicaretur; sed dederunt aurum et argentum et uestem suam exeunti de Aegypto populo dei, nescientes, quemadmodum illa quae dabant in Christi obsequium redderentur. illud enim in exhodo factum sine dubio figuratum est, ut hoc praesignaret, quod sine praeiudicio alterius aut paris aut melioris intellegentiae dixerim.

Sed hoc modo instructus diuinarum scripturarum studiosus, cum ad eas perscrutandas accedere coeperit, illud apostolicum cogitare non cesset: scientia inflat, caritas aedificat. ita

14 Act. 7, 22 28 I Cor. 8, 1

3 separat *Gv*: separant *V* 4 iustum] *om. v* 10 ciprianus *Gv* 11 quanto lactantius — hilarius] *add. G*^{2} *in mg.* 12 hylarius *v* quanto] quantum *v* 14 moyses *GPv* omni *GPv*: omnia *V* 16 gentilium *V*: gentium *Gv* illis *V*: in illis *v* 18 habebant *v* 19 excinderetur *Gv* 20 conuersum iri *G*^{3}: conuersi uiri *MPV* conuersi uiris *G*^{1}*v* suspicaretur *G*^{3}*V*: suspicarentur *G*^{1}*Pv* 22 obsequium (um *ex* om *corr. m. 1*) *V* 23 exhodo *V*: exodo *P* eo *v* factum *V*: facto fictum *v*

enim sentit, quamuis de Aegypto diues exeat, tamen, nisi pascha egerit, saluum se esse non posse. pascha autem nostrum immolatus est Christus nihilque magis immolatio christianos docet, quam illud quod ipse clamat tamquam ad eos quos in Aegypto sub Pharaone uidet laborare: uenite ad me qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris. iugum enim meum lene est et sarcina mea leuis est. quibus, nisi mitibus et humilibus corde, quos non inflat scientia, sed caritas aedificat? meminerit ergo eorum qui pascha illo tempore per umbrarum imaginaria celebrabant, cum signari postes sanguine agni iuberentur, ysopo fuisse signatos — herba haec humilis et mitis est et nihil fortius et penetrabilius eius radicibus — ut in caritate radicati et fundati possimus comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo et longitudo et altitudo et profundum, id est crucem domini. est etiam in ysopo uis purgatoria, ne inflante scientia de diuitiis ab Aegypto ablatis superbe aliquid pulmo tumidus anhelet: asperges me, inquit, ysopo et mundabor, lauabis me et super niuem dealbabor. auditui meo dabis exsultationem et laetitiam. deinde consequenter adnectit, ut ostendat purgationem a superbia significari ysopo: exsultabunt ossa humiliata.

Quanto autem minor est auri, argenti uestisque copia, quam de Aegypto ille populus secum abstulit, in comparatione diuitiarum, quas postea Hierosolymae consecutus est, quae maxime

2 cf. I Cor. 5, 7 5 Matth. 11, 28—30 17 cf. Eph. 3, 18 20 Ps. 50, 9 sq.

3 xp̃ianos G^1Vv: christi nos G^3P 6 honerati V 7 quia PV: quoniam Gv 11 meminerit V: meminerint Gv 12 per V: pro v 13 signare v 14 ysopo V: hyssopo Gv; *sic ubique* 16 possimus G^3V: ut possimus G^1v 19 de diuitiis V: diuitis v 21 lauabis me—dealbabor GPv: *om.* V 22 dabis V: dabis gaudium v 23 deinde] dein v 27 secum ille populus GPv

in Salomone rege ostenduntur, tanta fit cuncta scientia, quae quidem est utilis collecta de libris gentium, si diuinarum scripturarum scientiae comparetur. nam quidquid homo extra didicerit, si noxium est, ibi damnatur; si utile est, ibi inuenitur. et cum ibi quisque inuenerit omnia, quae utiliter alibi didicerit, multo abundantius ibi inueniet ea quae nusquam omnino alibi, sed in illarum tantummodo scripturarum mirabili altitudine et mirabili humilitate discuntur. hac igitur instructione praeditum cum signa incognita lectorem non impedierint, mitem et humilem corde, subiugatum leniter Christo et oneratum sarcina leui, fundatum et radicatum et aedificatum in caritate, quem scientia inflare non possit, accedat ad ambigua signa in scripturis consideranda et discutienda.

CCLXIIII.

DE SIGNIS AMBIGVIS ET DISTINCTIONIBVS EXEMPLI GRATIA PONIT, QVALITER DISTINGVATVR: IN PRINCIPIO ERAT VERBVM, ET: QVID ELIGAM IGNORO. EX LIBRO DE DOCTRINA CHRISTIANA III.

Qui eo loco animi est, ut per nos instrui ualeat, sciat ambi- 289
guitatem scripturae aut in uerbis propriis esse aut in translatis, quae genera in secundo libro demonstrauimus.

Sed cum uerba propria faciunt ambiguam scripturam, primo uidendum est, ne male distinxerimus aut pronuntiauerimus. cum ergo adhibita intentio incertum esse peruiderit, quomodo distinguendum aut quomodo pronuntiandum sit, consulat regulam fidei, quam de scripturarum planioribus locis et ecclesiae auctoritate percepit, de qua satis egimus, cum de rebus in libro primo loqueremur. quod si ambae uel etiam omnes, si

1 cf. III Reg. 10, 14—23 16 Io. 1, 1 17 Philipp. 1, 22

1 salamone G^1V quae quidem est V: quicquid esse v 14 *cap.* CCLXXVIIII P CCLXXXI Gv 17 quid] quod G^1 19 eo V: in eo Gv 24 peruiderit V: prouiderit v 25 consulatur v 28 primo libro Gv

plures fuerint partes ambiguitatis, secundum fidem sonuerint, textus ipse sermonis a praecedentibus et consequentibus partibus, quae ambiguitatem illam in medio posuerunt, restat consulendus, ut uideamus, cuinam sententiae de pluribus, quae se ostendunt, ferat suffragium eamque sibi contexi patiatur. iam nunc exempla considera. illa haeretica distinctio: in principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat. uerbum, ut alius sit sensus: uerbum hoc erat in principio apud deum, non uult deum uerbum confiteri. sed hoc regula fidei refellendum est, qua nobis de trinitatis aequalitate praescribitur, ut dicamus: et deus erat uerbum, deinde subiungamus: hoc erat in principio apud deum. illa uero distinctionis ambiguitas neutra parte resistit fidei et ideo textu ipso sermonis diiudicanda est, ubi ait apostolus: et quid eligam ignoro. compellor autem e duobus, concupiscentiam habens dissolui et esse cum Christo; multo enim magis optimum, manere in carne necessarium propter uos. incertum est enim, utrum e duobus concupiscentiam habens, an compellor autem ex duobus, ut illud adiungatur: concupiscentiam habens dissolui et esse cum Christo. sed quoniam ita sequitur: multo enim magis optimum, apparet eum eius optimi dicere se habere concupiscentiam, ut, cum ex duobus compellatur, alterius tamen habeat concupiscentiam, alterius necessitatem: concupiscentiam scilicet esse cum Christo, necessitatem manere in carne. quae ambiguitas uno consequenti uerbo diiudicatur, quod positum est, enim. quam particulam qui abstulerunt interpretes, illa potius sententia ducti sunt, ut non solum compelli ex duobus sed etiam duorum habere concupiscentiam uideretur. sic ergo

6 Io. 1, 1 sq. 15 Philipp. 1, 22 sqq.

1 sonuerit *v* 6 considera *V*: considerat *v* distinctio (s *ex* c *corr. m. 1*) *V* 8 erat. uerbum (*distinxi*); G^1Vv: erat (*om.* uerbum) G^3P 14 texto *v* 16 e *V*: ex *Gv* 17 manere *V*: manere autem *v* 19 enim Vv^2 (*in mg.*): autem v^1 e *V*: ex *Gv* 23 optimi *V*: optime *v* 26 necessitatem manere in carne concupiscentiam scilicet esse cum christo *v*

distinguendum est: et quid eligam ignoro. compellor autem ex duobus. quam distinctionem sequitur: concupiscentiam habens dissolui et esse cum Christo. et tamquam quaereretur, quare huius rei potius habeat concupiscentiam: multo enim magis optimum, inquit. cur ergo e duobus compellitur? quia est manendi necessitas, quam ita subiecit: manere in carne necessarium propter uos. ubi autem neque praescripto fidei neque ipsius sermonis textu ambiguitas explicari potest, nihil obest secundum quamlibet earum quae ostenduntur sententiam distinguere. ueluti est illa ad Corinthios: has ergo promissiones habentes, carissimi, mundemus nos ab omni inquinatione carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. capite nos: nemini nocuimus. dubium quippe est, utrum mundemus nos ab omni inquinatione carnis et spiritus secundum illam sententiam: ut sit sancta et corpore et spiritu, an mundemus nos ab omni coinquinatione carnis, ut alius sit sensus: et spiritus perficientes sanctificationem in timore dei capite nos. tales igitur distinctionum ambiguitates in potestate legentis sunt.

CCLXV.

DE AMBIGVIS PRONVNTIATIONIBVS PONIT EXEMPLI CAVSA: QVIS ACCVSABIT ELECTOS DEI? EX LIBRO SVPRA SCRIPTO III.

Quaecumque autem de ambiguis distinctionibus diximus, 290
eadem obseruanda sunt et in ambiguis pronuntiationibus. nam

11 II Cor. 7, 1 sq. 16 I Cor. 7, 34 24 Rom. 8, 33

2 autem *V*: enim *v* 7 subiecit *V*: subicit *v* 8 praescripto *GPv*: praescribtio *V* 9 texto *v* explicare *v* nihil obest *GPv*: *om.* *V* 10 quae] *om.* *v* 19 sanctificatione *v* 21 legentis *V*: legendi *v* 22 *cap.* CCLXXX *P* CCLXXXII *Gv* 23 ponit] ponitur *v* 24 supra scripto III *V*: de doctrina christiana III *Gv* 26 autem *V*: enim *Gv*

et ipsae, nisi lectoris nimia uitientur incuria, aut regulis fidei corriguntur aut praecedentis uel consequentis contextione sermonis aut, si neutrum horum adhibetur ad correctionem, nihilominus dubiae remanebunt, ut quolibet modo lector pronuntiauerit, non sit in culpa. nisi enim fides reuocet, qua credimus deum non accusaturum aduersus electos suos et Christum non condemnaturum electos suos, potest illud sic pronuntiari: quis accusabit aduersus electos dei? ut hanc interrogationem quasi responsio subsequatur: deus, qui iustificat et item interrogetur: quis est, qui condemnet? et respondeatur: Christus Iesus, qui mortuus est. quod credere quia dementissimum est, ita pronuntiabitur, ut praecedat percontatio, sequatur interrogatio. inter percontationem autem et interrogationem hoc ueteres interesse dixerunt, quod ad percontationem multa responderi possunt, ad interrogationem uero aut „non“ aut „etiam“. pronuntiabitur ergo ita, ut post percontationem, qua dicimus: quis accusabit aduersus electos dei? illud quod sequitur sono interrogantis enuntietur: deus, qui iustificat? ut tacite respondeatur: „non“ et item percontemur: quis, qui condemnat? rursusque interrogemus: Christus Iesus, qui mortuus est, magis autem, qui resurrexit, qui est in dextera dei et qui interpellat pro nobis? ut ubique tacite respondeatur: „non“. at uero illo in loco, ubi ait: quid ergo dicemus? quia gentes, quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, nisi post percontationem, qua dictum est: quid ergo dicemus? responsio subiciatur: quia gentes, quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, textus consequens non cohaerebit. qualibet autem uoce pronuntietur

8 (et 17) Rom. 8, 33 sq. 24 Rom. 9, 30

2 praecedentes *v* contextione *a*: contexione *V* conexione *Gv* 4 dubiae *Gv*: dubia *V* 7 potest *GV*: post *v* 9 subsequatur *V*: consequatur G^3P non sequatur G^1v 13 percunctatio G^2v; *sic semper* 14 quod *V*: pro qđ *v* 20 quis *V*: quis est *GPv* condemnat G^1V: condemnet G^2P^2v contemnet P^1 22 et qui *V*: qui G^1v qui et G^3 23 ut *V*: et *v* 24 (*et* 27) dicimus *v* 29 coherebit *V*

illud quod Natanahel dixit: a Nazareth potest aliquid boni esse, siue affirmantis, ut illud solum ad interrogationem pertineat, quod ait: a Nazareth, siue totum cum interrogatione dubitantis, non uideo, quomodo discernatur; uterque autem sensus fidem non impedit. est etiam ambiguitas in sono dubio syllabarum, et haec utique ad pronuntiationem pertinens. nam quod scriptum est: non est absconditum a te os meum, quod fecisti in abscondito, non elucet legenti, utrum correpta littera os pronuntiet an producta. si enim corripiat, ab eo quod sunt ossa, si autem producat, ab eo quod sunt ora intellegitur numerus singularis. sed talia linguae praecedentis inspectione diiudicantur; nam in graeco non *στ΄μα*, sed *ὀστοῦν* positum est. unde plerumque loquendi consuetudo uulgaris utilior est significandis rebus quam integritas litterata. mallem quippe cum barbarismo dici: non est absconditum a te ossum meum, quam ut ideo esset minus apertum, quia magis latinum est. sed aliquando dubius syllabae sonus etiam uicino uerbo ad eandem sententiam pertinente diiudicatur; sicuti est illud apostoli: quae praedico uobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. si tantummodo dixisset: quae praedico uobis, neque subiunxisset: sicut praedixi, non nisi ad codicem praecedentis linguae recurrendum esset, ut cognosceremus, utrum in eo quod dixit: praedico producenda an corripienda esset syllaba media. nunc autem manifestum est producendam esse. non enim ait: sicut praedicaui, sed: sicut praedixi.

1 Io. 1, 47 7 (et 16) Ps. 138, 15 19 Gal. 5, 21

1 natanahel *V*: nathanael *Gv* a *V*: *om. v* 3 interrogatione dubitantis *V*: dubitatione interrogantis *GPv* 8 os meum a te *Gv* 9 os littera *GPv* pronuntietur *v* 12 praecedentis *Vv*: procedentis *G* inspectione *V*: in exspectatione (ta *del. m. 3 G*) *Gv* 13 stoma *V* sthoma *Gv* *ὀστοῦν scripsi*: oston *GPVv* 16 ossum G^3: os G^1PVv os meum a te *Gv* 19 pertinente G^3P^2: pertinentem P^1V pertinendi G^1v diiudicantur *P* iudicantur G^1v sicut *Gv* 23 recurrendum esset praecedentis linguae *v*

Non solum autem istae sed etiam illae ambiguitates, quae non ad distinctionem uel ad pronuntiationem pertinent, similiter considerandae sunt. qualis illa est ad Thessalonicenses: propterea consolati sumus fratres in uobis. dubium enim, utrum „o fratres“ an „hos fratres“. neutrum autem horum est contra fidem; sed graeca lingua hos casus pares non habet et ideo illa inspecta renuntiatur uocatiuus, id est „o fratres“. quod si uoluisset interpres dicere: „propterea consolationem habuimus, fratres, in uobis“, minus seruitum esset uerbis, sed minus de sententia dubitaretur, aut certe addere-tur: „nostri“. nemo enim fere ambigeret uocatiuum casum esse, cum audiret: propterea consolati sumus, fratres nostri, in uobis; sed iam hoc periculosius permittitur. ita factum est in illa ad Corinthios, cum ait apostolus: cotidie morior per uestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu. ait enim quidam interpres: cotidie morior, per uestram iuro gloriam, quia in graeco uox iurantis manifesta est sine ambiguo sono. rarissime igitur et difficillime inueniri potest ambiguitas in propriis uerbis, quantum ad libros diuinarum scripturarum spectat, quam non aut circumstantia ipsa sermonis, qua cognoscitur scriptorum intentio, aut interpretum collatio aut praecedentis linguae soluat inspectio.

4 (et 12) I Thess. 3, 7 14 I Cor. 15, 31

1 ille *V* 9 uobis minus *V*: uobis fratres minus *v* 10 dubitaretur de sententia *v* certe *GVv*: certe si *a* 11 fere *V*: uere *v* ambigeret *V*: ambigit *v* 13 hoc *V*: o *v* permittitur *V*: promittitur *v* 16 morior *GPv*: morio *V fort. recte* (*cf. Rönsch. l. c. p. 298*) 17 iuro] *add. P*² *in mg.* gloriam *GVv*: *om. P* 18 sine] siue *v* 20 aut non *v* 22 collatio *V*: consolatio *v*

CCLXVI.

DE AMBIGVITATIBVS VERBORVM TRANSLATORVM, IN QVIBVS CAVENDVM PRAEMONET, NE FIGVRATA LOCVTIO AD LITTERAM ACCIPIATVR. EX LIBRO ITEM III.

Sed uerborum translatorum ambiguitates, de quibus deinceps 291
loquendum est, non mediocrem curam industriamque desiderant. nam in principio cauendum est, ne figuratam locutionem ad litteram accipias. et ad hoc enim pertinet quod ait apostolus: littera occidit, spiritus autem uiuificat. cum enim figurate dictum sic accipitur, tamquam proprie dictum sit, carnaliter sapitur, neque ulla mors animae congruentius appellatur, quam cum id etiam quod in ea bestiis antecellit, hoc est intellegentia, carni subicitur sequendo litteram. qui enim sequitur litteram, translata uerba sicut propria tenet neque illud quod proprio uerbo significatur refert ad aliam significationem, sed si sabbatum audierit uerbi gratia, non intellegit nisi unum diem de septem, qui continuo uolumine repetuntur, et cum audierit sacrificium, non excedit cogitatione illud quod fieri de uictimis pecorum terrenisque fructibus solet. ea demum est miserabilis animae seruitus, signa pro rebus accipere et supra creaturam corpoream oculum mentis ad hauriendum aeternum lumen leuare non posse.

Quae tamen seruitus in Iudaeo populo longe a ceterarum gentium more distabat, quando quidem rebus temporalibus ita subiugati erant, ut unus in eis omnibus commendaretur deus. et quamquam signa rerum spiritalium pro ipsis rebus obseruarent, nescientes quo referrentur, id tamen insitum habebant,

9 II Cor. 3, 6

1 *cap.* CCLXXXI *P* CCLXXXIII *Gv* 2 in quibus *GPv*: quibus *V* 4 libro item III *V*: eodem libro *GPv* 5 ambiguitates G^2: ambiguitas G^1PVv 6 desiderat G^1v 11 *uerba*: neque ulla *usque ad finem capitis desunt in v, cum primum folium quaternionis XXV interciderit* 21 auriendum *V* 25 in eis G^1PV: eis in G^3 26 quamquam *GP*: quam *V* 27 referentur P^1

quod tali seruitute uni omnium quem non uidebant placerent deo; quam custodiam tamquam sub paedagogo paruulorum fuisse scribit apostolus. et ideo qui talibus signis pertinaciter inhaeserunt, contemnentem ista deum, cum iam tempus reuelationis eorum uenisset, ferre non potuerunt atque inde calumnias, quod sabbato curaret, moliti sunt principes eorum, populusque signis illis tamquam rebus astrictus non credebat deum esse uel a deo uenisse, quia ea sicut Iudaeis obseruabantur nollet attendere. sed qui crediderunt, ex quibus facta est prima ecclesia Hierosolymitana, satis ostenderunt, quanta utilitas fuerit eo modo sub paedagogo custodiri, ut signa, quae temporaliter imposita erant seruientibus, ad unius dei cultum, qui fecit caelum et terram, opinionem obseruantium religarent.

CCLXVII.

HVNC MODVM PRAEFIGIT INVENIENDAE LOCVTIONIS, PROPRIANE AN FIGVRATA SIT, VT QVIDQVID IN SCRIPTVRIS EX PERSONA DEI VEL SANCTORVM SAEVVM AVT FLAGITIOSVM IMPERITIS VIDETVR, SALVBRITER FIGVRATVM INTELLEGANT. EX EODEM LIBRO III.

292 Demonstrandus est igitur prius modus inueniendae locutionis, propriane an figurata sit. et iste omnino modus est, ut quidquid in sermone diuino neque ad morum honestatem neque ad fidei ueritatem proprie referri potest figuratum esse cognoscas. morum honestas ad diligendum deum et proximum, fidei ueritas ad cognoscendum deum pertinet. spes autem cuique sua est in conscientia propria, quemadmodum se sentit

3 cf. Gal. 3, 24 6 cf. Matth. 12, 2 Luc. 6, 7

2 pedagogo *V* 4 contemnentem *GP*: contemnente *V* deum *V*: dominum *GP* 11 pedagogo *V* 14 *cap.* CCLXXXII *P* CCLXXXIIII *Gv* 15 praefigit] praeficit *v* propriane] propria *v* 16 ex persona dei uel sanctorum *MV*: *om. GPv* 25 fidei—deum] *om.* G^1 deum *MV*: deum et proximum G^2Pv cuique sua *MV*: sua cuique *GP* sua unicuique *v*

ad dilectionem dei et proximi cognitionemque proficere. de quibus omnibus primo libro dictum est. sed quoniam procliue est humanum genus non ex momentis ipsius libidinis, sed potius suae consuetudinis aestimare peccata, fit plerumque, ut quisque hominum ea tantum culpanda arbitretur, quae suae regionis et temporis homines uituperare atque damnare consueuerunt, et ea tantum probanda atque laudanda, quae consuetudo eorum cum quibus uiuit admittit, eoque contingit, ut, si quid scriptura uel praeceperit quod abhorreret a consuetudine audientium uel quod non abhorreret culpauerit, si animum eorum iam uerbi uinxit auctoritas, figuratam locutionem putent. non autem praecipit scriptura nisi caritatem nec culpat nisi cupiditatem et eo modo informat mores hominum. item si animum praeoccupauit alicuius erroris opinio, quidquid aliter asseruerit scriptura, figuratum homines arbitrentur. non autem asserit nisi catholicam fidem rebus praeteritis et futuris et praesentibus: praeteritorum narratio est, futurorum praenuntiatio, praesentium demonstratio. sed omnia haec ad eandem caritatem nutriendam atque roborandam et cupiditatem uincendam atque extinguendam ualent. caritatem uoco motum animi ad fruendum deum propter ipsum et se atque proximum propter deum; cupiditatem autem motum animi ad fruendum se et proximo et quolibet corpore non propter deum. quod autem agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum et corpus suum, flagitium uocatur; quod autem agit, ut alteri noceat, facinus dicitur. et haec sunt duo genera omnium peccatorum, sed flagitia priora sunt. quae cum exinaniuerint animum et ad quandam egestatem perduxerint, in facinora prosilitur, quibus remoueantur impedimenta flagitiorum aut adiumenta quaerantur. item quod agit caritas quo sibi prosit, utilitas est; quod autem agit, ut prosit proximo,

1 de quibus—p. 856, 3 tanto caritatis augetur *MV*: *om. GPv* 5 regionis *a*: religionis *MV* 9 a *V*: a* (b *ras.*) *M* 11 praecipit *V*: praecepit *M* 15 arbitrentur *V*: arbitrantur *M*(?) 22 proximo *a*: proximum *MV* 24 flagium (ti *add. m. 1*) *M* 25 dicitur *V*: *om. M* 26 omnium *V*: *om. M* flatia (gi *add. m. 1*) *M* priora *V*: peiora *M*

beneficientia nominatur. et hic praecedit utilitas, quia nemo potest ex eo quod non habet prodesse alteri. quanto autem magis regnum cupiditatis destruitur, tanto caritatis augetur.

Quidquid ergo asperum et quasi saeuum factu dictuque in sanctis scripturis legitur ex persona dei uel sanctorum eius, ad cupiditatis regnum destruendum ualet. quod si perspicue sonat, non est ad aliud referendum, quasi figurate dictum sit. sicuti est apostoli: thesaurizas tibi iram in die irae et reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera sua: his quidem qui secundum sustinentiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem quaerentibus uitam aeternam; his autem qui ex contentione sunt et diffidunt ueritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio. tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum et Graeci. sed hoc ad eos, cum quibus euertitur ipsa cupiditas, qui eam uincere noluerunt. cum autem in homine, cui dominabantur, regna cupiditatis subuertuntur, illa est aperta locutio: qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum passionibus et concupiscentiis, nisi quia et hic quaedam uerba translata tractantur, sicuti est ira dei et crucifixerunt; sed non tam multa sunt uel ita posita, ut obtegant sensum et allegoriam uel aenigma faciant, quam proprie figuratam locutionem uoco. quod autem Hieremiae dicitur: ecce constitui te hodie super gentes et regna, ut euellas et destruas et disperdas et dissipes, non dubium, quin figurata locutio tota sit ad eum finem referenda, quem diximus.

8 Rom. 2, 5—9 19 Gal. 5, 24 26 Hier. 1, 10

4 facto *MV* dictoque *G* 5 scripturis sanctis *P* 7 ad] *om. G*¹ aliud (d *ex* t *corr. m. 2*) *G* 8 irae et] irae et cetera *GPv*; *quae secuntur usque ad v. 29*: quem diximus *exhibent MV*, *om. GPv* 12 quaerentibus *MV* (*cf. Rönsch l. c. p.443*): quaerunt *a* 24 enigma *V* 25 figurata *M*

Quae autem quasi flagitiosa imperitis uidentur, siue tantum dicta siue etiam facta sunt uel ex dei persona uel ex hominum, quorum nobis sanctitas commendatur, tota figurata sunt, quorum ad caritatis pastum enucleanda secreta sunt. quisquis autem rebus praetereuntibus restrictius utitur, quam sese habent mores eorum cum quibus uiuit, aut intemperans aut superstitiosus est. quisquis uero sic eis utitur, ut metas consuetudinis bonorum, inter quos uersatur, excedat, aut aliquid significat aut flagitiosus est. in omnibus enim talibus non usus rerum, sed libido utentis in culpa est. neque ullo modo quisquam sobrius crediderit domini pedes ita ungento pretioso a muliere perfusos, ut luxuriosorum et nequam hominum solent, quorum talia conuiuia detestamur. odor enim bonus fama bona est, quam quisque bonae uitae operibus habuerit, dum uestigia Christi sequitur, quasi pedes eius pretiosissimo odore perfundit. ita quod in aliis personis plerumque flagitium est, in diuina uel prophetica persona magnae cuiusdam rei signum est. alia est quippe in perditis moribus, alia in Osee prophetae uaticinatione coniunctio meretricis, nec si flagitiose in conuiuiis temulentorum et lasciuorum nudantur corpora, propterea in balneo nudum esse flagitium est.

CCLXVIII.

DE SENTENTIA GENERALIS IVSTITIAE: QVOD TIBI FIERI NON VIS, ALII NE FECERIS. EX EODEM LIBRO III.

Varietate innumerabilium consuetudinum commoti quidam dormientes, ut ita dicam, qui neque alto somno stultitiae sopiebantur nec in sapientiae luce poterant euigilare, putauerunt nullam esse 293

11 cf. Io. 12, 3 18 cf. Os. 1, 2 23 Tob. 4, 15 (Matth. 7, 12)

1 flagiosa (ti *add. m. 2*) *G* 2 sunt *MPV*: sint *Gv* persona *GPv*: personam *MV* 3 sunt] sint G^1 4 secreta G^3MV: sacrata G^1Pv quisquis autem *usque ad finem capitis exhib. MV, om. GPv* 11 unguento *M* 12 a] *om.* M^1 14 quisque *MV*: quisquis *a* 21 balneo *M*: ualneo *V* 22 *cap.* CCLXXX *P* CCLXXXV *Gv* 24 alii] alio *P* 27 luce *V*: lucem *GPv* putauerunt *V*: potuerunt *v*

iustitiam per se ipsam, sed unicuique genti consuetudinem suam iustam uideri. quae cum sit diuersa omnibus gentibus, debeat autem incommutabilis manere iustitia, fieri manifestum nullam usquam esse iustitiam. non intellexerunt, ne multa commemorem, quod tibi fieri non uis, alii ne feceris, nullo modo posse ulla eorum gentili diuersitate uariari. quae sententia cum refertur ad dilectionem dei, omnia flagitia moriuntur, cum ad proximi, omnia facinora. nemo enim uult corrumpi habitaculum suum: non ergo debet corrumpere habitaculum dei, se ipsum scilicet. et nemo uult sibi a quoquam noceri: nec ipse igitur cuiquam nocuerit.

Sic euersa tyrannide cupiditatis caritas regnat iustissimis legibus dilectionis dei propter deum, sui et proximi propter deum.

CCLXVIIII.

ITEM DE FIGVRATIS LOCVTIONIBVS NON INTELLECTIS TAMDIV VERSANDIS, QVAMDIV AD REGNVM CARITATIS INTERPRETATIO PERDVCATVR. ITEM EX EODEM TERTIO LIBRO.

294 Seruabitur ergo in locutionibus figuratis regula huius modi, ut tamdiu uersetur diligenti consideratione quod legitur, donec ad regnum caritatis interpretatio perducatur, si autem iam hoc proprie sonat, nulla putetur figurata locutio.

Si praeceptiua locutio est aut flagitium aut facinus uetans aut utilitatem aut beneficientiam iubens, non est figurata. si autem flagitium aut facinus uidetur iubere aut utilitatem et beneficientiam uetare, figurata est. nisi manducaueritis, inquit, carnem filii hominis et sanguinem biberitis,

5 Tob. 4, 15 (Matth. 7, 12) 26 Io. 6, 53

1 per *V*: pro *v* ipsa *v* 2 quae cum sit—esse iustitiam G^3 *PV*: *om.* G^1v 4 nullam G^3P^1V: nulla P^1 usquam G^3V: nusq; *P* iustitiam] iustiam *P* 6 ulla] ullam *V* 15 *cap.* CCLXXXIIII *P* CCLXXXVI *Gv* 16 tamdiu GP^2v: tamde *V* tamdi P^1 18 (*et* 21) perducatur] producatur *v* 21 hoc iam *GPv* 25 et *V*: ad *v* aut *a*

non habebitis uitam in uobis, facinus uel flagitium uidetur iubere: figura ergo est, praecipiens passioni dominicae esse communicandum et suauiter atque utiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa et uulnerata sit. ait scriptura: si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. hic nullo dubitante beneficientiam praecepit; sed quod sequitur: hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius, maliuolentiae facinus putes iuberi. ne igitur dubitaueris figurate dictum et, cum possit dupliciter interpretari, uno modo ad nocendum, altero ad praestandum, ad beneficientiam te potius caritas reuocet, ut intellegas carbones ignis esse urentes paenitentiae gemitus, quibus superbia sanatur eius, quo dolet se inimicum fuisse hominis, a quo eius miseriae subuenitur. item cum ait dominus: qui amat animam suam, perdet eam, non utilitatem uetare putandus est, qua debet quisque conseruare animam suam, sed figurate dictum perdet animam, id est perimat atque amittat usum eius, quem nunc habet, peruersum scilicet atque praeposterum, quo inclinatur temporalibus, ut aeterna non quaerat. scriptum est: da misericordi et ne suscipias peccatorem. posterior pars huius sententiae uidetur uetare beneficientiam; ait enim: ne suscipias peccatorem; intellegas ergo peccatorem figurate positum pro peccato, ut peccatum eius non suscipias.

5 Prou. 25, 21 sq. Rom. 12, 20 15 Io. 12, 25 20 Eccli. 12, 4

2 passioni P^2V: passionis GP^1v dominicae G^3V: domini G^1Pv 4 eius V: ei Gv 6 hic nullo—sequitur GPv: *om.* V hic] hil P 13 quo V (*m. 1 et 2*): qui Gv 14 miseria v 23 intellegas ergo peccatorem GPv: *om.* V

CCLXX.

QVOD SCIRE DEBEAMVS IN OBSERVATIONIBVS INTELLEGENDARVM SCRIPTVRARVM ALIA COMMVNITER PRAECIPI, ALIA SINGVLIS QVIBVSQVE GENERIBVS PERSONARVM. EX LIBRO DE DOCTRINA CHRISTIANA TERTIO.

295 Saepe autem accidit, ut, quisque in meliore gradu spiritalis uitae uel est uel esse putat, figurate dicta esse arbitretur quae inferioribus gradibus praecipiuntur, ut uerbi gratia, si caelibem amplexus est uitam et se castrauit propter regnum caelorum, quidquid de uxore diligenda et regenda sancti libri praecipiunt, non proprie, sed translate accipi oportere contendat; et quisquis statuit seruare innuptam uirginem suam, tamquam figuratam locutionem conetur interpretari qua dictum est: trade filiam, et grande opus perfeceris. erit igitur hoc etiam in obseruationibus intellegendarum scripturarum, ut sciamus alia omnibus communiter praecipi, alia singulis quibusque generibus personarum, ut non solum ad uniuersum statum ualetudinis sed etiam ad suam cuiusque membri propriam infirmitatem medicina perueniat. in suo quippe genere curandum est quod ad melius genus non potest erigi.

CCLXXI.

QVOD VNA EADEMQVE RES PER SIMILITVDINEM POSSIT ET IN BONAM PARTEM ACCIPI ET IN MALAM. EX EODEM LIBRO III.

296 Sed quoniam multis modis res similes apparent, non putemus esse praescriptum, ut quod aliquo loco res aliqua per similitudinem significauerit, hoc eam semper significare credamus. nam et

9 cf. Matth. 19, 12 13 Eccli. 7, 25

1 *cap.* CCLXXXV *P* CCLXXXVII *Gv* 6 quisque *V*: quisquis *GP*^{2}*v* quis *P*^{1} 7 esse putat *GPVv*: esse se putat *a* 14 etiam hoc *Gv* 21 *cap.* CCLXXXVI *P* CCLXXXVIII *Gv* 22 similitudines *v* 25 praescriptum esse *Gv* aliquo *V*: in aliquo *Gv*

in uituperatione posuit fermentum dominus, cum diceret: cauete a fermento Pharisaeorum, et in laude, cum diceret simile esse regnum caelorum mulieri, quae abscondit fermentum in tribus mensuris farinae, donec totum fermentaretur. huius igitur uarietatis obseruatio duas habet formas; sic enim aliud atque aliud res quaeque significant, ut aut contraria aut tantummodo diuersa significent. contraria scilicet, cum alias in bono, alias in malo res eadem per similitudinem ponitur, sicut hoc est quod de fermento supra diximus. tale est etiam, quod leo significat Christum ubi dicitur: uicit leo de tribu Iuda, significat et diabolum ubi scriptum est: aduersarius uester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quaerens quem deuoret. ita serpens in bono est: astuti ut serpentes, in malo autem: serpens Euam seduxit astutia sua. in bono panis: ego sum panis uiuus, qui de caelo descendi, in malo panis: panes occultos libenter edite; sic et alia plurima. et haec quidem quae commemoraui minime dubiam significationem gerunt, quia exempli gratia commemorari non nisi manifesta debuerunt. sunt autem quae incertum sit in quam partem accipi debeant, sicut: calix in manu domini uini meri plenus est mixto. incertum est enim, utrum iram dei significet non usque ad nouissimam poenam, id est usque ad faecem, an potius gratiam scripturarum a Iudaeis ad gentes transeuntem, quia inclinauit ex hoc in hoc, remanentibus apud Iudaeos obseruationibus, quas carnaliter sapiunt, quia faex eius non est exinanita.

1 Matth. 16, 6 3 cf. Luc. 13, 21 10 Apoc. 5, 5 11 I Petr. 5, 8 13 Matth. 10, 16 14 II Cor. 11, 3 15 Io. 6, 51 16 Prou. 9, 17 20 Ps. 74, 9

2 simile *GPv*: similem *V* 3 esse P^2V: est GP^1v *post* fermentum *add.* V^1 in tum; *del. m. 2* 6 quaeque] quaque *V* 13 bo^{no} (no *add. m. 2*) *G* astuti *PV*: astuti est^{ote} (ote *add. m. 2*) *G* 14 euam serpens *Gv* astutia *V*: in astutia *GPv*

CCLXXII.

DE REBVS, QVAE NON IN CONTRARIA, SED TANTVM IN DIVERSA SIGNIFICATIONE PONVNTVR. EX EODEM LIBRO III.

297 Cum uero res eadem non in contraria, sed tantum in diuersa significatione ponitur, illud est in exemplo, quod aqua et populum significat, sicut in Apocalypsi legimus, et spiritum sanctum, unde est illud: flumina aquae uiuae fluent de uentre eius, et si quid aliud atque aliud pro locis, in quibus ponitur, aqua significare intellegitur. sic et aliae res, non singulae, sed unaquaeque earum non solum duo aliqua diuersa sed etiam nonnumquam multa significat pro loco sententiae, sicut posita reperitur.

Vbi autem apertius ponuntur, ibi discendum est, quomodo in locis intellegantur obscuris. neque enim melius potest intellegi quod dictum est deo: apprehende arma et scutum et exsurge in adiutorium mihi, quam ex loco illo, ubi legitur: domine, ut scuto bonae uoluntatis tuae coronasti nos. nec tamen ita, ut iam ubicumque scutum pro aliquo munimento positum legerimus non accipiamus nisi bonam uoluntatem dei. dictum est enim: et scutum fidei, in quo possitis, inquit, omnes sagittas maligni ignitas extinguere. nec rursus ideo debemus in armis huiusce modi spiritalibus scuto tantummodo fidem tribuere, cum alio loco etiam lorica dicta sit fidei: induti, inquit, loricam fidei et caritatis.

6 cf. Apoc. 19, 6 7 Io. 7, 38 15 Ps. 34, 2 17 Ps. 5, 13 20 Eph. 6, 16 24 I Thess. 5, 8

1 *cap.* CCLXXXVII *P* CCLXXXVIIII *Gv* 10 unaquaeque *GP²v*: unaquaque *V* 14 intellegantur *GPv*: intellegatur *MV* melius] in melius *v* 15 deo] de eo *v* 16 ex] *om. v* illo] *om. v* 17 domine ut] quam *v* 18 scutum *GPv*: secutum *MV* 19 monimento *GP²v* monumento *P¹* legerimus *GP²v*: legeremus *MP¹V* 21 possitis] positis *v* 24 lorica] lurica *G¹* loricam *MP²V*: lorica *GP¹v* 25 et caritatis] *om. G*

Quando autem ex eisdem scripturae uerbis non unum aliquid, sed duo uel plura sentiuntur, etiam si latet quid senserit ille qui scripsit, nihil periculi est, si quodlibet eorum congruere ueritati ex aliis locis sanctarum scripturarum doceri potest, id tamen eo conante qui diuina scrutatur eloquia, ut ad uoluntatem perueniatur auctoris, per quem scripturam illam sanctus operatus est spiritus, siue hoc assequatur siue aliam sententiam de illis uerbis, quae fidei rectae non refragatur, exsculpat, testimonium habens a quocumque alio loco diuinorum eloquiorum. ille quippe auctor in eisdem uerbis, quae intellegere uolumus, et ipsam sententiam forsitan uidit, et certe dei spiritus, qui per eum haec operatus est, etiam ipsam occursuram lectori uel auditori sine dubitatione praeuidit, immo ut occurreret, quia et ipsa est ueritate subnixa, prouidit. nam quid in diuinis eloquiis largius et uberius potuit diuinitus prouideri, quam ut eadem uerba pluribus intellegantur modis, quos alia non minus diuina contestantia faciant approbari?

Vbi autem talis sensus eruitur, cuius incertum certis sanctarum scripturarum testimoniis non possit aperiri, restat, ut ratione reddita manifestus appareat, etiam si ille cuius uerba intellegere quaerimus eum forte non sensit. sed haec consuetudo periculosa est; per scripturas enim diuinas multo tutius ambulatur. quas uerbis translatis opacatas cum scrutari uolumus, aut hoc inde exeat quod non habeat controuersiam, aut, si habet, ex eadem scriptura ubicumque eius inuentis atque adhibitis testibus terminetur.

1 Quando autem *usque ad finem capitis exhibent MV, desunt in GPv* 17 diuina *V*: dina *M* 22 tutius *V*: totius *M* 23 opacatas *a*: opacatis *MV* 25 eius *MV*: *om. a*

CCLXXIII.

DE MODIS LOCVTIONVM, QVORVM COGNITIONEM NECESSARIAM DICIT SCRIPTVRARVM OBSCVRITATIBVS DISSOLVENDIS. EX EODEM LIBRO III.

298 Sciant autem litterati modis omnibus locutionis, quos grammatici graeco nomine tropos uocant, auctores nostros usos fuisse multiplicius atque copiosius, quam possunt existimare uel credere qui nesciunt eos et in aliis ista didicerunt. quos tamen tropos qui nouerunt, agnoscunt in litteris sanctis eorumque scientia ad eas intellegendas aliquantum adiuuantur. sed hic eos ignaris tradere non decet, ne artem grammaticam docere uideamur. extra sane ut discantur admoneo, quamuis iam superius id admonuerim, id est in secundo libro, ubi de linguarum necessaria cognitione disserui. nam litterae, a quibus ipsa grammatica nomen accepit — γράμματα enim Graeci litteras uocant — signa utique sunt sonorum ad articulatam uocem, qua loquimur, pertinentium. istorum autem troporum non solum exempla, sicut omnium, sed quorundam etiam nomina in diuinis libris leguntur, sicut allegoria, aenigma, parabola. quamuis paene omnes hi tropi, qui liberali dicuntur arte cognosci, etiam in eorum reperiantur loquellis qui nullos grammaticos audierunt et eo quo uulgus utitur sermone contenti sunt. quis enim non dicit: „sic floreas“? qui tropus metaphora uocatur. quis non dicit piscinam etiam quae non habet pisces nec facta est propter pisces? et tamen a piscibus nomen accepit. qui tropus catacresis dicitur. longum est isto modo ceteros

1 *cap.* CCLXXXIII (*sic*) *P* CCXC *Gv* 4 eodem] *om. P* libro III] l. de doctrina christiana III *GPv* 5 locutiones *v* 6 tropos *GV*: tropus *Pv* 7 exsistimare *V* 9 tropus *P* eorum^{que} (que *add. m. 2*) *P* 10 scientia *GPv*: scientiam *V* 12 iam] *add.* P^2 *supr. uers.* 15 γράμματα] igrammata *V* grama^{ta} (ta *add. m. 2*) *P* gramatica *v* 19 enigma *GPVv* parabula G^1; *corr. m. 2* 21 loquelis *GPv* 22 uulgus *GPv*: uultus *V* (*m. 1 et 2*) 23 tropus] trophus *P* 24 piscinam *GPv*: piscina *V* 26 catacresis *GV*: catacressis *P*

persequi; nam usque ad illos peruenit uulgi locutio. qui propterea mirabiliores sunt, quia contra quam dicitur significant; sicuti est quae appellatur ironia uel antiphrasis. sed ironia pronuntiatione indicat quid uelit intellegi, ut cum dicimus homini mala facienti: „res bonas facis"; antiphrasis uero ut contraria significet, non uoce pronuntiantis efficitur, sed aut uerba habet sua, quorum origo e contrario est, sicut appellatur lucus, quod minime luceat, aut consueuit aliquid ita dici, quamuis dicatur etiam non e contrario, uelut cum quaerimus accipere etiam quod ibi non est et respondetur nobis: „abundat"; aut adiunctis uerbis facimus, ut a contrario intellegatur quod loquimur, uelut si dicamus: „caue illum, quia bonus homo est". et quis talia non dicit indoctus nec omnino sciens, qui sint uel qui uocentur hi tropi? quorum cognitio propterea scripturarum ambiguitatibus dissoluendis est necessaria, quia, cum sensus, ad proprietatem uerborum si accipiatur, absurdus est, quaerendum est utique, ne forte illo uel illo tropo dictum sit quod non intellegimus. et sic pleraque inuenta sunt quae latebant.

CCLXXIIII.

DE SEPTEM TYCONII REGVLIS, QVIBVS AD INTELLEGENDAS SCRIPTVRAS STVDIOSOS DICIT PLVRIMVM ADIVVARI. EX EODEM LIBRO DE DOCTRINA CHRISTIANA III.

Prima „de domino et eius corpore" est. in qua scientes ali- 299
quando capitis et corporis, id est Christi et ecclesiae, unam personam nobis intimari — neque enim frustra dictum est

1 qui *GPv*: quia *V* 2 dicitur] *om.* P^1 3 (*et* 4) ironia] hironia *GPV* antifrasis *G* antipharsis *P* 4 indicat *V*: significat *P* 5 antipharasis (a *ras.*) *G* antipharsis *P* 7 sua habet *GPv* 14 qui uocentur P^2V: quid uocentur GP^1 dropi *P* 15 dissolendis *P* 16 quia] *eras. in P* 20 *cap.* CCLXXXVIIII *P* CCXCI *Gv* 21 tyconii *PV*: tychonii *G* tichonii *v* 23 III] III de septem regulis tyconii *P* 26 intimare (e *in* i *corr. m. 2*) *P*

fidelibus: ergo Abrahae semen estis, cum sit unum semen Abrahae, quod est Christus — non haesitemus, quando a capite ad corpus uel a corpore transitur ad caput, et tamen non receditur ab una eademque persona. una enim persona loquitur dicens: sicut sponso imposuit mihi mitram, et sicut sponsam ornauit me ornamento, et tamen quid horum duorum capiti, quid corpori, id est quid Christo, quid ecclesiae conueniat, utique intellegendum est.

Secunda est „de domini corpore bipertito". quod quidem non ita debuit appellare; non enim re uera domini corpus est quod cum illo non erit in aeternum, sed dicendum fuit: „de domini corpore uero atque permixto" aut „uero atque simulato" uel quid aliud, quia non solum in aeternum uerum etiam nunc hypocritae non cum illo esse dicendi sunt, quamuis in eius uideantur esse ecclesia. unde poterat ista regula et sic appellari, ut diceretur: „de permixta ecclesia". quae regula intellectorem uigilantem requirit, quando scriptura, cum ad alios iam loquatur, tamquam ad eos ipsos ad quos loquebatur uidetur loqui, uel de ipsis, cum de aliis iam loquatur, tamquam unum sit utrorumque corpus propter temporariam commixtionem et communionem sacramentorum. ad hoc pertinet in Cantico canticorum: fusca sum et speciosa ut tabernacula Cedar, ut pelles Salomonis. non enim ait: fusca fui ut tabernacula Cedar et speciosa sum ut pelles Salomonis, sed utrumque se esse dixit propter temporalem unitatem intra una retia piscium

1 Gal. 3, 29 5 Es. 61, 10 22 Cant. 1, 5 25 cf. Matth. 13, 47

2 abrahae] *om. v* 3 a capite] capite *V* a capiti *P* 4 una enim persona] *add. P*^{2} *in mg.* 6 sponsam] sponsum *v* 7 quid Christo, quid] *om. v* 8 conueniet *P* 10 appellare *P*^{1}*Vv*: appellari *P*^{2} 12 quid *G*^{1}*PVv*: aliquid *G*^{3} 13 ypochritae *v* 14 uideantur esse *V*: esse uideantur *G*^{3}*P* uideantur *G*^{1}*v* 15 ecclesia (a *ex* e *corr. m. 2*) *P* ista] sta *V* appellari (i *ex* e *corr. m. 2*) *P* 16 quae *GPv*: qua *V* 17 ad alios] aliis *v* 19 aliis (*om.* de) *v* loquitur *v* unum] una *v* 20 temporaiam *P* communione *V* 21 cantico *GV*: cantica *P* 22 (*et* 24) pellis *GP*

bonorum et malorum. tabernacula enim Cedar ad Ismahelem pertinent, qui non erit heres cum filio liberae. itaque cum de bona parte dicat deus: ducam caecos in uiam, quam non nouerunt, et semitas, quas non nouerunt, calcabunt, et faciam illis tenebras in lucem et praua in directum. haec uerba faciam et non derelinquam eos, mox de alia parte, quae mala permixta est, dicit: ipsi autem conuersi sunt retro, quamuis alii iam significentur his uerbis. sed quoniam nunc in uno sunt, tamquam de ipsis loquitur de quibus loquebatur. non tamen semper in uno erunt: ipse est quippe ille seruus commemoratus in euangelio, cuius dominus, cum uenerit, diuidet eum et partem eius cum hypocritis ponet.

Tertia regula est „de promissis et lege". quae alio modo dici potest „de spiritu et littera", sicut eam nos appellauimus, cum de hac re librum scriberemus. potest etiam sic dici: „de gratia et mandato". haec autem magis mihi uidetur magna quaestio quam regula, quae soluendis quaestionibus adhibenda est. haec est, quam non intellegentes Pelagiani uel condiderunt suam haeresem uel auxerunt. laborauit in ea disserenda Tyconius bene, sed non plene. disputans enim de fide et operibus opera nobis dixit a deo dari merito fidei, ipsam uero fidem sic esse a nobis, ut nobis non sit a deo, nec attendit apostolum dicentem: pax fratribus et caritas cum fide a deo patre et domino Iesu Christo. sed non erat expertus hanc haeresem, quae nostro tempore exorta multum nos, ut gratiam dei, quae per dominum nostrum Iesum Christum est, aduersus eam defenderemus, exercuit et secundum id quod ait apostolus: oportet haereses esse, ut probati manifesti fiant in uobis, multo uigilantiores diligentioresque

2 cf. Gen. 21, 10 (Gal. 4, 30) 3 Es. 42, 16 sq. 11 cf. Matth. 24, 51 24 Eph. 6, 23 29 I Cor. 11, 19

1 ismaelem *GP* 7 mala *V*: male *P* 8 alii *V*: illi *P* 17 mandato *V*: mundato *P* 20 haeresim G^2 tychonius *GP* 26 haeresim *GP* exorta] exhorta *V* 29 manifeste *P* 30 uigilantiores *GP*: uigilantior est *V*

reddidit, ut aduerteremus in scripturis sanctis quod istum Tyconium minus attentum minusque sine hoste sollicitum fugit, etiam ipsam scilicet fidem donum esse illius qui eius mensuram unicuique partitur. ex qua sententia quibusdam dictum est: uobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, uerum etiam ut patiamini pro eo. unde quis dubitet utrumque esse dei donum, qui fideliter atque intellegenter audit utrumque donatum? plura sunt et alia testimonia, quibus id ostenditur, sed hoc nunc non agimus, alibi autem atque alibi saepissime ista egimus.

Quarta Tyconii ista regula est „de specie et genere". sic enim eam uocat, uolens intellegi speciem partem, genus autem totum, cuius ea pars est, quam nuncupat speciem, sicut unaquaeque ciuitas pars est utique uniuersitatis gentium. hanc ille uocat speciem, genus autem omnes gentes. neque hic ea discernendi subtilitas adhibenda est, quae a dialecticis traditur, qui inter partem et speciem quid intersit acutissime disputant. eadem ratio est, si non de unaquaque ciuitate, sed de unaquaque prouincia uel gente uel regione tale aliquid in diuinis reperitur eloquiis. non solum enim uerbi gratia de Hierusalem uel de aliqua gentium ciuitate, siue Tyro siue Babylonia siue alia qualibet dicitur aliquid in scripturis sanctis, quod modum eius excedat et conueniat potius omnibus gentibus, uerum etiam de Iudaea, de Aegypto, de Assyria et quacumque alia gente, in qua sunt plurimae ciuitates, non tamen totus orbis, sed pars eius est, dicitur quod transeat eius modum et congruat potius uniuerso, cuius haec pars est, uel, sicuti iste appellat, generi, cuius haec species. unde et in notitiam uulgi uerba ista uenerunt, ut etiam idiotae intellegant, quid specialiter, quid generaliter in quocumque praecepto imperiali sit constitutum. fit hoc etiam de hominibus; sicut ea quae de

3 cf. Rom. 12, 3 5 Philipp. 1, 29

1 tychonium *GP* 5 credatis in eum *GP* 11 ista *V*: *om.* *GP* 12 partem *GP*: patrem *V* 13 unaquaeque *GP*: unaquaque *V* 18 ciuitate sed de unaquaque] *add.* P^2 20 reperitur G^1PV: reperiatur G^3 *supr. uers.* 27 sicut *P* 28 notitiam *GP*: notitia *V*

Salomone dicuntur excedunt eius modum et potius ad Christum uel ecclesiam, cuius ille pars est, relata clarescunt. nec species semper exceditur. saepe enim talia dicuntur, quae uel ei quoque uel ei fortasse tantummodo apertissime congruant: sed cum ab specie transitur ad genus, quasi adhuc de specie loquente scriptura, ibi uigilare debet lectoris intentio, ne quaerat in specie quod in genere potest melius et certius inuenire. facile est quippe illud quod ait propheta Ezechihel: domus Israhel habitauit in terra, et polluerunt illam in uia sua et in idolis suis et peccatis suis; secundum immunditiam menstruatae facta est uia eorum ante faciem meam. et effudi iram meam super eos et dispersi illos inter nationes et uentilaui eos in regiones, secundum uias eorum et secundum peccata eorum iudicaui eos — facile est, inquam, hoc intellegere de illa domo Israhel, de qua dicit apostolus: uidete Israhel secundum carnem, quia haec omnia carnalis populus Israhel et fecit et passus est. alia etiam quae secuntur eidem intelleguntur populo conuenire; sed cum coeperit dicere eis: et sanctificabo nomen meum sanctum illud magnum, quod pollutum est inter nationes, quod polluistis in medio earum, et scient gentes, quoniam ego sum dominus, iam intentus debet esse qui legit, quemadmodum species excedatur et adiungatur genus. sequitur enim et dicit: dum sanctificabor in uobis ante oculos eorum. et accipiam uos de gentibus et congregabo uos ex omnibus terris et inducam uos in terram uestram. et adspergam uos aqua munda, et mundabimini ab omnibus simulacris uestris, et mundabo

8 Ezech. 36, 17—19 16 I Cor. 10, 18 20 Ezech. 36, 23—29

2 uel *V*: et *P* 5 transitur — de specie] *om.* P^1 9 habitauit (u *in* b *corr. m. 2*) *P* 11 immunditia *P* menstruatae (ae *ex* a *corr.*) *P* 15 iudicaui P^1V: iudicabo P^2 18 eidem *GP*: idem *V* 19 eis *V*: *om. GP* 20 et sanctificabo *GP*: *om. V* 22 sciant *P* 28 aspergam *P* aqua *V*: aquam *P* 29 simulachris *V*

uos, et dabo uobis cor nouum et spiritum nouum dabo in uobis, et auferam cor lapideum de carne uestra et dabo uobis cor carneum. et spiritum meum dabo in uos et faciam, ut in iustitiis meis ambuletis et iudicia mea custodiatis et faciatis; et habitabitis in terram, quam dedi patribus uestris, et eritis mihi in populum, et ego ero uobis in deum. et mundabo uos ex omnibus immunditiis uestris. hoc de nouo testamento esse prophetatum, ad quod pertinet non solum una gens illa in reliquiis suis, de quibus alibi scriptum est: si fuerit numerus filiorum Israhel sicut harena maris, reliquiae saluae fient, uerum etiam ceterae gentes, quae promissae sunt patribus eorum, qui etiam nostri sunt, non ambigit quisquis intuetur et lauacrum regenerationis hic esse promissum, quod nunc uidemus omnibus gentibus redditum. et illud quod ait apostolus, cum testamenti noui gratiam commendaret, ut in comparatione ueteris emineret: epistula nostra uos estis, scripta non atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, hoc esse respicit et perspicit dictum, ubi iste propheta dicit: et dabo uobis cor nouum et spiritum nouum dabo in uos; et auferam cor lapideum de carne uestra et dabo uobis cor carneum. cor quippe carneum — unde ait apostolus: tabulis cordis carnalibus — a corde lapideo uoluit uita sentiente discerni et per uitam sentientem significauit intellegentem. sic fit Israhel spiritalis non unius gentis, sed omnium, quae promissae sunt patribus in eorum semine, quod

11 Es. 10, 22 18 II Cor. 3, 2 sq. 21 Ezech. 36, 26

2 uobis P^1(?) V (*gr.* ἐν ὑμῖν): uos GP^2 (*cf. v. 22*) 4 iustitiis GP: iustiis V 6 terram V: terra GP 12 arena P 15 regenerationis GP: generationis V 18 ueteris (i *ex* e *corr.*) P epistola GP 19 in tabulis GP: tabulis V 20 hoc P^1(?)V: hinc GP^2 21 dictum G^3PV: ductum G^1 24 cor quippe carneum G^3V: *om.* G^1P unde PV: uide G 25 carnibus (al *add. m. 2*) P *post* carnalibus *add.* G^1P: cor carneum

est Christus. hic ergo Israhel spiritalis ab illo Israhel carnali, qui est unius gentis, nouitate gratiae, non nobilitate patriae, et mente, non gente distinguitur. sed altitudo prophetica, dum de illo uel ad illum loquitur, latenter transit ad hunc et, cum iam de isto uel ad istum loquatur, adhuc de illo uel ad illum uidetur loqui, non intellectum scripturarum nobis quasi hostiliter inuidens, sed exercens medicinaliter nostrum. unde et illud quod ait: et inducam uos in terram uestram, et paulo post, tamquam id ipsum repetens: et habitabitis, inquit, in terram, quam dedi patribus uestris, non carnaliter sicut carnalis Israhel, sed spiritaliter sicut spiritalis Israhel debemus accipere. ecclesia quippe sine macula et ruga, ex omnibus gentibus congregata atque in aeternum regnatura cum Christo, ipsa est terra beatorum, terra uiuentium, ipsa intellegenda est patribus data, quando eis certa et immutabili dei uoluntate promissa est, quoniam ipsa promissionis praedestinationisque firmitate iam data est, quae danda suo tempore patribus credita est. sicut de ipsa gratia, quae sanctis datur, scribens ad Timotheum ait apostolus: non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum et gratiam, quae data est nobis in Christo Iesu ante saecula aeterna, manifestata autem nunc per aduentum saluatoris nostri. datam dixit gratiam, quando nec erant adhuc quibus daretur, quoniam in dispensatione ac praedestinatione dei iam factum erat quod suo tempore futurum fuerat: quod esse dicit manifestatam.

13 cf. Eph. 5, 27 15 cf. Ps. 26, 13 19 II Tim. 1, 9 sq.

1 illo israele *P* 5 isto *V*: ipso *P* 8 ait ^{et} (et *add. m. 2*) *P* inducam uos *GP*: iudicamus *V* 9 id] ad *PV* 10 terram *V*: terra *GP* 11 non carnaliter *GP*: concarnaliter *V* carnalis] carnali *V* carnales *P* 12 spiritales *P* 15 patribus] partibus *P* 17 praedestinationisque *V*: uel praedestinationis *GP* 18 patribus *V*: a patribus *GP* (*sed* a *ras. in P*) sicut] *add. P*^{2} *supr. uers.* 19 thimotheum *V* tymotheum *P* apostolus ait *GP* 21 gratiam *GP*: gratia *V* 22 manifestata *GP*: manifesta *V* 24 dispensatione *V*: dispositione *P* dis**positione (po *ras.*) *G* 25 ac] *ac (h *ras.*) *G* 26 manifestam^{ta} (ta *add. m. 2*) *P*

quamuis haec possunt intellegi et de terra futuri saeculi, quando erit caelum nouum et terra noua, in qua iniusti habitare non poterunt. et ideo recte dicitur piis, quod ipsa sit terra eorum, quae ulla ex parte non erit impiorum, quia et ipsa similiter data est, quando danda firmata est.

Quintam Tyconius regulam ponit, quam „de temporibus“ appellat, qua regula plerumque inueniri uel conici possit latens in scripturis sanctis quantitas temporum. duobus autem modis uigere dicit hanc regulam, aut tropo synecdoche aut legitimis numeris. tropo synecdoche aut a parte totum aut a toto partem facit intellegi, sicut unus euangelista post dies octo factum dicit quod alius post dies sex, quando in monte discipulis tantum tribus praesentibus facies domini fulsit ut sol et uestimenta eius ut nix. utrumque enim uerum esse non posset, quod de numero dierum dictum est, nisi ille qui dixit: post dies octo intellegatur partem nouissimam diei, ex quo id Christus praedixit futurum, et partem primam diei, quo id ostendit impletum, pro totis diebus duobus atque integris posuisse, eum uero qui dixit: post dies sex, integros omnes et totos, sed solos medios computasse. hoc modo locutionis, quo significatur a parte totum, etiam illa de resurrectione Christi soluitur quaestio. pars enim nouissima diei, quo passus est, nisi pro toto die accipiatur, id est adiuncta etiam nocte praeterita, et nox, in cuius parte ultima resurrexit, nisi totus dies accipiatur adiuncto die inlucescente dominico, non possunt esse tres dies et tres noctes, quibus se in corde terrae praedixit futurum. legitimos autem numeros dicit, quos eminentius diuina scriptura commendat, sicut septenarium uel denarium uel duodenarium et quicumque alii sunt, quos legendo studiosi

2 cf. Apoc. 21, 1 16 Luc. 9, 28 19 Matth. 17, 1 sq. et Marc. 9, 2 26 cf. Matth. 12, 40

1 possunt *V*: possint G^2P possit G^1 3 poterunt G^2P: potuerunt G^1V 6 tychonius *GP* 16 diei] dici *P* 17 diei, quo] diei quod *P* 20 compotasse *V* 23 toto *V*: tota *P* 25 adiuncto *V*: adiuncto scilicet *GP* die inlucescente GP^2V: diem lucescente P^1 26 tres dies et GP^2V: *om.* P^1 27 legitimus *P* numerus *P*

libenter agnoscunt. plerumque enim numeri huius modi pro uniuerso tempore ponuntur, sicut: septies in die laudabo te, nihil est aliud quam: semper laus eius in ore meo. tantundem ualent et cum multiplicantur siue per denarium, sicut septuaginta et septingenti — unde possunt et septuaginta anni Hieremiae pro uniuerso tempore spiritaliter accipi, quo est apud alienos ecclesia — siue per se ipsos, sicut decem per decem centum sunt et duodecim per duodecim centum XLIIII, quo numero significatur uniuersitas sanctorum in Apocalypsi. unde apparet non solum temporum quaestiones istis numeris esse soluendas, sed latius patere significationes eorum et in multa proserpere. neque enim numerus iste in Apocalypsi ad tempora pertinet, sed ad homines.

Sextam regulam Tyconius „recapitulationem" uocat, in obscuritate scripturarum satis uigilanter inuentam. sic enim dicuntur quaedam, quasi sequantur in ordine temporis uel rerum continuatione narrentur, cum ad propria, quae praetermissa sunt, latenter narratio reuocetur; quod nisi ex hac regula intellegatur, erratur. sicut in Genesi: et plantauit, inquit, dominus deus paradisum in Aedem ad orientem. et posuit ibi hominem, quem formauit. et produxit deus de terra adhuc omne lignum speciosum et bonum in escam, ita uidetur dictum, tamquam id factum sit, posteaquam factum posuit hominem in paradiso, cum breuiter utroque commemorato, id est quod plantauit deus paradisum et posuit ibi hominem, quem formauit, recapitulando redeat et dicat quod praetermiserat, quomodo scilicet paradisus fuerit plantatus, quia produxit deus adhuc de terra omne lignum speciosum et bonum in escam. deni-

2 Ps. 118, 164 3 Ps. 33, 2 6 cf. Hier. 25, 11 10 cf. Apoc. 7, 4 19 Gen. 2, 8 sq.

6 ieremiae *P* 9 XLIIII *V*: quadraginta et quattuor *P* 15 inuentum (?) *V* 17 propria *V*: priora *GP* praetermissa *GP*: termissa *V* 20 aedem *V*: aeden *G* eadem (*sed* a *ras.*, *et* m *in* n *ras. corr.*) *P* 22 adhuc de terra *GP* 24 paradyso *G* 28 quia *GP*: qua *V*

que secutus adiunxit: et lignum uitae in medio paradiso, et lignum scientiae boni et mali. deinde flumen, quo paradisus irrigaretur, diuisum in quattuor principia fluuiorum quattuor explicatur; quod totum pertinet ad institutionem paradisi. quod ubi terminauit, repetiuit illud quod iam dixerat et re uera hoc sequebatur, atque ait: et sumsit dominus deus hominem, quem finxit, et posuit eum in paradiso et cetera. post ista enim facta ibi est positus homo, sicut nunc ordo ipse demonstrat, non post hominem ibi positum facta sunt ista, sicut prius dictum putari potest, nisi recapitulatio illic uigilanter intellegatur, qua reditum est ad ea quae fuerant praetermissa. itemque in eodem libro, cum commemorarentur generationes filiorum Noe, dictum est: hi filii Cham in tribubus suis, secundum linguas suas, in regionibus suis, et gentibus suis. enumeratis quoque filiis Sem dicitur: hi filii Sem in tribubus suis, secundum linguas suas, et in regionibus suis, et in gentibus suis. et adnectitur de omnibus: hae tribus filiorum Noe secundum generationes eorum, secundum gentes eorum. ab his dispersae sunt insulae gentium super terram post diluuium. et erat omnis terra labium unum, et uox una omnibus. hoc itaque quod adiunctum est: et erat omnis terra labium unum, et uox una omnibus, id est una lingua omnium, ita dictum uidetur, tamquam eo iam tempore, quo dispersi fuerant super terram, etiam secundum insulas gentium una fuerit omnibus lingua communis. quod procul dubio repugnat superioribus uerbis, ubi dictum est: in tribubus suis, secundum linguas suas. neque enim dicerentur habuisse

1 Gen. 2, 9 6 Gen. 2, 15 13 Gen. 10, 20 16 Gen. 10, 31 sq. et 11, 1

1 adiuncxit *P* paradiso *V*: paradysi *P* 2 scientiae G^3 *PV*: sciendi G^1 9 ipse ordo *P* 11 reditum est *scripsi*: redictum est G^1PV reditur *a* G^3 *in mg.* 13 hi] hii *V* 15 gentibus *V*: in gentibus *GP* 16 hi] hii *V* 17 suas et in *V*: suas in *GP* 18 tribus *GP*: tribubus *V* 19 Noe] neo *V* 22 hoc itaque — una omnibus] *om. P* 23 lauium *V*

iam linguas suas singulae tribus, quae gentes singulas fecerant, quando erat omnibus una communis. ac per hoc recapitulando adiunctum est: et erat omnis terra labium unum, et uox una omnibus, latenter narratione redeunte, ut diceretur quomodo factum sit, ut ex una omnium lingua fuerint diuisi per multas, et continuo de illa turris aedificatione narratur, ubi haec eis iudicio diuino ingesta est poena superbiae, post quod factum dispersi sunt per terram secundum linguas suas. fit ista recapitulatio etiam obscurius. sicut in euangelio dominus dicit: die, quo exiit Loth a Sodomis, pluit ignem de caelo et perdidit omnes; secundum haec erunt omnes dies filii hominis, quo reuelabitur. in illa hora qui erit in tecto et uasa eius in domo, non descendat tollere illa; et qui in agro, similiter non reuertatur retro. meminerit uxoris Loth. numquid cum dominus fuerit reuelatus, tunc ista seruanda, ne quisquam retro respiciat, id est uitam praeteritam, cui renuntiauit, inquirat, et non potius isto tempore, ut, cum dominus fuerit reuelatus, retributionem pro eis quae quisque seruauit uel contemsit inueniat? et tamen, quia dictum est: in illa hora, tunc putantur ista seruanda, cum fuerit dominus reuelatus, nisi ad intellegendam recapitulationem sensus legentis inuigilet, adiuuante alia scriptura, quae ipsorum apostolorum adhuc tempore clamauit: filii, nouissima hora est. tempus ergo ipsum, quo euangelium praedicatur, quousque dominus reueletur, hora est, in qua oportet ista seruari, quia et ipsa reuelatio domini ad eandem horam pertinet, quae die iudicii terminabitur.

Septima Tyconii regula est eademque postrema „de diabolo et eius corpore“. est enim et ipse caput impiorum, qui sunt eius quodam modo corpus, ituri cum illo in supplicium ignis aeterni,

10 Luc. 17, 29—32 (Gen. 19, 24) 24 I Io. 2, 18 26 cf. Rom. 2, 5 et 13, 11 30 cf. Matth. 25, 41

1 fecerant (ant *eras.*) *P* 2 recapitulandum *P* 11 erunt omnes *GPV*: erit *a* 16 ista *V*: sunt ista *P* ista sunt *G* seruenda *P* 17 praeterritam *ex* pterritā *corr.* P^2 25 quousque *GP*: quibusque *V* 26 qua *V*: quo *P* 30 quodam modo *GP*: quod admodo *V* supplicium *GP*: supplicio *V* ignis aeterni (s aeterni *add. m. 2*) *P*

sicut Christus caput ecclesiae, quae est corpus eius, futurum cum illo in regnum et gloriam sempiternam. sicut ergo in prima regula, quam uocat „de domino et eius corpore", uigilandum est, ut intellegatur, cum de una eademque persona scriptura loquitur, quid conueniat corpori, quid capiti: ita et in ista nouissima aliquando in diabolum dicitur, quod non in ipso, sed potius in eius corpore possit agnosci, quod habet non solum in eis qui manifestissime foris sunt, sed in eis etiam qui, cum ad ipsum pertineant, tamen ad tempus miscentur ecclesiae, donec unusquisque de hac uita exeat uel a frumento palea uentilabro ultimo separetur. quod enim scriptum est apud Esaiam: quomodo de caelo cecidit Lucifer mane oriens et cetera, quae sub figura regis Babyloniae de eadem persona uel ad eandem personam dicta sunt, in ipsa contextione sermonis de diabolo utique intelleguntur, et tamen quod ibi dictum est: contritus est in terra qui mittit ad omnes gentes, non totum ipsi capiti congruit. nam etsi mittit ad omnes gentes diabolus angelos suos, tamen in terra corpus eius, non ipse conteritur, nisi quia ipse est in corpore suo, quod contritum fit puluis, quem proiciat uentus a facie terrae.

Hae autem omnes regulae excepta una, quae uocatur „de promissis et lege", aliud ex alio faciunt intellegi, quod est proprium tropicae locutionis, quae latius patet, quam ut possit, ut mihi uidetur, ab aliquo uniuersa comprehendi. nam ubicumque uelut aliud dicitur, ut aliud intellegatur, etsi nomen ipsius tropi in loquendi arte non inuenitur, tropica locutio est. quae cum fit, ubi fieri solet, sine labore sequitur intellectus; cum uero, ubi non solet, laboratur, ut intellegatur, ab aliis magis, ab aliis minus, sicut magis minusue dona dei sunt in

1 cf. Eph. 1, 22 11 cf. Luc. 3, 17 12 Es. 14, 12 20 cf. Ps. 1, 4

1 quae *V*: quod *P* 2 regnum *V* (*m. 1 et 2*): regno *GP* gloria sempiterna *GP* 5 corpori *V*: capiti *GP* capiti *V*: corpori *GP* 12 quomodo *PV*: quomodo enim *G* cecidit de caelo *GP* 14 eandem *GP*: eadem *V* (*m. 1 et 2*) 20 proiciat P^1V: proicit P^2

ingeniis hominum uel adiutoria tribuuntur. proinde sicut in uerbis propriis, de quibus superius disputauimus, ubi res ut dicuntur intellegendae sunt, sic in translatis, quae faciunt tropicas locutiones, ubi aliud ex alio intellegendum est, de quibus huc usque, quantum uisum est, satis egimus, non solum admonendi sunt studiosi uenerabilium litterarum, ut in scripturis sanctis genera locutionum sciant et quomodo apud eas dici aliquid soleat uigilanter aduertant memoriterque retineant, uerum etiam, quod est praecipuum et maxime necessarium, orent, ut intellegant. in eis quippe litteris, quarum studiosi sunt, legunt, quoniam dominus dat sapientiam et a facie eius procedit scientia et intellectus, a quo ipsum et studium, si pietate praeditum est, acceperunt.

CCLXXV.

DE EO QVOD AIT APOSTOLVS: ABSORPTA EST MORS IN VICTORIAM. EX LIBRO QVAESTIONVM OCTOGINTA QVATTVOR.

Quaeri solet, quid sit: tunc fiet illud quod scriptum 300
est: absorpta est mors in uictoriam. ubi est, mors, contentio tua? ubi est, mors, aculeus tuus? aculeus autem mortis peccatum, uirtus autem peccati lex. mortem significari arbitror hoc loco carnalem consuetudinem, quae resistit bonae uoluntati delectatione temporalium fruendorum. non enim diceretur: ubi est contentio tua? si non restitisset et repugnasset. ipsius contentio etiam illo loco describitur: caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem; haec enim inuicem sibi

11 Prou. 2, 6 15 (et 17) I Cor. 15, 54 sq. 25 Gal. 5, 17

3 translatis *G*: transactis *PV* 8 aliquid *V*: aliqui *P* soleant *P* 12 facie (a *add. m. 2*) *P* procedit *V*: *om. GP* 13 ipsum et *V*: et ipsum *GP* 14 *cap.* CCXC *P* CCXCII *Gv* 15 (*et* 18) absorta *GV* 16 uictoriam *PV*: uictoria *G* octoginta quattuor *GV*: octogesimum *P* 18 uictoria *G* 21 significare *P* hoc] ho *P*

resistunt, ut non quae uultis faciatis. fit ergo per sanctificationem perfectam, ut omnis carnalis appetitus spiritui nostro inluminato et uiuificato, id est uoluntati, subiciatur. et sicut nunc uidemus multis puerilibus delectationibus nos carere, quae nos pueros, si denegarentur, acerrime cruciabant: ita credendum est de omni carnali delectatione futurum esse, cum perfecta sanctitas totum hominem reparauerit. nunc autem, quamdiu est in nobis quod resistat bonae uoluntati, auxilio dei per bonos homines et bonos angelos indigemus, ut, donec sanetur uulnus nostrum, non ita molestetur, ut perimat etiam bonam uoluntatem. hanc autem mortem peccato meruimus. quod peccatum erat omnino in libero arbitrio, cum in paradiso nullus dolor denegatae delectationis bonae uoluntati hominis resistebat, sicuti nunc. uerbi gratia, si quisquam exsistat, quem numquam uenatio delectauit, omni modo liber est, utrum uenari uelit an nolit, nec eum cruciat quisquis hoc prohibet; at si ista libertate male usus uenatus fuerit contra prohibentis imperium, paulatim subrepens delectatio mortificat animam, ut, si se abstinere uelit, sine molestia et angore non possit, cum id ante tota sanitate non ageret. ergo aculeus mortis peccatum est, quia peccato facta est delectatio, quae iam possit resistere uoluntati et cum dolore cohiberi. quam delectationem, quia in defectu est animae deterioris effectae, iure mortem uocauit. uirtus autem peccati lex est, quia multo sceleratius et flagitiosius quae lex prohibet

1 resistunt *V*: aduersantur *P* 3 uoluntati *V*: bonae uoluntati G^3P bonae uoluntatis G^1 4 multis *V*: multas *P* 5 carere P^1V: capere P^2 9 bonos angelos *V*: per bonos a. *P* 10 molestetur *G PV*: molestet *a* 12 omnino *V*: omni modo *GP* cum in paradiso *GP*: *om. V* 13 paradyso *GP* denegatae *GP*: delectatae *V* delectationis G^3V: delectationi* (s *ras.*) *P* dilectionis G^1 bonae uoluntati] bonae uoluntatis *V* uoluntati bonae *GP* 17 uenatus *GP*: bene natus *V* 18 subrepens *PV*: subripiens *G* delectatio *GP*: delectatione *V* 20 aculeum *V* 22 cohibere P^1 23 in defectu *GP*: inde factum *V* est animae] animae est (est *add. m. 2*) *P* 24 uocauit (uit *a m. 2 in ras. P*) *PV*: uocamus *G*

committuntur, quam si nulla lege prohiberentur. tunc itaque absorpta erit mors in uictoriam, cum per sanctificationem in omni hominis parte perfecta delectatione spiritalium delectatio carnalis subruitur.

CCLXXVI.

DE QVADRAGINTA ET SEX ANNIS AEDIFICATIONIS TEMPLI. EX OMILIA EVANGELII SECVNDVM IOHANNEM.

Dixerunt illi Iudaei: quod signum ostendis nobis, 301
quia haec facis? et dominus: soluite templum hoc,
et tribus diebus excitabo illud. quod sacramentum
Iudaei non intellegentes dixerunt: XLVI annis aedificatum
est templum hoc, et tu dicis: tribus diebus excitabo
illud?

Sane non Salomonis fabricae emensa tempora Iudaei dixerunt, sed Esdrae, cui ne perficeretur a uicinis gentibus fuerat interdictum. caro erant, carnalia sapiebant: ille loquebatur spiritaliter. quis autem posset intellegere, de quo templo dicebat? sed non multum quaerimus; per euangelistam nobis aperuit. dixit de quo templo diceret: soluite templum hoc, et tribus diebus excitabo illud. XLVI annis aedificatum est templum, et triduo suscitabis illud? dicebat autem, ait euangelista, de templo corporis sui. et manifestum est occisum dominum post triduum resurrexisse.

Quid ergo sibi uult numerus XLVI? interim ipse Adam quia per totum orbem terrarum est, audistis iam hesterno die in quattuor litteris graecis quattuor uerborum graecorum. si

8 (et 19) Io. 2, 18 sqq.

2 absorta *GV* uictoria *G* 4 subruitur *V*: sobrueretur (v *add. m. 2*) *P* obruetur *Gv* 5 *cap.* CCXCIII *Gv*; *num. om. P* 6 et *MV*: *om. GP* 7 omilia *PV*: omelia *GM* 13 *post* illud *add.* P^2 *in mg.*: et hoc ex libro anonymo CLIII quaestionum causa loci persentis cersimus (?) 18 euangelista *M* 21 suscitabis *MV*: excitabis *P* 23 surrexisse *M*

enim ista uerba quattuor scribas subinuicem, id est nomina quattuor partium mundi, orientis, occidentis, aquilonis et meridiani, quod est totus orbis — unde dicit dominus a quattuor uentis collecturum se electos suos, cum uenerit ad iudicium — si ergo facias ista quattuor nomina graeca ἀνατολή, quod est oriens, δύσις, quod est occidens, ἄρκτος, quod est septemtrio, μεσημβρία, quod est meridies: ἀνατολή, δύσις, ἄρκτος, μεσημβρία, capita uerborum Adam habent. quomodo ergo ibi inuenimus et quadraginta sex numerum? quia caro Christi de Adam erat. ad litteras computant Graeci. quod nos facimus A litteram, illi lingua sua ponunt alpha, et uocatur alpha unum. ubi autem in numeris scribunt beta, quod est B ipsorum, uocatur in numeris duo. ubi scribunt gamma, uocatur in numeris ipsorum tria. ubi scribunt delta, uocatur in numeris ipsorum quattuor, et sic per omnes litteras numeros habent. M quod nos dicimus et isti dicunt my, XL significat: dicunt enim my τεσσαράκοντα. iam uidete, litterae quem numerum habent, et ibi inuenietis XLVI annis aedificatum templum. habet enim Adam alpha, quod est unum; habet et delta, quod sunt quattuor: habes V; habet et iterum alpha, quod est I: habes VI; habet et my, quod est XL: habes XLVI. haec, fratres mei, etiam ab anterioribus maioribus nostris dicta sunt et inuentus est iste numerus in litteris XLVI. et quia dominus noster Iesus Christus de Adam corpus accepit, non de Adam peccatum traxit, templum corporeum inde sumsit, non iniquitatem, quae de templo pellenda est. ipsam autem carnem, quam traxit de Adam — Maria enim de Adam et domini caro de Maria — Iudaei crucifixerunt;

4 cf. Matth. 24, 31 (Marc. 13, 27)

3 quod *V*: quid *P* 5 anatole *MV* anathole *P* 6 oriens *PV*: orientis *M* dysis *GMPV* arctos *GMPV* 7 (*et* 8) mesembria *GMPV* 11 (*et* 12) alfa *P* 12 ubi *P*: ibi *V* 13 (*et* 14) uocantur *P* 16 M] *om.* P^1 my *GP*: moe *V* 17 moe *V* tesseraconta *PV* litterae *V*: istae litterae *GP* 18 habeant *P* inuenietis P^2: inuenitis GP^1 inuentis *V* 19 alfam *P* 22 haec *GP*: hae *V* 27 *post* Adam *add. m. rec. P*: hinc iam ex libro eiusdem (eius de *P*) sci augustini in questionum LXXXIIII

et ille resuscitaturus erat ipsam carnem triduo, quam illi in cruce erant occisuri. illi soluerunt templum XLVI annis aedificatum, et ille triduo resuscitauit illud.

HOC EX LIBRO QVAESTIONVM LXXXIIII.

Sex, nouem, XII, XVIII, haec in unum fiunt XLV. adde 301ª
ergo ipsum unum, fiunt XLVI; hoc sexies, fiunt CCLXXVI. dicitur autem conceptio humana sic procedere, ut primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinem, sequentibus VIIII diebus conuertatur in sanguinem, deinde XII diebus solidetur, reliquis XVIII formetur usque ad perfecta liniamenta omnium membrorum, et hinc iam reliquo tempore usque ad tempus partus magnitudine augeatur. XL ergo V dies addito uno, quo significat summam — quia VI et nouem et XII et X et VIII in unum coactis fiunt XLV — addito ergo, ut dictum est, uno fiunt XLVI. qui cum fuerint multiplicati per ipsum senarium numerum, qui huius ordinationis caput tenet, fiunt CCLXXVI, id est VIIII menses et VI dies, qui computantur ab VIII kal. apriles, quo conceptus dominus creditur, quia eodem die etiam passus est, usque ad VIII kal. ianuarias, quo die natus est. non ergo absurde XLVI annis dicitur fabricatum esse templum, quod corpus eius significabat, ut, quot anni fuerunt in fabricatione templi, tot dies fuerint in corporis dominici perfectione.

HOC EX LIBRO TRINITATIS IIII. T. V.

Nec immerito in aedificatione dominici corporis, in cuius 301ᵇ
figura templum a Iudaeis destructum triduo se resuscitaturum esse dicebat, numerus ipse senarius pro anno positus intelle-

20 cf. Io. 2, 20 sq.

1 resuscitaturus *GP*: se suscitaturus *V* 2 illi *V*: illi autem *P* 4 *titulum om. GP* 6 CCLXXVI *V*: ducenti septuaginta sex *P* 7 procedere MP^2V: procedere et perfici GP^1 13 quo *V*: quod *P* quia *V*: quasi *P* 18 quo *V*: quo die *GP* conceptus *V*: conceptus est *P* creditur (r *prior ex* u *uel* a *corr. m. 1*) *V* 19 eodem *V*: eo *P* 21 quot *V*: quod *P* 24 Hoc ex libro *usque ad finem capitis exhibent MV, om. GPv*

gitur. dixerunt enim, quia XLVI annis aedificatum templum. et quadragies sexies seni fiunt CCLXXVI, qui numerus dierum complet VIIII menses et VI dies, qui tamquam decem menses parientibus feminis imputantur, non quia omnes ad sextum diem post nonum mensem perueniunt, sed quia ipsa perfectio corporis domini tot diebus ad partum perducta comperitur, sicut a maioribus dictum suscipiens ecclesiae custodit auctoritas. VIII enim kal. apriles conceptus creditur, quo et passus. ita monumento nouo, quo sepultus est, ubi nullus erat positus mortuorum nec ante nec postea, congruit uterus uirginis, quo conceptus est, ubi nullus seminatus est mortalium. natus autem traditur VIII kalendas ianuarias. ab illo ergo die usque ad istum computati CCLXXVI reperiuntur dies, qui senarium numerum quadragies sexies habet. quo numero annorum templum aedificatum est, quia eo numero senariorum corpus domini perfectum est, quod mortis passione destructum triduo resuscitauit. dicebat enim hoc de templo corporis sui, sicut euidentissime et robustissime euangelii testimonio declaratur.

CCLXXVII.

DE DECEM VIRGINIBVS. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM LXXXIIII.

302 Inter parabolas a domino dictas solet quaerentes multum exercere ista quae de decem uirginibus posita est. et multi quidem hinc multa senserunt, quae non sint praeter fidem; sed quomodo partibus eius omnibus conueniat expositio, id elaborandum est. legi etiam in quadam scriptura ex earum genere, quae apocrypha nominantur, quod non sit contra catholicam fidem. sed huic loco minus congruere mihi uisa est, consideranti omnes huius similitudinis partes. de qua tamen exposi-

1 Io. 2, 20 9 cf. Io. 19, 41 sq. 16 Io. 2, 21

7 dictum *V*: traditum *a* 19 *cap.* CCXCIIII *Gv*; *num. om. P* 27 apocrypha *V*: apocriphae *G* apocrife *P* 28 minus *GP*: *om. V* mihi minus congruere *GP*

tione temere nihil audeo iudicare, ne forte non eius inconuenientia mihi angustias fecerit, sed mea tarditas in ea conuenientiam non inuenerit. quid autem mihi uideatur non absurde hoc loco accipi, quantum potero, breuiter et diligenter exponam. Interrogatus igitur dominus noster secreto a discipulis de consummatione saeculi inter multa, quae locutus est, hoc quoque dixit: tunc simile aestimabitur regnum caelorum decem uirginibus et cetera. decem utique uirginum quod quinque admittuntur, quinque excluduntur, bonorum et malorum discretionem significat. quapropter si uirginitatis nomen honorabile est, cur receptis exlusisque commune est? deinde quid sibi uult numerus in utraque parte quinarius? quidquid autem significat oleum, mirum uidetur, quod sapientes petentibus non communicant, cum et inuidere fas non sit eas quae ita perfectae sunt, ut ab sponso recipiantur, quo nomine nullo dubitante dominus Iesus Christus significatur, et misericordes esse oporteat ad praestandum ex eo quod habent, praescribente illa sententia eiusdem domini dicentis: omni poscenti te tribue. quid est autem, quod posset dando non sufficere utrisque? haec maxime augent quaestionis difficultatem, quamquam et cetera diligenter considerata, ut omnia in unam rationem concurrant nihilque una parte dicatur, quod impediat aliam, magna cautio est adhibenda.

Videtur itaque mihi quinque uirgines significare quinquepertitam continentiam a carnis inlecebris. continendus est enim animi appetitus a uoluntate oculorum, a uoluntate aurium, a uoluntate olfaciendi, gustandi, tangendi. sed quia ista conti-

7 Matth. 25, 1 sqq. 18 Luc. 6, 30

2 in ea *V*: eam *P* 5 dominus *V*: dominus deus *P* 9 admittuntur *G* amittuntur *V* 11 cur] qor (u *add. m. 2*) *P* 13 quidquid *P*²*V*: quidquit *P*¹ quid *G* 19 quid *GP*: quod *V* posset *PV*: possit *G* dando *GP*: dandum *V* 21 quamquam *GP*: quaquam *V* 22 rationem *V*: narrationem *P* una parte *P*¹*V*: in una parte *P*² in unam partem *G* 24 uidetur *P*¹*V* (*cf. Kühner Ausf. Gr. II p. 523*): uidentur *GP*² 25 continentiam *V*: conscientiam *P* a] *om. P* 26 animae *P* (*et* 27) uoluntate *V*: uoluptate *GP*

nentia partim coram deo fit, ut illi placeatur interiori gaudio conscientiae, partim coram hominibus, tantum ut gloria humana capiatur, quinque dicuntur sapientes et quinque stultae, utraeque tamen uirgines, quia utraque continentia est, quamuis diuerso fomite gaudeat. lampades autem sunt, quia manibus gestantur, opera, quae secundum istam continentiam fiunt. dictum est autem: luceant opera uestra coram hominibus. omnes uero acceperunt lampades suas et uenerunt obuiam sponso. intellegendum est ergo Christi nomine censeri de quibus agitur. non enim possunt qui christiani non sunt sponso Christo uenire obuiam. sed quinque fatuae acceptis lampadibus suis non sumserunt oleum secum. multi enim quamuis de Christi bonitate plurimum sperent, gaudium tamen non habent, dum continenter uiuunt, nisi in laudibus hominum. non ergo habent oleum secum. nam ipsam laetitiam oleo significari arbitror: propterea unxit te deus, deus tuus oleo exsultationis. qui autem non propterea gaudet, quia deo intrinsecus placet, non habet oleum secum. prudentes autem acceperunt oleum secum in uasis cum lampadibus suis: laetitiam bonorum operum in corde atque conscientia posuerunt. sic et apostolus monet: probet autem se homo, inquit, et tunc in semet ipso habebit gloriam, et non in altero. tardante ergo sponso dormierunt omnes, quia ex utroque genere continentium hominum, siue eorum qui coram deo exsultant, siue eorum qui in laudibus hominum adquiescunt, moriuntur hoc interuallo temporis, donec sub aduentu domini fiat resurrectio mortuorum. media autem nocte, id est nullo sciente aut sperante — quippe cum ipse dicat dominus:

7 Matth. 5, 16 8 Matth. 25, 1 sqq. 16 Ps. 44, 8 21 Gal. 6, 4

1 interiori *GV*: interiore *P* 2 conscientiae P^1V: continentiae P^2 5 gaudeant *P* quia *V*: quae *P* 7 luceat *P* 8 lampadas *P* 11 quinque] quique (n *add. m. 2*) *V* 15 ipsam laetitiam *GP*: ipsa laetitia *V* 16 oleo G^2P: oleum G^1V te *V*: inquit te GP^1 te inquit P^2 19 acciperunt *V* uasis *V*: uasis suis *P* 20 laetitiam G^1PV: id est laetitiam G^3 21 se *V*: se ipsum *P* 24 continentium] continentiam *PV*

de die autem illa et hora nemo scit; et apostolus dicit: dies domini tamquam fur in nocte ita ueniet; ex quo significat penitus latere, cum uenit — clamor factus est: ecce sponsus uenit, surgite obuiam ei: in ictu oculi, in nouissima tuba omnes resurgimus. ergo surrexerunt omnes illae uirgines et aptauerunt lampades suas, id est rationes reddendas operum suorum. oportet enim nos exhiberi ante tribunal Christi, ut illic recipiat unusquisque quod gessit in corpore, siue bonum siue malum. et dixerunt stultae ad sapientes: date nobis de oleo uestro, quia lampades nostrae extinguntur: quorum enim facta aliena laude fulciuntur, eadem subtracta deficiunt, et de consuetudine id semper inquirit, unde gaudere animus solet. itaque hominum, qui corda non uident, testimonium uolunt habere aput deum, qui cordis inspector est. sed quid responderunt sapientes? ne forte non sufficiat nobis et uobis. unusquisque enim pro se rationem reddet nec alieno testimonio quisquam adiuuatur apud deum, cui secreta cordis apparent, et uix sibi quisque sufficit, ut ei testimonium perhibeat conscientia sua. quis enim gloriabitur mundum se habere cor? id est quod apostolus dicit: mihi minimum est, ut a uobis iudicer aut ab humano die; sed neque me ipsum iudico. quapropter cum de se quisque aut non omnino aut uix possit ueram ferre sententiam, quomodo potest de alio iudicare, cum sciat nemo, quid agatur in homine, nisi spiritus hominis? ite magis ad uendentes et emite uobis: non consilium dedisse putandae sunt,

1 Matth. 24, 36 2 I Thess. 5, 2 4 I Cor. 15, 51 sq. 8 cf. II Cor. 5, 10 20 Prou. 20, 9 21 I Cor. 4, 3 25 cf. I Cor. 2, 11

3 paenitus *V* 4 ei *a*: et *GPV* 5 resurgimus G^1P^1V: resurgemus G^2P^2 7 lampadas *P* reddendas *V*: reddentes *P* 11 extinguuntur *GP* 15 apud *GP* 18 adiuuatur *GP*: adiuuatus *V* 21 cor *GP*: corde *V* 23 cum *GP*: cumſ *V* 24 possit *GP*: posset *V* sententiam] sentiam *P* 27 emite (t *ras.*) *P* consilium *GP*: consilio *V*

sed crimen earum ex oblico commemorasse. uendunt enim oleum adulatores, qui siue falsa siue ignorata laudando in errorem animas mittunt et eis uana gaudia tamquam fatuis conciliando aliquam de his mercedem siue ciborum siue pecuniae siue honoris siue alicuius commodi temporalis accipiunt, non intellegentibus quod dictum est: qui uos felices dicunt, in errorem uos mittunt. melius est autem obiurgari a iusto quam a peccatore laudari. emendauit, inquit, me iustus in misericordia et arguit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. ite ergo ad uendentes et emite uobis, id est: uideamus, numquid uos adiuuant qui uobis laudes uendere consuerunt et uos in errorem inducere, ut non coram deo, sed ab hominibus gloriam quaereretis. euntibus autem illis uenit sponsus, id est inclinantibus se illis in ea quae foris sunt et solitis gaudere quaerentibus, quia gaudia interna non nouerant, uenit ille qui iudicat. et quae paratae erant, id est quibus bonum coram deo testimonium conscientia perhibebat, intrarunt cum eo in nuptias, id est ubi munda anima sempiterno dei uerbo fecundanda copuletur. clausa est ianua, id est receptis illis qui sunt in angelicam uitam immutati — omnes enim resurgimus, inquit, sed omnes minime immutabimur — clausus est aditus ad regnum caelorum. non enim post iudicium patet precum aut meritorum locus. nouissime autem ueniunt et reliquae uirgines dicentes: domine, domine, aperi nobis. non dictum est, quod emerint oleum, et ideo intellegendae sunt nullo iam remanente de

6 Es. 3, 12 8 Ps. 140, 5 21 I Cor. 15, 51

1 crimen P^1V: crimina P^2 earum V: eorum P oblico V: obliquo GP 6 intellegentibus] tellegentibus P 7 obiurgare P^1 8 emendauit G^1PV: emendabit G^2 9 arguit V: arguet GP^2 arget P^1 13 deo V: domino P quaeretis P 14 illis V: illis emere GP 16 nouerant (a *in* u *corr. m. 2*) P 18 intrauerunt P 19 in V: ad P nubtias V 20 fecundanda GP^1 V: fecunda P^2 copulatur P 22 resurgemus G^2P^2 omnes minime V: non omnes GP 23 adytus V 27 sunt V: sint P

alienis laudibus gaudio in angustiis et magnis afflictionibus redire ad implorationem dei. sed magna est eius seueritas post iudicium cuius ante iudicium ineffabilis misericordia praerogata est. itaque respondens ait: amen dico uobis, quod nescio uos: ex illa scilicet regula, quia non habet ars dei, hoc est sapientia dei, ut intrent in gaudium eius qui non coram deo, sed ut placerent hominibus, uisi sunt aliquid secundum praecepta eius operari. atque ita concludit: uigilate ergo, quia nescitis diem neque horam, non modo illius ultimi temporis, qua uenturus est sponsus, sed suae quisque dormitionis diem et horam nescit. quisquis autem paratus est usque ad somnum, id est usque ad mortem, quae omnibus debetur, paratus inueniatur, etiam cum illa uox media nocte sonuerit, qua omnes euigilaturi sunt.

Quod uero sponso dixit obuiam uenisse uirgines, sic intellegendum puto, ut ex ipsis uirginibus constet ea quae dicitur sponsa, tamquam si omnibus christianis in ecclesiam concurrentibus filii ad matrem concurrere dicantur, cum ipsis filiis congregatis constet ea quae dicitur mater. nunc ergo desponsata est ecclesia et uirgo est ad nuptias perducenda, id est cum se continet a corruptione saeculari; illo autem tempore nubet, quo uniuersa mortalitate praetereunte immortali conceptione fetatur. desponsaui, inquit, uos uni uiro uirginem castam exhibere, Christo; uos, inquit, uirginem, a plurali ad singularem concludens; ideo et uirgines dici possunt et uirgo. cur autem quinque dictae sunt, ut mihi uidetur, expositum est. sed uidemus nunc in aenigmate, tunc autem facie ad faciem; et nunc ex parte, tunc autem ex toto. ipsum autem in aenigmate et ex parte nunc in scripturis aliquid cernere, quod tamen sit secundum catholicam fidem, ex illo

23 II Cor. 11, 2 27 cf. I Cor. 13, 12

5 quia G^1PV: qua G^3 6 intrent G: intret PV 9 ergo V: itaque P 13 inueniatur V: inuenietur GP 14 qua GP^2: quia P^1V 19 ergo V: enim GP 20 perducenda GV: producenda P 23 uiro GP: uero V 29 enigmate GPV

pignore contingit, quod accepit uirgo ecclesia humili aduentu sponsi sui, quae illo ultimo aduentu, cum ueniet in claritate, nuptura est, cum iam facie ad faciem contuebitur. dedit enim nobis pignus spiritum, sicut dicit apostolus. et ideo ista expositio nihil certum intuetur, nisi ut secundum fidem sit, neque aliis praeiudicat, quae nihilominus secundum fidem esse potuerunt.

CCLXXVIII.

DE QVADRAGESIMA ET QVINQVAGESIMA. EX EODEM LIBRO OCTOGINTA QVATTVOR QVAESTIONVM.

303 Omnis sapientia et disciplina est, quae ad homines erudiendos pertinet, creatorem creaturamque dinoscere et illum colere dominantem, istam subiectam fateri. est autem creator deus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, et ideo trinitas pater et filius et spiritus sanctus est. creatura uero partim est inuisibilis, sicut animus, partim uisibilis, sicut corpus. inuisibili ternarius numerus tribuitur: quare diligere dominum tripliciter iubemur, ex toto corde, ex tota anima et ex tota mente; corpori quaternarius propter euidentissimam naturam eius, id est calidam et frigidam, humidam et siccam; uniuersae ergo creaturae septenarius. quapropter omnis disciplina dinoscens et discernens creatorem atque creaturam denario numero insinuatur. quae disciplina quamdiu corporeis motibus temporaliter significatur, credendo constat et rerum gestarum uenientium atque transeuntium auctoritate quasi lacte paruulos nutrit, ut idoneos faciat contemplationi, quae non uenit et

4 cf. II Cor. 5, 5 14 cf. Rom. 11, 36 18 Matth. 22, 37

1 contigit *P* 2 cum ueniet *V*: conueniet *P* 6 nihilhominus *V* potuerunt G^1P^2V: potuerint G^2P^1 8 *cap.* CCXCIII *P* CCXCV *Gv* 9 quingesima *P* 12 disnoscere *P* 16 partim] patim *P* 18 ex toto corde *P*: ex toto corde et *G*; *om. MV* anima (*om.* et) G^1 19 mente] mente ^{diligere} (diligere *add. m. 2*) *G* *post* mente *spatium uacuum 10 litt. in M, 17 fere litt. in V, in quo scripsit* V^2: ex tota uirtute 21 septenarius *V*: sept. numerus *P*

transit, sed semper manet. in qua quisque narratis sibi rebus diuinitus temporaliter pro salute hominum gestis siue gerendis quae adhuc futura praedicantur, si permanserit in fide et promissa sperauerit et quae diuina auctoritas praecipit infatigabili caritate implere durauerit, recte agit uitam huius necessitatis et temporis, quae numero quadragesimo commendatur, quoniam denarius numerus, qui totam insinuat disciplinam, quater ductus, id est numero, qui corpori tribuitur, multiplicatus, quia per motus corporales administratio geritur, quam dictum est fide constare, quadragensimum numerum conficit. ita impetrat etiam stabilem et nullius temporis indigentem sapientiam, quae denario numero commendatur, ut ad quadraginta addantur decem, quia et partes aequales quadraginarii numeri simul ductae ad quinquaginta perueniunt; partes autem aequales habet quadraginarius numerus primo quadraginta in singulis, deinde uiginti in binis, deinde decem in quaternis, octo in quinis, quinque in octonis, quattuor in denis, duas in uicenis. unum ergo et II et IIII et V et VIII et X et XX simul ducta efficiunt quinquaginta. quapropter sicut quadragenarius numerus aequalibus suis partibus computatis parit amplius denarium, et fit quinquagenarius: sic tempus fidei rerum pro nostra salute gestarum et gerendarum cum aequalitate uitae actum impetrat intellectum stabilis sapientiae, ut non solum credendo sed etiam intellegendo disciplina firmetur.

Et ideo quae nunc est ecclesia, quamuis filii dei simus, ante tamen quam appareat quid erimus, in laboribus et in afflictionibus agit et in ea iustus ex fide uiuit. nisi enim credideritis, inquit, non intellegetis. et hoc est tempus, quod ingemescimus et dolemus, exspectantes redemtionem

27 cf. Rom. 1, 17 (Abac. 2, 4) Es. 7, 9 29 cf. Rom. 8, 23

5 agit GP^2V: agat P^1 6 numero] in numero (i *add. m. 2*) P 7 qui GP: quin V 9 amministratio V 10 quadragesimum GP 13 quia V: qui P quadragenarii GP 15 quadragenarius GP 17 duas P: duos V 19 ducta V: ducti P 22 **qualitate (ae *add. m. 2*) P 23 impetrat GP: imperat V 25 quae V: ea quae GP 29 quod G^1PV: quo G^2

corporis nostri, quod quadragesima celebratur. scimus autem, quia, cum apparuerit, similes illi erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est: cum additur denarius quadragenario, ut non solum credere quae pertinent ad fidem, sed etiam perspicuam ueritatem intellegere mereamur. talis ecclesia, in qua nullus erit maeror, nulla permixtio malorum hominum, nulla iniquitas, sed laetitia et pax et gaudium, quinquagesimae celebratione praefiguratur. propterea posteaquam dominus noster resurrexit a mortuis, XL diebus peractis cum discipulis suis — eadem ipsa scilicet per hunc numerum insinuata temporali dispensatione, quae ad fidem pertinet — ascendit in caelum et decem aliis diebus peractis misit spiritum sanctum, id est ut non ad humana et temporalia, sed diuina atque aeterna contuenda quodam amoris et caritatis spiramento et incendio quadraginario denarius adderetur. et ideo iam hoc totum, id est quinquagenarius dierum numerus laetitiae celebratione signandus est.

Haec autem duo tempora, id est unum laboris et sollicitudinis, alterum gaudii et caritatis, etiam retibus missis in mare dominus noster significat. nam ante passionem de reticulo dicitur misso in mare, quia tantum piscium ceperunt, ut uix ad litus trahendo perducerent, ut et retia rumperentur. non enim missa sunt in dextram partem; habet enim multos malos ecclesia huius temporis; neque in sinistram; habet etiam bonos, sed passim, ut permixtionem bonorum malorumque significet. quod autem rupta sunt retia, caritate uiolata multas haereses

1 I Io. 3, 2 12 cf. Act. 1, 3. 9 et Act. 2, 1 sqq. 19 cf. Luc. 5, 6 sq.

6 maeror *GP*: memor *V* 8 propterea] *add.* P^2 10 ipsa] ipsā *V* (*m. 1 et 2*) 11 pertine*t* (n *ras.*) *P* 13 diuina *V*: ad diuina *GP* 14 contuenda *GP*: et contuenda *V* 15 quinquagenario *GP* 19 gaudii et caritatis *V*: gaudii et securitatis *GP* 20 ante] ane (t *add. m. 2*) *V* 21 coeperunt *V* ut (u *ex* e *corr. m. 2*) *P* 23 dexteram *GP* 24 habet *GV*: habet **** (enim *ras.*) *P* 25 bonorum malorumque *V*: malorum bonorumque *GP* significetur *G*

exisse significat. post resurrectionem uero, cum uellet ecclesiam futuri temporis praemonstrare, ubi omnes perfecti atque sancti futuri sunt, iussit mitti retia in dextram partem, et capti sunt ingentes pisces CLIII mirantibus discipulis, quod, cum magni essent, retia non sunt disrupta. horum magnitudo magnitudinem sapientiae iustitiaeque significat, numerus uero ipsam disciplinam et temporali dispensatione et aeterna regeneratione perfectam, quam diximus quinquagenario numero commendari. quia enim non opus erit tunc corporalibus adiumentis et animo continebitur fides atque sapientia — quia animo ternarium numerum tributum diximus — quinquaginta ducimus ter: fiunt CL. cui numero trinitas additur, quia omnis ista perfectio in nomine patris et filii et spiritus sancti consecrata est; ita fiunt CLIII, qui numerus piscium ad dextram partem captorum inuenitur.

CCLXXVIIII.

DE EO QVOD DICIT APOSTOLVS: INVICEM ONERA VESTRA PORTATE. EX EODEM LIBRO QVAESTIONVM LXXXIIII.

Quia ueteris testamenti custodia timorem habebat, non 304
potuit apertius significari noui testamenti donum esse caritatem quam hoc loco, ubi apostolus dicit: inuicem onera uestra portate, et sic adimplebitis legem Christi. hanc enim legem Christi dicere intellegitur, qua ipse dominus praecipit, ut nos inuicem diligamus, tantum in ea sententia praecepti pondus constituens, ut diceret: in hoc cognoscitur, quoniam discipuli mei estis, si uos inuicem diligatis. huius autem dilectionis officium est: inuicem onera uestra portate. sed hoc officium non est sempiternum; perducet

3 cf. Io. 21, 6 et 11 17 (21. 27) Gal. 6, 2 25 Io. 13, 35

2 sancti futuri G^2P: sanctificaturi G^1 futuri (*om.* sancti) *V* 3 retia *GP*: retiam *V* dexteram *GP* 5 magni *V*: tam magni *GP* 8 perfectam *G*: perfecta *PV* 12 fiunt *V*: et fiunt *GP* 16 *cap.* CCXCIIII *P* CCXCVI *Gv* 18 LXXXIIII quest *P* 27 *onera (h *ras.*) *P* 28 portate G^1PV: portare G^2 sempiternum *GP*: serpentium *MV*

sane ad beatitudinem sempiternam, in qua nulla erunt onera nostra, quae inuicem portare iubeamur. nunc uero, cum in hac uita, id est in hac uia sumus, onera nostra portemus, ut ad eam uitam, quae caret omni onere, perueniamus. sicut enim de ceruis nonnulli talium cognitionum studiosi scripserunt, cum fretum ad insulas transeunt pascuorum gratia, sic se ordinant, ut onera capitum suorum, quae gestant in cornibus, superinuicem portent, ita ut posterior super anteriorem ceruice proiecta caput collocet, et quia necesse est unum esse, qui ceteros praecedens non ante se habeat cui caput inclinet, uicibus dicuntur id agere, ut lassatus sui capitis onere ille qui praecedit post omnes redeat et ei succedat cuius ferebat caput, cum ipse praeiret: ita inuicem onera sua portantes fretum transeunt, donec ueniant ad terrae stabilitatem. istam ceruorum naturam fortasse intenderit Salomon, cum ait: ceruus amicitiae et pullus gratiarum tuarum colloquatur tecum. nihil enim sic probat amicum quemadmodum oneris amici portatio.

Nec tamen inuicem portaremus onera nostra, si unum tempus esset infirmitatis amborum, qui onera sua sustinent, aut unum infirmitatis genus; sed diuersa tempora et diuersa genera infirmitatis faciunt, ut onera nostra inuicem portare ualeamus. uerbi gratia, iram fratris tunc portabis, cum tu aduersus eum non irasceris, ut rursum eo tempore, quo te ira praeoccupauerit, ille te lenitate et tranquillitate supportet. hoc exemplum ad id pertinet, cum diuersa sunt onera portantium onera sua, quamuis ipsa non sit infirmitas; in ambobus enim ab inuicem ira portatur. ad diuersum autem infirmitatis genus aliud exemplum uidendum est; ueluti si quis in se loquacitatem uicerit

5 cf. Plin. n. h. 8, 32, 114 15 Prou. 5, 19

5 studiose *P* 6 insulas P^2V: insulam P^1 pascuorum G^1 *PV*: pascuarum G^2 7 capitum *GP*: papitum *V* 8 ceruicem G^1P^1 9 esse *V*: necesse (*eras.*) *P* 15 intenderit G^1PV: intenderat G^3 20 sustinet *P* 23 aduersum *P* 25 te lenitate *V*: de lenitate *P* 26 sunt onera P^2V: onera sint *G* snt (*om.* onera) P^1 sunt tempora *a* portantium] *om.* P^1 28 autem *GP*: enim *V*

et pertinaciam nondum uicerit, alius uero adhuc loquax, sed iam pertinax non sit, debet ille huius loquacitatem et iste illius pertinaciam, donec illud in illo et hoc in isto sanetur, caritate portare. par quippe infirmitas in duobus si uno accidat tempore, tolerare se inuicem non ualent, cum aduersum se intenditur. nam aduersus aliquem tertium et duo irati sibi conueniunt et se tolerant, quamquam nec tolerare se inuicem ⟨dicendi sunt, sed potius se inuicem⟩ consolari. sicut et tristes de re una magis se portant et quasi incumbunt sibi, quam si unus tristis esset et alius gauderet; si autem aduersum se tristes sint, prorsus se tolerare non possunt. et ideo in huius modi affectionibus suscipienda est aliquantulum ipsa aegritudo, de qua uis per te alium liberari, et sic suscipienda, ut ad auxilium, non ad aequalitatem miseriae ualeat, quemadmodum se inclinat qui manum iacenti porrigit. non enim se proicit, ut ambo iaceant, sed incuruat tamen, ut iacentem erigat.

Neque ulla res officiosum istum laborem ad portanda onera aliorum facit libenter impendi, nisi cum cogitamus, quanta pro nobis pertulerit dominus. hinc enim admonens ait apostolus: hoc sentite in uobis quod et in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, et habitu inuentus ut homo humiliauit semet ipsum, factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis. superius autem dixerat: non quae sua sunt unusquisque intendentes, sed quae aliorum. huic sententiae contexuit quod dictum est; nam ita sequitur: hoc sentite in uobis quod et in Christo Iesu, ad hoc dumtaxat, ut, quemadmodum ille in eo quod uerbum caro factum est et habitauit in nobis, et sine pec-

20 Philipp. 2, 5 sqq. 26 Philipp. 2, 4 31 cf. Io. 1, 14

7 dicendi sunt—inuicem *a*: *om.* *GPV* 12 suscipienda *GP*: suscipiendas *V* 16 tamen *PV*: tantum *a* 17 ulla *GP*: illa *V* 23 similitudine *V* (*cf. 729, 8*): similitudinem *GP* 26 superius autem *V*: superius enim *GP* 27 intendentes G^1PV: intendens G^2 31 et sine] sine (*eras.* et) *P*

cato cum esset, peccata nostra suscepit, non attendit sua, sed nostra, ita et nos libenter ad eius imitationem inuicem onera nostra portemus.

Huic enim cogitationi accedit etiam illa cogitatio, quia ille suscepit hominem, nos autem homines sumus et considerare debemus, quod aegritudinem siue animi siue corporis, quam in homine alio uidemus, etiam nos habere potuimus aut possumus. hoc ergo exhibeamus ei cuius infirmitatem portare uolumus, quod ab illo nobis uellemus exhiberi, si forte nos in ea essemus et ipse non esset. ad hoc pertinet quod ipse apostolus ait: omnibus omnia factus sum, ut omnes lucri facerem. cogitando scilicet in eo uitio etiam se esse potuisse, unde cupiebat alium liberari, compatiendo potius id agebat, non mentiendo, sicut quidam suspicantur, et hi maxime qui mendaciis defendendis, quae negare non possunt, alicuius magni exempli patrocinium requirunt.

Deinde etiam illud cogitandum, nullum esse hominem, qui non possit habere aliquod bonum, quod tu nondum habes, etiam si lateat, in quo sine dubio possit esse superior. quae cogitatio ad contundendam et edomandam superbiam ualet, ne arbitreris, quoniam tua quaedam bona eminent et apparent, ideo alterum nulla habere, quae lateant, et fortasse maioris ponderis bona, quibus te superat nescientem. non enim falli nos aut adulatione potius uti apostolus iubet, cum dicit: nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate mentis alter alterum existimantes superiorem sibi. non hoc ita debemus existimare, ut non existimemus, sed nos existimare fingamus, sed uere existimemus posse

11 I Cor. 9, 22 24 Philipp. 2, 3

4 enim *V*: *om. GP* cogitatio *GP*: cogitio *V* 7 alio *PV*: aliquo *G* uidemus (e *ex* i *corr. m. 2*) *P* 13 cupiebat *GP*: cupiebam *V* liberare *P* compatiendo *V*: compatiendo enim *GP* 15 mendaciis *V*: mendaciis suis *P* 20 contundendam *P*: contuendam *GV* ne] ne* (c *ras.*) *P* 21 nulla *GP*: nullam *V* (*m. 1 et 2*) 23 adolatione *V* 24 uti *V*: ut *P* 27 existimemus] exſtimemus *V* 28 sed nos—existimemus *GP*: *om. V* sed nos G^1P: et nos G^2

esse aliquid occultum in alio, quo nobis superior, etiam si bonum nostrum, quo illo uidemur superiores esse, non sit occultum. istae cogitationes deprimentes superbiam et augentes caritatem faciunt onera fraterna inuicem non solum aequo animo sed etiam libentissime sustineri. nullo modo enim de quoquam homine incognito ferenda sententia est, et nemo nisi per amicitiam cognoscitur. et ideo amicorum mala firmius sustinemus, quia bona eorum nos delectant et tenent.

Nullius utique repudianda est amicitia sese ingerentis ad amicitiam copulandam, non ut statim recipiatur, sed ut recipiendus optetur atque ita tractetur, ut recipi possit. illum enim receptum in amicitias possumus dicere, cui omnia nostra consilia refundere audemus. et si quisquam est, qui se non audet ingerere ad amicitiam faciendam, cum aliquo nostro temporali honore aut dignitate reuocatur, descendendum est ad eum et offerendum illi quadam comitate et submissione animi quod per se ipse non audet. sane quamuis rarius, tamen aliquotiens accidit, ut eius quem uolumus in amicitiam recipere prius nobis innotescant mala quam bona, quibus offensi et quemadmodum repercussi relinquimus eum et ad bonorum eius, quae forte occultiora sunt, indagationem non peruenimus. admonet itaque dominus Iesus Christus, qui nos uult effici imitatores suos, ut eius infirma toleremus, ut ad quaedam sana, in quorum delectatione adquiescamus, per caritatis tolerantiam perducamur. ait enim: non est opus sanis medicus, sed aegrotantibus. ideoque si propter Christi caritatem etiam eum qui omni ex parte fortassis aegrotat repellere ab animo non debemus, quoniam sanari potest per

25 Matth. 9, 12

1 esse] *om.* *P* superior G^1PV: ^{slt} superior G^3 3 et augentes] adaugentes *P* 5 sustinere *P* enim *V*: autem *GP* 9 utique *V*: itaque *GP* ingerentis *V*: in gerendis *P* 11 possit (i *ex* e *corr. m. 2*) *P* 12 receptum *V*: praeceptum *P* amicitias *V*: amicitiam *GP* 13 audemus P^2V: audeamus *G* audiamus P^1 16 comitate *GP*: comitata *V* summissione *V* 18 aliquoties *GP* 20 quemammodum *V*: quodam modo *GP*

uerbum dei, quanto minus eum qui propter nos uideri potest totus aegrotus, quia quaedam eius saucia in primo ingressu amicitiae non potuimus sustinere et, quod est grauius, cum offensione animi de toto homine ausi sumus temerariam praeiudicii ferre sententiam, non timentes quod dictum est: nolite iudicare, ne iudicemini, et: qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. saepe autem illa quae bona sunt prius apparent; in quibus etiam temerarium beniuolentiae iudicium cauendum est, ne, cum totum bonum putaueris, ea quae postea mala apparuerint securum et impa- ratum te inueniant et grauius offendant, ut eum quem temere dilexeras, acerbius oderis. quod nefas est, quia etiam si nulla eius bona praecederent et haec quae post apparuerant mala prius eminerent, toleranda tamen erant, donec omnia cum illo ageres, quibus talia sanari solent; quanto magis, cum ea bona praecesserunt, quae tamquam pignera nos debent ad posteriora toleranda constringere?

Ipsa est ergo lex Christi, ut inuicem onera nostra portemus. Christum autem diligendo facile sustinemus infirmitatem alterius, etiam quem nondum propter sua bona diligimus. cogitamus enim, quia ille quem diligimus, dominus propter eum mortuus est. quam caritatem nobis apostolus Paulus ingessit, cum diceret: et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est, ut, si illum infirmum propter uitium, quo infirmus est, minus diligimus, illum in eo consideremus qui mortuus est propter ipsum. Christum autem non diligere, non infirmitas, sed mors est. quapropter ingenti cura et implorata dei misericordia cogitandum est, ne Christum neglegamus propter infirmum, cum infirmum debeamus diligere propter Christum.

6 Matth. 7, 1 et 2 23 I Cor. 8, 11

1 propter nos *GPV*: propterea nobis *a* 6 qua *V*: in qua *GP* mensura G^2PV: mensa G^1 7 remetietur *V*: in ea remetietur *G* in ea remetie*tur (n *ras.*) *P* 9 beneuolentiae *GP* 12 aceruius *V* 13 et *a*: *om. PV* apparuerunt *P* 16 pignera *V*: pignora *GP* 23 et *V*: *om. P* 25 quo *a*: quod *V* in quo *GP* 29 ne *PV*: ne nos *G*

CCLXXX.

DE HAERESI PELAGIANA. EX LIBRO DE HAERESIBVS AD QVODVVLTDEVM DIACONVM, SVB TITVLO LXXXVIII.

Pelagianorum est haeresis hoc tempore omnium recentissima, 305
a Pelagio monacho exorta. quem magistrum Caelestius sic secutus est, ut sectatores eorum Caelestiani etiam nuncupentur. hi dei gratiae, qua praedestinati sumus in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum et qua eruimur de potestate tenebrarum, ut in eum credamus atque in regnum ipsius transferamur — propter quod ait: nemo uenit ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo — et qua diffunditur caritas in cordibus nostris, ut fides per dilectionem operetur, in tantum inimici sunt, ut sine hac credant posse hominem facere omnia diuina mandata, cum, si hoc uerum esset, frustra dominus dixisse uideretur: sine me nihil potestis facere. denique Pelagius a fratribus increpatus, quod nihil tribueret adiutorio gratiae dei ad eius mandata facienda, correctioni eorum hactenus cessit, ut non eam libero arbitrio praeponeret, sed infideli calliditate subponeret, dicens ad hoc eam dari hominibus, ut quae facere per liberum iubentur arbitrium facilius possint implere per gratiam. dicendo utique: „ut facilius possint“ uoluit credi, etiam si difficilius, tamen posse homines sine gratia diuina facere iussa diuina. illam uero gratiam dei, sine qua nihil boni possumus facere, non esse dicunt nisi in libero arbitrio, quod nullis suis praecedentibus meritis ab illo accepit nostra natura, ad hoc tantum existimantes ipso adiuuante per suam legem atque doctrinam, ut discamus

7 cf. Eph. 1, 5 8 cf. Col. 1, 13 10 Io. 6, 65 12 cf. Rom. 5, 5 cf. Gal. 5, 6 15 Io. 15, 5

1 *cap.* CCLXXX* (I *ras.*) *V*: CCXCV *P* CCXCVII *Gv* 3 sub *MV*: quae est sub *P* 8 eruimur GM^2P: erimur M^1V^1 erimur (pi *add. m. 2*) V^2 13 hac *GP*: hoc *V* posse hominem credant *GP* 17 correctioni *V*: correptioni *GP* 18 actenus *G* 19 supponeret *P* 26 accepit P^1V: accipit P^2 existimantes *GPV*: *om. a* 27 ipso] ab ipso (ab *add. m. 2*) *G*

quae facere et quae sperare debeamus, non autem ad hoc, per donum spiritus sui ut quae didicerimus esse facienda faciamus. ac per hoc diuinitus nobis dari scientiam confitentur, qua ignorantia pellitur, caritatem autem dari negant, qua pie uiuitur, ut scilicet, cum sit dei donum scientia, quae sine caritate inflat, non sit dei donum ipsa caritas, quae, ut scientia non inflet, aedificat. destruunt etiam orationes, quas facit ecclesia siue pro infidelibus et doctrinae dei resistentibus, ut conuertantur ad eum, siue pro fidelibus, ut augeatur in eis fides et perseuerent in eo. haec quippe non ab ipso accipere, sed a se ipsis homines habere contendunt, gratiam dei, qua liberamur ab impietate, dicentes secundum merita nostra dari. quod quidem Pelagius, in episcopali iudicio Palaestino damnari metuens, damnare conpulsus est, sed in posterioribus suis scriptis hoc inuenitur docere. in id etiam progrediuntur, ut dicant uitam iustorum in hoc saeculo nullum omnino habere peccatum et ex his ecclesiam Christi in hac mortalitate perfici, ut sit omnino sine macula et ruga, quasi non sit Christi ecclesia, quae toto terrarum orbe clamat ad deum: dimitte nobis debita nostra. paruulos etiam negant secundum Adam carnaliter natos contagium mortis prima natiuitate contrahere. sic enim eos sine ullo peccati originalis uinculo asserunt nasci, ut prorsus non sit quod eis oporteat secunda natiuitate dimitti, sed eos propterea baptizari, ut regeneratione adoptati admittantur ad regnum dei, de bono in melius translati, non ista regeneratione ab aliquo malo obligationis ueteris absoluti. nam etiam si non baptizentur, promittunt eis extra regnum quidem dei, sed tamen aeternam et beatam quandam uitam suam. ipsum quoque Adam dicunt, etiam si non peccasset, fuisse corpore moriturum, neque ita mortuum merito culpae, sed condicione naturae. obiciuntur eis et alia nonnulla,

6 cf. I Cor. 8, 1 18 cf. Eph. 5, 27 19 Matth. 6, 12

7 etiam *V*: et *P* 10 eo (*sc.* deo) G^1PV: ea G^2 13 palestino *V* 16 habere omnino *P* 17 his] is *P* ecclesiam *GP*: ecclesia *V* 26 ab *GP*: ubi *V* 27 baptizantur *P* 29 si non peccasset — moriturum *GP*: *om. MV* peccasse*t (n *ras.*) *P*

sed ista sunt maxime, quibus intelleguntur etiam illa uel cuncta uel paene cuncta pendere.

CCLXXXI.

ITEM DE EADEM PELAGIANORVM HAERESI. EX SERMONE AD POPVLVM.

Illa duo: dimitte nobis debita nostra, sicut et 306
nos dimittimus debitoribus nostris et: ne nos inferas in temtationem quando Pelagianis obiciuntur, quid eos putatis respondere? horrui, fratres mei, quando audiui. ego quidem non audiui auribus meis, sed sanctus frater et coepiscopus meus Vrbanus noster, qui hic presbyter fuit et modo est Siccensis episcopus, cum remeasset ab urbe Roma et ibi cum quodam talia sentiente confligeret uel se conflixisse referret, cum urgueretur pondere orationis dominicae — urguebat enim eum et dicebat: „si in nostra potestate est non peccare et in nostra potestate est omnes peccatorum temtationes solis uoluntatis nostrae uiribus superare, quare deo dicimus: ne nos inferas in temtationem?“ — quid eum putatis respondisse? „rogamus“ inquit „deum, ne nos inferat in temtationem, ne aliquid mali patiamur, quod non habemus in potestate, ne ruam de equo et ne frangam pedem, ne latro me interficiat et quid huius modi. haec enim“ inquit „non habeo in potestate: nam uincere temtationes peccatorum meorum si uolo, et possum, nec dei adiutorio possum.“

Videtis, fratres, quam maligna haeresis. uidetis, quemadmodum omnes horretis. cauete, ne capiamini. noui enim calliditates et tergiuersationes hominum impiorum auersorum a

6 Matth. 6, 12 sq.

1 maxime (a *add. m. 2*) *G* quibus *V*: ex quibus *a* et ex quibus *GP* 3 *cap.* CCLXXXI* (I *ras.*) *V*: CCXCVI *P* CCXCVIII *Gv* 8 pelagianis obiciuntur P^2V: pelagiani subiciuntur P^1 18 in temptationem inferas *P* 19 inferat *V*: inferas *GP* 25 maligna] magna *P* uidetis quemadmodum—horretis *GP*: *om. MV* quemammodum (quem *in ras. a m. 2*) *G* 26 horretis (h *add. m. 2*) *P*

ueritate et, quia iam in suas sententias acciderunt, uinci nolentium; uidete, obsecro uos. ecce enim inuenit quod diceret, ideo nos dicere: ne nos inferas in temtationem, ne aliquid nobis contingat quod non habemus in potestate secundum corporis temtationem. inde ergo dicebat dominus: uigilate et orate, ne intretis in temtationem? hoc dicebat: uigilate et orate, ne pedem frangatis aut ne caput doleatis aut ne in damnum incurratis? non hoc dicebat. sed quid dicebat? quod Petro dixit: rogaui pro te, ne deficiat fides tua, rogaui, inquit, pro te, dicit deus homini, dominus seruo, magister discipulo, medicus aegroto: rogaui pro te. quid ne deficiat? quid? manus tua, pes tuus, oculus tuus, lingua tua, aliqua paralysis, id est dissolutio membrorum? non, sed ne deficiat fides tua. secundum istos in potestate habemus, ne deficiat fides nostra.

Quare pro nobis rogatur deus, ut concedat rogare nobis quod isti dicunt nos non debere a sempiterna maiestate, sed habere in potestate. benedictiones, fratres mei, benedictiones nostras, quas super uos facimus, euacuant, exinaniunt, elidunt. audistis me, credo, fratres mei, quando dicō: conuersi ad dominum benedicamus nomen eius, det nobis perseuerare in mandatis suis, ambulare in uia recta eruditionis suae, placere illi in omni opere bono et cetera talia. prorsus, inquiunt, hoc totum in potestate nostra est constitutum. ergo nos inaniter talia uobis optamus. defendamus nos et uos, ne et nos sine causa benedicamus et uos sine causa amen suscribatis. fratres mei, amen uestrum suscriptio uestra est, consensio uestra est,

3 Matth. 6, 13 5 Matth. 26, 41 9 Luc. 22, 32

1 suas *PV*: sua *G* acciderunt *V*: *ceciderunt (a *ras.*) *G* ceciderunt *P* uinci *GV*: uinculo *P* nolentium] neglegentium *P* 2 uite (de *add. m. 2*) *P* ecce enim *PV*: ecenim *G* quod (o *ex* i *corr. m. 2*) *P* 13 paralysis *PV*: paralysi *a* dissolutio *PV*: dissolutione *a* 16 rogare nobis *V*: rogare pro nobis *P* 17 magestate *GP* sed habere in potestate *GP*: *om. MV* 19 auditis *P* 22 recta *GP*: rectae *V* e*ruditionis *V* 26 subscribatis *GP* 27 subscriptio *GP*

adstipulatio uestra est. ne forte aliqui ipsorum et nos condemnent et uos, defendamus nos de apostolo Paulo, uideamus, si talia optauit plebi suae — audite quid dixerit. — qualia oramus super uos. audite, quid dixerit quodam loco. rem breuem dico. quid dicis, o noue haeretice, quicumque me audis, si praesens es? quid dicis? quia non peccare in potestate sic habemus, ut hoc sine adiutorio diuinae gratiae implere possimus? hoc dicis? „hoc" inquit. ergo in potestate habemus non peccare sine adiutorio dei? „plane" inquit; „liberum arbitrium nostrum ad hoc nobis sufficit." quid est ergo, quod ait apostolus scribens ad Corinthios? oramus ad deum, ne quid faciatis mali. attendistis, audistis, accepistis et, quia manifestissimum est, sine dubio intellexistis quid orauit apostolus. oramus, inquit, ad deum, ne quid faciatis mali. poterat dicere: monemus uos, ne quid faciatis mali, docemus uos, ne quid faciatis mali, iubemus uobis, praecipimus uobis. quod quidem si diceret, certum diceret, quia et uoluntas nostra agit aliquid; non enim uoluntas nostra nihil agit. sola non sufficit. maluit tamen dicere: oramus, ut ipsam gratiam commendaret, ut intellegerent illi, quando non faciunt aliquid mali, non sola sua uoluntate se uitare malum, sed adiutorio dei implere quod iussum est.

Ergo, fratres, quando praecipitur, agnoscite uoluntatis arbitrium, quando oratur quod praecipitur, agnoscite gratiae beneficium. utrumque enim in scripturis habes: et praecipitur et oratur. quod praecipitur, hoc oratur. uidete quid dico. praecipitur, ut intellegamus. quomodo praecipitur, ut intellegamus? nolite esse sicut equus et mulus, non habentes intellectum. audistis, quia iussum est; pete, ut possis implere quod iussum est. „quomodo" inquis „peto?" audi scripturam.

11 II Cor. 13, 7 28 Ps. 31, 9

1 condemnet *GP* 3 plebi* (s *ras.*) *P* 10 sufficit P^1V: sufficiet P^2 14 deum] dominum *P* poterat dicere — 15 mali *GP*: *om. MV* poterat *P*: propterea G^1 praeterea G^2 dicere] diceret G^2 20 sola *GV*: solum *P* 27 quomodo praecipitur (percipitur *P*) ut intellegamus *PV*: *om. G* 29 quia P^1V: quod P^2

quid tibi iussum est? nolite esse sicut equus et mulus, non habentes intellectum. quia iussum est, agnouisti uoluntatem. audi, quia oratur, ut agnoscas gratiam: da mihi intellectum, ut discam mandata tua. iussum est, ut habeamus sapientiam: quia iussum est, lego. „ubi legis?“ inquit. audite: qui insipientes estis in populo, et stulti aliquando sapite. iam ille quid dicit? uides, quomodo nobis praecipit deus, ut sapiamus. ergo sapientia in nostra est potestate? iam dixi, praeceptum audiui, uoluntatem cognoui. audi orationem, ut gratiam tu possis agnoscere. de sapientia agitur, quae iussa est nobis. audiamus, quid dicat apostolus Iacobus: si quis autem uestrum indiget sapientia, postulet a deo, qui dat omnibus affluenter. iubetur nobis continentia. ubi iubetur? apostolus ad Timotheum: contine te ipsum. iussio est, praeceptio est; audiendum est, faciendum est. sed nisi deus adiuuet, remanemus. conamur quidem facere uoluntate et nititur aliquid uoluntas; non praesumat potestas, nisi adiuuetur infirmitas. certe enim iussum est: contine te ipsum. audi alium locum scripturae: et cum scirem, inquit, quia nemo potest esse continens, nisi deus det, et hoc ipsum erat sapientiae, scire cuius esset hoc donum. et quid, inquit, feci? adii dominum et deprecatus sum. quid opus est multa percurrere, fratres mei? quidquid nobis iubetur, orandum est, ut impleatur: sed non sic, ut dimittamus nos et quomodo aegri iaceamus supini et dicamus: pluat deus escas super facies nostras, ut prorsus nos nihil agere uelimus et, cum esca compluta fuerit super os nostrum, dicamus: etiam deus gluttiat de nobis. aliquid et nos agere debemus. studere debemus,

1 Ps. 31, 9 3 Ps. 118, 73 6 Ps. 93, 8 12 Iac. 1, 5 14 (et 19) I Tim. 5, 22 19 Sap. 8, 21

2 agnouisti *V*: agnouimus *P* 6 estis *V*: estis et stulti *P* 8 praecipit *V*: praecepit *GP* 12 sapientia *P*: sapientiam *GV* (*cf. p. 906, 11*) 13 afluenter *V* 17 uoluntate P^2V: uoluntatem P^1 20 esse potest *GP* 21 sapientiae *V*: sapientia *GP* 24 quidquid *V*: in eo quod non potuerimus quicquid *P* 27 agere *GP*: age *V*

conari debemus et in eo gratias agere in quo potuerimus, in eo quod non potuerimus orare. quando gratias agis, caues, ne damneris ingratus; quando autem quod nondum habes petis, caues, ne remaneas inanis, quia impediris.

Cogitate ergo ista, fratres mei: quisquis ad uos accesserit et dixerit uobis: „quid ergo nos faciemus? nihil habemus in potestate, nisi deus det omnia? ergo non nos coronabit deus, sed se coronabit,“ iam uidetis, quia de illa uena uenit. uena est, sed uenenum habet; percussa est enim a serpente, sana non est. hoc agit enim hodie satanas, quomodo per uenena haereticorum eiciat de ecclesia, sicut tunc per uenena serpentis eiecit de paradiso. illum nemo dicat absolutum esse ab episcopis. absoluta est, sed confessio quasi correctio ipsa est absoluta, quia ea quae dixit ante episcopos catholica uidebantur, quae autem scripsit in libris suis episcopi, qui absoluerunt, nescierunt. et forsitan correctus est. desperare enim de homine non debemus, qui forte fidei catholicae adiungi se maluit et ad eius gratiam auxiliumque confugit. forte hoc factum sit. tamen non haeresis est absoluta, sed homo haeresem negans.

CCLXXXII.

QVOD MVNDVM DEVS PROPTER GRATIAM SALVET, PROPTER LIBERVM ARBITRIVM IVDICET. EX EPISTVLA AD VALENTINVM MONACHVM.

Obsecro uos, fratres, sicut Corinthios obsecrauit apo- 307
stolus, per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id

25 I Cor. 1, 10

2 in eo quod non potuerimus] *om.* P^1 caues *P*: cauis *V* (*cf. Rönsch p. 283*) caue *G* 3 ingratis G^1 4 caues *P*: cauis *V* caue *G* 6 faciemus *V*: facimus *GP* nihil *V*: si nihil *GP* *post* habemus *ras. 5 litt.* (habem' *ras.*?) *P* 7 potestatem *V* 8 coronauit *V* 10 enim agit *GP* 11 uenena G^2P: uena G^1V 13 correctio P^2V: correptio P^1 19 haeresis *V*: de haeresi* (m *ras.*) *P* 20 haeresem *V*: haeresim *GP* 21 *cap.* CCXCVII *P* CCXCVIIII *Gv* 22 quod G^2MPV: quo G^1 23 ualentinum *GP*: ualentinianum *MV* 26 id G^2V: *om.* G^1P

ipsum dicatis omnes et non sint in uobis schismata. primo enim dominus Iesus, sicut scriptum est in euangelio Iohannis apostoli, non uenit iudicare mundum, sed ut saluaretur per ipsum mundus. postea uero, sicut scribit apostolus Paulus, iudicabit deus mundum, quando uenturus est, sicut tota ecclesia in symbolo confitetur, iudicare uiuos et mortuos. si ergo non est dei gratia, quomodo saluat mundum? et si non est liberum arbitrium, quomodo iudicat mundum?

Prohibet apostolus dicens: nemo glorietur in homine, et alio loco: qui gloriatur, in domino glorietur. illi uero haeretici se ipsos a se ipsis iustos fieri putantes, quasi hoc eis deus non dederit, sed ipsi sibi, non utique in domino, sed in semet ipsis gloriantur. talibus dicit apostolus: quis enim te discernit? quod ideo dicit, quia de massa illius perditionis, quae facta est ex Adam, non discernit hominem, ut eum faciat uas in honorem, non in contumeliam, nisi deus. sed quoniam homo carnalis et inaniter inflatus, cum audisset: quis enim te discernit? posset respondere uel uoce uel cogitatione et dicere: „discernit me fides mea", „discernit me oratio mea", „discernit me iustitia mea": mox apostolus occurrit cogitationibus eius et dixit: quid enim habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? sic enim gloriantur, quasi non acceperint, qui se a se ipsis iustificari putant ac per hoc in se ipsis, non in domino gloriantur.

Dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari. quod omnino falsissimum est, non quia nullum est meritum uel bonum piorum uel malum impiorum; alioquin quomodo iudi-

3 Io. 3, 17 5 Rom. 3, 6 10 I Cor. 3, 21 11 I Cor. 1, 31 14 (et 22) I Cor. 4, 7

3 iudicare *V*: ut iudicaret *G* ut iudiret (ca *add. m. 2*) *P* 4 mundus per ipsum *GP* 11 gloriatur *V*: gloriatur inquit *GP* 13 deus non *V*: non deus *GP* 24 acciperis *V* sic G^3PV: si G^1 29 piorum *GV*: priorum *P* iudicabit (b *ex* u *corr. m. 2*) *P*

cabit deus mundum? sed misericordiae gratia dei conuertit hominem, de qua psalmus dicit: deus meus, misericordia mea, et: misericordia eius praeueniet me, ut iustificetur impius, hoc est ex impio fiat iustus et incipiat habere meritum bonum, quod dominus coronabit, quando iudicabitur mundus.

Ipsa est enim quaestio de gratia dei, quae fecit, ut homines non intellegentes putarent apostolum Paulum dicere: faciamus mala, ut ueniant bona. unde apostolus Petrus in secunda epistula sua: quapropter, inquit, carissimi, haec exspectantes satis agite inuiolati et immaculati apud deum reperiri in pace et domini nostri patientiam salutem existimare, sicut et dilectissimus frater noster Paulus secundum eam quae data est ei sapientiam scripsit uobis, ut in omnibus epistulis, loquens in eis de his in quibus sunt quaedam difficilia intellectu, quae indocti et instabiles homines peruertunt, sicut et ceteras scripturas, ad proprium suum interitum.

Cauete ergo quod tantus apostolus tantum terribiliter dicit, et ubi sentitis non uos intellegere, interim credite diuinis eloquiis, quia et liberum hominis arbitrium et gratia dei, sine cuius adiutorio liberum arbitrium nec conuerti potest ad deum nec proficere in deum, et quod pie creditis, ut etiam sapienter intellegatis, orate. et ad hoc ipsum enim, id est ut sapienter intellegamus, est utique liberum arbitrium. nisi enim libero arbitrio intellegeremus atque saperemus, non nobis prae-

2 Ps. 58, 18 3 Ps. 58, 11 9 Rom. 3, 8 10 II Petr. 3, 14

1 misericordiae *V*: misericordia et *GP* 3 mea et misericordia *V*: *om. GP* 9 unde *V*: unde et *P* 12 domini nostri *PV*: domini non G^1 in domini G^3 13 patientiam *PV*: patientia G^3 potentiam G^1 existimare MP^2V: existimate G^3P^1 existimantes G^1 14 eam G^2P: ea *MV*; *om.* G^1 15 scribsi *M* ut G^1 P^2MV: ut et G^2P^1 20 tantum *MV*: tam *GP* 22 liberum *M PV*: l. est *a* et gratia—arbitrium] *add.* M^2 *in mg.* 23 adiutorium M^2 27 intellegerimus *MV*

ciperetur dicente scriptura: intellegite ergo qui insipientes estis in populo, et stulti aliquando sapite. eo ipso quippe quo praeceptum atque imperatum est, ut intellegamus atque sapiamus, oboedientiam nostram requirit, quae nulla potest esse sine libero arbitrio. sed si posset hoc ipsum sine adiutorio gratiae fieri per liberum arbitrium, ut intellegeremus atque saperemus, non diceretur deo: da mihi intellectum, ut discam mandata tua, neque in euangelio scriptum esset: tunc aperuit illis sensum, ut intellegerent scripturas, nec Iacobus apostolus: si quis indiget, diceret, sapientia, postulet a deo, qui dat omnibus affluenter et non improperat, et dabitur ei.

Quapropter, dilectissimi, quicumque dicit: „uoluntas mea mihi sufficit ad facienda opera bona", declinat in dextram. sed rursus illi qui putant bonam uitam esse deserendam, quando audiunt sic dei gratiam praedicari, ut et credatur et intellegatur uoluntates hominum ipsa ex malis bonas facere, ipsa etiam quas fecerit custodire, et propterea dicunt: faciamus mala, ut ueniant bona, in sinistram declinant. ideo uobis dixi: non declinetis in dextram neque in sinistram, hoc est nec sic defendatis liberum arbitrium, ut ei bona opera sine dei gratia tribuatis, nec sic defendatis gratiam, ut quasi de illa securi mala opera diligatis: quod ipsa gratia dei auertat a uobis. talium quippe uerba sibi proponens apostolus ait: quid ergo dicimus? permanebimus in peccato, ut gratia abundet? atque his uerbis hominum errantium et dei gratiam non intellegentium respondit, ut debuit, dicens:

1 Ps. 93, 8 7 Ps. 118, 125 9 Luc. 24, 45 10 Iac. 1, 5 19 Rom. 3, 8 26 Rom. 6, 1 sq.

3 quo] quod *P* 4 requiret G^1 10 apostolus *MV*: apostolus diceret *GP* si quis *MV*: si quis autem uestrum *GP* 11 diceret *MV*: *om. GP* 12 afluenter *MV* 15 dexteram *GP* 16 uitam esse *MV*: esse uitam *P* 17 et credatur *V*: credatur *GP* 18 bonas G^2V: bona G^1P 19 quas GP^1V: quae P^2 21 dexteram *GP* 22 nec *PV*: ne *G* 27 gratia P^2V: gratia dei P^1

absit. si enim mortui sumus peccato, quomodo uiuemus in eo? nihil dici potuit breuius et melius. quid enim nobis gratia dei utilius confert in hoc praesenti saeculo maligno, nisi ut moriamur peccato? ac per hoc ipsi gratiae inuenietur ingratus qui propter illam uult uiuere in peccato, per quam morimur peccato.

CCLXXXIII.

QVI SINE LEGE PECCAVERVNT, SINE LEGE PERIBVNT. EX LIBRO DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO.

Vbi dicitur: „noli hoc et noli illud", et ubi ad aliquid faciendum 308
uel non faciendum in diuinis monitis opus uoluntatis exigitur, satis liberum demonstratur arbitrium. nemo ergo deum causetur in corde suo, sed sibi imputet quisque, cum peccat, neque cum aliquid secundum deum operatur, alienet hoc a propria uoluntate. quando enim uolens facit, tunc dicendum est opus bonum, tunc speranda est boni operis merces ab eo de quo dictum est: qui reddet unicuique secundum opera sua.

Qui ergo nouerunt diuina mandata, aufertur eis excusatio, quam solent habere homines de ignorantia. sed nec ipsi sine poena erunt qui legem dei nesciunt. qui enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt; qui autem in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. quod mihi non uidetur apostolus ita dixisse, tamquam peius aliquid significauerit esse passuros qui legem nesciunt in peccatis suis quam illos qui sciunt. peius enim uidetur esse perire quam iudicari. sed cum hoc de gentibus et Iudaeis loqueretur, quia illi sine

17 Matth. 16, 27 21 Rom. 2, 12

2 uiuemus P^1V: uiuimus P^2 3 nobis GP: uobis V 7 *cap.* CCXCVIII P CCC Gv 8 peribunt] peribunt et cetera P 10 ad aliquid G^3: aliquid G^1PV (*cf. p. 435, 1*) 14 aliquid V: aliquis P 15 facit PV: hoc facit G 16 merces G^1P: mercis G^1V 19 eis] eis eis (*corr. m. 1*) V 24 apostolum (?) P 26 illos V: illi P

lege sunt, isti autem legem acceperunt, quis audeat Iudaeos, qui in lege peccant, dicere non esse perituros, cum in Christum non crediderint, quando quidem de illis dictum est: per legem iudicabuntur? sine fide enim Christi nemo liberari potest; ac per hoc ita iudicabuntur, ut pereant. nam si peior est condicio nescientium quam scientium legem dei, quomodo uerum erit quod in euangelio dominus ait: seruus, qui nescit uoluntatem domini sui et facit digna plagis, uapulabit pauca; seruus autem, qui scit uoluntatem domini sui et facit digna plagis, uapulabit multa. ecce ubi ostendit grauius peccare hominem scientem quam nescientem. nec tamen ideo confugiendum est ad ignorantiae tenebras, ut in eis quisque requirat excusationem. aliud est enim nescisse, aliud scire noluisse. uoluntas quippe arguitur in eo de quo dicitur: noluit intellegere, ut bene ageret. sed et illa ignorantia, quae non est eorum qui scire nolunt, sed eorum qui tamquam simpliciter nesciunt, neminem sic excusat, ut sempiterno igne non ardeat, si propterea non credidit, quia non audiuit omnino quid crederet, sed fortasse, ut mitius ardeat. non enim sine causa dictum est: effunde iram tuam in gentes, quae te non nouerunt, et illud quod ait apostolus: cum uenerit in flamma ignis dare uindictam in eos qui ignorant deum. uerum tamen ut habeamus et ipsam scientiam, ne dicat unusquisque: „nesciui“, „non audiui“, „non intellexi“, uoluntas conuenitur humana, ubi dicitur: nolite esse sicut equus et mulus, quibus non est intellectus, quamuis peior apparet de quo dictum est: uerbis non emendabitur seruus durus; si enim intellexerit, non obaudiet. quando autem dicit homo: „non possum facere quod praecipitur, quoniam concupiscentia mea

7 Luc. 12, 48 et 47 15 Ps. 35, 4 20 Ps. 78, 6 22 II Thess. 1, 8 25 Ps. 31, 9 27 Prou. 29, 19

1 dicere iudaeos qui in lege peccant *GP* 2 perituros GP^1V: peritur P^1 8 (*et* 10) uapulauit *P* 12 confugiendam *V* 14 de quo P^1V: quod P^2 19 quid *V*: quod *P* 27 apparet *V*: appareat *GP*

uincor", iam quidem de ignorantia non habet excusationem nec deum causatur in corde suo, sed malum suum in se cognoscit et dolet. cui tamen dicitur ab apostolo: noli uinci a malo, sed uince in bono malum. et utique cui dicitur: noli uinci, arbitrium sine dubio uoluntatis eius conuenitur. uelle enim et nolle propriae uoluntatis est.

Sed metuendum est, ne ista omnia diuina testimonia et quaecumque alia sunt, quae sine dubitatione sunt plurima, in defensione arbitrii sic intellegantur, ut ad uitam piam et bonam conuersationem, cui merces aeterna debetur, adiutorio et gratiae dei locus non relinquatur et audeat miser homo, quando bene uiuit et bene operatur, uel potius bene uiuere et bene operari sibi uidetur, in se ipso, non in domino gloriari et spem recte uiuendi in se ipso ponere, ut sequatur eum maledictum Hieremiae prophetae dicentis: maledictus homo, qui spem habet in homine, et firmat carnem bracchii sui, et a domino discedit cor eius. intellegite, fratres, hoc propheticum testimonium. quia enim non dixit propheta: „maledictus homo, qui spem habet in semet ipso", posset alicui uideri ideo dictum esse: maledictus homo, qui spem habet in homine, ut nemo habeat spem in altero homine, sed in se. ut ergo ostenderet sic se admonuisse neminem, ut nec in se ipso haberet spem, propterea, cum dixisset: maledictus homo, qui spem habet in homine, mox addidit: et firmat carnem bracchii sui. bracchium pro potentia posuit operandi; in nomine autem carnis intellegenda est humana fragilitas. ac per hoc firmat carnem bracchii sui qui potentiam fragilem at-

3 Rom. 12, 21 16 Hier. 17, 5

1 uincar *P* iam P^2V: ita P^1 3 dicitur *V*: dicit *GI* ab apostolo *V*: apostolus *GP* 9 arbitrii *V*: liberi arbitrii GP^2 10 piam *GP*: *om. V* 11 audeat] (e *in* i *corr. m. 1*) *P* 14 domino *V*: deo *P* ipso *GP*: ipsum *V* 17 brachii *GPV* 20 posset P^2V: possit P^1 22 habeat spem *PV*: spem habeat *G* 23 ammonuisse *GP*: iam monuisse *V* neminem *V*: hominem *GP* habere *V* 25 (*et* 28) brachii *GP* 26 brachium *GP*

que inualidam, id est humanam, sufficere sibi ad bene operandum putat nec adiutorium sperat a domino. propter hoc enim subiecit: et a domino discedit cor eius. nos ergo ad bene operandum spem non habeamus in homine, firmantes carnem bracchii nostri, nec a domino discedat cor nostrum, sed ei dicat: adiutor meus esto, ne derelinquas me.

Meminerimus eum dicere: et conuertimini et uiuetis, cui dicitur: conuerte nos, deus. meminerimus deum dicere: proicite a uobis omnes impietates uestras, cum ipse iustificet impium. meminerimus ipsum dicere: facite uobis cor nouum et spiritum nouum, qui dicit: dabo uobis cor nouum, et spiritum nouum dabo uobis. quomodo ergo quod dicit: facite uobis, hoc dicit: dabo uobis? quare iubet, si ipse daturus est? quare dat, si homo facturus est, nisi quia dat quod iubet, cum adiuuat, ut faciat cui iubet? semper est autem in nobis uoluntas libera, sed non semper est bona. aut enim a iustitia libera est, quando seruit peccato, et tunc est mala; aut a peccato libera est, quando seruit iustitiae, et tunc est bona. gratia uero dei semper est bona et per hanc fit, ut sit homo uoluntatis bonae, qui prius fuit uoluntatis malae. per hanc etiam fit, ut ipsa bona uoluntas, quae iam esse coepit, augeatur et tam magna fiat, ut possit implere diuina mandata, cum uoluerit, cum ualde perfecteque uoluerit. ad hoc enim ualet quod scriptum est: si uolueris, conseruabis mandata, ut homo, qui uoluerit et non potuerit, nondum se plene uelle cognoscat et oret, ut habeat tantam uoluntatem, quanta sufficit ad implenda mandata. sic quippe adiuuatur, ut

6 Ps. 26, 9 7 Es. 45, 22 8 Ps. 79, 4 9 Ezech. 18, 31 10 cf. Rom. 4, 5 Ezech. 18, 31 11 Ezech. 36, 26 24 Eccli. 15, 15

5 brachii *GP* 7 memineremus *V* 12 quomodo ergo — dabo uobis *GP*: *om. V* 13 quod G^3P: *om.* G^1 15 quia *GP*: quid *V* 16 est autem *V*: est G^1P autem est G^3 nobis *GP*: uobis *V* 17 bona (*om.* est) *P* 18 est mala *V*: mala est *GP* 20 bonae qui prius — bona uoluntas] *om.* P^1 23 cum uoluerit *V*: quae uoluerit *GP* 25 nondum *GV*: nondum accepisse *P* 26 plene se *G* uelle *GP*: *om. V*

faciat quod iubetur. tunc enim utile est uelle, cum possumus, et tunc utile est posse, cum uolumus. nam quid prodest, si quod non possumus uolumus aut quod possumus nolumus?

Magnum aliquid se scire Pelagiani putant, quando dicunt: „non iuberet deus quod sciret non posse ab homine fieri". quis hoc nesciat? et ideo iubet aliqua, quae non possumus, ut nouerimus quid ab illo petere debeamus. ipsa est enim fides, quae orando impetrat quod lex imperat. denique ipse qui dixit: si uolueris, conseruabis mandata, in eodem libro Ecclesiastico aliquanto post dicit: quis dabit in ore meo custodiam, et super labia mea signaculum astutum, ne forte cadam ab eo, et lingua mea perdat me? iam certe mandata acceperat: cohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. cum ergo uerum sit quod dixit: si uolueris, conseruabis mandata, quare quaerit in ore suo dari custodiam, similis ei qui dicit in psalmo: pone, domine, custodiam ori meo? non ei sufficit mandatum dei et uoluntas sua, quando quidem, si uoluerit, conseruabit mandata? quam multa dei mandata sunt contra superbiam. iam nouit ea: si uoluerit, conseruabit ea. quare ergo paulo post dicit: domine pater et deus uitae meae, elationem oculorum ne dederis mihi? iam dixerat ei lex: non concupisces; uelit ergo et faciat quod iubetur, quoniam, si uoluerit, conseruabit mandata. quare sequitur et dicit: concupiscentiam auerte a me? contra luxuriam deus quam multa mandauit. faciat ea, quia, si uoluerit, conseruabit mandata. quid est, quod clamat ad deum: uentris appetitio et concubitus ne apprehendat me? si haec ei in praesenti diceremus, rectissime nobis responderet et diceret:

8 (et 15) Eccli. 15, 55 10 Eccli. 22, 27 13 Ps. 33, 14 17 Ps. 140, 3 21 Eccli. 23, 4 sqq. 23 Ex. 20, 17

3 aut quod — nolumus *GP*: *om. V* 6 et *V*: sed *GP* 8 quod lex imperat P^1V: *om.* GP^1 qui *GV*: *om. P* 9 uolueris *V*: uolueritis *P* conseruabis *V*: conseruabitis *P* 16 quaerit *GP*: quaeret *V* 20 si *PV*: et si *G* conseruabit *GV*: obseruabit *P* 22 aelationem *V* 23 concupisces (e *ex* i *corr. m. 2*) *P*

ex ista oratione mea, qua haec a domino peto, intellegite quomodo dixerim: si uolueris, conseruabis mandata. certum est enim nos mandata seruare, si uolumus; sed quia praeparatur uoluntas a domino, ab illo petendum est, ut tantum uelimus, quantum sufficit, ut uolendo faciamus. certum est nos uelle, cum uolumus; sed ille facit, ut uelimus, de quo dictum est, ut paulo ante posui, quod praeparatur uoluntas a domino, de quo dictum est: a domino gressus hominis dirigentur, et uiam eius uolet, de quo dictum est: qui operatur in uobis et uelle. certum est nos facere, cum facimus; sed ille facit, ut faciamus, praebendo uires efficacissimas uoluntati, qui dixit: faciam, ut in iustificationibus meis ambuletis et iudicia mea obseruetis et faciatis. cum dicit: faciam, ut faciatis, quid aliud dicit nisi: auferam a uobis cor lapideum, unde non faciebatis, et dabo carneum, unde faciatis? et hoc quid est nisi ut „auferam cor durum, unde non faciebatis, et dabo cor oboediens, unde faciatis“? ille facit, ut faciamus, cui dicit homo: pone, domine, custodiam ori meo; hoc est enim dicere: „fac, ut ponam custodiam ori meo“. quod beneficium dei iam fuerat consecutus qui dixit: posui ori meo custodiam.

Qui ergo uult facere dei mandata et non potest, iam quidem habet uoluntatem bonam, sed adhuc paruam et inualidam; potuerit autem, cum magnam habuerit et robustam. quando ergo martyres magna illa mandata fecerunt, magna utique uoluntate, hoc est magna caritate, fecerunt. de qua caritate ipse dominus ait: maiorem hac caritatem nemo habet,

2 Eccli. 15, 15 7 Prou. 8, 35 8 Ps. 36, 23 9 Philipp. 2, 13 12 Ezech. 36, 27 et 26 19 Ps. 140, 3 21 Ps. 38, 2 27 Io. 15, 13

1 qua *GP*: quae *V* 2 certum est—mandata *GP*: *om. V* 4 ab illo—8 uoluntas a domino] *add. G*² *in mg.* 6 uelimus *V*: uelimus bonum *G*²*P* 9 de quo *V*: et de quo *P* 11 sed ille—faciamus *GP*: *om. V* 17 ut *G*¹*PV*: *del. m. 2 G* 22 mandata *V*: mandatum *GP* 24 potuerit *V*: poterit *GP* 25 ergo *V*: enim *GP* magna utique—fecerunt *GP*: *om. V* 27 hac *G*²*V*: hanc *G*¹*P*

quam ut animam suam ponat pro amicis suis. unde et apostolus dicit: qui enim diligit proximum, legem impleuit. nam: non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces, et si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur: diliges proximum tuum tamquam te ipsum. dilectio proximi malum non operatur: plenitudo ergo legis dilectio. ipsam caritatem apostolus Petrus nondum habuit, quando timore dominum ter negauit. timor enim non est in caritate, sicut ait Iohannes euangelista in epistula sua, sed perfecta caritas foris mittit timorem. et tamen, quamuis parua et inperfecta, non deerat, quando dicebat domino: animam meam pro te ponam. putabat enim se posse quod uelle sentiebat. et quis istam etsi paruam dare coeperat caritatem nisi ille, qui praeparat uoluntatem et cooperando perficit quod operando incipit, quoniam ipse ut uelimus operatur incipiens qui uolentibus cooperatur perficiens? propter quod ait apostolus: certus sum, quoniam qui operatur in uobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu. ut ergo uelimus, sine nobis operatur; cum autem uolumus et sic uolumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur. tamen sine illo uel operante, ut uelimus, uel cooperante, cum uolumus, ad bona pietatis opera nihil ualemus. de operante illo, ut uelimus, dictum est: deus est enim, qui operatur in uobis et uelle; de cooperante illo, cum iam uolumus et uolendo facimus: scimus, inquit, quoniam diligentibus deum omnia cooperatur in bonum. quid est omnia, nisi et ipsas terribiles saeuasque passiones?

2 Rom. 13, 8 sqq. 8 cf. Matth. 26, 70 et 75 9 I Io. 4, 18 13 Io. 13, 37 18 Philipp. 1, 6 24 Philipp. 2, 13 26 Rom. 8, 28

1 ponat *V*: ponat quis *P* 7 legis *V*: legis est *GP* 8 nondum] nodum *P* 10 epistola *GP* 11 foris *V*: foras *GP* 14 uelle *V*: se uelle *P* 22 cooperatur] quo operatur *P* illo G^3 *PV*: ullo G^1 ut uelimus uel cooperante] *add.* G^2 *in mg.* 23 cum *PV*: quod *G* ualeamus (a *del. m. 2*) *P* 26 facimus *V*: agimus *P* 27 cooperatur *a*: cooperantur *PV*

sarcina quippe illa, quae infirmitati grauis est, leuis efficitur caritati. talibus enim dominus dixit esse suam sarcinam leuem, qualis Petrus fuit, quando passus est pro Christo, non qualis fuit, quando negauit Christum. istam caritatem, id est diuino amore ardentissimam uoluntatem, commendans apostolus dicit: quis nos separabit a caritate Christi? et cetera.

CCLXXXIIII.

QVOD CORDIS INDVRATIO PRAECEDENTIBVS MALIS FIAT. EX EODEM LIBRO DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO.

309 Scriptum est in Prouerbiis Salomonis: sicut impetus aquae, sic cor regis in manu dei; quocumque uoluerit, declinabit illud. et in psalmo CIIII legitur dictum de Aegyptiis, quid eis fecerit deus: et conuertit cor eorum, ut odissent populum eius, ut dolum facerent in seruos eius. in litteris etiam apostolicis uidete quae scripta sunt. in epistula Pauli apostoli ad Romanos: propterea tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam; item paulo post: propterea tradidit illos deus in passiones ignominiae; item paulo post: sicut non probauerunt deum habere in notitiam, tradidit illos deus in reprobam mentem, ut faciant quae non conueniunt. et ad Thessalonicenses in epistula secunda ait de quibusdam: pro eo, quod dilectionem ueritatis non receperunt, ut salui fierent, ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes, qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati, ait.

2 cf. Matth. 11, 30 6 Rom. 8, 35 10 Prou. 21, 1 13 Ps. 104, 25 16 Rom. 1, 24. 26. 28 23 II Thess. 2, 10 sqq.

1 infirmitate P^1 5 uoluntatem V: caritatis uoluntatem P 7 *cap.* CCXCVIIII P CCCI Gv 10 prouerbis P^1 16 (*et* 22) epistola GP 23 de] de ‖ *fol.* 250^v de V 24 reciperunt V salui GP: *om.* V fierent GV: erent P 25 mittet P^2V: mittit GP^1 27 ait P^1V: *om.* G; *eras. in* P

His et talibus testimoniis diuinorum eloquiorum, quae omnia commemorare nimis longum est, satis, quantum existimo, manifestatur operari deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum uoluntates quocumque uoluerit, siue ad bona pro sua misericordia siue ad mala pro meritis eorum, iudicio utique suo aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem iusto. fixum enim debet esse et immobile in corde uestro, quia non est iniquitas apud deum. ac per hoc, quando legitis in litteris ueritatis a deo seduci homines aut obtundi uel indurari corda eorum, nolite dubitare praecessisse mala merita eorum, ut iuste ista paterentur, ne incurratis in illud prouerbium Salomonis: insipientia uiri uiolat uiam eius, deum autem causatur in corde suo. gratia uero non secundum merita hominum datur; alioquin gratia iam non est gratia, quia ideo gratia uocatur, quia gratis datur. si autem potens est siue per angelos bonos siue per malos siue quocumque alio modo operari etiam in cordibus malorum pro meritis eorum quorum malitiam non ipse fecit, sed aut originaliter tracta est ab Adam aut creuit per propriam uoluntatem: quid mirum est, si per spiritum sanctum operatur in cordibus electorum suorum bona qui operatus est, ut ipsa corda essent ex malis bona?

Sed suspicentur homines quaelibet opera bona, quae putant praecedere, ut iustificentur per dei gratiam, non intellegentes, cum hoc dicunt, nihil aliud quam negare se gratiam; sed, ut dixi, quod uolunt de maioribus suspicentur. de paruulis certe Pelagiani quid respondeant non inueniunt, quorum nec uoluntas ulla est in accipienda gratia, cuius uoluntatis meritum praecessisse dicant, et insuper eos etiam cum fletu reluctari uidemus, quando baptizantur et diuina sacramenta percipiunt, quod eis ad magnum impietatis peccatum imputaretur, si iam

8 cf. Rom. 9, 14 12 Prou. 19, 3 14 cf. Rom. 11, 6

2 longum *PV*: perlongum (per *del. m. 2*) *G* 9 uel *PV*: aut *G* 10 indurari *V*: obdurari G^3P obdurati G^1 12 uiam *V*: uias *GP* 16 bonos *V*: uel bonos *P* siue per malos *V*: uel malos *P* 23 opera *V*: merita *P* et merita *G*

libero uterentur arbitrio. et tamen haeret etiam in reluctantibus gratia apertissime nullo bono merito praecedente. alioquin gratia iam non esset gratia. et aliquando filiis infidelium praestatur haec gratia, cum occulta dei prouidentia in manibus piorum quomodocumque perueniunt, aliquando filii fidelium non eam consequantur aliquo impedimento exsistente, ne possit periclitantibus subueniri. fiunt uero ista per occultam dei prouidentiam, cuius inscrutabilia sunt iudicia et inuestigabiles uiae. quod ut apostolus diceret, quid praedixit? intuemini enim. agebat autem de Iudaeis et gentibus, cum scriberet ad Romanos, id est ad gentes, et ait: sicut enim aliquando uos non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis in illorum incredulitate: ita et hi non crediderunt in uestram misericordiam, ut et ipsi misericordiam consequantur. conclusit enim deus omnes in infidelitate, ut omnium misereatur. et cum attendisset quid dixerit, admirans sententiae suae certam quidem ueritatem, sed magnam profunditatem, quomodo conclusit deus omnes in infidelitate, ut omnium misereatur, quasi faciens mala, ut uenirent bona, mox exclamauit atque ait: o altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei! quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae eius! haec enim iudicia inscrutabilia et inuestigabiles uias peruersi homines non cogitantes et procliues ad reprehendendum, non idonei ad intellegendum putabant et iactitabant apostolos dicere: faciamus mala, ut ueniant bona. quod absit ut apostoli

11 Rom. 11, 30 sqq. 21 Rom. 11, 33 26 Rom. 3, 8

1 arbitrio uterentur *P* 6 consequantur G^1PV: consequuntur G^3 existente *GP*: exsiste *V* 7 perecletantibus *V* 9 uiae *V*: ui*ae (t *ras.*) *P* uiae eius *G* praedixit *V*: praedixerit *GP* 10 enim. agebat (*distinxi*) *V*: aiebat enim GP^2 agebat enim P^1 autem *V*: *om. GP* 13 in *V*: *om. P* 14 hi *V*: hi nunc *GP* 16 infidelitate *V*: incredulitate *P* 17 ammirans *V* 19 conclusit G^1MP^2V: conclusi P^1 concluserit G^3 omnes in G^3MPV: omnem G^1 infidelitate G^3P^2: infidelitatem G^1 infedilitate P^1 infirmitate *MV* ut] *om.* G^1 20 uenirent (i *ex* e *corr. m. 2*) *P*

dicerent, sed homines non intellegentes hoc putabant dici, quando audiebant quod dixit apostolus: lex autem subintrauit, ut abundaret delictum; ubi autem abundauit delictum, superabundauit gratia. sed utique gratia id agit, ut iam fiant bona ab eis qui fecerant mala, non ut perseuerent in malis et reddi sibi existiment bona. non itaque debent dicere: faciamus mala, ut ueniant bona, sed: „fecimus mala, et uenerunt bona; iam faciamus bona, ut in futuro saeculo recipiamus pro bonis bona, qui in hoc saeculo recipimus pro malis bona.“ propter quod scriptum est in psalmo: misericordiam et iudicium cantabo tibi, domine. prius itaque non ideo uenit filius hominis in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum, hoc autem propter misericordiam; postea uero propter iudicium uenturus est iudicare uiuos et mortuos, quamuis et in hoc tempore ipsa saluatio non fiat sine iudicio, sed occulto; ideo ait: in iudicium ueni in hunc mundum, ut qui non uident uideant et qui uident caeci fiant.

Ad occulta ergo dei iudicia reuocate, quando uidetis in una causa, quam certe habent omnes paruuli, hereditarium malum trahentes ex Adam, huic subueniri, ut baptizetur, illi non subueniri, ut in ipsa obligatione moriatur, illum baptizatum relinqui in hac uita, quem praesciuit deus impium futurum, istum uero baptizatum rapi ex hac uita, ne malitia mutaret intellectum eius, et nolite in istis dare iniustitiam uel insipientiam deo, aput quem iustitiae fons est et sapientiae, sed, sicut uos exhortatus sum ab initio sermonis huius, in quod peruenistis, in eo ambulate, et hoc quoque deus uobis reue-

2 Rom. 5, 20 7 Rom. 3, 8 11 Ps. 100, 1 13 cf. Io. 3, 17 17 Io. 9, 39 24 cf. Sap. 4, 11 28 cf. Philipp. 3, 15 sq.

2 subintraui *V* 4 superabundabit *V* 8 fecimus G^2P^2: faciamus G^1P^1V 9 pro bonis — recipimus *GP*: *om. V* 10 recipimus P^2: recepimus GP^1 bona pro malis *G* quod *GP*: *om. V* 14 autem *V*: *om. GP* propter iudicium *PV*: per iudicium *G* 16 occulta *P* 20 paruuli P^1V: populi P^2 23 hac] hanc *P* 26 apud *GP* 27 quod *V*: quo *P* 28 *post* ambulate *add. P:* et si qui aliter sapitis uobis deus *P*

labit, etsi non in hac uita, certe in altera. nihil est enim occultum, quod non reuelabitur. quando ergo audistis dicentem dominum: ego dominus seduxi prophetam illum, et, quod ait apostolus: cuius uult miseretur, et quem uult obdurat, in eo quem seduci permittit uel obdurari mala eius merita credite, in eo uero cuius miseretur gratiam dei non reddentis mala pro malis, sed bona pro malis fideliter et indubitanter agnoscite. nec ideo auferatis a Pharaone liberum arbitrium, quia multis locis dicit deus: ego induraui Pharaonem uel: induraui aut indurabo cor Pharaonis. non enim propterea ipse Pharao non indurauit cor suum. nam et hoc de illo legitur, quando ablata est ab Aegyptiis cynomyia dicente scriptura: et ingrauauit Pharao cor suum et in isto tempore, et noluit dimittere populum. ac per hoc et deus indurauit per iustum iudicium et ipse Pharao per liberum arbitrium. certi ergo estote, quia non erit inanis labor uester, si in bono proposito proficientes perseueretis usque in finem. deus enim, qui modo illis quos liberat non reddit secundum opera eorum, tunc reddet unicuique secundum opera eius. reddet omnino deus et mala pro malis, quoniam iustus est, et bona pro malis, quoniam bonus est, et bona pro bonis, quoniam bonus et iustus est. tantummodo mala pro bonis non reddet, quoniam iniustus non est. reddet ergo mala pro malis, poenam pro iniustitia, et reddet bona pro malis, gratiam pro iniustitia, et reddet bona pro bonis, gratiam pro gratia.

2 cf. Matth. 10, 26 3 Ezech. 14, 9 4 Rom. 9, 18
9 Ex. 10, 1. 4, 21. 7, 3 13 Ex. 8, 32 19 cf. Matth. 16, 27

2 audistis *V*: auditis *GP* 6 cuius *GP*: cui *V* 13 cynomia *PV* cinomya *G* 14 noluit *V*: uoluit *P* 18 qui modo P^1V: quomodo P^2 20 mala pro malis *GPV*²: mala pro bonis V^1 21 et bona pro malis, quoniam bonus est] *om. V* bona pro malis *α*: b. p. bonis *G* b. p. nobis *P* bonus (est *eras.*) *P* 22 et bona pro bonis—bonus *V*: *om. GP*

CCLXXXV.

BINA QVAEDAM DIVIDIT: POSSE NON PECCARE ET NON POSSE PECCARE. SIMILITER ET DE MORTE. EX LIBRO DE CORREPTIONE ET GRATIA.

Quid autem erit liberius libero arbitrio, quando non potue- 310
rit seruire peccato, quae futura erat et homini, sicut facta est angelis sanctis, merces meriti? nunc autem pro peccato perdito bono merito in his qui liberantur factum est donum gratiae, quae merces meriti futura erat.

Quapropter bina ista quid inter se differant diligenter et uigilanter intuendum est, posse non peccare et non posse peccare, posse non mori et non posse mori, bonum posse non deserere, bonum non posse deserere. potuit enim non peccare primus homo, potuit non mori, potuit bonum non deserere. numquid dicturi sumus: „non potuit peccare“ qui tale habebat liberum arbitrium? aut: „non potuit mori“ cui dictum est: si peccaueris, morte morieris? aut: „non potuit bonum deserere“, cum hoc peccando deseruerit et ideo mortuus sit? prima ergo libertas uoluntatis erat, posse non peccare; nouissima erit multo maior, non posse peccare. prima immortalitas erat posse non mori; nouissima erit multo maior, non posse mori. prima erat perseuerantiae potestas bonum posse non deserere; nouissima erit perseuerantiae felicitas bonum non posse deserere. numquid quia erunt bona nouissima potiora atque meliora, ideo fuerunt illa prima uel nulla uel parua?

Itemque ipsa adiutoria distinguenda sunt. aliud est adiutorium, sine quo aliquid non fit, et aliud est adiutorium, quo

17 cf. Gen. 2, 17

1 *cap.* CCLXXXV (V *ras. V*) *MV*: CCC *P* CCCII *Gv* 2 bina] bona *MV* (*sic et p. 28, 27*) non peccare *GP*: peccare *MV*; *post hoc uerbum spat. uacuum 3 litt. in V* 5 potuerit *V*: potueris *P* 6 facta *GP*: factum *V* 7 pro peccato *V*: per peccatum *GP* 10 bina *GP*: uina *V* 13 bonum *V*: et bonum *P* 15 tale *GP*: talem *V* 27 aliud est *V*: aliud *P*

aliquid fit. nam sine alimentis non possumus uiuere, nec tamen, cum affuerint alimenta, eis fit, ut uiuat qui mori uoluerit. ergo adiutorium alimentorum est, sine quo non fit, non quo fit, ut uiuamus. at uero beatitudo, quam non habet homo, cum data fuerit, continuo fit beatus. adiutorium est enim non solum, sine quo non fit, uerum etiam quo fit propter quod datur. quapropter hoc adiutorium et quo fit est et sine quo non fit, quia et si data fuerit homini beatitudo, continuo fit beatus, et si data numquam fuerit, numquam erit. alimenta uero non consequenter faciunt, ut homo uiuat, sed tamen sine illis non potest uiuere. primo itaque homini, qui in eo bono, quo factus erat rectus, acceperat posse non peccare, posse non mori, posse ipsum bonum non deserere, datum est adiutorium perseuerantiae, non quo fieret, ut perseueraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseuerare non posset. nunc uero sanctis in regnum dei per gratiam dei praedestinatis non tale adiutorium perseuerantiae datur, sed tale, ut eis perseuerantia ipsa donetur, non solum ut sine isto dono perseuerantes esse non possint, uerum etiam ut per hoc donum non nisi perseuerantes sint. non solum enim dixit: sine me nihil potestis facere, uerum etiam dixit: non uos me elegistis, sed ego elegi uos et posui uos, ut eatis et fructum afferatis et fructus uester maneat. quibus uerbis eis non solum iustitiam uerum etiam in illa perseuerantiam se dedisse monstrauit. Christo enim sic eos ponente, ut eant et fructum afferant et fructus eorum maneat, quis audeat dicere: „non manebit“? quis audeat dicere: „forsitan non manebit“? sine paenitentia sunt enim dona et uocatio dei, sed uocatio eorum qui secundum propositum uocati sunt. pro his igitur interpellante Christo, ne deficiat fides eorum, sine dubio non deficiet usque in finem, ac per

20 Io. 15, 5 21 Io. 15, 16 28 Rom. 11, 29

2 affuerint *V*: affluerint *P* 6 solum] 1 *ex* c(?) *corr. m. 1 V* 9 numquam erit *GP*: *om. V* 12 quo *GP*: qua *V* 15 posset *P*²*V*: possit *G* posse *P*¹ 24 illa *GP*: illam *V* 27 non manebit — dicere *PV*: *om. G*

hoc perseuerabit usque in finem, nec eam nisi manentem uitae huius inuenit finis.

Maior quippe libertas est necessaria aduersus tot et tantas temtationes, quae in paradiso non fuerunt, dono perseueran-
5 tiae munita atque firmata, ut cum omnibus amoribus, terroribus, erroribus suis uincatur hic mundus. hoc sanctorum martyria docuerunt. denique ille et terrente nullo et insuper contra dei terrentis imperium libero usus arbitrio non stetit in tanta felicitate, in tanta non peccandi facilitate, isti autem,
10 non dico terrente mundo, sed saeuiente, ne starent, steterunt in fide. cum uideret ille bona praesentia, quae fuerat relicturus, isti futura quae accepturi fuerant non uiderent? unde hoc, nisi donante illo a quo misericordiam consecuti sunt, ut fideles essent, a quo acceperunt spiritum non timoris, quo persequen-
15 tibus cederent, sed uirtutis et caritatis et continentiae, quo cuncta minantia, cuncta inuitantia, cuncta cruciantia superarent? illi ergo sine peccato ullo data est cum qua conditus est uoluntas libera, et eam fecit seruire peccato; horum uero cum fuisset uoluntas serua peccati, liberata est per illum qui
20 dixit: si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis, et acceperunt tantam per istam gratiam libertatem, ut, quamuis quamdiu hic uiuant pugnent contra concupiscentias peccatorum eisque nonnulla subrepant, propter quae dicant cotidie: dimitte nobis debita nostra, non tamen ultra
25 seruiant peccato, quod est ad mortem, de quo dicit Iohannes apostolus: est peccatum ad mortem; non pro illo dico ut roget. de quo peccato, quoniam non expressum est, pos-

13 cf. I Cor. 7, 25 15 cf. II Tim. 1, 7 20 Io. 8, 36
24 Matth. 6, 12 26 I Io. 5, 16

1 perseuerauit *P* 8 libro (e *add. m. 2*) *P* arbrio (it *add. m. 2*) *P* 11 quae fuerat—futura *GP*: *om. V* 12 isti G^2P: iste G^1 14 acciperunt *V* acceperant *P* 17 ullo *GP*: ulla *V* cum] qum *V* 21 acceperunt P^2V: accepit GP^1 tantam P^2: tamtam *V* tantum GP^1 22 uiuant *V*: uiunt (u *add. m. 2*) *GP* pugnent *GP*: *om. V* 25 peccato *V*: peccata *P* 26 non] mon *V*

sunt multa et diuersa sentiri. ego autem dico id esse peccatum, fidem, quae per dilectionem operatur, deserere usque ad mortem. huic peccato ultra non seruiunt, non prima condicione sicut ille liberi, sed per secundum Adam dei gratia liberati et ista liberatione habentes liberum arbitrium, quo seruiant deo, non captiuentur a diabolo. liberati enim a peccato serui sunt facti iustitiae, in qua stabunt usque in finem, donante sibi perseuerantiam illo qui eos praesciuit et praedestinauit et secundum propositum uocauit et iustificauit et glorificauit.

Quod autem etiam perseueraturis sanctis sic ista dicuntur, quasi eos perseueraturos habeatur incertum, non aliter haec audire debent quibus expedit non altum sapere, sed timere. quis enim ex multitudine fidelium, quamdiu in hac mortalitate uiuitur, in numero praedestinatorum se esse praesumat, quia id occultari opus est in hoc loco, ubi sic cauenda est elatio, ut etiam per satanae angelum, ne extolleretur, tantus colaphizaretur apostolus? hinc apostolis dicebatur: si manseritis in me, dicente illo qui eos utique sciebat esse mansuros; et per prophetam: si uolueritis et obaudieritis me, cum sciret ipse in quibus operaretur et uelle; et similia multa dicuntur. propter huius utilitatem secreti, ne forte quis extollatur, sed omnes, etiam qui bene currunt, timeant, dum occultum est qui perueniant — propter huius ergo utilitatem secreti credendum est quosdam de filiis perditionis non accepto dono perseuerandi usque in finem in fide, quae per dilectionem operatur, incipere uiuere et aliquandiu fideliter ac iuste uiuere et postea cadere neque de hac uita, priusquam hoc eis contingat, auferri. quorum si nemini contigisset, tamdiu haberent homines istum saluberrimum timorem, quo uitium elationis opprimitur, donec ad Christi gratiam, qua pie uiuitur, peruenirent, deinceps iam

2 cf. Gal. 5, 6 6 cf. Rom. 6, 18 13 cf. Rom. 11, 20
17 cf. II Cor. 12, 7 18 Io. 15, 7 20 Es. 1, 19 21 cf. Philipp. 2, 13

6 captiuentur *V*: quo captiuentur *GP* 18 manseretis *V* 20 prophetam] phetam *P* obaudieritis *PV*: audieritis *a* 22 propter *V*: nam propter *GP*

securi numquam se ab illo esse casuros. quae praesumtio in isto temtationum loco non expedit, ubi tanta est infirmitas, ut superbiam possit generare securitas. denique etiam hoc erit; sed tunc, quod iam est in angelis, etiam in hominibus erit, quando superbia ulla esse non poterit.

CCLXXXVI.

QVOD NEC GRATIA PROHIBEAT CORREPTIONEM NEC CORREPTIO GRATIAM. EX LIBRO DE CORREPTIONE ET GRATIA.

Si enim aliquando timore non corripimus, ne aliquis inde 311
pereat, cur non etiam timore corripimus, ne aliquis inde plus pereat? neque enim dilectionis uiscera maiora gestamus quam beatus apostolus, qui dicit: corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. uidete, ne quis pro malo malum alicui reddat. ubi intellegendum est tunc potius malum pro malo reddi, si corripiendus non corripitur, sed praua dissimulatione neglegatur. dicit enim: peccantes coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant. quod de his peccatis accipiendum est, quae non latent, ne contra domini sententiam putetur locutus. ille enim dicit: si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum. uerum tamen et ipse seueritatem correptionis eo usque perducit, ut dicat: si nec ecclesiam audierit, sit tibi tamquam ethnicus et publicanus. et quis magis dilexit infirmos quam ille qui pro omnibus est factus infirmus et pro omnibus ex ipsa est infirmitate crucifixus? quae cum ita sint, nec gratia pro-

12 I Thess. 5, 14 sq. 17 I Tim. 5, 20 20 Matth. 18, 15 22 Matth. 18, 17

1 illo *PV*: ipso *G* esse casuros *P*: esse securos (s *prior ex* c *corr. m. 1*) *V* casuros esse *G* 6 *cap.* CCLXXXVI (VI *in ras.*) *V*: CCCI *P* CCCIII *Gv* 14 pro malo (*ex* malu *corr. m. 2*) malum *V*: malum pro malo *GP* 16 corripitur] corripiatur P^1 17 neglegatur *V*: neclegitur *P* neglegitur *G* 18 argue *V* (*cf. p. 642, 20*): corripe *GP* ceteri *V*: et ceteri *P* 22 seueritatem *GV*: ueritatem *P*

hibet correptionem nec correptio negat gratiam, et ideo sic est praecipienda iustitia, ut a deo gratia, qua id quod praecipitur fiat, fideli oratione poscatur; et hoc utrumque ita faciendum est, ut neque iusta correptio neglegatur, omnia uero haec cum caritate fiant, quoniam caritas nec facit peccatum et operit multitudinem peccatorum.

CCLXXXVII.

DE PRAEDESTINATIONE, QVAE NON POSSIT ESSE SINE PRAESCIENTIA, PRAESCIENTIA VERO POSSIT ESSE SINE PRAEDESTINATIONE. EX LIBRO AD PROSPERVM ET HILARIVM.

312 Praedestinatio est, quae sine praescientia non potest esse. potest autem esse sine praedestinatione praescientia. praedestinatione quippe deus ea praesciuit quae fuerat ipse facturus; unde dictum est: fecit quae futura sunt. praescire autem potens est etiam quae ipse non facit, sicut quaecumque peccata, quia, etsi sunt quaedam, quae ita peccata sunt, ut poenae sint etiam peccatorum — unde dictum est: tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant quae non conueniunt — non ibi peccatum dei est, sed iudicium. quocirca praedestinatio dei, quae in bono est, gratiae est, ut dixi, praeparatio, gratia uero est ipsius praedestinationis effectus. quando ergo promisit deus Abrahae in semine eius fidem gentium dicens: patrem multarum gentium posui te — unde dicit apostolus: ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini — non de nostrae uoluntatis potestate, sed de sua praedestinatione promisit. promisit enim quod ipse facturus fuerat, non quod homines, quia etsi faciunt homines bona, quae pertinent ad colendum

6 cf. I Petr. 4, 8 14 Es. 45, 11 17 Rom. 1, 28 23 Gen. 17, 5 24 Rom. 4, 16

5 quoniam *GP*: quod iam *V* 6 operit *V*: cooperit *P* 7 *cap.* CCCII *P* CCCIIII *Gv* 8 esse possit *P* 10 hilarium *V*: ad hilarium *P* 18 reprobum sensum *MV*: reprobam mentem *G P* (*cf. p. 914, 21*) 28 quia etsi G^2P: quae si *MV* quia et sic G^1

deum, ipse facit, ut illi faciant quae praecepit, non illi faciunt, ut ipse faciat quod promisit. alioquin ut dei promissa compleantur, non in dei, sed in hominum est potestate, et quod a domino promissum est, ab ipsis redditur Abrahae. non autem sic credidit Abraham, sed credidit dans gloriam deo, quoniam quae promisit potens est et facere. non ait: „praedicere“ non ait: „praescire“. nam et aliena facta potens est praedicere atque praescire; sed ait: potens est et facere, ac per hoc facta non aliena, sed sua.

An forte opera bona gentium deus promisit Abrahae in semine eius, ut hoc promitteret quod ipse facit, non autem promisit fidem gentium, quam sibi homines faciunt, sed ut promitteret quod ipse facit, illam praesciuit homines esse facturos? non quidem sic apostolus loquitur. filios quippe deus promisit Abrahae, qui fidei eius uestigia sectarentur; quod apertissime dicit. sed si opera gentium promisit, non fidem, profecto, quoniam non sunt bona opera nisi ex fide — iustus enim ex fide uiuit, et: omne, quod non est ex fide, peccatum est, et: sine fide impossibile est placere — nihilominus, ut impleat quod promisit deus, in hominum est potestate. nisi enim homo faciat quod deo non donante ad hominem pertinet, non faciet ipse quod donet, hoc est: nisi habeat homo fidem ex semet ipso, non implet deus quod promisit, ut opera iustitiae dentur ex deo. ac per hoc, ut promissa sua deus possit implere, non est in dei, sed in hominis potestate. quod si ueritas et pietas non credere uetat, credamus cum Abraham, quoniam quae promisit potens est et facere. promisit autem filios Abrahae. quod esse non possunt, si non habent fidem. ergo ipse donat et fidem.

Sane cum apostolus dicat: ideo ex fide, ut secundum

5 Rom. 4, 20 sq. 18 Rom. 1, 17 (Abac. 2, 4) Rom. 14, 23 19 Hebr. 11, 6 30 Rom. 4, 16

7 potens est *GPV*: potest *a* 11 eius *V*: ipsius *GP* 14 facturos *GP*: facturas *V* 15 deus *GP*: dei *V* 20 placere G^1PV: placere deo G^3 25 possit *V*: posset *P* 26 non *V*: nos *P* 27 uetat] *add.* P^2 *supr. uers.* 29 habent *V*: habeant GP^2 hebeant P^1

gratiam firma sit promissio, miror homines infirmitati suae se malle committere quam firmitati promissionis dei. „sed incerta est mihi“ inquit „de me ipso uoluntas dei“. quid ergo? tuane tibi uoluntas de te ipso certa est nec times: qui uidetur stare, ne cadat, timeat? cum igitur utraque incerta sit, cur non homo firmiori quam infirmiori fidem suam, spem caritatemque committit?

„Sed cum dicitur“ inquiunt „si credideris, saluus eris, unum horum exigitur, alterum offertur: quod exigitur, in hominis, quod offertur, in dei est potestate“. cur non utrumque in dei, et quod iubet et quod offert? rogatur enim, ut det quod iubet: rogant credentes, ut sibi augeatur fides, rogant pro non credentibus, ut eis donetur fides. et in suis igitur incrementis et in suis initiis dei donum est fides. sic autem dicitur: si credideris, saluus eris, quemadmodum dicitur: si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. nam et hic ex his duobus unum exigitur, alterum offertur. si spiritu, inquit, facta carnis mortificaueritis, uiuetis: ut ergo spiritu facta carnis mortificemus, exigitur, ut autem uiuamus, offertur. num igitur placet, ut facta carnis mortificare non donum dei esse dicamus neque id donum dei esse fateamur, quoniam exigi audimus a nobis praemio uitae, si hoc fecerimus, oblato? absit, hoc ut placeat participibus et defensoribus gratiae. Pelagianorum est error iste damnabilis, quorum mox apostolus ora obstruxit adiungens: quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filii dei sunt, ne facta mortificare nos carnis non per dei, sed per nostrum spiritum crederemus. de quo dei spiritu etiam ibi loquebatur, ubi ait: omnia autem haec operatur unus atque idem spiritus, diuidens propria unicuique prout

4 I Cor. 10, 12 8 Ep. Hilarii (Aug. ep. 226) § 2 15 Rom. 10, 9 16 (et 18) Rom. 8, 13 26 Rom. 8, 14 29 I Cor. 12, 11

1 gratia *V* infirmitati *GP*: infirmitatis *V* 5 ne cadat timeat *V*: uideat ne cadat *P* 18 offertur *V*: aufertur *P* 19 uiuetis—mortificemus *GP*: *om. MV* spiritum G^1 25 obstruxit *GV*: obstuxit *P* 26 dei sunt *V*: sunt dei *GP*

ult. inter quae omnia, sicut scitis, nominauit et fidem. sicut ergo, quamuis donum dei sit facta carnis mortificare, exigitur tamen a nobis proposito praemio uitae: ita donum dei est et fides, quamuis et ipsa, cum dicitur: si credideris, saluus eris, proposito praemio salutis exigatur a nobis. ideo haec et nobis praecipiuntur et dona dei esse monstrantur, ut intellegatur, quod et nos ea facimus et deus facit, ut illa faciamus, sicut per prophetam Ezechihelem apertissime dicit. quid enim apertius quam ubi dicit: ego faciam, ut faciatis? locum ipsum scripturae attendite, et uidebitis illa deum promittere facturum se ut faciant, quae iubet, ut fiant. non sane ibi tacet merita eorum, sed mala, quibus se ostendit reddere pro malis bona hoc ipso, quo eos facit habere deinceps opera bona, cum ipse facit, ut faciant diuina mandata. Sed omnis haec ratio, qua defendimus gratiam dei per Iesum Christum dominum nostrum uere esse gratiam, id est non secundum merita nostra dari, quamuis euidentissime diuinorum eloquiorum testimoniis asseratur, tamen apud eos, qui, nisi aliquid sibi assignent quod priores dent, ut retribuatur eis, ab omni studio pietatis reprimi se putant, laborat aliquando in aetate maiorum iam utentium uoluntatis arbitrio. sed ubi uenitur ad paruulos et ad ipsum mediatorem dei et hominum, hominem Christum Iesum, omnis deficit praecedentium gratiam dei humanorum assertio meritorum, quia nec illi ullis bonis praecedentibus meritis discernuntur a ceteris, ut pertineant ad liberatorem hominum, nec ille ullis humanis praecedentibus meritis, cum et ipse sit homo, liberator factus est hominum.

Quis enim audiat, quod dicuntur paruuli pro suis futuris meritis in ipsa infantili aetate baptizati exire de hac uita, et

4 Rom. 10, 9 9 Ezech. 36, 27 22 cf. I Tim. 2, 5

3 tamen *V*: autem *P* 6 ideo *V*: ideo enim *GP* dona *GP*: dono *V* 7 intellegatur P^2: intellegantur P^1V 21 aliquando *PV*: aliquantum *a* 24 quia] iquia *V* 29 enim *GP*: eniam *V* dicuntur *GP*: dicunt *V* 30 infantili] infantia (ia *in* ili *corr. m. 1*) *V* infanti*li (a *ras.*) *G*

ideo alii non baptizati in eadem aetate mori, quia et ipsorum praescita sunt merita futura, sed mala, non eorum uitam bonam uel malam deo remunerante uel damnante, sed nullam? apostolus quidem limitem fixit, quem transgredi non debeat hominis, ut mitius loquar, incauta suspicio. ait enim: omnes astabimus ante tribunal Christi, ut ferat unusquisque secundum ea quae per corpus gessit, siue bonum siue malum. gessit, inquit, non adiunxit: „uel gesturus fuit". sed unde hoc talibus uiris in mentem uenerit nescio, ut futura, quae non sunt futura, puniantur aut honorentur merita paruulorum. cur autem dictum est secundum ea quae per corpus gessit hominem iudicandum, cum gerantur multa solo animo, non per corpus nec per ullum corporis membrum, et plerumque tam magna, ut talibus cogitationibus poena iustissime debeatur, sicuti est, ut alia taceam, quod dixit insipiens in corde suo: non est deus? quid est ergo: secundum ea quae per corpus gessit, nisi secundum ea quae gessit eo tempore, quo in corpore fuit, ut per corpus intellegamus per corporis tempus? post corpus autem nemo erit in corpore nisi resurrectione nouissima, non ad ulla merita comparanda, sed ad recipienda pro bonis meritis praemia, pro malis luenda supplicia.

CCLXXXVIII.

QVOD OSTIVM VERBI APERIATVR, CVM COR AVDIENTIS APERITVR, VT CREDAT. EX LIBRO SVPRA SCRIPTO.

313 Quomodo aperitur ostium uerbi, nisi cum sensus aperitur audientis, ut credat, et initio fidei facto ea quae ad aedifi-

5 (et 17) II Cor. 5, 10 16 Ps. 13, 1 24 cf. Col. 4, 3

3 uel malam *GP*: sed malam *V* nullam *GP*: nullum *V* 4 fi*xit (n *ras.*) *P* transgridi *V* 6 astabimus *V*: stabimus *P* ferat *PV*: referat *G* 23 *cap.* CCCIII *P* CCCV *Gv* 24 aperitur ut *PV*: aperuit et G^1 aperiat et G^2 25 supra scripto *V*: II *P* 26 cum sensus *GP*: consensus *V* aperitur *GP*: audiatur *V* 27 intio (i *add. m. 2*) *V*

candam salubrem doctrinam praedicantur et disputantur admittat, ne per infidelitatem corde clauso ea quae dicuntur improbet ac repellat? unde et ad Corinthios ait: permaneb o autem Ephesi usque ad pentecosten; ostium enim mihi apertum est magnum et euidens, et aduersarii multi. quid hic aliud potest intellegi nisi praedicato ibi per eum primitus euangelio credidisse multos et multos eiusdem fidei aduersarios extitisse secundum illud domini: nemo uenit ad me, nisi cui datum fuerit a patre meo, et: uobis datum est nosse mysterium regni caelorum, illis autem non est datum? ostium ergo apertum est in eis quibus datum est, aduersarii autem multi ex eis quibus non est datum.

Itemque ad eosdem in secunda epistula idem apostolus: cum uenissem, inquit, Troadem in euangelio Christi, et ostium mihi apertum esset in domino, non habui requiem spiritui meo, quod non inueni Titum, fratrem meum, sed uale illis faciens exii in Macedoniam. quibus uale fecit, nisi eis qui crediderant, in quorum scilicet cordibus euangelizanti apertum est ostium? quid autem adiungat attendite: deo autem, inquit, gratias, qui semper triumphare nos facit in Christo et odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt et in his qui pereunt, quibusdam quidem odor mortis in mortem, quibusdam autem odor uitae in uitam. ecce unde gratias agit miles acerrimus et defensor inuictissimus gratiae; ecce unde gratias agit: quia Christi bonus odor sunt apostoli deo et in his qui salui fiunt gratia eius et in his

3 I Cor. 16, 8 sq. 8 Io. 6, 65 10 Matth. 13, 11
15 II Cor. 2, 12—17

14 eosdem *V*: eos *P* epistola *GP* 15 troadem P^1: troade GP^2 *V* euangelio *GV*: euangelium *P* 17 quod *PV*: eo quod *G* 18 faciens illis *P* exii P^2V: exi G^1P^1 exiui G^2 machedoniam *V* 20 euangelizanti *GP*: euangelizati *V* 29 in his qui salui *GP*: his q. s. *V* (*cf. p. 191, 13. 870, 19*)

qui pereunt iudicio eius. sed ut minus suscenseatur haec parum intellegentibus, ipse admonet, cum adiungit et dicit: et ad haec quis idoneus? uerum redeamus ad ostii apertionem, qua initium fidei audientium significauit apostolus. quid est enim: orantes simul et pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium uerbi, nisi apertissima demonstratio etiam ipsum initium fidei donum dei? non enim orando peteretur ab eo, nisi ab ipso tribui crederetur. hoc donum caelestis gratiae in illam purpurariam descenderat, cui, sicut scriptura dicit in Actibus apostolorum, deus aperuerat sensum eius et intendebat in ea quae a Paulo dicebantur. sic enim uocabatur, ut crederet. agit quippe deus quod uult in cordibus hominum uel adiuuando uel iudicando, ut etiam per eos impleatur quod manus eius et consilium praedestinauit fieri.

Frustra itaque etiam illud, quod Regnorum et Paralipomenon teste scriptura probauimus: quod deus uult fieri nisi uolentibus hominibus oportet fieri, inclinari corda, ut hoc uelint, eo scilicet inclinante, qui in nobis mirabili modo et ineffabili operatur et uelle, ad causam, de qua disseruimus, non pertinere dixerunt. quid est aliud nihil dicere et tamen contradicere? nisi forte existimant ad regna terrena facienda deum inclinare, ad regnum uero caeleste optinendum deum non inclinare quorum uoluerit uoluntates? sed, puto, propter regnum caelorum, non propter regnum terrenum esse dictum: inclina cor meum in testimonia tua, uel: a domino gressus hominis diriguntur, uel: paratur uoluntas a domino, uel: dabo eis cor aliud, et spiritum no-

5 Col. 4, 3 10 Act. 16, 14 14 cf. Act. 4, 28 16 cf. I Reg. 10, 26 cf. I Paral. 12, 18 20 cf. Philipp. 2, 13 26 Ps. 118, 36 Ps. 36, 23 27 Prou. 8, 35 28 Ezech. 11, 19

1 succenseatur *GP* 3 hae[c] (c *add. m. 2*) *V* 5 simul *P*: simus *V*; *om. G* et] *om. P*[1] 7 fidei *V*: fidei esse *GP* 16 paralypomenon *V* 17 scriptura teste *GP* quod *V*: cum *GP* nisi *V*: quod non nisi *GP* 18 corda *V*: eorum corda *GP* 23 obtinendum *P* 27 diriguntur *V*: diriguntur et uiam eius uolet *GP*

uum dabo eis. audiant etiam illud: spiritum meum dabo in uobis et faciam, ut in iustificationibus meis ambuletis; audiant: a domino corriguntur gressus uiri; audiant: omnis uir uidetur sibimet ipse iustus, dirigit autem corda dominus; audiant: crediderunt quotquot erant praeordinati in uitam aeternam. audiant et alia, quaecumque non dixi, quibus ostenditur deus ad regnum etiam caelorum et ad uitam aeternam parare et conuertere hominum uoluntates. cogitate autem, quale sit, ut credamus ad constituenda regna terrena hominum uoluntates operari deum et ad capessendum regnum caelorum homines operari uoluntates suas.

CCLXXXVIIII.

QVOD GRATIA PRAEVENIAT FIDEM PRAESTETQVE PERSEVERANTIAM. EX LIBRO DE DONO PERSEVERANTIAE.

Praeuenit ergo et fidem gratia. alioquin si fides eam prae- 314
uenit, procul dubio praeuenit et uoluntas, quoniam fides sine uoluntate non potest esse. si autem gratia praeuenit fidem, quoniam praeuenit uoluntatem, profecto praeuenit omnem oboedientiam, praeuenit etiam caritatem, qua una deo ueraciter et suauiter oboeditur. et haec omnia gratia in eo cui datur et cuius haec omnia praeuenit operatur.

Restat in his bonis usque in finem perseuerantia, quae frustra a domino cotidie poscitur, si non eam dominus per

1 Ezech. 36, 27 3 Prou. 20, 24 4 Prou. 21, 2 5 Act. 13, 48

1 audiant *V*: ut audiant *P* 4 audiant omnis — corda dominus *PV*: *om. G* omnis *V*: omnes *P* ipse *V*: ipsi *P* 5 crediderunt *V*: et crediderunt *P* 7 audiant *V*: audiant haec *GP* et] *add.* P^2 *supr. uers.* 13 *cap.* CCLXXVIII (*sic*) *P* CCCVI *Gv* 14 *titulum atram. nigro add. m. 2 P* 16 fidem gratia P^2V: fidem et gratiam P^1 17 uoluntas *GP*: uoluntates *V* 18 gratia *V*: *om. P* 21 omnia *V*: *om. P* 23 finem] n *ex* d *corr. m. 1 V* perseuerantiae *P*

gratiam suam in illo cuius orationem exaudit operatur. uidete etiam, a ueritate quam sit alienum negare donum dei esse perseuerantiam usque in finem huius uitae, cum uitae huic, quando uoluerit, ipse det finem: quem si dat ante imminentem lapsum, facit hominem perseuerare usque in finem. sed mirabilior et fidelibus euidentior largitas bonitatis dei est, quod etiam paruulis, quibus oboedientia non est illius aetatis ut detur, datur haec gratia. ista igitur sua dona, quibuscumque deus donat, procul dubio se donaturum praesciuit esse et in sua praescientia praeparauit. quos ergo praedestinauit, ipsos et uocauit, uocatione illa, quam me saepe commemorare non piget, de qua dictum est: sine paenitentia sunt dona et uocatio dei. namque in sua quae falli mutarique non potest praescientia opera sua futura disponere, id omnino nec aliud quicquam est praedestinare.

CCXC.

QVOD PARVVLI, SI PECCATVM ORIGINALE NON ESSET, NVLLI MALO TENERENTVR OBNOXII. EX LIBRO CONTRA IVLIANVM TERTIO.

315 Frustra itaque putas ideo in paruulis non esse delictum, quia sine uoluntate, quae in eis nulla est, esse non potest. hoc enim recte dicitur propter proprium cuiusque peccatum, non propter primi peccati originale contagium. quod si nullum esset, profecto nullo malo paruuli obstricti nihil mali uel in corpore uel in anima sub tanta iusti dei potestate paterentur. quod tamen et ipsum a mala uoluntate primorum hominum sumsit exordium. ita nisi uoluntas mala non est

10 Rom. 8, 30 12 Rom. 11, 29

4 quem *V*: quae *P* 5 labsum *V* 9 esse praesciuit *GP* 16 *cap.* CCXC** (VI, *ut uidetur, ras.*) *V*: CCLXXVIIII *P* CCCVI *Gv* 17 *titulum add. P*² *atram. nigro in spatio uacuo* 18 iuliano *V* 19 tertio *V*: *om. P* 24 esset *P*: est *V*; *sed uix legitur* nullo *V*: nulli *GP* 25 sub tanta *V*: substantiae *P* 26 primorum *V*: priorum *GP*

cuiusquam ulla origo peccati. haec si sapias, simpliciter et ueraciter gratiam Christi erga paruulos confiteberis nec cogeris res impiissimas atque absurdissimas dicere, aut baptizandos non esse paruulos, quod quidem postea estis forte dicturi, aut tam magnum sacramentum sic in eis esse ludibrium, ut in saluatore baptizentur, sed non saluentur, a liberatore redimantur, sed non liberentur, lauacro regenerationis lauentur, sed non abluantur, exhorcizentur et exsufflentur, sed a potestate tenebrarum non eruantur, sit eorum pretium sanguis, qui in remissionem fusus est peccatorum, sed nullius peccati remissione purgentur; hoc totum propterea, quia timetis dicere: „non baptizentur“, ne non solum facies uestrae sputis oblinantur uirorum, uerum etiam capita sandaliis muliercularum commitigentur.

Nos certe causam, cur sub diabolo sit qui nascitur, donec renascatur in Christo, peccati ex origine dicimus esse contagium. uos autem, qui hoc negatis, ea saltem quae aperta sunt intuemini, cur nonnulli etiam daemonem patiantur infantes. nisi forte et ipsos aut esse aut sub diabolo esse negabitis, nec uos euangelium commonebit, ubi forsitan propter uos interrogauit dominus quod sciebat, ut pater pueri responderet filium suum ab infantia sua daemonio tam graui uexari, ut a Christi discipulis non posset expelli. ecce ego, ut sint paruuli in diaboli potestate, causam nuptias esse non dico, quod me dicere calumniaris. nuptiae quidem habent ordinem suum et benedictionem suam bonumque suum, quod nec subintrante peccato amittere potuerunt. tu autem, quare sit sub diabolo ille saltem infans, qui manifestissime uexatur a diabolo, ita

20 cf. Marc. 9, 17 sqq.

2 gratiam *GP*: gratia *V* 8 exorcizentur *GP* exsuflentur *V* 9 sanguis *V*: sanguinis *P* 10 remissione *P* 12 oblinantur *V*: obliniantur *P* 15 nos certe *GP*: noscere *V* 16 peccati *V*: ****peccati (enim *ras.*) *P* enim G^1; *del.* G^2 origine] origine enim (enim *add. m. 2*) *G* 17 saltim *P* 22 uexari *V*: uexare *P* 25 quidem *V*: quippe *GP* suum ***** et benedictionem (et bene *ras.*) *G* 28 saltim *P*

ut aliquando ipsa uexatione moriatur, responde, si potes. non uis enim quemquam ullam poenam pro alienis subire peccatis, ne hinc fiat credibile etiam contagia peccatorum in nascentes ex gignentibus posse transire.

Sed uidelicet egregius dialecticus non me pateris elabi, sed presse interrogabis et breuiter, in paruulis actionem ream an naturam putem, et ad utrumque respondens: „si actione“ inquis „ostende, quid fecerint; si natura, ostende quis eos fecerit“. quasi et actio mala faciat nisi naturam ream. actione quippe qui reus est, homo est. homo autem natura est hominis. igitur sicut peccati actione maiores, ita minores maiorum contagione sunt rei, isti ex eo quod faciunt, illi ex quibus originem ducunt. quocirca paruuli bonum est, quod homines sunt. quod omnino non essent, nisi eos ille qui summe bonus est, creauisset. malum uero si nullum ex origine traherent, numquam cum uitiis uel corporalibus nascerentur. deus enim, qui est animarum, ipse est etiam corporum conditor. qui utique humanae in ipsa condicione naturae uitia non infligit inmerite. neque enim de innumerabilibus paruulis, qui et in animo et in corpore cum tanta uitiorum uarietate nascuntur, hoc dici potest, quod dominus ait de illo qui caecus est natus, non propter peccatum ipsius uel parentum id esse factum, sed ut manifestarentur opera dei in illo. multi quippe nec sanantur omnino, sed cum eisdem uitiis siue qualibet aetate siue in ipsa moriuntur infantia. nonnullis etiam paruulis iam renatis uel permanent cum quibus nati sunt uel accedunt huius modi mala, absit, ut dicamus indigne; sed hinc potius intellegamus eis ad alterum saeculum prodesse quod renascuntur, huius autem saeculi dispositionem propter initium superbiae hominis, per quod apostatauit a deo, diuersis malis

21 cf. Io. 9, 3 30 cf. Eccli. 10, 12

6 paruulis *V*: parabolis *P* 7 actione (*sc.* rei sunt) *V*: actione* (m *ras.*) *P* 8 ostende quid *V*: ostendere quid *P* natura* (m *ras.*) *P* eos *PV*: eam *a* 10 hominis *V*: homines *GP* 18 humanae *V*: humana *P* 26 rena*tis (n *ras.*) *P* nati *GP*: sanati *V* accedunt] e *ex* i *corr. m. 2 P* 30 hominis *V*: homines *P*

hominum peragi in iugo graui super filios Adam, a die exitus de matris uentre eorum usque in diem sepulturae in matre omnium nostrum.

CCXCI.

QVOD, CVM REMEDIVM FATETVR IVLIANVS, FATERI COGATVR ET MORBVM. EX LIBRO SVPRA SCRIPTO CONTRA EVNDEM.

Diserte sane inter lasciuientes et continentes tamquam in 316
medio pudicitiam constituis coniugalem, quae illos inlicita commisisse indignatur, hos etiam licita contemsisse miratur, ultimi limitis sortita regionem, ultra se proruentium execrata barbariem, supra se micantium uenerata fulgorem, quae uerecundis manibus et confouet aestuantes et laudat tali remedio non egentes. multum delector eloquentissima ueritate; sed obsecro te, nempe, sicut dicis et disertissime ac uerissime dicis, propterea continentes laudat pudicitia coniugalis, quod tali remedio non egeant, quo se ipsa perspicit eguisse, id est, ut secundum apostolum qui se non continet nubat. cur ergo, quando istam concupiscentiam morbum esse dico, tu negas, qui tamen ei necessarium remedium confiteris? si agnoscis remedium, agnosce morbum; si negas morbum, nega remedium. rogo, cede aliquando etiam per os tuum tibi loquenti ueritati. nemo prouidet remedium nisi sanitati.

1 Eccli. 40, 1 17 cf. I Cor. 7, 9

2 matris (*ex* matres *corr. m. 1*) uentre *V*: uentre matris *GP* 3 in matre *P*: matre *V* in matrem *G* nostrum *V*: *om. GP* *sequitur cap.* CCXCII *in GPv* 4 *cap.* CCXC*** (VII *ras.*) *V* CCL*XXX *P* CCCVIII *Gv* 5 *titulum add. m. 2 in P* 6 libro supra scripto *V*: eodem libro *GP* eundem *scripsi*: eodem *V* iulianum tertio *P* 9 commisisse *V*: commisse *P* 12 confoueat *P* 13 egentes G^2P: agentes G^1 negantes *V* multum *GP*: multo *V* 16 quo *GV*: quos *P* ipsa *PV*: ipsam *G* 22 nisi *V*: *om. GP* *sequitur cap.* CCXCIII *in GPv*

CCXCII.

DE CONCVPISCENTIA CARNIS ADVERSVS SPIRITVM ET SPIRITVS ADVERSVS CARNEM. CONTRA IVLIANVM EX LIBRO III.

317 Recole, quid apostolus scribat ad Galatas, certe homines baptizatos. dico autem, inquit, spiritu ambulate et concupiscentias carnis ne perfeceritis. non ait: „ne feceritis“, quia eas non habere non poterant, sed: ne perfeceritis, id est: ne opera earum consensu uoluntatis impleatis. caro enim, inquit, concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem: haec enim inuicem aduersantur, ut non ea quae uultis faciatis. uide, si non hoc est ad Romanos: non enim quod uolo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. deinde ad Galatas addit et dicit: quod si spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege. uide, si non hoc est ad Romanos: iam non ego operor illud, et: condelector legi dei secundum interiorem hominem, et: non regnet peccatum in uestro mortali corpore ad oboediendum desideriis eius. si enim non oboediatur concupiscentiis, quas necesse est esse in carne peccati atque in corpore mortis huius, non perficietur quod perfici uetat apostolus dicens: concupiscentias carnis ne perfeceritis. ipsa quippe sunt opera, de quibus sequitur et dicit: manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt fornicationes, immunditiae, luxuriae, idolorum seruitus et cetera. si ergo non consentiatur concupiscentiis carnis, quantumuis aguntur motibus, non tamen

5 Gal. 5, 16 sq. 12 Rom. 7, 19 14 Gal. 5, 18 15 Rom. 7, 20. 22 17 Rom. 6, 12 20 cf. Rom. 7, 24 23 Gal. 5, 19

1 *cap.* CC*XCII *V*: CCLXXXV *P* CCCVIII *Gv* 3 ex eodem libro contra iulianum *P* 4 apostolus G^3V: *om.* G^1P 6 concupiscentias *MPV*: desideria *G* ne *MPV*: non *G* perficeritis G^1P^1 non ait ne feceritis *GP*: *om. MV* 7 perfeceretis *V* 8 earum *P*: eorum *MV* 10 aduersantur inuicem *G* 22 perfeceretis *V* 26 quantumuis *V*: quamuis *GP* aguntur *V*: agantur *P*

perficientur operibus. proinde cum caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem, ut non ea quae uolumus faciamus, nec carnis perficiuntur concupiscentiae, quamuis fiant, nec nostra perficiuntur opera bona, quamuis fiant. sicut enim tunc perficitur carnis concupiscentia, cum consentit ei spiritus ad opera mala, ut non concupiscat aduersus illam, sed cum illa: sic et bona opera nostra tunc perficientur, quando ita spiritui caro consenserit, ut aduersus eum etiam ipsa non concupiscat. hoc enim uolumus, cum perfectionem iustitiae concupiscimus; hoc intentione non intermissa uelle debemus. sed quia id perficere in ista corruptibili carne non possumus, ideo dixit ad Romanos: uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, uel, sicut habent codices graeci: uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non, id est: non mihi adiacet perficere bonum. non ait: „facere", sed: perficere bonum, quia facere bonum est post concupiscentias non ire; perficere autem bonum est non concupiscere. quod ergo est ad Galatas: concupiscentias carnis ne perfeceritis, hoc a contrario est ad Romanos: perficere autem bonum non inuenio, quia nec illae perficiuntur in malo, quando eis non accedit nostrae uoluntatis assensus, nec nostra uoluntas perficitur in bono, quamdiu illarum cui non consentimus permanet motus. ipse autem conflictus, in quo etiam baptizati uelut in agone decertant, cum caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem, ubi et spiritus facit bonum opus non consentiendo concupiscentiae malae, sed non perficit, quia ipsa mala desideria non absumit, et caro facit malum desiderium, sed nec ipsa perficit, quia non sibi consentiente spiritu et ipsa ad opera damnanda non peruenit — iste ergo conflictus non Iudaeorum nec quorumlibet aliorum, sed

12 Rom. 7, 18 17 cf. Eccli. 18, 30 19 Gal. 5, 16

15 adiacet] *ex* adiciet *corr. m. 2 P* 16 sed perficere bonum *V*: bonum sed perficere *P* 19 a contrario *V*: contrario *P* e contrario *a* 21 eis *GP*: ei *V* 22 accedit *V*: accidit *P* 29 non sibi *V*: sibi non *P* 31 nec *V*: *om. P*

plane christianorum fidelium et bene uiuendo in hoc certamine laborantium breuiter ostenditur ad Romanos, ubi ait: igitur ipse ego mente seruio legi dei, carne autem legi peccati.

Si ergo haec est condicio in corpore mortis huius, quae utique non fuit in paradiso in corpore uitae illius, procul dubio satis euidenter apparet, unde trahant paruuli obligationem peccati, cum carnaliter nascuntur; quae non soluitur, nisi cum spiritaliter renascuntur. non enim hanc trahunt ex opere, quo humanam deus naturam facit, sed ex uulnere, quod naturae humanae hostis inflixit, non hostis secundum Manichaeos prosiliens ex natura mali, quam non condidit deus, sed hostis angelus quondam ex opere dei bonus, ex opere suo factus malus, qui se primum uulnerando prostrauit, ut elisus elideret, ut per malam persuasionem praeuaricationis uulnus infligeret, unde genus humanum etiam in his qui uiam dei ambulant claudicaret.

CCXCIII.

CONTRA OBIECTIONES CONCLVSIONESQVE PELAGIANAS SVB TITVLIS XV RESPONSA SANCTI AVGVSTINI. EX LIBRO AD PAVLVM ET EVTROPIVM EPISCOPOS DE PERFECTIONE IVSTITIAE HOMINIS.

318 I. „Ante omnia“ inquit „interrogandus est qui negat hominem sine peccato esse posse, quid sit quodcumque peccatum, quod uitari potest an quod uitari non potest. si quod uitari non potest, peccatum non est; si quod uitari potest, potest homo

2 Rom. 7, 25

1 uiuendo *V*: uiuentium *P* 3 legi peccati *V*: lege p. *P* 10 quo *GP*: quod *V* facit *V*: fecit *P* 12 mali quam *PV*: aliqua G^1 aliqua quam G^3 condidit *GP*: credidit *V* 14 uulnerando *V*: uulneratum *P* ut per *V*: et per *GP* 17 *sequitur cap.* CCXCI *in GPv* 18 *cap.* CCCVIII *P* CCCX *Gv* 20 Augustini] aũg *V* paulum *V*: paulinum *P* 21 episcopum *P* perfectione *GV*: profectione *P* 23 inquit] *sc.* Caelestius 25 quod uitare potest *P* (si quod) uitare *P*

sine peccato esse, quod uitari potest. nulla enim ratio uel iustitia patitur saltem dici peccatum, quod uitari nullo modo potest". Respondemus uitari posse peccatum, si natura uitiata sanetur gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. in tantum enim sana non est, in quantum id quod faciendum est aut caecitate non uidet aut infirmitate non implet, dum caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem, ut ea quae uult homo non faciat.

II. „Iterum quaerendum est" inquit „peccatum uoluntatis an necessitatis est. si necessitatis est, peccatum non est; si uoluntatis est, uitari potest." Respondemus quod supra et, ut sanemur, inuocamus eum cui dicitur in psalmo: de necessitatibus meis educ me.

III. „Iterum" inquit „quaerendum est: quid est peccatum, naturale an accidens? si naturale, peccatum non est. si autem accidens est, recedere potest, et quod recedere potest, uitari potest, et quod uitari potest, potest homo sine eo esse quod uitari potest." Respondetur naturale non esse peccatum, sed naturae praesertim uitiatae — unde facti sumus natura filii irae — parum esse ad non peccandum uoluntatis arbitrium, nisi adiuta sanetur gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

IIII. „Iterum" ait „quaerendum est: quid est peccatum, actus an res? si res est, auctorem habeat necesse est, et si auctorem habere dicitur, iam alter praeter deum rei alicuius auctor induci uidebitur. at si hoc dici impium est, et confiteri necesse est peccatum omne actum esse, non rem. si igitur actus est, immo uero quia actus est, uitari potest". Respondemus peccatum quidem actum dici et esse, non rem. sed

7 cf. Gal. 5, 17 12 Ps. 24, 17 19 Eph. 2, 3

1 uitare *P* 2 saltim *P* 4 christum *V*: *om. P* 9 II *V*: *om. P* 15 si naturale—non est *GP*^{1}: *om. MV*; *eras. in P* 16 est recedere *PV*: e. et recedere *G* potest ***** et quod (potest *ras.*) *P* uitare *P* 17 et quod uitari—uitari potest] *ras. in P* 18 responditur *G*^{1} 23 ait *V*: inquit *P* 28 immo uero quia *V*: immo quia uere *P* 29 quidem *G*^{2}*PV*: quid *G*^{1} dici et *G*: dicit *V* dici *P*

etiam in corpore claudicatio eadem ratione actus est, non res, quoniam res pes ipse uel corpus uel homo est, qui pede uitiato claudicat, nec tamen uitare potest claudicationem, nisi habuerit sanatum pedem. quod etiam in interiore homine fieri potest, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. ipsum sane uitium, quo claudicat homo, nec pes est nec corpus nec homo nec ipsa claudicatio, quae utique non est, quando non ambulat, cum tamen insit uitium, quo fit claudicatio, quando ambulat. quaerat ergo, quod eidem uitio nomen imponat, utrum rem uelit dicere an actum an rei potius qualitatem malam, qua deformis actus exsistit. sic et in homine interiore animus res est, rapina actus est, auaritia uitium est, id est qualitas, secundum quam malus est animus, etiam quando nihil agit, unde auaritiae suae seruiat, etiam quando audit: nôn concupisces, seque uituperat et tamen auarus manet, sed per fidem renouatur, id est sanatur, de die in diem, nec tamen nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

V. „Iterum“ inquit „quaerendum est, utrumne debeat homo sine peccato esse. procul dubio debet. si debet, potest; si non potest, ergo nec debet; et si non debet homo esse sine peccato, debet ergo esse cum peccato, et iam peccatum non erit, si illud haberi constiterit, aut, si hoc etiam dici absurdum est — confiteri enim necesse est debere hominem sine peccato esse — et constat eum non aliud debere, quam potest“. Respondetur eadem similitudine, qua superius iam respondimus. cum enim uidemus claudum, qui sanari potest, recte utique dicimus: „debet esse homo iste sine claudicatione, et si debet, potest“ nec tamen, cum uult, continuo potest, sed cum fuerit adhibita curatione sanatus et medicina adiuuerit uoluntatem. hoc fit in interiore homine, quod ad peccatum attinet tamquam eius claudicationem, per eius gratiam qui uenit non

15 Ex. 20, 17 16 cf. II Cor. 4, 16

1 ratione *GP*: actione *V* 2 qui *GP*: q** *V* 19 inquid *V* 23 haberi *PV*: deberi *a* 27 recte utique — et si debet potest *GP*: *om. V* 32 gratiam *GP*: gratia *V*

uocare iustos, sed peccatores, quia non est opus sanis medicus, sed male habentibus.

VI. „Iterum" ait „quaerendum est, utrumne praeceptum sit homini sine peccato esse. aut enim non potest et praeceptum non est, aut quia praeceptum est, potest. nam quomodo praeciperetur quod fieri omnino non posset?" Respondetur consultissime homini praecipi rectis passibus ambulare, ut, cum se non posse perspexerit, medicinam requirat; quae interioris hominis ad sanandam peccati claudicationem gratia dei est per Iesum Christum dominum nostrum.

VII. „Iterum" ait „quaerendum est, an uelit hominem deus sine peccato esse. procul dubio uult et procul dubio potest. quis enim tam demens est, ut uel dubitet fieri posse quod deum uelle non dubitet?" Respondetur: si nollet deus hominem sine peccato esse, non mitteret filium suum, qui sanaret homines a peccatis. hoc fit in credentibus et proficientibus renouatione interioris hominis de die in diem, donec fiat perfecta iustitia tamquam sanitas plena.

VIII. „Iterum" ait „quaerendum est: quomodo uult deus esse hominem, cum peccato an sine peccato? procul dubio non uult esse cum peccato. quanta haec impietatis blasphemia sit cogitandum est, ut dicatur hominem posse esse cum peccato, quod deus non uult, et negetur posse esse sine peccato, quod deus uult. quasi quem ad hoc deus creauerit, ut possit esse quod nolit et non possit esse quod uelit, et ut contra suam magis, quam ut secundum suam exsisteret uoluntatem." Iam superius responsum est; sed addendum uideo, quod spe salui facti sumus. spes autem, quae uidetur, non est spes; quod enim uidet quis, quid sperat? si autem

1 cf. Matth. 9, 12 sq. 17 cf. II Cor. 4, 16 27 Rom. 8, 24 sq.

1 quia *P*: qui *V* 3 VI *P*: *om. V* 5 quomodo *V*: cur *GP* 7 praecipi rectis *GP*: praeciperetis *V* 9 sanandum *P* 11 VII] *om. PV* iterum P^2V: item P^1 deus hominem *P* 19 VIII] *om. PV* iterum P^2V: item GP^1 20 hominem esse *GP* 23 esse sine *V*: etiam sine *P* 26 suam magis *V*: sua magis *P* 29 sperat] a *ex* e *corr. m. 2 P*

quod non uidemus speramus, per patientiam exspectamus: tunc ergo plena iustitia, quando plena sanitas, tunc plena sanitas, quando plena caritas — plenitudo enim legis caritas — tunc autem plena caritas, quando uidebimus eum sicuti est. neque enim non erit quod addatur ad dilectionem, cum fides peruenerit ad uisionem.

VIIII. „Iterum quaerendum est“ inquit: „per quid efficitur homo cum peccato, per naturae necessitatem an per arbitrii libertatem? si per naturae necessitatem, culpa caret; si per arbitrii libertatem, quaerendum est, a quo ipsam arbitrii libertatem acceperit. procul dubio a deo. deus autem quod dedit, certe bonum est. negari enim non potest. qua igitur ratione bonum probatur, si magis ad malum quam ad bonum pronum est? magis enim ad malum quam ad bonum pronum est, si homo per illud potest esse cum peccato et non potest esse sine peccato.“ Respondetur per arbitrii libertatem factum, ut esset homo cum peccato; sed iam poenalis uitiositas subsecuta ex libertate fecit necessitatem. unde ad deum fides clamat: de necessitatibus meis educ me. sub quibus positi uel non possumus quod uolumus intellegere uel quod intellexerimus uolumus nec ualemus implere. nam et ipsa libertas credentibus a liberatore promittitur: si uos, inquit, filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. uicta enim uitio, in quod cecidit uoluntate, caruit libertate natura. hinc alia scriptura dicit: a quo enim quis deuictus est, huic seruus addictus est. sicut ergo non est opus sanis medicus, sed male habentibus, ita non

3 Rom. 13, 10 4 cf. I Io. 3, 2 19 Ps. 24, 17 22 Io. 8, 36 25 II Petr. 2, 19 27 cf. Matth. 9, 12 sq.

5 non G^1PV: *del.* G^2 6 peruenerit GP: praeuenerit V 7 VIIII P: *om.* V per quid GP: cum quid V 10 quaerendum est — libertatem] *add.* P^2 *in mg.* 11 acciperit V 13 si magis (si *add. m. 2*) V 14 magis enim — pronum est GP: *om.* V 15 *post* illud potest esse *ras. 16 litt. in* P 16 libertate V 21 ualemus V: ualeamus P 24 caruit GP: curuit V 26 seruus V: et seruus GP est addictus P 27 opus] op** V

est opus liberis liberator, sed seruis, ut ei dicat gratulatio libertatis: saluam fecisti de necessitatibus animam meam. ipsa enim sanitas est uera libertas, quae non perisset, si bona permansisset uoluntas. quia uero peccauit uoluntas, secuta est peccantem peccatum habendi dura necessitas, donec tota sanetur infirmitas et accipiatur tanta libertas, in qua, sicut necesse est, permaneat beate uiuendi uoluntas, ita ut sit etiam bene uiuendi et numquam peccandi uoluntaria felixque necessitas.

X. „Proinde" inquit „deus bonum hominem fecit et praeterquam illum bonum fecit, bonum ei ut faceret insuper imperauit. quam impium, ut confiteamur hominem malum esse, quod nec factus est nec ei praeceptum est, si negemus eum bonum posse esse, quod factus est et quod ei ut faceret imperatum est". Respondemus: quia ergo non se ipse homo, sed deus bonum hominem fecit, deus eum, non se ipse, ut sit bonus, refecit, dum uolentem, credentem, inuocantem liberat a malo, quod sibi ipse fecit. hoc autem fit, dum gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum renouatur homo interior de die in diem, ut ad sempiternam non poenam, sed uitam resurgat homo exterior nouissimo die.

XI. „Iterum" ait „quaerendum est, quot modis constet omne peccatum. duobus, nisi fallor: si aut illa fiant quae prohibentur, aut illa non fiant quae iubentur. tam certe omnia illa, quae prohibita sunt, uitari possunt, quam quae praecepta sunt perfici. nam frustra aut prohiberetur aut iuberetur quod uel caueri uel impleri non posset, et quomodo negabimus posse esse hominem sine peccato, cum confiteri necesse sit eum tam omnia illa, quae uetantur, posse cauere quam quae imperantur efficere?" Respondetur multa esse in scripturis sanctis diuina praecepta, quae omnia commemorare nimis operosum est;

2 Ps. 30, 8 19 cf. II Cor. 4, 16

10 X *P in mg.*: *om. V* 11 insuper ut faceret *GP* 13 si *V*: et *P* 16 refecit P^1V: reficit P^2 18 Christum *V*: *om. P* 22 XI *P in mg.*: *om. V* quot *V*: quod *P* 24 non *GP*: *om. V* 27 posset *a*: possit *PV* negauimus *V*

sed dominus, qui uerbum consummans et breuians fecit super terram, in duobus praeceptis dixit legem prophetasque pendere, ut intellegeremus, quidquid aliud diuinitus praeceptum est, in his duobus habere finem et ad haec duo esse referendum: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua, et: diliges proximum tuum tamquam te ipsum. in his, inquit, duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. quidquid ergo dei lege prohibemur et quidquid iubemur facere, ad hoc prohibemur et iubemur, ut duo ista complea-mus. et forte generalis prohibitio est: non concupisces, et generalis iussio est: diliges. unde breuiter apostolus Paulus quodam loco utrumque complexus est. prohibitio est enim: nolite conformari huic saeculo; iussio autem: sed reformamini in nouitate mentis uestrae. illud pertinet ad non concupiscere, hoc ad diligere, illud ad continentiam, hoc ad iustitiam, illud ad declinandum a malo, hoc ad faciendum bonum. non concupiscendo enim uetustate expoliamur et nouitate induimur diligendo. sed nec quisquam esse potest continens, nisi deus det, et caritas dei diffunditur in cordibus nostris, non per nos ipsos, sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis. hoc autem fit de die in diem in his qui uolendo et credendo et inuocando proficiunt et praeterita obliuiscentes in ea quae ante sunt extenduntur. ad hoc enim lex ista praecepit, ut, cum in his implendis homo defecerit, non se extollat superbia tumidus, sed ad gratiam confugiat fatigatus, ac sic eum lex terrendo ad Christum diligendum paedagogi perducat officio.

1 cf. Rom. 9, 28 5 Matth. 22, 37 sqq. 11 Ex. 20, 17 12 Deut. 6, 5 14 Rom. 12, 2 20 cf. Sap. 8, 21 cf. Rom. 5, 5 24 cf. Philipp. 3, 14 27 cf. Gal. 3, 24

1 consumans *P* fecit *P*: facit *V* 5 diliges P^1: dilige P^2 diligis *V* 6 et ex tota mente tua] *om.* P^1 diliges P^1V: dilige P^2 10 et iubemur *P*: ut iuuemur *V* 11 concupisces P^1V: concupisce P^2 12 apostolus *V*: et apostolus *GP* 25 praecepit *V*: praecipit *GP* 27 pedagogi *V*

XII. „Iterum quaerendum est“ inquit: „quomodo non potest homo esse sine peccato, uoluntate an natura? si natura, peccatum non est; si uoluntate, perfacile potest uoluntas uoluntate mutari.“ Respondemus admonentes esse cogitandum, quanta sit ista praesumtio, qua dicitur non solum posse, quod quidem adiuuante dei gratia negandum non est, sed etiam perfacile uoluntatem posse uoluntate mutari, cum dicat apostolus: caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem; haec enim inuicem aduersantur sibi, ut non ea quae uultis faciatis. non enim ait: haec inuicem aduersantur, ut quae potestis facere nolitis, sed: ut non ea quae uultis faciatis. cur ergo concupiscentia carnis, quae utique culpabilis atque uitiosa est nihilque est aliud quam desiderium peccati — quod idem apostolus praecipit, ne regnet in nostro mortali corpore; ubi ostendit satis esse tamen in nostro mortali corpore quod permittendum non sit ut regnet — cur ergo ista concupiscentia non mutata est ea uoluntate, quam uoluntatem satis euidenter expressit apostolus dicens: ut non ea quae uultis faciatis, si facile potest uoluntas uoluntate mutari? nec sane isto modo naturam siue animae siue corporis, quam deus creauit et quae tota bona est, accusamus, sed eam dicimus propria uoluntate uitiatam sine dei gratia non posse sanari.

XIII. „Iterum“ ait „quaerendum est: si non potest homo sine peccato esse, cuius culpa est, ipsiusne hominis an cuiuslibet alterius? si ipsius hominis, quomodo culpa hominis est, si hoc non est quod esse non potest?“ Respondemus ideo esse

8 Gal. 5, 17 15 cf. Rom. 6, 12

1 XII *P in mg.*: VI *V in mg.* 2 an natura—si uoluntate *G P*: *om. V* 3 uoluntate* (m *ras.*) *P* 6 non *V*: *om. P* 7 posse uoluntatem mutari uoluntate *P* 10 sibi *V*: *om. P* 16 *ante* ubi *add. V*: quod permittendum non sit ut regnet ubi ost. satis—corpore] *add. G*³ *supr. uers.* ostendit satis *V*: satis ostendit *G*³*P* in] *om. P*¹ 17 quod—ut regnet *GP*: *om. V* cur *GV*: cum *P* 23 uitiatam *GP*: uitiatum *V* 25 XIII *P*: VII *V in mg.*

hominis culpam, quod non est sine peccato, quia sola hominis uoluntate factum est, ut ad istam necessitatem ueniret, quam sola hominis uoluntas superare non possit.

XIIII. „Iterum“ ait „quaerendum est: si natura hominis bona est, quod nullus negare nisi Marcion aut Manichaeus audebit, quomodo igitur bona est, si malo ei non est carere possibile? omne enim peccatum malum esse quis dubitet?“ Respondemus et naturam hominis bonam esse et eam malo carere posse. nam ideo clamamus: libera nos a malo; quod non perficitur, quamdiu corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. sed hoc agitur gratia per fidem, ut aliquando dicatur: ubi est, mors, contentio tua? ubi est, mors, aculeus tuus? aculeus autem mortis peccatum, uirtus uero peccati lex, quoniam lex prohibendo auget peccati cupiditatem, nisi diffundat spiritus caritatem, quae plena et perfecta tunc erit, cum uidebimus facie ad faciem.

XV. „Et hoc“ inquit „dicendum est: certe iustus deus. negari enim non potest. imputat autem deus homini omne peccatum. de hoc quoque confitendum puto, quia neque peccatum est quidquid non imputabitur in peccatum, et si est aliquod peccatum, quod uitari non possit, quomodo iustus deus dicitur, si imputare cuiquam creditur quod uitari non possit?“ Respondemus iam olim contra superbos esse clamatum: beatus cui non imputabit dominus peccatum. non enim imputat his qui fideliter ei dicunt: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et iuste non imputat, quia iustum est quod ait: in qua mensura mensi fueritis, in eadem remetietur uobis. peccatum est autem, cum uel non est caritas, quae esse debet, uel minor est, quam debet, siue hoc uitari uoluntate possit siue non possit, quia, si potest, praesens uoluntas hoc facit; si autem

9 Matth. 6, 13 10 cf. Sap. 9, 15 12 I Cor. 15, 55 sq. 16 cf. I Cor. 13, 12 23 Ps. 31, 2 25 Matth. 6, 12 27 Matth. 7, 2

4 XIIII *P*: VIII *V in mg.* 5 marchion *V* 8 bonum *P* eam *GP*: ea *V* 17 XV *P*: VIIII *V in mg.* 19 de hoc *V*: et hoc *GP* 22 cuiquam *V*: cui quod *P* 24 imputabit *PV*: imputauit *a* (*gr.* λογίσηται)

non potest, praeterita uoluntas haec fecit. et tamen uitari potest, non quando uoluntas superba laudatur, sed quando humilis adiuuatur.

Post haec ille qui ista conscripsit introducit personam suam quasi cum altero disputantem et facit se interrogari et quasi ab interrogante sibi dicit: „das mihi hominem sine peccato?“ et respondit: „do tibi qui esse possit“. et rursus ab interrogante dicitur ei: „quis est?“ et respondet: „ipse tu“. „quod si dixeris“ inquit: 'ego esse non possum', respondendum est: cuius culpa est? quod si dixerit: 'mea', dicendum est: „et quomodo tua est, si esse non potes?“ iterum facit se interrogari et dicit sibi: „tu ipse sine peccato es, qui dicis hominem sine peccato esse posse?“ et respondit: „quod non sum sine peccato, cuius culpa est? quod si dixerit“ inquit: 'tua est', respondendum est: „quomodo mea, si esse non possum?“ Nos respondemus nullum cum eis de his uerbis esse debere conflictum, quia non est ausus dicere esse hominem sine peccato uel aliquem uel se ipsum, sed tantummodo esse posse respondit. quod neque nos negamus. quando autem possit et per quem possit, hoc quaeritur. si enim modo est, non omni animae fideli positae in corpore mortis huius orandum est et dicendum: dimitte nobis debita nostra, cum iam in sancto baptismo uniuersa fuerint dimissa praeterita. quisquis autem membris fidelibus Christi hoc non esse orandum persuadere conatur, nihil aliud quam se ipsum christianum non esse profitetur. porro si propter se ipsum potest homo esse sine peccato, ergo Christus gratis mortuus est. non autem gratis mortuus est Christus: non igitur potest homo esse sine peccato, etiam si uelit, nisi ut adiuuetur gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. quod ut perficiatur, et nunc in proficientibus

21 Matth. 6, 12 26 Gal. 2, 21

1 haec *V*: hoc *GP* 6 dicit *PV*: dici *a* 8 respondet P^2V: respondit P^1 11 potes] potes* (t *ras.*) *P* dicit P^1V: dici P^2 12 qui *GP*: quid *V* hominem sine] h. sine sine *V* 18 (tantum)modo esse – per quem possit] *add.* P^1 *in mg.* esse posse *G*: esse (*om.* posse) P^2V 29 nisi ut *V*: nisi *P*

agitur et omni modo implebitur cum contentione mortis absumta et caritate, quae credendo et sperando nutritur, uidendo et obtinendo perfecta. deinceps instituit diuinis testimoniis agere quod intendit. quod quale sit diligentius aduertamus.

CCXCIIII.

VBI POSSINT PRAECEPTA DE CARITATIS PERFECTIONE COMPLERI ET QVID SIT LIBERARI DE CORPORE MORTIS, VEL QVOD NOMINE IEIVNII, ELEMOSYNAE ET ORATIONIS IVSTITIAE GENERALITAS INDICETVR. EX LIBRO SVPRA SCRIPTO.

319 „Testimonia“ inquit „quibus probatur praeceptum esse homini, ut absque peccato sit.“ ad hoc respondemus: non utrum praeceptum sit quaeritur, quod ualde manifestum est, sed hoc ipsum quod praeceptum esse constat utrum in corpore mortis huius possit impleri, ubi caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem, ut non ea quae uolumus faciamus. de quo corpore mortis huius non omnis liberatur, qui finit hanc uitam, sed qui in hac uita susceperit gratiam et, ne in uanum suscipiat, bonis operibus egerit. aliud est enim exire de hoc corpore, quod omnes homines dies uitae huius ultimus cogit, aliud est autem liberari de corpore mortis huius, quod sola dei gratia per Iesum Christum dominum nostrum sanctis et fidelibus eius impertit. post hanc autem uitam merces perficiens redditur, sed eis tantum a quibus in hac uita eiusdem mercedis meritum comparatur. non enim ad saturitatem iustitiae, cum hinc exierit, quisque peruenieт, nisi ad eam, cum hic est, esuriendo et sitiendo cucurrerit. beati quippe,

15 cf. Gal. 5, 17 22 cf. Rom. 7, 24 sq. 27 Matth. 5, 6

1 cum *V*: *om. P* absumta *V*: adsumpta *P* 6 *cap.* CCCLXXXIII (*sic*) *P* CCCXI *Gv* 7 *titulum atram. nigro add. m. 2 in P* 9 orationes *P* 10 supra scripto *MV*: VI de perfectione iustitiae hominis ad paulum et eutropium episcopos *P* 18 et ne *GP*: ne ne *V* uanum *GP*: unum *V* 19 suscipia*t (n *ras.*) *P* enim est *P* 23 post *P*: per *V*

qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Quamdiu ergo peregrinantes a domino per fidem ambulamus, non per speciem — unde dictum est: iustus ex fide uiuit — haec est nostra in ista peregrinatione iustitia, ut ad illam perfectionem plenitudinemque iustitiae, ubi in specie decoris eius iam plena et perfecta caritas erit, nunc ipsius cursus rectitudine et perfectione tendamus, castigando corpus nostrum et seruituti subiciendo et elemosynas in dandis beneficiis et dimittendis quae in nos sunt commissa peccatis hilariter ex corde faciendo et orationibus indesinenter instando, et haec faciendo in doctrina sana, qua aedificatur fides recta, spes firma, caritas pura. haec est nunc nostra iustitia, qua currimus esurientes et sitientes ad perfectionem plenitudinemque iustitiae, ut ea postea saturemur. unde dominus in euangelio, cum dixisset: nolite facere iustitiam uestram coram hominibus, ut uideamini ab eis, ne istum nostrum cursum fine humanae gloriae metiremur, non est in expositione iustitiae ipsius executus nisi tria ista: ieiunium, elemosynas, orationes, ieiunio scilicet uniuersam corporis castigationem significans, elemosynis omnem beniuolentiam et beneficientiam uel dandi uel ignoscendi, et oratione insinuans omnes regulas sancti desiderii, ut quoniam in castigatione corporis frenatur concupiscentia, quae non frenari, sed omnino esse non debet nec erit in illa perfectione iustitiae, ubi nullum erit omnino peccatum, et saepe in usu rerum etiam concessarum atque licitarum exserit immoderationem suam, in ipsa uera beneficientia, qua iustus consulit proximo, quaedam fiunt quae obsint, cum prodesse putata sint, et aliquando per infirmitatem uel, cum minus sufficitur necessitatibus aliorum

3 cf. II Cor. 5, 6 sq. 4 Rom. 1, 17 (Abac. 2, 4) 16 Matth. 6, 1

5 ista *PV*: ipsa *a* 8 nunc *V*: nostra P^1 tunc *add.* P^1 *supr. uers.* 11 ex corde *V*: et ex corde *GP* faciendo] *add.* P^2 12 sana *V*: sua *P* 18 fine *GP*: fide *V* 20 ieiunio *V*: ieiunium *P* 21 beneuolentiam *GP* 22 beneficentiam *GP* 23 ut] *abundare uidetur; cf. Cypr. p. 540, 4 ed. Hartel* 27 exserit] exerit P^1 exierit P^1V 28 beneficentia *GP*

uel parum in eis proficit, quod benignitatis ac laboris impenditur, subrepit taedium, quo fuscetur hilaritas, in qua datorem diligit deus. subrepit autem tanto magis, quanto minus quisque, et tanto minus, quanto magis quisque profecerit.

CCXCV.

PRAECEPTVM DE DILIGENDO DEO IN ILLA VITA PERFECTE COMPLERI DICIT ET RATIONEM REDDIT TESTIMONIORVM, QVIBVS IMPERATVR HOMINI PERFECTVM ESSE, VEL QVANDO SIT ECCLESIA GLORIOSA. EX EODEM LIBRO.

320 Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus, id est quotquot perfecte currimus, hoc sapiamus, quod nondum perfecti sumus, ut illic perficiamur, quo perfecte adhuc currimus, ut, cum uenerit quod perfectum est, quod ex parte est destruatur, id est non iam ex parte sit, sed ex toto, quia fidei et spei iam res ipsa, non quae credatur et speretur, sed quae uideatur teneaturque succedit, caritas autem, quae in his tribus maior est, non auferatur, sed augeatur et impleatur, contemplata quod credebat et quod sperabat indepta. in qua plenitudine caritatis praeceptum illud implebitur: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua. nam cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentiae, quod uel continendo frenetur, non omni modo ex tota anima diligitur deus. non enim caro sine anima concupiscit, quamuis caro concupiscere dicatur, quia carnaliter anima concupiscit. tunc erit iustus sine ullo omnino peccato,

2 cf. II Cor. 9, 7 10 Philipp. 3, 15 13 cf. I Cor. 13, 10
16 cf. I Cor. 13, 13 19 Matth. 22, 37 (Deut. 6, 5)

2 (*et* 3) subrepit (e *in* i *mut. m. 2*) *P* 4 quisque *PV*: *om. a*
5 *cap.* CCLXXXIIII (*sic*) *P* CCCXII *Gv* 6 *titulum add. m. 2 in P*
7 et rationem — testimoniorum *GP*: *om. V* reddit *P*: redidit *G*
8 sit *V*: fit *P* 10 perfeti (c *add. m. 2*) *V* 11 perfete (c *add. m. 2*) *V* 14 ex parte sit *GP*: ex parte *V* 16 succedit P^1V: succedet P^2 19 diligis *V* 20 ex tota anima (*om.* et) *P*

quia nulla lex erit in membris eius repugnans legi mentis eius, sed prorsus toto corde, tota anima, tota mente diligit deum, quod est primum summumque praeceptum. cur ergo non praeciperetur homini ista perfectio, quamuis eam in hac uita nemo habeat? non enim recte curritur, si quo currendum est nesciatur. quomodo autem sciretur, si nullis praeceptis ostenderetur? sic ergo curramus, ut comprehendamus. omnes enim, qui recte current, comprehendent, non sicut in agone theatrico omnes quidem currunt, sed unus accipit palmam. curramus credendo et sperando, desiderando; curramus corpus castigando et elemosynas in bonis dandis malisque ignoscendis hilariter et ex corde faciendo et currentium uires ut adiuuentur orando, et sic audiamus praecepta perfectionis, ne currere neglegamus ad plenitudinem caritatis.

His praemissis ea testimonia, quae posuit iste cui respondemus, tamquam nos ea protulerimus, diligenter audiamus. in Deuteronomio: tu autem perfectus eris coram domino deo tuo; item illic: et non erit inconsummatus in filiis Israhel. item saluator in euangelio: estote perfecti, quia pater uester, qui est in caelis, perfectus est. item apostolus ad Corinthios secunda: de cetero, fratres, gaudete, perfecti estote; item ad Colossenses: corripientes omnem hominem et docentes in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo; item ad Ephesios: ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam aut aliquid huius modi, ut sit sancta et immaculata. ⟨unde et beatus Dauid dicit:⟩ domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis

1 cf. Rom. 7, 23 2 cf. Matth. 22, 37 sq. 9 cf. I Cor. 9, 24 17 Deut. 18, 13 18 Deut. 23, 17 19 Matth. 5, 48 21 II Cor. 13, 11 23 Col. 1, 28 25 Eph. 5, 27 29 Ps. 14, 1 sq.

7 omnes enim — comprehendent *GP*: *om.* *V* 8 current *GP*¹: currunt *P*² 17 deutheronomio *V* 20 in caelis est *GP* 28 unde — dicit *a*: *om.* *GPV* 29 domine *V*: item domine *P*

requiescit in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam, et alibi: et ero immaculatus coram eo, et alibi: beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. item apud Salomonem: diligit dominus sancta corda; accepti sunt autem illi omnes immaculati. horum testimoniorum aliqua currentes exhortantur, ut perfecte currant, aliqua ipsum finem commemorant, quo currendo pertendunt. ingredi autem sine macula non absurde etiam ille dicitur, non qui iam perfectus est, sed qui ad ipsam perfectionem inreprehensibiliter currit, carens criminibus damnabilibus atque ipsa peccata uenialia non neglegens mundare elemosynis. ingressum quippe, hoc est iter nostrum quo tendimus ad perfectionem, munda mundat oratio. munda est autem oratio, ubi ueraciter dicitur: dimitte nobis, sicut et nos dimittimus, ut, dum non reprehenditur quod non imputatur, sine reprehensione, hoc est sine macula, noster ad perfectionem cursus habeatur, in qua perfectione, cum ad eum uenerimus, iam non sit omnino quod ignoscendo mundetur.

Sed aliud est esse sine peccato, quod de solo in hac uita unigenito dictum est, aliud esse sine querella, quod de multis iustis etiam in hac uita dici potuit, quoniam est quidam modus bonae uitae, de quo etiam in ista humana conuersatione iusta querella esse non possit. quis enim iuste queritur de homine, qui nemini male uult et quibus potest fideliter consulit nec contra cuiusque iniurias tenet libidinem uindicandi, ut ueraciter dicat: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris? et tamen eo ipso quod uerum dicit:

2 Ps. 17, 24 3 Ps. 118, 1 5 Prou. 22, 11 15 (et 27) Matth. 6, 12

1 requiescit *V*: requiescet *P* 3 coram *V*: cum *GP* 8 pertendant *P* 12 mundare *P*: mundaret et *V* elemosinis *P* 13 perfectionem *V*: fectionem *P* 14 munda mundat *V*: mundam m. *P* 15 nobis *V*: nobis debita nostra *GP* 18 eum *V*: eam *GP* 21 aliud esse P^2V: aliud est P^1 24 queretur *P* 26 nec *V*: ne *P* cuiusque *V*: cuiusquam *GP* 27 ut *V*: et *P*

dimitte, sicut et nos dimittimus, sine peccato se non esse declarat. inde est quod dicit: nihil iniquum erat in manibus eius, sed oratio mea munda. hinc enim erat munda oratio, quia ueniam non iniuste petebat qui uera- citer dabat.

Iudicium enim sine misericordia, sed illi qui non fecit misericordiam; superexsultat autem misericordia iudicio. quod si non esset, quae spes esset, quando quidem, cum rex iustus sederit in throno, quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? tunc ergo per eius misericordiam iusti plene perfecteque mundati fulgebunt in regno patris sui sicut sol.

Tunc plene atque perfecte erit ecclesia, non habens maculam aut rugam aut aliquid huius modi, quia tunc etiam erit uere gloriosa. cum enim non tantum ait: ut exhiberet sibi ecclesiam non habentem maculam aut rugam, sed addidit: gloriosam, satis significauit, quando erit sine macula et ruga aut aliquid eius modi: tunc utique, quando gloriosa. non enim modo in tantis malis, in tantis scandalis, in tanta permixtione hominum pessimorum, in tantis opprobriis impiorum dicendum est eam esse gloriosam, quia reges ei seruiunt, ubi est periculosior maiorque temtatio; sed tunc potius gloriosa erit, quando fiet quod idem ait apostolus: cum Christus apparuerit, uita uestra, tunc et uos cum ipso apparebitis in gloriam. cum enim dominus ipse secundum formam serui, per quam se mediator coniunxerit ecclesiae, non fuerit glorificatus nisi post resurrectionis gloriam — unde

2 Iob. 16, 17 6 Iac. 2, 13 9 Prou. 20, 8 sq. 12 cf. Matth. 13, 43 16 Eph. 5, 27 24 Col. 3, 4

3 eius *V*: meis *GP* (*cf. gr.* μου) 6 sed *GV*: *eras. in P* 7 fecit *V*: facit *GP* superexsultat *V*: superexaltat *GP* 8 iudicio *V*: iudicium *GP* 9 sederit] i *ex* e *corr. m. 2 P* 11 misericordia *V* 15 huius modi *V*: eius modi *P* 18 addidit *V*: addit *P* 19 aliquid *GPV*: aliquo *a* 24 fiet *GP*: fieri *V* apostolus ait *P* 26 gloriam *V*: gloria *GP* 27 coniunxerit *V*: coniunxit *G* coniuncxit *P*

dictum est: spiritus autem non erat datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus — quomodo dicenda est ante resurrectionem suam ecclesia eius esse gloriosa? mundat ergo eam nunc lauacro aquae, in uerbo abluens peccata praeterita et pellens ab ea dominationem malorum angelorum; deinde perficiens eius sanitates facit eam occurrere in illam gloriosam sine macula et ruga. quos enim praedestinauit, illos et uocauit; et quos uocauit, ipsos et iustificauit; quos autem iustificauit, illos et glorificauit. in hoc mysterio dictum arbitror: ecce eicio daemonia et sanitates perficio hodie et cras, et tertia consummor, id est perficior. dixit enim hoc ex persona corporis sui, quod est ecclesia dei, ⟨dies⟩ ponens pro distinctis ordinatisque temporibus, quod in sua resurrectione significauit in triduo.

Puto autem interesse inter rectum corde et mundum corde. nam et rectus corde in ea quae ante sunt extenditur, ea quae retro sunt obliuiscens, ut recto cursu, id est recta fide atque intentione, perueniat ubi habitet mundus corde. sicut illa singula reddenda sunt singulis, ubi dictum est: quis ascendit in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus et mundus corde. innocens manibus ascendet et mundus corde stabit: illud in opere est, illud in fine. et illic magis intellegendum quod dictum est: bona est substantia cui non est peccatum in conscientia. tunc enim erit uere bona substantia, id est uerae diuitiae, cum transierit tota paupertas, id est consummata fuerit omnis infirmitas. nunc uero auertat se homo a delicto, cum proficiendo inde discedit et renouatur de

1 Io. 7, 39 4 cf. Eph. 5, 26 7 Rom. 8, 30 10 Luc. 13, 32 17 cf. Philipp. 3, 14 20 Ps. 23, 3 sq. 25 Eccli. 13, 24 28 Eccli. 38, 10

7 ruga] rugai *V* 13 dies *a*: *om. GPV* ponens *G*: ponens in *PV* ordinatisque *V*: et ordinatis *P* 14 quod *V*: quod et *GP* 21 ascendit P^1V: ascendet GP^2 27 consummata *V*: cum consummata *P* 28 uero *V*: uere *P*

die in diem, et dirigat manus in opus misericordiae et ab omni delicto mundet cor suum; misereatur, ut quod restat per ueniam dimittatur. hoc enim salubriter et sine uana inanique iactantia bene intellegitur in eo quod dixit sanctus Iohannes: si cor nostrum nos non reprehendat, fiduciam habemus ad deum, et quaecumque petierimus, accipiemus ab eo. hoc enim uidetur isto loco admonuisse, ne cor nostrum nos in ipsa oratione et petitione reprehendat, hoc est, ne forte, cum coeperimus dicere: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus, compungamur non facere quod dicimus, aut etiam non audeamus dicere quod non facimus, ut fiduciam petendi amittamus.

CCXCVI.

DE EO QVOD AIT APOSTOLVS: IVDICIVM EX VNO IN CONDEMNATIONEM. EX EPISTVLA RESPONSIONIS AD CONSVLTA HILARII.

Cum ergo in utroque, id est in iudicio et in gratia, quod 321
attinet ad unum et multa delicta, una eademque sit ratio, dicant isti nobis, quare iudicium dixerit ex uno delicto ducere in condemnationem, gratiam uero ex multis delictis in iustificationem, aut adquiescant ideo sic esse dictum, quia in hac causa duo constituuntur homines: Adam, ex quo subsistit generatio carnalis, et Christus, ex quo generatio spiritalis. sed quia tantum ille homo, iste autem et deus et homo, non quomodo illa generatio uno delicto obligat, quod est ex Adam, ita ista regeneratio unum delictum soluit, quod est ex Adam.

5 I Io. 3, 21 sq. 10 Matth. 6, 12 14 Rom. 5, 16

3 sine *GP*: sane *V* 5 nos non reprehendat *V*: non reprehenderit nos *P* 6 habeamus *P* 10 debita nostra *V*: *om. GP* 12 facimus *GV*: faciamus *P* ut *V*: et *GP* 13 *cap.* CCLXXXV (*sic*) *P* CCCXIII *Gv* 14 *titulum adiecit m. 2 in P*. 15 epistola *GP* 17 id est *V*: id est et *GP* 22 subsistit *V*: surgit *P* 23 carnalis *GP*: carnislis (*sic*) *V* 26 ita ista—ex Adam *PV*: *om. G*

sed illi quidem generationi sufficit ad condemnationem unius delicti conexio — quidquid enim postea homines ex malis suis operibus addunt, non pertinet ad illam generationem, sed ad humanam conuersationem — huic autem regenerationi non sufficit illud delictum tantummodo soluere, quod ex Adam trahitur, sed quidquid etiam postea ex iniquis operibus humanae conuersationis accedit. ideo iudicium ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem.

Si enim ob unius delictum mors regnauit per unum, a quo delicto paruuli per baptismum expiantur, multo magis qui abundantiam gratiae et iustitiae accipiunt, in uita regnabunt per unum Iesum Christum: multo magis utique regnabunt, quia aeternae uitae regnum erit, mors autem in eis temporaliter transit, non in aeternum regnabit. itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem — de qua condemnatione paruuli per sacramentum baptismi liberandi sunt — ita et per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem uitae. et hic omnes dixit et ibi, non quia omnes homines ueniunt ad gratiam iustificationis Christi, cum tam multi alienati ab illa in aeternum moriantur, sed quia omnes, qui renascuntur in iustificationem, non nisi per Christum renascuntur, sicut omnes, qui nascuntur in condemnationem, non nisi per Adam nascuntur. nemo quippe est in illa generatione praeter Adam, nemo in ista regeneratione praeter Christum; ideo omnes et omnes. eosdem autem omnes etiam multos postea dicit adiungens: sicut per inoboedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, sic et per unius hominis oboedientiam iusti constituentur multi. qui multi, nisi quos iam paulo ante omnes dixerat?

9 Rom. 5, 17 sqq.

13 utique *V*: utique in uitam *GP* 18 ad iustificationem — homines] *add.* P^2 *in mg.* 21 ab illa *V*: multi ab illa *P* 27 sicut *V*: sicut enim *GP* 29 sic et per — constituentur multi] *bis scriptum, sed semel eras. in P*

Vide, quemadmodum commendat unum et unum, id est Adam et Christum, illum ad condemnationem, hunc ad iustificationem, cum tanto post Adam uenerit Christus in carne, ut sciamus antiquos iustos, quicumque esse potuerunt, non nisi per eandem fidem liberatos, per quam liberamur et nos, fidem scilicet incarnationis Christi, quae illis praenuntiabatur, sicut et nobis annuntiabatur. ideo hic Christum hominem dicit, cum sit et deus, ne quis existimet antiquos iustos per deum tantummodo Christum, id est per uerbum, quod erat in principio, non etiam per fidem incarnationis eius, qua et homo Christus dicitur, potuisse liberari. sententia quippe ista destrui non potest, de qua et alibi dicit: per unum hominem mors et per unum hominem resurrectio mortuorum. sicut in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur: utique in resurrectionem iustorum, ubi est uita aeterna, non in resurrectionem iniquorum, ubi mors aeterna erit; ideo ait uiuificabuntur, quia illi damnabuntur. hinc et in ueteribus sacramentis circumcisio paruulorum octauo die fieri praecepta est, quoniam Christus, in quo fit delicti carnalis expoliatio — quam significat circumcisio — die dominico resurrexit, qui post septimum sabbati octauus est. haec ergo fides etiam antiquorum iustorum fuit. unde et apostolus dicit: habentes autem eundem spiritum fidei, propter quod scriptum est: credidi, propter quod locutus sum; nos credimus, propter quod et loquimur. non diceret: eundem spiritum fidei, nisi admonens etiam antiquos iustos ipsum habuisse spiritum fidei, hoc est incarnationis Christi. sed quia illis futura praenuntiabatur, quae iam facta nobis annuntiatur, et tempore ueteris

9 cf. Io. 1, 1 12 I Cor. 15, 21 sq. 19 cf. Leu. 12, 3 23 II Cor. 4, 13

7 sicut et—annuntiabatur GP^1: *del. m. 2 P*; *om. V* 15 in resurrectionem *scripsi*: in resurrectione *V* in resurrectione dicit *P* resurrectionem dicit (*om.* in) *G* 16 in resurrectionem *V*: in resurrectione P^2 resurrectionem GP^1 19 die] diei (i *prior ex* c *corr. m. 1*) *V* 25 loquutus *V* nos *V*: et nos *GP*

testamenti uelabatur, quae tempore noui testamenti reuelatur: ideo eius sacramenta uaria sunt, ut alia essent in uetere testamento, alia in nouo, cum fides ipsa uaria non sit et uera sit, quia, sicut in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur.

CCXCVII.

CONTRA ID QVOD DIXERVNT PELAGIANI, HVMANAM NON POSSE MVTARE VEL DEBILITARE NATVRAM ID QVOD SVBSTANTIA CARET. EX LIBRO DE NATVRA ET GRATIA.

322 „Primo“ inquit „de eo disputandum est, quo per peccatum debilitata dicitur et immutata natura. unde ante omnia quaerendum puto“ inquit „quid sit peccatum, substantia aliqua an omnino substantia carens nomen, quo non res, non exsistentia, non corpus aliquod, sed perperam facti actus exprimitur“. deinde adiungit: „credo, ita est. et si ita est“ inquit „quomodo potuit humanam debilitare uel mutare naturam quod substantia caret?“

Cernitisne, quo tendat et quo manus porrigat haec disputatio? ut omnino frustra dictum putetur: uocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. quomodo enim saluum faciet, ubi nulla est aegritudo? peccata quippe, a quibus dicit euangelium saluum faciendum populum Christi, substantiae non sunt et secundum istum uitiare non possunt. o frater, bonum est, ut memineris te esse christianum. credere ista fortasse suffecerit; sed quia disputare uis nec obest, immo etiam prodest, si firmissima praecedat fides nec existimemus peccato humanam naturam

4 I Cor. 15, 22 19 Matth. 1, 21

1 uelabatur P^1: reuelatur *GV* reuelabitur P^1 reuelatur *V*: reuelabitur P^1 reuelabatur P^2 2 uaria *V*: uariata *GP* 6 *cap.* CCLXXXVI *P* CCCXIIII *Gv* 7 *titulum add. m. 2 in P* 8 debilitare G^3: debilita G^1 deuitare *PV* (*cf. p. 29, 23, ubi scribendum erat* debilitare) 10 quo *GPV*: quod *a* 13 substantiam carens *V* 22 a quibus *GP*: quibus *V* 25 sufficerit *V* sed *V*: sed tamen *GP* 27 naturam humanam *GP*

non posse uitiari, sed diuinis credentes scripturis peccato eam esse uitiatam, quomodo fieri potuerit inquiramus. quoniam peccatum iam didicimus non esse substantiam, nonne attenditur, ut alia omittam, etiam non manducare non esse substantiam? a substantia quippe receditur, quoniam cibus substantia est. sed abstinere a cibo non est substantia, et tamen substantia corporis, si omnino abstineatur a cibo, ita languescit, ita ualetudinis inaequalitate corrumpitur, ita exhauritur uiribus, ita lassitudine debilitatur et frangitur, ut, si aliquo modo perduret in uita, uix possit ad eum cibum reuocari, unde abstinendo uitiata est. sic non est substantia peccatum, sed substantia est deus summaque substantia et solus uerus rationalis creaturae cibus. a quo per inoboedientiam recedendo et per infirmitatem non ualendo capere, quo debuit et gaudere, audis quemadmodum dicat: percussum est sicut faenum et aruit cor meum, quoniam oblitus sum manducare panem meum.

CCXCVIII.

DE SAMVHEL ET PYTHONISSA. EX LIBRO AD DVLCITIVM DE OCTO QVAESTIONIBVS.

Sexta tua propositio est, utrum iuxta historiam pythonissa 323
ipsum prophetam Samuhelem de inferno euocauerit. hoc a me beatae memoriae Simplicianus, Mediolanensis episcopus, aliquando quaesiuit. quid ei responderim, subditum lege.

„Item quaeris“ inquam „utrum spiritus immundus, qui erat in pythonissa, potuerit agere, ut Samuhel a Saul uideretur et

15 Ps. 101, 5 19 cf. I Reg. 28, 7 sqq.

1 sed] sed etiam (etiam *del. m. 2*) *P* 2 fieri P^1V: id fieri P^2 4 alia P^1V: aliqua P^2 7 languiscit *V* 8 ita ualetudinis P^1V: ut ualet. P^2 13 inoboedientia *V* per infirmitatem *P* 14 quo *V*: quod *P* 18 *cap.* CCLXXXVII *P* CCCXV *Gv* 19 *titulum add. m. 2 in P* pythonissa *V*: phitonissa *P* 20 questionibus *V* 21 istoriam *G* 26 samuel *P* saule *P*

loqueretur cum eo. sed multo maioris miraculi est, quod ipse satanas, princeps immundorum spirituum, potuit loqui cum deo et petere temtandum Iob iustissimum uirum; qui etiam apostolos temtandos petiuit. aut si hoc ideo non habet difficilem quaestionem, quia per quam uoluerit creaturam cui uoluerit creaturae ubique praesens ueritas loquitur nec propterea magni meriti est cui loquitur deus; interest enim, quid loquatur, quia et imperator cum multis innocentibus non loquitur, quibus prouidentissime consulit ad salutem, et cum multis nocentibus loquitur, quos iubet interfici — si ergo hinc propterea nulla quaestio est, nulla sit quaestio, quomodo etiam immundus spiritus cum anima sancti uiri loqui potuerit. omnibus enim dei sanctis deus creator et sanctificator longe utique maior est. quod si hoc mouet, quod licuerit maligno spiritui excitare animam iusti et tamquam de abditis mortuorum receptaculis euocare, nonne magis mirandum est, quod satanas ipsum dominum assumsit et constituit super pennam templi? quolibet enim modo fecerit, ille etiam modus, quo Samuheli factum, ut excitaretur, similiter latet. nisi forte quis dixerit faciliorem diabolo fuisse licentiam ad dominum uiuum unde uoluit assumendum et ubi uoluit constituendum quam ad Samuhelis defuncti spiritum a suis sedibus excitandum. quod si illud in euangelio ideo nos non perturbat, quia dominus uoluit atque permisit nulla deminutione suae potestatis et diuinitatis id fieri, sicut ab ipsis Iudaeis, quamquam peruersis atque immundis et facta diaboli facientibus, et teneri scilicet et uinciri et inludi et crucifigi atque interfici passus est: non est absurdum credere ex aliqua dispensatione diuinae uoluntatis permissum fuisse, ut non inuitus nec dominante

3 cf. Iob. 1, 11 4 cf. Luc. 22, 31 17 cf. Matth. 4, 5

2 spirituum *V*: omnium spirituum *GP* 3 peteret *P* 4 temptandos (s *del. m. 1*) *P* petiuit *V*: petiit *GP* 5 questionem *V* 9 prouidentissime *GP*: prouidissime *V* 11 questio *V* 13 dei *V*: *om. GP* 17 pennam *V*: pinnam *P* 19 factum *V*: factum est *P* 23 nos ideo *P* 24 diminutione *P* 26 diaboli P^2V: diabolica P^1 27 scilicet *PV*: se *a*

atque subiugante magica potentia, sed uolens atque obtemperans occultae dispositioni dei, quae pythonissam illam et Saulem latebat, consentiret spiritus prophetae sancti se ostendi aspectui regis, diuina eum sententia percussurus. cur enim anima boni hominis, a malis uiuis euocata si uenerit, amittere uideatur dignitatem suam, cum et uiui plerumque boni uocati ad malos ueniant et agant cum eis quod officium postulat aequitatis, seruato atque inconcusso decore uirtutis suae et illorum uitiis pro rerum praesentium uel usu uel necessitate tractatis? Quamquam in hoc facto potest esse alius facilior exitus et expeditior intellectus, ut non uere spiritum Samuhelis excitatum a requie sua credamus, sed aliquod phantasma et imaginariam illusionem diaboli machinationibus factam, quam propterea scriptura nomine Samuhelis appellat, quia solent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt: sicut omnia, quae pinguntur atque finguntur ex aliqua materie metalli aut ligni aut cuiuscumque rei aptae ad opera huius modi, quae etiam uidentur in somnis et omnes fere imagines earum rerum, quarum imagines sunt, appellari nominibus solent. quis enim est, qui hominem pictum dubitet uocare hominem? quando quidem et singulorum quorumque picturam cum aspicimus, propria quaque nomina incunctanter adhibemus; uelut cum intuentes tabulam aut parietem dicimus: „ille Cicero est, ille Sallustius; ille Achilles, ille Hector; hoc flumen Simois, illa Roma", cum aliud nihil sint quam picturae, imagines. unde cherubin cum sint caelestes potestates, fictae tamen ex metallo, quod imperauit deus, super

27 cf. Ex. 25, 18

2 dispositionis *P* 3 sanctae *P* 5 uiuis *P*: uisis *V* 7 postulat aequitatis G^1P: postulat ^{et} aequitas G^2 postulatae quietis *V* 9 praesentium P^1V: sententia P^2 13 macinationibus *V* 15 rerum P^2V: rerum omnium GP^1 17 materie *V*: materia *P* aut cuiuscumque *V*: uel cuiusque *P* apte *V* 19 nominibus G^2PV: in omnibus G^1 22 quaque *V*: quoque *P* quaeque *a* 23 aut *V*: *om.* *P* 24 sallustius *GV*: sallustius est *P* 26 picturae *V*: pictae G^2P picti G^1 cherubim *GP* 27 fictae *V* ex] ** ex (et *ras.*) *P*

arcam testamenti magnae rei significandae gratia non aliud quam cherubin illa quoque figmenta uocitantur. item quisquis uidet somnium, non dicit: „uidi imaginem Augustini aut Simpliciani," sed: „uidi Augustinum et Simplicianum", cum eo tempore, quo tale aliquid uidit, nos ignoraremus. usque adeo manifestum est non ipsos homines, sed imagines eorum uideri. et Pharao spicas se dixit uidisse in somnis et boues, non spicarum aut boum imagines. si igitur liquido constat nominibus earum rerum, quarum imagines sunt, easdem imagines appellari, non mirum est, quod scriptura dicit Samuhelem uisum, etiam si forte imago Samuhelis apparuit machinamento eius qui transfigurat se uelut in angelum lucis et ministros suos uelut ministros iustitiae.

Iam uero si illud mouet, quomodo et a maligno spiritu Sauli uera praedicta sunt, potest et illud mirum uideri, quomodo daemones agnouerint Christum, quem Iudaei non cognoscebant. cum enim uult deus etiam per infirmos infimosque spiritus aliquem uera cognoscere, temporalia dumtaxat adque ad istam mortalitatem pertinentia, facile est et non incongruum, ut omnipotens et iustus ad eorum poenam quibus ista praedicantur, ut malum, quod eis impendet, antequam ueniat, praenoscendo patiantur, occulto apparatu ministeriorum suorum etiam spiritibus talibus aliquid diuinationis impertiat, ut quod audiunt ab angelis praenuntient hominibus. tantum autem audiunt, quantum omnium dominus atque moderator uel iubet uel sinit. unde etiam spiritus pythonicus in Actibus apostolorum attestatur Paulo apostolo et euangelista esse

7 cf. Gen. 41, 18 sqq. 12 cf. II Cor. 11, 14 sq. 16 cf. Matth. 8, 29 26 cf. Act. 16, 17

6 homines *V*: *om. P* 10 samuelem *P* 11 samuelis uisa (uisa *add. m. 2*) *P* 12 in *V*: *om. GP* 15 sunt P^2V: sint P^1 16 cognoscebant *V*: agnoscebant *P* 17 infirmos GP^2V: infirmis P^1 infimosque G^2: infirmosque P^2V infirmusque G^1P^1 18 spiritus *V*: spiritus ** (et *ras.*) *P* xps et G^1 xpianos et G^2 atque *G P* 21 praedicantur *V*: praedicuntur *P* 22 ministeriorum *V*: mysteriorum *P* 24 praenuntiant *P* 26 sinit *P*: sinet *V*

conatur. miscent tamen isti fallacias et uerum, quod nosse potuerint, non docendi magis quam decipiendi fine praenuntiant: et forte hoc est quod, cum illa imago Samuhelis Saulem praediceret moriturum, dixit etiam secum futurum, quod utique falsum est. magno quippe interuallo post mortem separari malos a bonis in euangelio legimus, cum dominus inter superbum illum diuitem, cum iam apud inferos tormenta pateretur, et illum qui ad eius ianuam ulcerosus iacebat, iam in requie constitutum magnum chaos interiectum esse testatur. aut si propterea Samuhel Sauli dixit: mecum eris, ut non ad aequitatem felicitatis, sed ad parem condicionem mortis referatur, quod uterque homo fuerit, uterque mori potuerit, iamque mortuus mortem uiuo praenuntiabat: perspicit, quantum opinor, prudentia tua, secundum utrumque intellectum habere exitum illam lectionem, qui non sit contra fidem. nisi forte profundiore et perplexiore inquisitione, quae uel uirium mearum uel temporis excedit angustias, inueniatur ad liquidum, uel posse uel non posse animam humanam, cum ex hac uita emigrauerit, magicis carminibus euocatam uiuorum apparere conspectibus, etiam corporis liniamenta gestantem, ut non solum uideri ualeat sed et agnosci. et si potest, utrum etiam iusti anima non quidem cogatur magicis sacris, sed dignetur ostendi occultioribus imperiis summae legis obtemperans, ut, si fieri non posse claruerit, non uterque sensus in huius scripturae tractatione atque expositione admittatur, sed illo excluso imaginaria simulatio Samuhelis diabolico ritu facta intellegatur. sed quoniam, siue illud fieri possit siue non possit, tamen fallacia satanae atque imaginum simulandarum callida operatio decipiendis humanis sensibus multiformis inuigilat,

9 cf. Luc. 16, 26 10 I Reg. 28, 19

2 decipiendi *GP*: desipiendi *V* 6 malos *V*: bonos GP^2 bonis P^1 a GP^2V: et P^1 bonis *V*: malis *GP* 12 uterque *V*: et uterque *GP* 16 perplexiore *GV*: prolixiore *P* 17 mearum *V*: suarum *P* ad *GV*: a *P* 19 euocatum *V* 20 lineamenta *P* gestantem *GP*: testantem *V* 25 amittatur *V* 27 posset siue non posset *P*

pedetemtim quidem ne inquisitionibus diligentioribus praescribamus, sed tamen potius existimemus tale aliquid factum maligno pythonissae illius ministerio, quamdiu nobis aliquid amplius excogitare atque explicare non datur."

Haec sunt quae tunc de pythonissa et Samuhele rescripsi. sed quam non frustra dixerim, pedetemtim non in hoc genere simulatam Samuhelis imaginem malignae pythonissae ministerio praesentatam existimare debere, ne inquisitionibus diligentioribus praescribamus, mea posterior inquisitio declarauit, quando inueni in libro Ecclesiastico, ubi patres laudantur ex ordine, ipsum sic fuisse laudatum, ut prophetasse etiam mortuus diceretur. sed si et huic libro ex Hebraeorum — quia in eo non est — canone contradicitur, quid de Mose dicturi sumus, qui certe et in Deuteronomio mortuus et in euangelio cum Helia, qui mortuus non est, legitur apparuisse uiuentibus?

CCXCVIIII.

QVIBVS SACRIFICIVM PROSIT AVT LOCVS MARTYRVM, IN QVO QVISPIAM SEPELITVR. EX LIBRO DE CVRA PRO MORTVIS GERENDA AD PAVLINVM EPISCOPVM NOLANVM.

324 Scripsisti mihi quaerens a me, utrum prosit cuique post mortem, quod corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepelitur. nam dicis uideri tibi non esse inanes motus animorum religiosorum atque fidelium pro suis ita curantium. adiungis etiam uacare non posse, quod uniuersa pro defunctis ecclesia supplicare consueuit, ut hinc et illud conici possit,

10 cf. Eccli. 46, 20 14 cf. Deut. 34, 5 15 cf. Matth. 17, 3

1 ne *GP*: de *V* 3 maligno *V*: malignae *P* 4 explicare *GP*: explere *V* 6 generi G^1 7 malignae *V*: maligno *GP* 8 praesentatam] praesentata P^2V praenotantum P^1 12 et] *del.* P^2 haebreorum *V* 13 canone *GP*: chanon *V* moyse *G P* 14 deutheronomio *V* 17 *cap.* CCCXIIII *P* CCCXVI *Gv* 18 quibus] de cura pro mortuis gerenda uel q. GP^1v 19 (*et* 23) sepilitur *V* 23 nam P^2V: certe. nam GP^1 24 ita *V*: ista *P* 26 hinc et illud *V*: illud hinc *P*

homini prodesse post mortem, si fide suorum humando eius corpori talis prouideatur locus, in quo appareat opitulatio etiam isto modo quaesita sanctorum.

Sed cum haec ita sunt, quomodo huic opinioni contrarium non sit quod ait apostolus: omnes enim adstabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea quae per corpus gessit, siue bonum siue malum, non te satis uidere significas. haec quippe apostolica sententia ante mortem admonet fieri quod possit prodesse post mortem, non tunc, quando recipiendum est quod quisque gesserit ante mortem. uerum haec ita soluitur quaestio, quoniam quodam uitae genere adquiritur, dum in hoc corpore uiuitur, ut aliquid adiuuent ista defunctos, ac per hoc secundum ea quae per corpus gesserunt eis quae post corpus religiose pro illis facta fuerint adiuuantur. sunt enim quos nihil omnino adiuuant ista, siue pro eis fiant quorum tam mala sunt merita, ut nec talibus digni sint adiuuari, siue pro his quorum tam bona sunt, ut talibus non indigeant adiumentis. genere igitur uitae, quod gessit quisque per corpus, efficitur, ut prosint uel non prosint quaecumque pro illo pie fiunt, cum reliquerit corpus. nam meritum, per quod ista prosint, si nullum comparatum est in hac uita, frustra post hanc quaeritur uitam. ita fit, ut neque inaniter ecclesia uel suorum cura pro defunctis quod potuerit religionis impendat et tamen ferat unusquisque secundum ea quae per corpus gessit siue bonum siue malum, reddente deo unicuique secundum opera eius. ut enim hoc quod impenditur possit ei prodesse post corpus, in ea uita est adquisitum, quam gessit in corpore.

Prouisus itaque sepeliendis corporibus apud memoriam sanctorum locus bonae affectionis humanae est erga funera suorum,

5 II Cor. 5, 10 26 cf. Rom. 2, 6

4 sunt *V*: sint *GP* 5 astabimus *P* 9 possit *V*: poscit *P* 10 quando *V*: quando iam *GP* 13 defunctis *P* ac *V*: hac *P* 14 post *a*: per *PV* (*cf. p. 948, 23*) 17 his] P^2 *in ras.* 18 bona *GP*: mala *V* sunt *V*: *om. GP* ut talibus] V^1 *in ras.* indigeant] V^1 *in ras.* 28 acquisitum est *P*

quoniam, si nonnulla religio est, ut sepeliantur, non potest nulla esse, quando ubi sepeliantur attenditur. sed cum talia uiuorum solacia requiruntur, quibus eorum pius in suos animus appareat, non uideo, quae sint adiumenta mortuorum nisi ad hoc, ut, dum recolunt ubi sint posita eorum quos diligunt corpora, eisdem sanctis illos tamquam patronis susceptos apud dominum adiuuandos orando commendent. quod quidem facere possent, etiam si talibus locis eos humare non possent. sed non ob aliud uel memoriae uel monumenta dicuntur ea quae insigniter fiunt sepulchra mortuorum, nisi quia eos qui uiuentium oculis morte subtracti sunt, ne obliuione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam reuocant et admonendo faciunt cogitari. nam et memoriae nomen id apertissime ostendit et monumentum eo quod moneat mentem, id est admoneat, nuncupatur. propter quod et Graeci μνημεῖον uocant quod nos memoriam seu monumentum appellamus, quoniam lingua eorum memoria ipsa, qua meminimus, μνήμη dicitur. cum itaque recolit animus, ubi sepultum sit carissimi corpus, et occurit locus nomine martyris uenerabilis, eidem martyri animam dilectam commendat recordantis et precantis affectus. qui cum defunctis a fidelibus carissimis exhibetur, eum prodesse non dubium est his qui, cum in corpore uiuerent, talia sibi post hanc uitam prodesse meruerunt. uerum etsi aliqua necessitas uel humari corpora uel in talibus locis humari nulla data facultate permittat, non sunt praetermittendae supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in christiana et catholica societate defunctis etiam tacitis nominibus eorum sub generali commemoratione suscepit eccle-

2 ubi *GP*: ibi *V* 3 suo *P* 5 sint *V*: *om. P* 6 sanctis *V*: sanctos *P* 9 *uerba f. 267ᵛ cod. V inde a* non ob aliud — *p. 967, 21* humilius atque *fere plane delituerunt, ut scriptura m. 1 legi uix possit* 10 insigniter *V* (*m. 1 et 2*): insignita *P* 11 subtracte *P* obliuione (i *add. m. 2*) *V* 13 cogitare *P* 15 μνημεῖον] mnemion *P* mnomion *V* (*m. 1 et 2*) nemon *G* 17 μνήμη] mneme *V* mneme (o *add. m. 2*) *P* omneme *G* 18 recolit G^2P^2: recolet G^1P^1 recoli *V* (*m. 1 et 2*) 23 sibi] sic *P*

sia, ut quibus ad ista desunt parentes aut filii aut quicumque cognati uel amici, ab una eis exhibeantur pia matre communi. si autem deessent istae supplicationes, quae fiunt recta fide ac pietate pro mortuis, puto, quod nihil prodesset spiritibus eorum, quamlibet locis sanctis exanima corpora ponerentur.

Cum ergo fidelis mater fidelis filii defuncti corpus desiderauit in basilica martyris poni, si quidem credidit eius animam meritis martyris adiuuari, hoc quod ita credidit supplicatio quaedam fuit, et haec profuit, si quid profuit. et quod ad idem sepulchrum recurrit animo et filium precibus magis magisque commendat, adiuuat defuncti spiritum non mortui corporis locus, sed ex loci memoria uiuus matris affectus. simul enim et quis et cui commendatus sit non utique infructuose religiosam mentem precantis attingit. nam et orantes de membris sui corporis faciunt quod supplicantibus congruit, cum genua figunt, cum extendunt manus uel etiam prosternuntur solo et si quid aliud faciunt uisibiliter, quamuis eorum inuisibilis uoluntas et cordis intentio deo nota sit nec ille indigeat his indiciis, ut animus ei pandatur humanus. sed hic magis se ipsum excitat homo ad orandum gemendumque humilius atque feruentius, et nescio quomodo, cum hi motus corporis fieri nisi motu animi praecedente non possint, eisdem rursus exterius uisibiliter factis ille interior inuisibilis qui eos facit augetur, ac per hoc cordis affectus, qui, ut fierent ista, praecessit, quia facta sunt, crescit. uerum tamen si eo modo quisque teneatur uel etiam ligetur, ut haec de suis membris facere nequeat, non ideo non orat interior homo et ante oculos dei in secretissimo cubili, ubi compungitur, sternitur: ita etiam, cum plurimum intersit, ubi ponat corpus mortui sui qui pro spiritu eius deo supplicat, quia et praecedens affectus locum elegit sanctum et illic corpore posito recordatus locus sanctus eum qui praecesserat renouat et auget affectum,

2 exhibeantur *a*: exhibeatur *PV* (*cf. p. 755, 3. 968, 16; Rönsch p. 435*) 10 sepulcrum *GP* filium *GP*: fidelium *V* 13 commendatus P^1 *V*: commendaturus P^2 14 orantis *P* 24 facit *V*: fecit *GP* ac *V*: hac *P* 29 ponat *P*: poena *V* 30 quia *a*: qui *PV*

tamen, etiam si non possit ubi religiosus animus elegit humare quem diligit, nullo modo debet a supplicationibus necessariis in eius commendatione cessare. ubicumque enim iaceat uel non iaceat defuncti caro, spiritui requies adquirenda est, qui cum inde exiret, secum abstulit sensum, quo interesse possit, quomodo quisque sit siue in bonis siue in malis, nec ab ea carne exspectat adiuuari suam uitam, cui praebebat ipse uitam, quam detraxit excedens et redditurus est rediens, quoniam non caro spiritui, sed spiritus carni etiam ipsius resurrectionis meritum comparat, utrum ad poenam an ad gloriam reuiuescat.

CCC.

QVOD SAEPE IN SOMNIS MORTVI APPARERE PVTANTVR. EX EODEM LIBRO DE CVRA MORTVORVM GERENDA.

325 Narrantur uisa quaedam, quae huic disputationi non negligendam uideantur inferre quaestionem. feruntur quippe mortui nonnulli uel in somnis uel alio quocumque modo apparuisse uiuentibus atque ubi eorum corpora iacerent inhumata nescientibus, locisque monstratis admonuisse, ut sibi sepultura, quae defuerat, praeberetur. haec si falsa esse responderimus, contra quorundam scripta fidelium et contra eorum sensum qui talia sibi accidisse confirmant, impudenter uenire uidebimur. sed respondendum est non ideo putandum esse mortuos ista sentire, quia haec dicere uel indicare uel petere uidentur in somnis. nam et uiuentes apparent saepe uiuentibus dormientibus, dum se ipsi nesciant apparere, et ab eis haec qui somniauerint audiunt dicentibus, quod eos in somnis uiderint agentes aliquid uel loquentes. si ergo me potest aliquis in somnis uidere sibi aliquid, quodquod factum est, indicantem

10 comparat utrum *GP*: comparaturrum (r *del. m. 2*) *V* 12 *cap.* CC•C• *V*: CCCXV *P* CCCXVII *Gv* 13 mortui *V*: mortui uiuentibus *GP* 14 mortuorum *V*: pro mortuis *GP* 15 neglegenda *P* 16 uideantur *GP*: uideatur *V* (*cf. p. 755, 3. 967, 2*) 20 responderemus *V* 26 qui *V*: quae *GP* 29 quodquod V^1: quotquot V^2 quod *GP*

uel etiam id quod futurum est praenuntiantem, cum id ego prorsus ignorem et omnino prorsus non curem non solum quid ille somniet, sed utrum dormiente me uigilet an uigilante me dormiat an uno eodemque tempore uigilemus ambo siue dormiamus, quando ille somnium uidet et in quo me uidet: quid mirum, si nescientes mortui nec ita sentientes tamen a uiuentibus uidentur in somnis et aliquid dicunt quod euigilantes uerum esse cognoscant? angelicis igitur operationibus fieri crediderim, siue permittatur desuper siue iubeatur, ut aliquid dicere de sepeliendis corporibus suis uideantur in somnis, cum id penitus nesciant quorum illa sunt corpora. id autem aliquando utiliter fit siue ad uiuorum qualecumque solacium, ad quos pertinent illi mortui, quorum apparent imagines somniantibus, siue ut his admonitionibus generi humano sepulturae commendetur humanitas, quae, licet defunctis non opituletur, culpanda tamen inreligiositate neglegitur. aliquando autem fallacibus uisis homines in magnos mittuntur errores, quos talia perpeti iustum est. uelut si quisquam uideat in somnis quod Aeneas uidisse aput inferos poetica falsitate narratur, et ei cuiuspiam non sepulti appareat imago loquaturque talia, qualia refertur locutus illi fuisse Palinurus et, cum euigilauerit, ibi corpus eius inueniat, ubi iacere inhumatum, cum somniaret, audiuit, admonitus et rogatus, ut sepeliret inuentum, et quia id uerum esse comperit, credat ideo mortuos sepeliri, ut eorum animae ad loca transeant, unde insepultorum animas inferna prohiberi lege somniauit: nonne ista credens plurimum a tramite ueritatis exorbitat?

Sic autem infirmitas humana sese habet, ut, cum in somnis quisque uiderit mortuum, ipsius animam se uidere arbitretur,

19 cf. Aen. VI, 337 sqq.

1 etiam id *V*: etiam *GP* futurum *GP*: facturum *V* 2 prosus ignorem (r *add. m. 2*) *V* 3 dormiente me uigilet *V*: dormientem euigilet *P* 5 et in quo *PV*: in quo *a* 6 ita *PV*: ista *a* 12 fit *GP*: facit *V* 14 generi humano *GP*: generis humani *V* 15 sepulturae *GP*: sepultura *V* 17 mittantur (a *ex* u *corr. m. 2*) *P* 21 refertur *V*: a se fertur *P* illi P^2V: ille P^1 pilinurus *V* 22 inueniatur *P* 25 anima *P*

cum autem uiuum similiter somniauerit, non eius animam neque corpus, sed hominis similitudinem sibi apparuisse non dubitet. quasi non possint et mortuorum hominum eodem modo nescientium non animae, sed similitudines apparere dormientibus. pro certo, cum Mediolani essemus, audiuimus, quod cum debitum repeteretur a quodam defuncti patris cautione prolata, quod filio nesciente a patre iam fuerat persolutum, contristari homo grauissime coepit atque mirari, quod ei pater moriens non dixerit quod deberet, cum fecisset etiam testamentum. tunc ei anxio apparuit idem pater eius in somnis et ubi esset recautum, quo illa cautio euacuata fuerat, indicauit. quo inuento iuuenis atque monstrato non solum falsi debiti calumniam propulsauit sed etiam paternum recepit chirographum, quod pater non receperat, quando est pecunia persoluta. hic utique putatur anima hominis curam gessisse pro filio et ad eum uenisse dormientem, ut docens quod ignorabat magna molestia liberaretur. sed eodem ipso ferme tempore, quo id audiuimus, id est nobis apud Mediolanium constitutis, Carthaginis rhetor Eulogius, qui meus in eadem arte discipulus fuit, sicut ipse mihi, posteaquam in Africam reme-auimus, rettulit, cum rhetoricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens lectionem, quam post diem fuerat traditurus, quendam locum offendit obscurum, quo non intellecto uix potuit dormire sollicitus. qua nocte somnianti ego illi quod non intellegebat exposui, immo non ego, sed imago mea nesciente me et tam longe trans mare aliquid aliud siue agente siue somniante et nihil de illius omnino curante. quomodo fiant ista nescio. sed quomodolibet fiant, cur non eodem modo fieri credimus, ut in somnis quisque uideat mortuum, quomodo fit, ut uideat eum et uiuum, ambobus utique nescientibus neque curantibus, quis uel ubi uel quando eorum imagines somniet?

1 somniauerit similiter *P* 9 quod P^2V: quid P^1 deberet P^2V: debuerit P^1 11 quo *V*: quod *P* 14 cyrographum *V* reciperat *V* 18 quo id *V*: quod *P* mediolanum *P* 19 charthaginis *V* 20 africam *GP*: africa *V* 21 retulit *GP* 22 recenses *P* post diem *GPV*: postridie *a* 27 de illius *V*: de illius curis *GP*

Similia sunt autem somniis nonnulla etiam uisa uigilantium, qui turbatos habent sensus, sicut phrenetici uel quocumque furentes modo. nam et ipsi locuntur saepe cum uere praesentibus, locuntur etiam cum absentibus, quorum imagines cernunt siue uiuorum siue mortuorum. sed quemadmodum hi qui uiuunt ab eis se uideri et cum eis se loqui nesciunt — neque enim re uera ipsi adsunt aut ipsi sermocinantur, sed turbatis sensibus homines talia uisa imaginaria patiuntur — eo modo et hi qui ex hac uita migrarunt sic affectis hominum uidentur quasi praesentes, cum sint absentes et utrum aliqui eorum imaginaliter uideat omnino nescientes. huic rei simile est et illud, cum homines altius, quam si dormirent, subtrahuntur corporalibus sensibus et occupantur talibus uisis. et his enim apparent imagines uiuorum atque mortuorum, sed cum fuerint sensibus redditi, quoscumque mortuos uidisse dixerint, uere cum eis fuisse creduntur nec attendunt qui haec audiunt similiter ab eis absentium atque nescientium quorundam etiam imagines uisas esse uiuorum.

Ibi ergo sunt spiritus defunctorum, ubi non uident quaecumque aguntur aut eueniunt in ista hominum uita: quomodo uident tumulos suos aut corpora sua, utrum abiecta iaceant an sepulta? quomodo intersunt miseriae uiuorum, cum uel sua ipsi mala patiantur, si talia merita contraxerunt, uel in pace requiescant, sicut Iosiae promissum est, ubi nec mala ulla patiendo nec compatiendo sustineant, liberati ab omnibus malis, quae patiendo et compatiendo, cum hic uiuerent, sustinebant?

Dixerit aliquis: „si nulla est mortuis cura de uiuis, quomodo ille diues, qui aput inferos torquebatur, rogabat Abraham

24 cf. IIII Reg. 22, 20 28 cf. Luc. 16, 22 sqq.

1 autem sunt *P* 3 (*et* 4) loquuntur P^2 9 hominum *V*: hominibus *GP* 10 aliqui P^1V: aliquis GP^2 eorum P^1V: eos GP^2 11 nescienter *V* 13 corporalibus P^2V: corporis P^1 15 uidisse *V*: u. se *P* 19 *ante* Ibi *add. G*: item cetera (inter *add. m. 2*) sunt P^2V: sint P^1 20 uita hominum *GP* quomodo *V*: quomodo ergo *GP* 24 iosiae *ex* iosuae *corr.* P^2 nec mala ulla nec patiendo nec *P* 25 sustineat *P* 28 apud *GP*

patrem, ut mittat Lazarum ad quinque fratres suos nondum mortuos et agat cum eis, ne ueniant et ipsi in eundem tormentorum locum?" sed numquid, quia hoc ille dives dixit, ideo quid fratres agerent uel quid paterentur illo tempore sciuit? ita illi fuit cura de uiuis, quamuis quid agerent omnino nesciret, quemadmodum est cura nobis de mortuis, quamuis quid agant utique nesciamus. nam si nihil de mortuis curaremus, non utique pro illis deo supplicaremus.

CCCI.

VTRVM MARTYRES IN BENEFICIIS, QVAE EORVM ORATIONIBVS CONFERVNTVR, IPSI INTERESSE CREDENDI SVNT REBVS HVMANIS. EX EODEM LIBRO.

326 Proinde fatendum est nescire quidem mortuos, quid hic agatur, sed dum hic agitur; postea uero audire ab eis qui hinc ad eos moriendo pergunt, non quidem omnia, sed quae sinuntur indicare qui sinuntur etiam ista meminisse, et quae illos quibus indicant oportet audire. possunt et ab angelis, qui rebus, quae aguntur, hic praesto sunt, audire aliquid mortui, quod unumquemque illorum audire debere iudicat cui cuncta subiecta sunt. nisi essent angeli, qui possunt interesse et uiuorum et mortuorum locis, non dixisset dominus Iesus: contigit autem mori inopem illum et auferri ab angelis in sinum Abrahae. nunc ergo hic, nunc ibi esse potuerunt qui hinc illum quem deus uoluit abstulerunt. possunt etiam spiritus mortuorum aliqua, quae hic aguntur, quae

21 Luc. 16, 22

2 locum tormentorum *P* 4 sciuit *V*: nesciuit *P* 6 nobis cura *GP* 9 CC∗C∗I *V*: CCCXVI *P* CCCXVIII *Gv* 10 in beneficiis (in *del. m. 2*) *P* 11 sunt P^2V: sint P^1 12 eodem libro *V*: libro secundo de cura mortuorum gerenda *P* 14 agitur P^2V: agatur P^1 17 quibus *V*: quibus haec *GP* 20 nisi essent *V*: nisi enim essent *G* nisi essent enim *P* 22 auferri *PV* afferri *G* 23 ergo hic *V*: hunc ergo *P* 25 aliqua *GP*: alia *V*

necessarium est eos nosse et quos necessarium est ea nosse, non solum praesentia uel praeterita uerum etiam futura spiritu dei reuelante cognoscere, sicut non omnes homines, sed prophetae, dum hic uiuerent, cognoscebant, nec ipsi omnia, sed quae illis esse reuelanda dei prouidentia iudicabat. mitti quoque ad uiuos aliquos ex mortuis, sicut e contrario Paulus ex uiuis in paradisum raptus est, diuina scriptura testatur.

Hinc et illa soluitur quaestio, quonam modo martyres ipsi beneficiis, quae dantur orationibus, indicant se interesse rebus humanis, si nesciunt mortui quid agant uiui. non enim solis beneficiorum effectibus uerum ipsis etiam hominum aspectibus confessorem apparuisse Felicem, cuius inquilinatum pie diligis, cum a barbaris Nola oppugnaretur, audiuimus, non incertis rumoribus, sed testibus certis. uerum ista diuinitus exhibentur longe aliter, quam sese habet usitatus ordo singulis creaturarum generibus attributus. non enim quia in uinum aqua, cum uoluit dominus, repente conuersa est, ideo non debemus, quid aqua ualeat in elementorum ordine proprio, ab istius diuini operis raritate uel potius singularitate discernere; nec quoniam Lazarus resurrexit, ideo mortuus omnis, quando uult, surget, aut eo modo exanimis a uiuente quomodo a uigilante dormiens excitatur. alii sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa uirtutum; alia sunt quae naturaliter, alia quae mirabiliter fiunt, quamuis et naturae deus adsit, ut sit, et miraculis natura non desit. non igitur ideo putandum est uiuorum ⟨rebus⟩ quoslibet interesse posse defunctos, quoniam quibusdam sanandis uel adiuuandis martyres adsunt, sed ideo potius intellegendum est, quod per diuinam potentiam martyres uiuorum rebus intersunt, quoniam defuncti per naturam propriam uiuorum rebus interesse non possunt.

6 cf. II Cor. 12, 2 16 cf. Iō. 2, 9

1 et quos — ea nosse GP^1: *del.* P^2; *om.* V 4 hic V: hiuc P 8 quonam V: quo G q̃m P 9 orationibus V: orantibus GP 20 mortuos P surget V: resurgit G resurgat P 21 exanimis] *ex* exanimus *corr.* P^2 a uigilante GP^2: uigilante P^1 a uiuente V 24 miracu$\overset{bi}{\cdot\cdot}$lis P 25 rebus a: *om.* GPV

Quamquam ista quaestio uires intellegentiae meae uicerit, quemadmodum opitulentur martyres his quos per eos certum est adiuuari, utrum ipsi per se ipsos adsint uno tempore tam diuersis locis et tanta inter se longinquitate discretis, siue ubi sunt eorum memoriae, siue praeter suas memorias, ubicumque adesse sentiuntur, an ipsis in loco suis meritis congruo ab omni mortalium conuersatione semotis et tamen generaliter orationibus pro indigentia supplicantum — sicut nos oramus pro mortuis, quibus utique non praesentamur nec ubi sint uel quid agant scimus — deus omnipotens, qui est ubique praesens nec concretus nobis nec remotus a nobis, exaudiens martyrum preces, per angelica ministeria usquequaque diffusa praebeat hominibus ista solacia, quibus in huius uitae miseria iudicat esse praebenda, et suorum merita martyrum, ubi uult, quomodo uult, quando uult, maximeque per eorum memorias, quoniam hoc nouit expedire nobis ad aedificandam fidem Christi, pro cuius illi confessione sunt passi, mirabili atque ineffabili potestate ac bonitate commendet. res est haec altior, quam ut a me debeat attingi, et abstrusior, quam ut a me ualeat perscrutari, et ideo, quid horum duorum sit, an uero fortassis utrumque sit, ut aliquando ista fiant per ipsam praesentiam martyrum, aliquando per angelos suscipientes personam martyrum, definire non audeo. mallem ab scientibus ista perquirere. neque enim nemo est, qui haec sciat, non qui sibi scire uideatur et nesciat. dona enim dei sunt his alia et illis alia largientis secundum apostolum, qui dicit unicuique dari manifestationem spiritus ad utilitatem.

26 cf. I Cor. 12, 7

1 questio *V* uicerit *V*: uicit *GP* 7 omni mortalium *GP*: omnium ortalium *V* 8 supplicantium *GP* 11 concretus (nobis *om.*) *P* nec remotus (*del. m. 2*) *P* 12 ministeria *GP*: mysteria *V* 15 quando uult quomodo uult *GP* 18 commendet *a*: commendata *PV* commenda^{ti} (ti *add. m. 2*) *G* 19 ut *GP*: *om. V* debeat *V*: possit *GP* attingi—ualeat *GP*: *om. V* abstrusior *P* 21 fiant *GP*: finiant *V* praesentiam *GP*: praesentium *V* 23 audeo] audio *P* ab *V*: a *P*

CCCII.

ITEM DE OBLATIONE VEL ELEMOSYNA PRO DEFVNCTIS. EX EODEM LIBRO.

Quae cum ita sint, non existimemus ad mortuos, pro quibus 327
curam gerimus, peruenire nisi quod pro eis siue altaris siue orationum siue elemosynarum sacrificiis sollemniter supplicamus, quamuis non pro quibus fiunt omnibus prosint, sed eis tantum pro quibus dum uiuunt comparantur, ut prosint. sed quia non discernimus qui sint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, ut nullus eorum praetermittatur, ad quos haec beneficia possint et debeant peruenire. melius enim supererunt ista eis quibus nec obsunt nec prosunt, quam eis deerunt quibus prosunt. diligentius tamen facit haec quisque pro necessariis suis, quod pro illo fiat similiter a suis. corpori autem humando quidquid impenditur, non est praesidium salutis, sed humanitatis officium secundum affectum, quo nemo umquam carnem suam odio habet. unde oportet, ut quam potest pro carne proximi curam gerat, cum ille inde recesserit qui gerebat. et si haec faciunt qui carnis resurrectionem non credunt, quanto magis debent facere qui credunt, ut corpori mortuo, sed tamen resurrecturo et in aeternitate mansuro impensum huius modi officium sit etiam quodam modo eiusdem fidei testimonium? quod uero quisque apud memoriam martyrum sepelitur, hoc tantum mihi uidetur prodesse defuncto, ut commendans eum etiam martyrum patrocinio affectus pro illo supplicationis augeatur.

16 cf. Eph. 5, 29

1 *cap.* CCCII *ex* CCXCVIII *corr. V*: CCCXVII *P* CCCXVIIII *Gv* 2 elymosina *G* elemosynam *P* 3 eodem libro *V*: libro secundo *P* 7 omnibus *GP*: omnis *V* 8 pro *GPV*: *om. a* comparantur P^2V: comparatur GP^1 13 quod *PV*: quo *a* 14 fiat *PV*: fiant *a* 16 carnem GPV^2: carnet V^1 17 pro carnem *V* 18 cesserit *G* gerebat *V*: regebat *G* **gebat (re *ras.*) *P* 21 huius *V*: eius *GP* 23 memorias *GP*

CCCIII.

DE SENTENTIA DOMINI DICENTIS: QVI VIDERIT MVLIEREM AD CONCVPISCENDVM. EX LIBRO I DE SERMONE DOMINI IN MONTE.

328 Audistis, quia dictum est: non moechaberis. ego autem dico uobis, quia omnis, qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. iustitia ergo minor est non moechari corporum coniunctione, iustitia uero maior regni dei non moechari in corde. quisquis autem non moechatur in corde, multo facilius custodit, ne moechetur in corpore. illud ergo confirmauit qui hoc praecipit; non enim uenit legem soluere, sed implere. sane considerandum est, quod non dixit: omnis qui concupierit mulierem, sed: qui uiderit mulierem ad concupiscendum, id est hoc fine et hoc animo attenderit, ut eam concupiscat, quod iam non est titillari delectatione carnis, sed plane consentire libidini, ita ut non refrenetur inlicitus appetitus, sed, si facultas data fuerit, satietur.

Nam tria sunt, quibus impletur peccatum: suggestione, delectatione, consensione. suggestio siue per memoriam fit siue per corporis sensus, cum aliquid uidemus uel audimus uel olfacimus uel gustamus uel tangimus. quod si frui delectauerit, delectatio inlicita refrenanda est. uelut cum ieiunamus et uisis cibis palati appetitus assurgit, non fit nisi delectatione; sed huic tamen non consentimus et eam dominantis rationis iure cohibemus. si autem consensio facta fuerit, plenum peccatum erit, notum deo in corde nostro, etiam si facto non

2 (5. 14) Matth. 5, 27 sq. 12 cf. Matth. 5, 17

1 *cap.* CCCIII *ex* CCXCVIIII *ras. corr. V*: CCCXVIII *P* CCCXX *Gv* 3 concupiscendam *P* 11 moechetur G^3P^2V: moechatur G^1P^1 12 praecipit P^2V: praecepit GP^1 14 concupiuerit (u *del. m. 2*) *P* 16 titillare *V* 17 plane *PV*: plene *a* refrinetur *V*; *corr. m. 2* 21 audiuimus *P* 22 quod *GPV* (*cf. p. 810, 6*): quo *a* 24 assurgit *GP*: assurget *V*

innotescat hominibus. ita ergo sunt isti gradus, quasi a serpente suggestio fiat, id est lubrico et uolubili, hoc est temporali corporum motu, quia et si qua talia phantasmata intus uersantur in anima, de corpore forinsecus tracta sunt, et si quis occultus praeter istos quinque sensus motus corporis animam tangit, est etiam ipse temporalis et lubricus, et ideo quanto inlabitur occultius, ut cogitationem contingat, tanto conuenientius serpenti comparatur. tria ergo haec, ut dicere coeperam, similia sunt illi gestae rei, quae in Genesi scripta est, ut quasi a serpente fiat suggestio et quaedam suasio, in appetitu autem carnali tamquam in Eua delectatio, in ratione uero tamquam in uiro consensio. quibus peractis tamquam de paradiso, hoc est de beatissima luce iustitiae, in mortem homo expellitur, iustissime omnino. non enim cogit qui suadet, et omnes naturae in ordine suo gradibus suis pulchrae sunt, sed de superioribus, in quibus rationalis animus ordinatus est, ad inferiora non est declinandum. nec quisquam hoc facere cogitur, et ideo, si fecerit, sine iusta defensione punitur. non enim hoc committit inuitus. uerum tamen delectatio ante consuetudinem uel nulla est uel tam tenuis, ut prope nulla sit: cui consentire magnum peccatum est, cum est inlicita. cum autem quisque consenserit, committit peccatum in corde. si autem etiam in factum processerit, uidetur satiari et extingui cupiditas; sed postea, cum suggestio repetitur, maior accenditur delectatio, quae tamen adhuc multo minor est quam illa quae assiduis factis in consuetudinem uertit. hanc enim uincere difficillimum est; et tamen etiam ipsam consuetudinem, si se quisque non deserat et christianam militiam non reformidet, illo duce atque adiutore superabit, ac sic in pristinam pacem atque ordinem et uir Christo et mulier uiro subicitur.

9 cf. Gen. 3, 1 30 cf. I Cor. 11, 3 cf. Eph. 5, 23

1 innotescat *V*: innocentescat *P* 9 illi *V*: illic *P* 14 cogit *P*: coget *G* contigit *V* 19 committit *GP*: omittit *V* 22 quisque *G*: quique *P* quisquis *V* 23 facto *P* 25 multa *P* 26 consuetudine *P* 28 et P^1V: ut P^2 miliciam *G* malitiam (?) *P*

Sicut ergo tribus gradibus ad peccandum peruenitur, suggestione, delectatione, consensione, ita ipsius peccati tres sunt differentiae, in corde, in facto, in consuetudine, tamquam tres mortes: una quasi in domo, id est cum in corde consentitur libidini, altera iam prolata quasi extra portam, cum in factum processit assensio, tertia, cum ui consuetudinis malae tamquam mole terrena premitur animus quasi in sepulchro iam putens. quae tria genera mortuorum dominum resuscitasse quisquis euangelium legit, agnoscit, et fortasse considerat, quas differentias habeat etiam ipsa uox resuscitantis, cum alibi dicit: puella, surge, alibi: iuuenis, tibi dico, surge, alibi: infremuit spiritu et fleuit, et rursus fremuit, et post deinde uoce magna clamauit: Lazare, ueni foras.

Quapropter nomine moechantium, qui hoc capitulo commemorantur, omnem carnalem libidinosam concupiscentiam oportet intellegi. cum enim tam assidue idolatriam scriptura fornicationem dicat — Paulus autem apostolus auaritiam idolatriae nomine appellat — quis dubitet omnem malam concupiscentiam recte fornicationem uocari, quando anima neglecta superiore lege, qua regitur, inferiorum naturarum turpi uoluptate quasi mercede prostituta corrumpitur? et ideo quisquis carnalem delectationem aduersus rectam uoluntatem suam rebellare sentit per consuetudinem peccatorum, cuius indomitae uiolentia trahitur in captiuitatem, recolat, quantum potest, qualem pacem peccando amiserit, et exclamet: infelix ego homo; quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum. ita enim, cum se

11 Marc. 5, 41 Luc. 7, 14 12 Io. 11, 33. 38. 43 17 cf. Col. 3, 5 Eph. 5, 5 25 Rom. 7, 24 sq.

1 peccandum P^2V: peccatum GP^1 6 processit V: procedit GP assensio GV: ascensio P 7 praemitur V sepulcro GP 12 fremuit post (*om.* et) P 15 libidinosam V: et libidinosam GP 18 nomine GP: nomen V appellat GV: appellet P malum (?) V 19 quando GP: quomodo V 20 inferiorem P 23 indomitae GP: indomitate V 24 uiolentiae P 27 christum V: christum dominum nostrum P

infelicem exclamat, lugendo implorat consolatoris auxilium, nec paruulus est ad beatitudinem accessus cognitio infelicitatis suae, et ideo beati etiam lugentes, quoniam ipsi consolabuntur.

CCCIIII.

DE EO QVOD DOMINVS AIT: OMNI PETENTI TE DA. EX EODEM LIBRO.

Omni petenti te, inquit, da, non omnia petenti, ut id 329
des quod dari honeste et iuste potest. quid, si enim pecuniam petat, qua innocentem conetur occidere? quid, si postremo stuprum petat? sed ne multa persequar, quae sunt innumerabilia, id profecto dandum est quod nec tibi nec alteri noceat, quantum sciri aut credi ab homine potest, et cui iuste negaueris quod petit, indicanda est ipsa iustitia, ut non eum inanem dimittas. ita omni petenti te dabis, quamuis non semper id quod petit dabis; et aliquando melius aliquid dabis, cum petentem te iniusta correxeris.

Quod autem ait: qui uoluerit a te mutuari, ne auersatus fueris, ad animum referendum est. hilarem enim datorem diligit deus. mutuatur autem omnis, qui accipit, etiam si non ipse soluturus est. cum enim misericordibus deus plura restituat, omnis qui beneficium praestat faeneratur.

3 Matth. 5, 4 6 (et 18) Matth. 5, 42 19 II Cor. 9, 7

2 paruulus *V*: paruus *GP* 5 *cap.* CCCXXI *Gv*; *num. om. P* 6 de eo *GV*: deo *P* ait dominus *GP* 7 eodem libro] lribro (*sic*) de sermone domini in monte *P* 9 dari *V*: dare *GP* potest *scripsi*: potes *GPV* 13 cui iuste G^3: cuius te *GP* quod iuste *V*

CCCV

QVOMODO INTELLEGENDVM SIT: CAVETE, NE IVSTITIAM VESTRAM CORAM HOMINIBVS FACIATIS. ITEM EX LIBRO DE SERMONE DOMINI IN MONTE SECVNDO.

330 Cordis mundatio est tamquam oculi, quo uidetur deus; cuius simplicis habendi tantam curam esse oportet, quantam eius rei dignitas flagitat, quae tali oculo conspici potest. huic autem oculo magna ex parte mundato difficile est non subripere sordes aliquas de his rebus, quae ipsas bonas nostras actiones comitari solent, ueluti est laus humana, si quidem non recte uiuere perniciosum est. recte autem uiuere et nolle laudari quid est aliud quam inimicum esse rebus humanis, quae utique tanto sunt miseriores, quanto minus placeret recta uita hominum? si ergo inter quos uiuis te recte uiuentem non laudauerint, illi in errore sunt; si autem laudauerint, tu in periculo, nisi tam simplex cor habueris et mundum, ut ea quae recte facis non propter laudes hominum facias magisque illis recte laudantibus gratuleris, quibus id quod bonum est placet, quam tibi, nisi quia recte uiuis, etiam si nemo laudaret, ipsamque laudem tuam tunc intellegas utilem esse laudantibus, si non te ipsum in tua bona uita, sed in ⟨te⟩ deum honorent, cuius sanctissimum templum est quisquis uiuit bene, ut illud impleatur quod ait Dauid: in domino laudabitur anima mea; audiant mansueti et laetentur. pertinet ergo ad oculum mundum non intueri in recte faciendo laudes hominum et ad eas referre quod recte facis, id est propterea recte facere aliquid, ut hominibus placeas. sic enim

2 Matth. 6, 1 23 Ps. 33, 3

1 *cap.* CCCXX *P* CCCXXII *Gv* 3 faciatis coram hominibus *GP* item *V*: *om. GP* libro—secundo *P*: eodem libro *V* 6 quantam *GP*: quanta *V* 7 quae tali oculo *GP*: quae talio loco *V* 13 placeret *V*: placet *GP* 15 errore] erro *P* 18 recte *PV*: *om. G* 21 in te deum *scripsi*: in deum G^1V deum G^3P 24 mansueti et laetentur *V*: mites et iocundentur *GP* (*cf. tamen p. 990, 11*)

etiam simulare bonum libebit, si non attenditur, nisi ut homo laudet: qui quoniam uidere cor non potest, potest etiam falsa laudare. quod qui faciunt, id est qui bonitatem simulant, duplici corde sunt. non ergo habet simplex cor, id est mundum cor, nisi qui transcendit humanas laudes et illum solum intuetur, cum recte uiuit, et ei placere nititur qui conscientiae solus inspector est. de cuius conscientiae puritate quidquid procedit, tanto est laudabilius, quanto humanas laudes minus desiderat.

Cauete ergo, inquit, facere iustitiam uestram coram hominibus, ut uideamini ab eis, id est: cauete hoc animo iuste uiuere et ibi constituere bonum uestrum, ut uos uideant homines. alioquin mercedem non habetis apud patrem uestrum, qui in caelis est: non si ab hominibus uideamini, sed si propterea iuste uiuatis, ut ab hominibus uideamini. nam ubi erit quod in principio sermonis huius dictum est: uos estis lumen mundi. non potest ciuitas abscondi super montem constituta, neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant bona facta uestra? sed non ibi finem constituit. addidit etiam: et glorificent patrem uestrum, qui in caelis est. hic autem, quia hoc reprehendit, si ibi sit finis recte factorum, id est si propterea recte facimus, ut tantum uideamur ab hominibus, posteaquam dixit: cauete facere iustitiam uestram coram hominibus, ut uideamini ab eis, nihil addidit. in quo apparet non hoc eum prohibuisse, ut recte fiat coram hominibus, sed ne ideo

10 (et 26) Matth. 6, 1 17 Matth. 5, 14—16

1 attendatur *GP* ut *V*: *om. P* 2 potest etiam *V*: etiam (*om.* potest) *P* 8 quanto *GP*: quantum *V* 12 constituere P^2V: constitueretur P^1 13 habetis *V*: habebitis *GP* 20 luceat *GP*: luceant *V* 23 etiam *V*: enim *GP* 24 si ibi sit P^2V: si sibi ipsi sit GP^1 25 facimus P^2V: faciamus GP^1 28 addidit *V*: addit *P*

recte fiat coram hominibus, ut uideamur ab eis, id est ut hoc intueamur et ibi finem nostri propositi collocemus.

Nam et apostolus dicit: si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem, cum alio loco dicat: placete omnibus per omnia, sicut et ego omnibus per omnia placeo. quod qui non intellegunt, contrarium putant, cum ille se dixerit non placere hominibus, quia non ideo recte faciebat, ut placeret hominibus, sed ut deo, ad cuius amorem corda hominum uolebat conuertere eo ipso, quod placebat hominibus. itaque et non se placere hominibus recte dicebat, quia in eo ipso ut deo placeret intuebatur et placendum esse omnibus recte praecipiebat, non ut hoc appeteretur tamquam merces recte factorum, sed quia deo placere non posset qui non se his quos saluos fieri uellet praeberet imitandum. imitari autem illum qui sibi non placuerit nullo pacto quisquam potest. sicut ergo non absurde loqueretur qui diceret: „in hac opera, qua nauem quaero, non nauem quaero, sed patriam“: sic apostolus conuenienter diceret: „in hac opera, qua hominibus placeo, non hominibus, sed deo placeo, quia non hoc appeto, sed ad id refero, ut me imitentur quos saluos fieri uolo.“ sicut dicit de oblatione, quae fit in sanctos: non quia quaero datum, sed inquiro fructum, id est: quod quaero datum uestrum, non hoc quaero, sed fructum uestrum. hoc enim indicio apparere poterat, quantum profecissent in deum, cum id libenter facerent, quod non propter gaudium de muneribus, sed propter communionem caritatis ab eis quaerebatur.

Illi ergo perceperunt mercedem suam qui non ob aliud elemosynam faciunt, nisi ut glorificentur ab hominibus: non si glorificentur ab hominibus, sed si ideo faciant, ut glorifi-

3 Gal. 1, 10 5 I Cor. 10, 32 sq. 21 Philipp. 4, 17

4 placete omnibus G^1PV: p. hominibus G^3 5 et ego V: ego P 7 se V: si P 9 quod V: quo P 12 omnibus V: hominibus GP 15 pacto P: facto V 16 absurdum P 17 non nauem] ∴ non autem V 18 patriam GP: pariam ∴ (*signa add. m. 2*) V 19 deo (*om.* placeo) P non hoc V: in hoc P 20 saluus P 25 facerent PV: offerrent a

centur, sicut superius tractatum est. laus enim humana non appeti a recte faciente, sed sequi debet recte facientem, ut illi proficiant qui etiam imitari possunt quod laudant, non ut hic putet aliquid eos sibi prodesse quem laudant. te autem faciente elemosynam non sciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.

Nihil consequentius sinistra uidetur significare quam ipsam delectationem laudis. dextra autem significat intentionem implendi praecepta diuina. cum itaque conscientiae facientis elemosynam miscet se appetitio laudis humanae, fit sinistra conscia operis dextrae. nesciat ergo sinistra tua, quid faciat dextera tua, id est: non se misceat conscientiae suae laudis humanae appetitio, cum elemosyna facienda diuinum praeceptum contendis implere.

Vt sit elemosyna tua in abscondito. quid est in abscondito, nisi in ipsa bona conscientia, quae humanis oculis demonstrari non potest nec uerbis aperiri, quando quidem multi multa mentiantur? quapropter si dextra intrinsecus agit in abscondito, ad sinistram pertinent exteriora omnia, quae sunt uisibilia et temporalia. sit ergo elemosyna tua in ipsa conscientia tua, ubi multi elemosynam faciunt bona uoluntate, etiam si pecuniam uel si quid est aliud, quod inopi largiendum est, non habent. multi autem foris faciunt et intus non faciunt, qui uel ambitione uel alicuius temporalis rei gratia uolunt misericordes uideri: in quibus sola sinistra operari existimanda est. item alii quasi medium inter utrosque locum tenent, ut et intentione, quae in deum est, elemosynam faciant et tamen inserat se huic optimae uoluntati nonnulla etiam laudis uel cuiusque rei fragilis et temporalis cupiditas. sed dominus noster multo uehementius prohibet solam sinistram operari in nobis, quando etiam misceri eam uetat operibus

4 Matth. 6, 3 15 Matth. 6, 4

8 dextra P^1V: dextera P^2 11 dexterae P^2 12 suae V: tuae GP 18 mentiuntur GP 21 tua V: *om.* GP 26 existimanda V 27 elemosinam V 29 cuiusque GP: eiusque V 31 in nobis operari GP

dexterae, ut scilicet non modo temporalium rerum sola cupiditate caueamus elemosynam facere, sed nec ita in hoc opere attendamus deum, ut sese misceat uel adiungat exteriorum appetitio commodorum. agitur enim de corde mundato, quod nisi fuerit simplex, mundum non erit. simplex autem quomodo erit, si duobus dominis seruiet nec una intentione rerum aeternarum purificat aciem suam, sed eam mortalium quoque fragiliumque rerum amore obnubilat? sit ergo elemosyna tua in abscondito, et pater tuus, qui uidet in abscondito, reddet tibi: rectissime omnino et uerissime. si enim praemium ab eo exspectas qui conscientiae solus inspector est, sufficiat tibi ad promerendum praemium ipsa conscientia.

CCCVI.

CVR ORANDVM SIT DEO SCIENTE, QVID NOBIS SIT NECESSARIVM. EX EODEM LIBRO II.

331 Quaeri potest, siue rebus siue uerbis orandum sit, quid opus sit ipsa oratione, si deus iam nouit, quid nobis sit necessarium, nisi quia ipsa orationis intentio cor nostrum serenat et purgat capaciusque efficit ad excipienda diuina munera, quae spiritaliter nobis infunduntur. non enim ambitione precum nos exaudit deus, qui semper paratus est dare suam lucem nobis non uisibilem, sed intellegibilem et spiritalem, sed nos non semper parati sumus accipere, cum inclinamur in inania et rerum temporalium cupiditate tenebramur. fit ergo in oratione conuersio cordis ad eum qui semper dare paratus est, si nos capiamus quod dederit, et in ipsa conuersione

6 cf. Matth. 6, 24 8 Matth. 6, 4

1 dextrae *GP* ut *GP*: et *V* sola temporalium rerum *GP* 4 mundato *V*: mundando *GP* 6 seruit *GP* 8 fragiliumque *G*: fragilium P^2 flagitiumq· *V* flagitium P^1 elemosina *V* 13 CCCXXI (*sic*) *P* CCCXVIII (*del. m. 2*) *G* 14 quur *P* necessarium nobis sit *P* 15 ex] item ex *P* 21 suam *GP*: sua *V* 24 in inania *scripsi*: inania *V* in alia *G* ad alia *P*

purgatio interioris oculi, cum excluduntur ea quae temporaliter cupiebantur, ut acies simplicis cordis ferre possit simplicem lucem diuinitus sine ullo occasu aut immutatione fulgentem; nec solum ferre sed etiam manere in illa, non tantum sine molestia sed etiam cum ineffabili gaudio, quo uere ac sinceriter beata uita perficitur.

CCCVII.

DE DIFFERENTIA TEMTATIONIS, ET QVOMODO DIABOLVS STETERIT ANTE DEVM, VT PETERET IOB TEMTANDVM. EX LIBRO SVPRA SCRIPTO.

Sexta petitio est: et ne nos inferas in temtationem. 332
nonnulli codices habent inducas, quod tantundem ualere arbitror. nam ex uno graeco, quod dictum est εἰσενέγκῃς, latine utrumque translatum est. multi autem deprecando ita dicunt: „ne nos patiaris induci in temtationem“, exponentes uidelicet, quomodo dictum sit inducas. non enim per se ipsum inducit deus, sed induci patitur eum quem suo auxilio deseruerit ordine occultissimo ac meritis. causis etiam saepe manifestis dignum iudicat ille quem deserat et in temtationem induci sinat. aliud est autem induci in temtationem, aliud temtari. nam sine temtatione probatus esse nullus potest, siue sibi ipse, sicut scriptum est: qui non est temtatus, qualia scit? siue aliis, sicut apostolus dicit: et temtationem uestram in carne mea non spreuistis. hinc enim eos firmos esse cognouit, quod eis tribulationibus, quae apostolo secundum carnem acciderant,

11 Matth. 6, 13 22 Eccli. 31, 10 24 Gal. 4, 14

2 cupiebantur P^1V: capiebantur P^2 5 quo G^2V: quod G^1P 6 perficitur G^3V: perficit P percipitur G^1 7 *cap.* CCCXXII P CCCXVIIII Gv 10 libro ss. V: eodem libro P 12 tantundem P 13 εἰσενέγκῃς] irenencis V imemcis P inemcis (*i. e.* ἐνέγκῃς) G 15 exponentis P 16 quomodo V: quoquo modo P 17 inducit V: indicit P 20 temtatione induci V 26 acciderant P^1: accederant V acciderunt P^2

non sunt a caritate deflexi. nam deo noti sumus et ante omnes temtationes, qui scit omnia, antequam fiant.

Quod itaque scriptum est: temtat uos dominus deus uester, ut sciat, si diligitis eum, illa locutione positum est ut sciat pro eo quod est: ut scire uos faciat, sicut diem laetum dicimus, quod laetos faciat, et frigus pigrum, quod pigros facit, et innumerabilia huius modi, quae siue in consuetudine loquendi siue in sermone doctorum siue in scripturis sanctis reperiuntur. quod non intellegentes haeretici, qui ueteri testamento aduersantur, uelut ignorantiae uitio notandum putant eum de quo dictum est: temtat uos dominus deus uester, quasi in euangelio de domino scriptum non sit: hoc autem dicebat temtans eum; nam ipse sciebat, quid esset facturus. si enim nouerat cor eius quem temtabat, quid est quod uoluit uidere temtando? sed profecto illud factum est, ut ipse sibi notus fieret qui temtabatur suamque desperationem condemnaret saturatis turbis de pane domini, qui eas non habere quod ederent existimauerat.

Non ergo hic oratur, ut non temtetur, sed ut non inferamur in temtationem, tamquam si quispiam, cui necesse est igne examinari, non oret, ut igne non contingatur, sed ut non exuratur. uasa enim figuli probat fornax, homines uero iustos temtatio tribulationis. Ioseph uero temtatus est inlecebra stupri, sed non est inductus in temtationem. Susanna temtata est, nec ipsa inducta uel inlata in temtationem, multique utriusque sexus. sed Iob maxime, cuius admirabilem stabilitatem

3 (et 11) Deut. 13, 3 13 Io. 6, 6 23 Eccli. 27, 5
24 cf. Gen. 39, 7—12 25 cf. Dan. 13, 19 sqq. 27 cf. Iob. 1, 11

4 uester *V*: noster *P* 5 sicut diem *GP*: sicutidem *V* 6 laetos *GV*: laetus *P* faciat *V*: facit *GP* 12 uester] uester ut sciat (*del. m. 2*) *P* 13 hoc *V*: hoc est *P* 18 habere *GP*: haberent *V* 19 exsistimauerant *V* 20 temtetur *V*: temptemur *G P* 23 homines uero *V*: et homines *P* 24 uero *V*: ergo *GP* 26 multique *V*: multique alii *GP*

in domino deo suo cum illi haeretici hostes ueteris testamenti ore sacrilego irridere uoluerint, illud prae ceteris uentilant, quod satanas petiuerit eum temtandum. quaerunt enim ab imperitis hominibus talia intellegere nequaquam ualentibus, quomodo satanas cum deo loqui potuerit, non intuentes — non enim possunt, cum superstitione et contentione caecati sint — deum non loci spatium mole corporis occupare et sic alibi esse, alibi non esse, aut certe hic partem habere aliam et alibi aliam, sed maiestate ubique praesto esse, non per partes diuisum, sed ubique perfectum. quod si carnaliter intuentur quod dictum est: caelum mihi thronus est et terra scabillum pedum meorum — cui loco et dominus attestatur dicens: non iuretis, neque per caelum, quia thronus dei est; neque per terram, quia scabillum est pedum eius — quid mirum, si in terra diabolus constitutus ante pedes dei stetit et coram illo aliquid locutus est? nam quando illi ualent intellegere nullam esse animam quamuis peruersam, quae tamen ullo modo ratiocinari potest, in cuius conscientia non loquatur deus? quis enim scripsit in cordibus hominum naturalem legem nisi deus? de qua lege apostolus dicit: cum enim gentes, quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt faciunt, hi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, contestante conscientia illorum et inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam excusantium in die, qua iudicabit deus occulta hominum. quapropter si omnis anima rationalis etiam cupiditate caecata, tamen cum cogitat et ratiocinatur, quidquid in ea ratiocinatione uerum est, non ei tribuendum est, sed ipsi lumini

11 Es. 66, 1 13 Matth. 5, 34 sq. 21 Rom. 2, 14—16

1 deo domino *GP* 6 sint P^2V: sunt P^1 7 corporum *P* 9 magestate *P* 12 (*et* 14) scabellum *GP* 15 constitutus *GP* constituitur *V* 18 ullo *V*: nullo *P* 19 deus *GV*: dominus *P* scribsit *V* scrib*it (s *ras.*) *P* 24 contestantem *V* 26 excusantium *V*: defendentium *P* 27 iudicauit *P*

ueritatis, a quo uel tenuiter pro sui capacitate inlustratur, ut uerum aliquid in ratiocinando sentiat: quid mirum, si diaboli anima praua cupiditate peruersa quidquid tamen uerum de iusto uiro cogitauit, cum eum temtare uellet, ipsius dei uoce, id est ipsius ueritatis uoce, laudasse perhibetur, quidquid autem falsum, illi cupiditati tribuitur, qua diaboli nomen accepit? quamquam etiam per creaturam corporalem atque uisibilem deus plerumque locutus est seu bonis seu malis tamquam omnium dominus et rector et pro cuiusque rei merito ordinator, sicut per angelos, qui hominum quoque aspectibus apparuerunt, et per prophetas dicentes: haec dicit dominus. quid ergo mirum, si quamquam non ipsa cogitatione, per aliquam certe creaturam tali operi accommodatam deus locutus cum diabolo dicitur?

Nec dignitatis esse arbitrentur et quasi iustitiae meritum, quod cum illo deus locutus est, quoniam locutus est cum anima angelica, quamquam stulta et cupida, tamquam si loqueretur cum anima humana stulta et cupida. aut ipsi dicant, quomodo locutus est cum illo diuite, cuius cupiditatem stultissimam arguere uoluit dicens: stulte, hac nocte anima tua expostulatur a te; et quae praeparasti cuius erunt? certe hoc ipse dominus in euangelio dicit; cui haeretici isti, uelint, nolint, colla submittunt. si autem hoc mouentur, quod temtandum iustum satanas petit a deo, non ego expono, quare sit factum, sed ipsos cogo exponere, quare sit dictum in euangelio ab ipso domino discipulis: ecce satanas expetiuit uexare uos quomodo triticum; et Petro ait: ego autem postulaui, ne deficiat fides tua. cum autem hoc exponunt mihi, simul illud quod a me

12 Hagg. 1, 2 Es. 43, 1. 45, 1 20 Luc. 12, 20 26 Luc. 22, 31 sq.

1 pro sui *GP*: posui *V* 5 laudasse G^2PV: laudesse G^1 audisse G^3 8 deus *GP*: das *V* 13 ipsa G^2PV: ipsam G^1 in ipsa *a* cogitationem G^1 14 accommodata *V* cum diabolo locutus *P* 15 dignitatis *GP*: dignitate *V* 16 quoniam locutus est] *om. V* quoniam *G*: quod *P* 18 humana *GP*: *om. V* 19 est *V*: est deus *GP* 27 expetiuit *V*: peti•it (u *ras.*) *P*

quaerunt exponunt sibi. si uero non ualuerint hoc exponere, non audeant id quod in euangelio sine offensione non intellegunt, in aliquo libro cum temeritate culpare.

Fiunt igitur temtationes per satanan non potestate eius, sed permissu domini ad homines aut pro suis peccatis puniendos aut pro dei misericordia probandos et exercendos. et interest plurimum, in qualem quisque temtationem incidat. non enim in talem incidit Iudas, qui uendidit dominum, in qualem incidit Petrus, cum territus dominum negauit. sunt etiam humanae temtationes, credo, cum bono quisque animo, secundum humanam tamen fragilitatem in aliquo consilio labitur aut irritatur in fratrem studio corrigendi, paulo tamen amplius, quam christiana tranquillitas postulat. de quibus apostolus dicit: temtatio uos non apprehendat nisi humana, cum idem dicat: fidelis deus, qui non uos sinat temtari super quam potestis ferre, sed faciet cum temtatione etiam exitum, ut possitis tolerare. in qua sententia satis ostendit non id nobis orandum esse, ut non temtemur, sed ne in temtationem inducamur. inducimur enim, si tales acciderint quas ferre non possumus. sed cum temtationes periculosae, in quas inferri atque induci perniciosum est, aut prosperis rebus temporalibus aut aduersis oriantur, nemo frangitur aduersarum molestia, qui prosperarum delectatione non capitur.

CCCVIII.

DE SEPTIFORMI SPIRITV ET SEPTEM BEATITVDINIBVS SEPTEMQVE PETITIONIBVS. EX LIBRO S. S.

Videtur etiam mihi septenarius iste numerus harum petitionum 333
congruere illi septenario numero, ex quo totus iste sermo

14 I Cor. 10, 13

1 uero *V*: uere *P* 4 satanam *GP* 5 permissu *V*: permisso *P* 12 irritatur *GP*: irratur *V* 15 non uos G^1PV: uos non G^2 16 super *V*: supra *GP* 17 exitum *PV*: prouentum *a* 25 *cap.* CCCXXIII (*sic*) *P* CCCXX *G* 26 septemque *V*: et septem *GP* 27 s. s. *V*: de sermone domini in monte II *P*

manauit. si enim timor dei est, quo beati fiunt pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum, petamus, ut sanctificetur in hominibus nomen dei, timore casto permanente in saeculum saeculi. si pietas est, qua beati sunt mites, quia ipsi hereditate possidebunt terram, petamus, ut ueniat regnum eius siue in nos ipsos, ut mitescamus nec ei resistamus, siue de caelo in terras in claritate aduentus domini, quo nos gaudebimus et laudabimur dicente illo: uenite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi. in domino, inquit propheta, laudabitur anima mea; audiant mites et iucundentur. si scientia est, qua beati sunt qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, oremus, ut fiat uoluntas eius sicut in caelo et in terra, quia, cum corpus tamquam terra spiritui tamquam caelo summa et tota pace consenserit, non lugebimus. nam nullus alius huius temporis luctus est, nisi cum aduersum se ista confligunt et cogunt nos dicere: uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et luctum nostrum lacrimosa uoce testari: miser ego homo; quis me liberabit de corpore mortis huius? si fortitudo est, qua beati sunt qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur, oremus, ut panis noster cotidianus detur nobis hodie, quo fulti atque sustentati ad plenissimam illam saturitatem uenire possimus. si consilium est, quo beati sunt misericordes, quoniam ipsorum miserebitur deus, dimittamus debita debitoribus nostris et oremus, ut nobis nostra dimittantur. si in nobis intellectus est, quo beati sunt mundicordes, quoniam ipsi deum uidebunt, oremus non induci in temtationem, ne habeamus duplex cor, non appetendo simplex

1 cf. Matth. 5, 3 3 cf. Ps. 18, 10 4 cf. Matth. 5, 5 8 Matth. 25, 34 11 Ps. 33, 3 17 Rom. 7, 23 sq. 20 (24. 27) cf. Matth. 5, 6 sqq.

1 quo *V*: ex quo *P* 3 sanctificetur *GP*: sanctificemur *V* 6 ei resistamus (ei *del. m. 2*) *P* 11 iocundentur *P* (*cf. p. 980, 24*) 19 *scriptura m. 1 fol. 275*^{r} homo—*p. 992, 8* conici utrum *fere plane euanuit in V* 26 ut nobis *V*: ut et nobis *P* 27 in nobis *V*: *om. GP* mundicordes $P^{2}V$: mundo corde GP^{1}

bonum, quo referamus omnia quae operamur, sed simul temporalia et terrena sectando. temtationes enim de his rebus, quae graues et calamitosae uidentur hominibus, non in nos ualent, si non ualeant illae quae blanditiis earum rerum accidunt, quas homines bonas et laetas putant. si sapientia est, qua beati sunt pacifici, quoniam ipsi filii dei uocabuntur, oremus, ut liberemur a malo. ipsa enim liberatio liberos nos faciet, id est filios dei, ut spiritu adoptionis clamemus: abba, pater.

CCCVIIII.

DE IEIVNIO ET LAVANDA FACIE VEL VNGVENDO CAPITE. VNDE SVPRA.

Cum autem ieiunatis, inquit, nolite fieri sicut hy- 334
pocritae tristes; exterminant enim uultum suum, ut uideantur hominibus ieiunantes. amen dico uobis, perceperunt mercedem suam. uos autem ieiunantes ungite capita uestra et facies uestras lauate, ne uideamini hominibus ieiunantes, sed patri uestro, qui est in abscondito; et pater uester, qui est in abscondito, reddet uobis. manifestum est his praeceptis omnem nostram intentionem in interiora gaudia dirigi, ne foris quaerentes mercedem huic saeculo conformemur et amittamus promissionem tanto solidioris atque firmioris, quanto interioris beatitudinis, qua nos elegit deus conformes fieri imaginis filii eius.

In hoc autem capitulo maxime animaduertendum est non in solo rerum corporearum nitore atque pompa sed etiam in ipsis sordibus luctuosis esse posse iactantiam, et eo periculo-

6 cf. Matth. 5, 9 8 Rom. 8, 15 Gal. 4, 6 13 Matth. 6, 16 sqq. 25 cf. Rom. 8, 29

5 laetas *PV*: laetandas *G* si *GP*: sic *V* 7 oremus] u *ex* e, *ut uidetur, corr. m. 1 V* 10 *cap.* CCCXXIIII *P* CCCXXI *G* 11 uel *GV*: et *P* unde supra *V*: ex eodem libro secundo (ss̄ *G*) *GP* 16 perciperunt *V* 17 ungite *GP*: ungete *V* (*m. 1 et 2*) 20 qui est *GV* (*m. 1 et 2*): qui uidet *P*

siorem, quo sub nomine seruitutis dei decipit. qui ergo immoderato cultu corporis atque uestitus uel ceterarum rerum nitore praefulget, facile conuincitur rebus ipsis pomparum saeculi esse sectator nec quemquam fallit dolosa imagine sanctitatis. qui autem in professione christianitatis inusitato squalore ac sordibus intentos in se hominum oculos facit, cum id uoluntate faciat, non necessitate patiatur, ceteris eius operibus potest conici, utrum hoc contemtu superflui cultus an ambitione aliqua faciat, quia et sub ouina pelle cauendos lupos dominus praecipit; sed ex fructibus, inquit, eorum cognoscetis eos. cum enim coeperint aliquibus temtationibus ea ipsa illis subtrahi uel negari quae isto uelamine uel consecuti sunt uel consequi cupiunt, tunc necesse est appareat, utrum lupus in ouina pelle sit an ouis in sua. non enim propterea ornatu superfluo debet aspectus hominum mulcere christianus, quia illum parcum habitum ac necessarium etiam simulatores saepe usurpant, ut incautos decipiant, quia et illae oues non habent deponere pelles suas, si aliquando eis lupi se contegunt.

Quaeri ergo solet, quid sit quod ait: uos autem ieiunantes unguite capita uestra et facies uestras lauate, ne uideamini hominibus ieiunantes. non enim quispiam recte praeceperit, quamuis faciem cotidiana consuetudine lauemus, unctis etiam capitibus, cum ieiunamus, nos esse debere. quod si turpissimum omnes fatentur, intellegendum est hoc praeceptum unguendi caput et faciem lauandi ad interiorem hominem pertinere. unguere ergo caput ad laetitiam pertinet, lauare autem faciem ad munditiam, et ideo caput unguit qui laetatur interius mente atque ratione. hoc enim recte accipimus caput, quod in anima praeminet et quo cetera hominis regi et gubernari manifestum est; et hoc facit qui non foris

10 Matth. 7, 15 sq.

8 contemtu *a*: contentus *PV* 9 ambition^{e} (e *add. m. 2*) *V* 10 praecepit *P* 11 cognoscetis *PV*^{2}: cognoscitis *V*^{1} 18 habent (*cf. Rönsch l. c. p. 447 sqq.*) *V*: debent *GP* 21 ungite *PV*^{2} 23 praeceperit *P*^{1}: praeciperit *V* praeceperat *P*^{1} faciem *PV*^{2}: facie *V*^{1} 26 ung*endi (u *ras.*) *V* 27 ung*ere *V* 28 ung*it (u *ras.*) *V* 30 praeeminet *P* 31 gubernari *P*: guuernare *V*^{1} gubernare *V*^{2}

quaerit laetitiam, ut de hominum laudibus carnaliter gaudeat. caro enim, quae subiecta esse debet, nullo modo est totius naturae humanae caput. nemo quidem umquam carnem suam odio habuit, sicut apostolus dicit, cum de diligenda uxore praecipit; sed caput mulieris uir, cui uero caput est Christus. interius ergo gaudeat in ieiunio suo eo ipso, quo sic se ieiunando auertit a uoluptate saeculi, ut sit subditus Christo, qui secundum hoc praeceptum caput unctum habere desiderat. ita enim et faciem lauabit, id est cor mundabit, quo uisurus est deum non interposito uelamine propter infirmitatem contractam de sordibus, sed firmus et stabilis, quoniam mundus est et simplex. lauamini, inquit, mundi estote, auferte nequitias ab animis uestris atque conspectu oculorum meorum. ab his igitur sordibus facies nostra lauanda est, quibus dei aspectus offenditur. nos autem reuelata facie gloriam dei speculantes in eandem imaginem transformabimur.

Saepe etiam cogitatio necessariarum rerum ad istam uitam pertinentium et sauciat et sordidat interiorem oculum nostrum et plerumque conduplicat, ut ea quae uidemur cum hominibus recte facere non eo corde faciamus, quo dominus praecipit, id est quia eos diligimus, sed quia commodum ab eis aliquod propter necessitatem praesentis uitae adipisci uolumus. debemus autem bene facere illis propter salutem ipsorum aeternam, non propter temporale commodum nostrum. inclinet ergo deus cor nostrum in testimonia sua, et non in emolumentum. finis enim praecepti est caritas de corde

3 Eph. 5, 29 5 I Cor. 11, 3 12 Es. 1, 16 16 II Cor. 3, 18 26 cf. Ps. 118, 36 27 I Tim. 1, 5

1 laudibus hominum *P* 3 um^{quam} (quam *add. m. 2*) *V* 5 uero *V*: uiro *GP* 7 quo *V*: qui *P* 10 deum P^2V: dominum P^1 12 est *V*: *om. P* 14 conspectu *V*: a conspectu *P* 16 autem *V*: enim *GP* 17 eadem (n *add. m. 2*) *V* 18 cogitatio *GP*: cogitatione *V* 19 e*t sauciat (s *ras.*) *V* 20 conduplicat *GPV*: cor duplicat *a* 21 quo P^1V: quod P^2 praecepit *P* 22 quia eos G^1PV: quia ^{nos} eos G^3 25 temporalem *PV*

puro et conscientia bona et fide non ficta. qui autem propter suam de hac uita necessitatem fratri consulit, non utique caritati consulit, quia non illi quem debet tamquam se ipsum diligere, sed sibi consulit, uel potius nec sibi, quando quidem hinc sibi facit duplex cor, quo impeditur ad uidendum deum, in qua sola uisione est beatitudo certa atque perpetua.

CCCX.

DE EO QVOD AIT DOMINVS: SI ERGO LVMEN, QVOD IN TE EST, TENEBRAE SVNT, IPSAE TENEBRAE QVANTAE SVNT? EX LIBRO S. S.

335 Lucerna corporis tui est oculus tuus. si ergo oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; si autem oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum erit. si ergo lumen, quod in te est, tenebrae sunt, tenebrae quantae? qui locus sic intellegendus est, ut nouerimus omnia opera nostra tunc esse munda et placere in conspectu dei, si fiant simplici corde, id est intentione in superna, fine illo caritatis, quia plenitudo legis caritas. oculum ergo hic accipere debemus ipsam intentionem, qua facimus quidquid facimus. quae si munda fuerit et recta et illud aspiciens quod aspiciendum est, omnia opera nostra, quae secundum eam operamur, necesse est bona sint. quae opera omnia totum corpus appellauit, quia et apostolus membra nostra dicit quaedam opera, quae improbat et mortificanda praecipit dicens: mortificate ergo membra uestra, quae sunt super

12 Matth. 6, 22 sq. 20 Rom. 13, 10 27 Col. 3, 5

2 de *GPV*: in *a* fratri *V*: fratri suo *P* 5 facit P^1V: fit P^2 8 *cap.* CCCXXVI *P* CCCXXII *G* CCCXXVII *v* 10 ipsae *V*: ipse *P*; *om. G* 11 libro ss. *V*: eodem libro secundo *P* 16 sunt tenebrae *V*: s. ipsae t. *GP* quantae *G*: quantae erunt *P*; *om. V* 19 in G^1PV: *del.* G^2 20 plenitudo *V*: et plenitudo *GP* 25 opera quaedam *GP*

terram, fornicationem, immunditiam, auaritiam et cetera talia.

Non ergo quid quisque faciat, sed quo animo faciat, considerandum est. hoc est enim lumen in nobis, quia hoc nobis manifestum est, bono animo nos facere quod facimus; omne enim, quod manifestatur, lumen est. nam et ipsa facta, quae ad hominum societatem a nobis procedunt, incertum habent exitum et ideo tenebras eas uocauit. non enim noui, cum pecuniam porrigo indigenti et petenti, quid inde aut facturus aut passurus sit, et fieri potest, ut uel faciat ex ea uel propter eam patiatur aliquid mali, cum ego, cum darem, non euenire uoluerim neque hoc animo dederim. itaque si bono animo feci quod mihi, cum facerem, notum erat, et ideo lumen uocatur: inluminatur etiam factum meum, qualemcumque exitum habuerit: qui exitus quoniam incertus est et ignotus est, tenebrae appellatae sunt. si autem malo animo feci, etiam ipsum lumen tenebrae sunt. lumen enim dicitur, quia nouit quisque, quo animo faciat, etiam cum malo animo facit. sed ipsum lumen tenebrae sunt, quia non in superna dirigitur simplex intentio, sed ad inferiora declinatur et duplici corde quasi umbram facit. si ergo lumen, quod in te est, tenebrae sunt, tenebrae quantae? hoc est: si ipsa cordis intentio, qua facis quod facis, quae tibi nota est, sordidatur appetitu rerum terrenarum et temporalium atque caecatur, quanto magis ipsum factum, cuius incertus est exitus, sordidum et tenebrosum est? quia, etsi bene alicui proueniat quod tu non munda et recta intentione facis, quomodo tu feceris tibi imputatur, non quomodo illi prouenerit.

5 Eph. 5, 13 21 Matth. 6, 23

10 propter eam *V*: propterea *P* 11 cum ego *V*: quod ego *GP* 13 uocabitur (*corr. m. 2*) *P* 14 inluminabitur *P* 16 *post* appellatae sunt *adnotat* G^3: in alio codice hic insertum. et duplici corde quasi umbra 20 umbra G^1; *corr. m. 3* 22 quantae *V*: quantae sunt *P* 26 proueniet *P* munda et recta *V*: recta et munda *G* recte et munda *P*

335ᵃ [Si enim euangelizauero, inquit, non est mihi gloria: id est: si euangelizauero, ut ista fiant in me, id est: si propterea euangelizauero, ut ad illa perueniam et fidem euangelii in cibo et potu et uestitu collocauero. sed quare non est ei gloria? necessitas enim, inquit, mihi incumbit, id est: ut ideo euangelizem, quia unde uiuam non habeo aut adquiram temporalem fructum de praedicatione aeternorum. sic enim iam necessitas erit in euangelio, non uoluntas. uae enim mihi est, inquit, si non euangelizauero. quomodo debet euangelizare? scilicet ut ⟨in⟩ euangelio et in regno ponat mercedem; ita enim potest non coactus euangelizare, sed uolens. si enim uolens, inquit, hoc facio, mercedem habeo; si autem inuitus, dispensatio mihi credita est, id est: si coactus inopia earum rerum, quae temporali uitae sunt necessariae, praedico euangelium, alii per me habent mercedem euangelii, qui euangelium ipsum me praedicante diligunt. ego autem non habeo, quia non ipsum euangelium diligo, sed eius pretium in eius temporalibus constitutum. quod nefas est fieri, ut non tamquam filius ministret quisque euangelium, sed tamquam seruus, cui dispensatio credita est, ut tamquam alienum eroget, nihil inde ipse capiat praeter cibaria, quae non de participatione regni, sed sustentaculum miserae seruitutis dantur extrinsecus.]

1 I Cor. 9, 16 sq.

1 *quae inclusi om. MV; collati sunt GPv* 2 ista *a*: ita *G Pv* 6 habeo *ex* habeam *corr. P*² 7 aut G^1Pv: aut ut G^3 fructūs (*corr. m. 1*) *G* 9 est *P*: erit *Gv* 10 ^{sed} quomodo (sed *add. m. 3*) *G* euangelizare *Gv*: euangelizauero *P* in euangelio *a*: euangelio G^1Pv (*cf. p. 929, 29*) in ipso euangelio G^3 11 regno G^1Pv: regno dei G^3 ita enim potest non coactus G^3: non enim potest non G^2Pv non enim potest G^1 euangelizae *P* 14 si coactus *Gv*: siccatus *P* 15 quae *Gv*: quo *P* 18 in eius G^1Pv: in illis G^3 22 cibaria *a*: cibariam *GPv* sustentaculum G^1Pv: ad sustentaculum G^3

CCCXI.

DE SOLLICITVDINE CRASTINI DIEI PROHIBITA. EX LIBRO S. S.

Nolite ergo solliciti esse de crastino. non enim 336
dicitur crastinus dies nisi in tempore, ubi praeterito succedit futurum. ergo cum aliquid boni operamur, non temporalia, sed aeterna cogitemus; tunc erit illud bonum et perfectum opus. crastinus enim, inquit, dies sollicitus erit sibi ipse, id est ut cum oportuerit sumas cibum uel potum uel indumentum. cum ipsa scilicet necessitas urguere coeperit, aderunt haec, quia nouit pater noster quod horum omnium indigemus. sufficit enim, inquit, diei malitia sua, id est: sufficit quod ista sumere urguebit ipsa necessitas, quam propterea malitiam nominatam arbitror, quia poenalis est nobis. pertinet enim ad hanc fragilitatem et mortalitatem, quam peccando meruimus. huic ergo poenae temporalis necessitatis nolite addere aliquid grauius, ut non solum patiaris harum rerum indigentiam sed etiam propter hanc explendam milites deo.

Hoc autem loco uehementer cauendum est, ne forte, cum uiderimus aliquem seruum dei prouidere, ne ista necessaria desint uel sibi uel eis quorum sibi cura commissa est, iudicemus eum contra praeceptum domini facere et de crastino esse sollicitum. nam et ipse dominus, cui ministrabant angeli, tamen propter exemplum, ne quis scandalum pateretur, cum aliquem seruorum eius animaduertisset ista necessaria procurare, loculos habere dignatus est cum pecunia, unde usibus necessariis quidquid opus fuisset praeberetur; quorum loculorum custos et fur, sicut scriptum est, Iudas fuit, qui eum tradidit.

3 (7. 11) Matth. 6, 34 22 cf. Matth. 4, 11 27 cf. Io. 12, 6

1 *cap.* CCCXI* *V*: CCCXXVII *P* CCCXXIII *G* CCCXXVIII *v* 2 libro s. s. *V*: eodem libro II *GP* 3 solliciti esse G^1PV: alibi. cogitare G^3 5 futurum G^3PV: iterum G^1 7 ipse *V*: ipsi *P* 9 urgere *GP* 12 urgebit *GP* 14 quam *V*: quae *P* 15 nolite G^1PV: noli G^3 16 harum *GP*: *om.* *V* rerum *GP*: reum *V* 23 ne quis *V*: ne quis postea *GP* 24 animaduertisse *V* 25 pecunia unde *GP*: pecuniam de *V*

sicut et apostolus Paulus potest uideri de crastino cogitasse, cum dixit: de collectis autem in sanctis sicut ordinaui ecclesiis Galatiae, ita et uos facite. secundum unam sabbati unusquisque uestrum apud se ponat thesaurizans. his et huius modi scripturarum locis apparet dominum nostrum non hoc improbare, si quis humano more ista procuret, sed si quis propter ista deo militat, ut in operibus suis non regnum dei, sed istorum adquisitionem intueatur. ad hanc ergo regulam hoc totum praeceptum dirigitur, ut etiam in istorum prouisione regnum dei cogitemus, in militia uero regni dei ista non cogitemus. ita enim, etiam si aliquando defuerint, quod plerumque propter exercitationem nostram deus sinit, non solum non debilitant propositum nostrum, sed etiam examinatum probatumque confirmant: gloriamur enim, inquit, in tribulationibus.

CCCXII.

QVOMODO ACCIPIENDVM SIT: NOLITE IVDICARE, ET DE FESTVCA, TRABE ET CETERIS. EX EODEM LIBRO II DE SERMONE DOMINI.

337 Nolite iudicare, ne iudicetur de uobis. in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis, et in qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. hoc loco nihil aliud nobis praecipi existimo, nisi ut ea facta, quae dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. quod enim scriptum est: ex fructibus eorum

2 I Cor. 16, 1 sq. 15 Rom. 5, 3 17 (et 20) Matth. 7, 1 25 Matth. 7, 16

2 in sanctis *V*: in sanctos *G* quae fiunt in sanctis *P* 5 thesaurizans G^2PV: thesaurizant G^1 6 apparet *V*: satis apparet *G P* si quis—procuret, sed *GP*: *om. V* 7 propter] *add.* P^2 *supr. uers.* militet *GP* 9 dirigitur *V*: redigitur *P* 10 prouisione *GP*: promissione *V* 11 in militia—cogitemus *GP*: *om. V* 16 *cap.* CCCXXVII *P* *CCCXXIIII *G* CCCXXVIIII *v* 18 de sermone domini *V*: *om. GP*

cognoscetis eos, de manifestis dictum est, quae non possunt bono animo fieri, sicuti sunt stupra uel blasphemiae uel furta uel ebriositas et si qua sunt alia, de quibus nobis iudicare permittitur dicente apostolo: quid enim mihi eos qui foris sunt iudicare? nonne de eis qui intus sunt uos iudicatis? de genere autem ciborum, quia possunt bono animo et simplici corde sine uitio concupiscentiae quicumque humani cibi indifferenter sumi, prohibet idem apostolus iudicari eos qui carnibus uescebantur et uinum bibebant ab eis qui se ab huius modi alimentis temperabant: qui manducat, inquit, non manducantem non spernat, et qui non manducat, manducantem non iudicet. ibi etiam ait: tu quis es, ut iudices alienum seruum? suo domino aut stat aut cadit. de talibus enim rebus, quae possunt bono et simplici et magno animo fieri, quamuis possint etiam non bono, uolebant illi, cum homines essent, in occulto cordis ferre sententiam: de quibus deus solus iudicat.

Ad hoc pertinet etiam illud quod alio loco dicit: nolite ante tempus quicquam iudicare, quoad usque ueniat dominus et inluminet abscondita tenebrarum et manifestet cogitationes cordis; et tunc laus erit unicuique a deo. sunt ergo quaedam facta media, quae ignoramus quo animo fiant, quia et bono et malo fieri possunt; de quibus temerarium est iudicare, maxime ut condemnemus. horum autem ueniet tempus ut iudicentur, cum deus inluminabit abscondita tenebrarum et manifestabit cogitationes cordis. item alio loco idem dicit apostolus: quorundam hominum peccata manifesta sunt, praecedentia ad iudicium; quaedam autem et subsecuntur.

4 I Cor. 5, 12 10 Rom. 14, 3 sq. 18 I Cor. 4, 5 27 I Tim. 5, 24 sq.

4 eos *GPV*: de iis *a* 13 ut *V*: qui *GP* iudices *V*: iudicas *GP* 14 domino suo *P* aut stat *V*: stat *GP* cadit *GP*: cadet *V* 16 possint *V*: possit *P* 18 alio *V*: in alio *P* 21 manifestet *V*: manifestabit *GP* 24 ut *GP*: *ut (a *ras.*) *V* 27 idem dicit] item dicit *V* dicit idem *GP* 29 subsecuntur V^1: subsequuntur GPV^2

manifesta ea dicit, de quibus clarum est quo animo fiant. haec praecedunt ad iudicium, id est quia, si fuerit ista subsecutum iudicium, non est temerarium. subsecuntur autem illa quae occulta sunt, quia nec ipsa latebunt tempore suo. sic et de bonis factis intellegendum est. nam ita subiungit: similiter et facta bona manifesta sunt, et quaecumque se aliter habent, latere non possunt. de manifestis ergo iudicemus, de occultis uero deo iudicium relinquamus, quia et ipsa abscondi non possunt siue mala siue bona, cum tempus aduenerit, quo manifestentur.

Duo sunt autem, in quibus temerarium iudicium cauere debemus: cum incertum est, quo animo quidque factum sit, uel cum incertum est, qualis futurus sit qui nunc uel malus uel bonus apparet. si ergo quispiam uerbi gratia conquestus de stomacho ieiunare noluit et tu id non credis edacitatis id uitio tribuens, temere iudicabis. item si manifestam edacitatem ebriositatemque cognoueris et ita reprehenderis, quasi numquam ille possit corrigi atque mutari, nihilo minus temere iudicabis. non ergo reprehendamus ea quae nescimus quo animo fiant, neque ita reprehendamus quae manifesta sunt, ut desperemus sanitatem, et uitabimus iudicium, de quo nunc dicitur: nolite iudicare, ne iudicetur de uobis.

Potest autem mouere quod ait: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis, et in qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. numquid enim, si nos in iudicio temerario iudicauerimus, temere etiam de nobis deus iudicabit? aut numquid, si in mensura iniqua fuerimus mensi, et aput deum iniqua mensura est, unde nobis

22 Matth. 7, 1 sq.

3 subsecuntur V^1: subsequuntur GPV^2 illa autem P 8 deo GP^1V: dei P^2 iudicio P 12 quo animo—incertum est V: *om.* P 14 conquaestus (a *del. m. 1*) V 15 sthomaco V credis PV: credes G^1 credens G^2 16 id PV: hoc G tribuens P^2V: tribueris GP^1 17 et V: sed P 25 remetietur V: in ea remetietur GP 27 iniqua V: in qua P mensi fuerimus GP 28 aput V^1: apud GPV^2 iniqua P^2V: in qua P^1 nobis V: uobis P

remetiatur? nam et mensurae nomine ipsum iudicium significatum arbitror. nullo modo deus uel temere iudicat uel iniqua mensura cuiquam rependit, sed hoc dictum est, quoniam temeritas, qua punis alium, eadem ipsa te puniat necesse est. nisi forte arbitrandum est, quod iniquitas ei noceat aliquid in quem procedit, ei autem nihil a quo procedit. immo uero saepe nihil nocet ei qui patitur iniuriam, ei autem qui facit necesse est ut noceat. quid enim nocuit martyribus iniquitas persequentium? ipsis persecutoribus plurimum, quia, etsi aliqui eorum correcti sunt, eo tamen tempore, quo persequebantur, excaecabat illos malitia illorum. sic et temerarium iudicium plerumque nihil nocet ei de quo temere iudicatur, ei autem qui temere iudicat ipsa temeritas necesse est ut noceat. ista regula etiam illud dictum arbitror: omnis, qui percusserit gladio, gladio morietur. quam multi enim gladio percutiunt nec tamen gladio moriuntur, sicut nec ipse Petrus? sed ne istum uenia peccatorum talem poenam euasisse quis putet — quamquam nihil absurdius, quam ut maiorem putet gladii poenam esse potuisse, quae Petro non accidit, quam crucis, quae accidit — quid tamen de latronibus dicturus est, qui cum domino crucifixi sunt, quia et ille qui meruit ueniam, posteaquam crucifixus est meruit et alter omnino non meruit? an forte omnes, quos occiderant, crucifixerant et propterea hoc etiam ipsi pati meruerunt? ridiculum est hoc putare. quid ergo aliud dictum est: omnis enim, qui gladio percusserit, gladio morietur, nisi quia ipso peccato anima moritur, quodcumque commiserit?

Et quoniam de temerario et iniquo iudicio nos hoc loco dominus monet — uult enim, ut simplici corde et in unum

14 (et 25) Matth. 26, 52 21 cf. Luc. 23, 33 sqq.

1 remetiatur *GPV*: remetietur *a* 6 ei autem — procedit *PV*: *om. G* a quo P^1: aliud P^2V 9 ipsis *V*: ipsis autem *GP* 11 illorum *V*: eorum *GP* 17 ueniam *P* 18 maiorem putent (n *del. m. 2*) *P* 19 gladii *V*: gladio *P* 22 postquam *P* 23 occiderat *P* crucifixerunt *P* 27 moritur *V*: morietur *P*

deum intentione faciamus quaecumque facimus; et multa incertum est quo corde fiant, de quibus iudicare temerarium est. maxime autem hi temere iudicant de incertis et facile reprehendunt, qui magis amant uituperare et damnare quam emendare atque corrigere: quod uitium uel superbiae est uel inuidentiae — consequenter subicit et dicit: quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in tuo oculo non uides? ut si feruenti uerbi gratia ira ille peccauit, tu odio reprehendas. quantum autem inter festucam et trabem, quasi tantum inter iram distat et odium. odium est enim ira inueterata, quasi quae uetustate ipsa tantum robur acceperit, ut merito appellaretur trabes. fieri autem potest, ut, si irascaris homini, uelis eum corrigi; si autem oderis hominem, non potes eum uelle corrigere.

Quomodo enim dicis fratri tuo: sine eiciam festucam de oculo tuo, et ecce trabes est in oculo tuo? hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui: id est primo abs te expelle odium, et deinde poteris iam eum quem diligis emendare. et bene ait: hypocrita. accusare enim uitia officium est bonorum uirorum et beniuolorum; quod cum mali faciunt, alienas partes agunt sicut hypocritae, qui tegunt sub persona quod sunt et ostentant in persona quod non sunt. hypocritarum ergo nomine simulatores acceperis. et est uere multum cauendum et molestum simulatorum genus, qui cum omnium uitiorum accusationes odio et liuore suscipiant, etiam consolatores uideri se uolunt. et ideo pie cauteque uigilandum est, ut, cum aliquem reprehendere uel obiurgare necessitas coegerit, primo cogitemus, utrum tale sit

6 Matth. 7, 3 15 Matth. 7, 4 sq.

1 deum GP^1: deo P^2V intentione V: intento G^3P inter G^1 et P^2V: quia et P^1 4 repraehendunt V 8 feruenti *Hartel*: feruet V forte GP 9 autem V: autem interest GP 10 et odium V: atque odium P 12 acciperit V appellaretur P^1V: appelletur P^2 14 potes GP: putes V corrigere V: corrigeret P 21 beneuolorum GP 24 acciperis P^2V 26 libore V

uitium, quod numquam habuimus uel quo iam caruimus; et si numquam habuimus, cogitemus et nos homines esse et habere potuisse; si uero habuimus et non habemus, tangat memoriam communis infirmitas, ut illam reprehensionem uel obiurgationem non odium, sed misericordia praecedat, ut siue ad correctionem eius propter quem id facimus, siue ad peruersionem ualuerit — nam incertus est exitus — nos tamen de simplicitate oculi nostri securi simus. si autem cogitantes nosmet ipsos inuenerimus in eo esse uitio, in quo est ille quem reprehendere parabamus, non reprehendamus neque obiurgemus, sed tamen congemescamus et non illum ad obtemperandum nobis, sed ad pariter conandum inuitemus.

Nam et illud quod dicit apostolus: factus sum Iudaeis quasi Iudaeus, ut Iudaeos lucri facerem; his qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum non sim ipse sub lege, ut eos qui sub lege erant lucri facerem; his qui sine lege quasi sine lege, cum sine lege dei non sim, sed sim in lege Christi, ut lucri facerem eos qui sine lege sunt; factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucri facerem; omnibus omnia factus sum, ut omnes lucri facerem, non utique simulatione faciebat, quemadmodum quidam intellegi uolunt, ut eorum detestanda simulatio tanti exempli auctoritate muniatur, sed hoc faciebat caritate, qua eius infirmitatem cui uolebat subuenire tamquam suam cogitabat. hoc enim et praestruit dicendo: cum enim liber sim ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucri facerem. quod ut intellegas non simulatione, sed caritate fieri, qua infirmis hominibus, tamquam nos simus, compatimur, ita [enim] monet alio loco dicens: uos in libertatem uocati

13 I Cor. 9, 20 sqq. 26 I Cor. 9, 19 30 Gal. 5, 13

1 quo *V*: quod *P* 4 uel *V*: aut *P* 10 non *GP*: nos *V* 11 congemiscamus *P* 17 qui sine lege V^1 (*cf. p. 856, 10 Rönsch l. c. p. 443*): qui sine lege sunt V^2 q. sine lege erant *P* 18 sed sim *V*: sed *P* 21 omnibus—lucri facerem *GP*: *om. V* 23 intellegi P^2V: intellege P^1 intellegere *G* 26 praestruit *V*: perstruit *P* 30 enim] *PV*, *inclusi*; *om. a*

estis, fratres; tantum ne libertatem in occasione carnis detis, sed per caritatem seruite in inuicem. quod fieri non potest nisi alterius infirmitatem quisque habeat quasi suam, ut eam aequanimiter ferat, donec ab ea liberetur ille cuius curat salutem.

Raro ergo et magna necessitate obiurgationes adhibendae sunt, ita tamen, ut etiam in his ipsis non nobis, sed deo ut seruiatur instemus. ipse est etiam, ut nihil duplici corde faciamus, auferentes trabem de oculo nostro inuidentiae uel malitiae uel simulationis, et uideamus eicere festucam de oculo fratris nostri.

CCCXIII.

QVALITER INTELLEGENDVM SIT: IN IPSO HABITAT OMNIS PLENITVDO DIVINITATIS CORPORALITER. EX LIBRO DE PRAESENTIA DEI AD DARDANVM.

338 Habitat in singulis deus tamquam in templis suis et in omnibus simul in unum congregatis tamquam in templo suo. quod templum quamdiu sicut arca Noe in hoc saeculo fluctuat, fit quod in psalmo scriptum est: dominus diluuium inhabitat, quamuis propter multos in omnibus gentibus populos fidelium, quos aquarum nomine in Apocalypsi significat, possit congruenter intellegi: dominus diluuium inhabitat. sequitur autem: et sedebit dominus rex in aeternum, utique in ipso templo suo iam in uita aeterna post fluctuationem huius saeculi constituto. deus igitur, qui ubique praesens, est et ubique totus praesens nec ubique habitans, sed in templo suo, cui per gratiam benignus est,

13 Col. 2, 9 19 (et 22) Ps. 28, 10 21 cf. Apoc. 17, 15

1 occasione *V*: occasionem *P* 2 in inuicem *V* (*cf. Rönsch l. c. p. 233*): inuicem *GP* 8 ipse (*om.* est) G^1 etiam *V*: enim finis *GP*; e. lex *fort.* 10 et *V*: ut *GP* 11 nostri *V*: *om. GP* 12 *cap.* CCCXXVIII *P* CCCXXV *G* CCCXXX *v* 16 habitat *V*: habitat itaque *GP* 20 quamuis *V*: quamuis et *GP* 25 qui *PV*: *om. a*

propitius capitur: capitur autem habitans ab aliis amplius, ab aliis minus.

De ipso uero capite nostro apostolus ait: quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. non ideo corporaliter, quia corporeus est deus, sed aut uerbo translato usus est, tamquam in templo manu facto non corporaliter, sed umbraliter habitauerit, id est praefigurantibus signis — nam illas omnes obseruationes umbras futurorum uocat etiam ipso translato uocabulo; summus enim deus, sicut scriptum est, non in manu factis templis habitat — aut certe corporaliter dictum est, quia et in Christi corpore, quod assumsit ex uirgine, tamquam in templo habitat deus. hinc est enim, quod Iudaeis signum petentibus cum dixisset: soluite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud, euangelista quid hoc esset consequenter exponens ait: hoc autem dicebat de templo corporis sui.

Quid ergo est? hocine interesse arbitramur inter caput et membra cetera, quod in quolibet quamuis praecipuo membro, uelut in aliquo magno propheta aut apostolo, quamuis diuinitas habitet, non tamen sicut in capite, quod est Christus, omnis plenitudo diuinitatis? nam et in nostro corpore inest sensus singulis membris, sed non tantus, quantus in capite, ubi prorsus omnis est quinquepertitus. ibi enim et uisus est et auditus et olfactus et gustus et tactus, in ceteris autem solus est tactus. an etiam praeter hoc, quod tamquam in templo in illo corpore habitat omnis plenitudo diuinitatis, est aliud quod intersit inter illud caput et cuiuslibet membri excellentiam? est plane, quod singulari quadam susceptione hominis illius una facta est persona cum uerbo. de nullo enim sanctorum dici potuit aut potest aut poterit: uerbum caro factum est; nullus sanctorum qualibet praestantia gratiae

3 Col. 2, 9 8 cf. Col. 2, 17 10 Act. 17, 24 14 Io. 2, 19. 21 30 Io. 1, 14

1 propitius *V*: et propitius *GP* capitur: capitur (*distinxi*) *V*: capitur *GP* 17 hocine *V*: hocne *P* 23 quinquepartitus *P* 24 in ceteris — est tactus *GP*: *om. V* 26 illo corpore *P*

unigeniti nomen accepit, ut quod est ipsum dei uerbum ante saecula, hoc simul cum assumto homine diceretur. singularis est illa susceptio nec cum hominibus aliquibus sanctis quantalibet sapientia et sanctitate praestantibus ullo modo potest esse communis. ubi diuinae gratiae satis perspicuum clarumque documentum est. quis enim tam sacrilegus, ut audeat affirmare aliquam posse animam per meritum liberi arbitrii ut alter sit Christus efficere? ut ergo ad personam uerbi unigeniti pertineret, quo pacto per liberum arbitrium communiter omnibus et naturaliter datum una sola anima meruisset, nisi hoc singularis gratia praestitisset, quam fas est praedicare nefasque de ea iudicare?

Haec si pro uiribus nostris, quantum dominus adiuuit, rite tractauimus, quando deum ubique praesentem et non spatiis distantibus quasi aliqua mole uel distentione diffusum, sed ubique totum cogitare te extendis, auerte mentem ab omnibus imaginibus corporum, quas humana cogitatio uoluere consueuit. non enim sic sapientia, sic iustitia, non sic denique caritas cogitatur, de qua scriptum est: deus caritas est. cum uero eius habitationem cogitas, unitatem cogita congregationemque sanctorum, maxime in caelis, ubi propterea praecipue dicitur habitare, quia ibi fit uoluntas eius perfecta eorum in quibus habitat oboedientia; deinde in terra, ubi aedificans habitat domum suam in fine saeculi dedicandam; Christum autem deum nostrum, unigenitum dei filium, aequalem patri eundemque hominis filium, quo maior est pater, ut ubique totum praesentem esse non dubites tamquam deum et

19 I Io. 4, 8

2 singularis GP^1V: singularis ergo P^2 3 aliquibus GP: aliquis V 6 sacrilegus V: sit sacrilegus P 9 quo G^3PV: et quo G^1 11 fas GV: uas P 12 nefasque de ea V: de qua nefas (nec fas G^3) est uelle G^3P de qua est uelle G^1 13 adiuuit PV: adiuuet G^1 adiuuat G^3 rite P^2V: recte P^1 15 distentione V: districtione P 16 cogitare te extendis G: cogitaret extendi V cogitare* extendis (t *ras.*) P 18 sic iustitia V: non iustitia GP 20 cogita] cogitas P 23 oboedientia* (m *ras.*) P 25 deum V: dominum GP

in eodem templo dei esse tamquam inhabitantem deum et in loco aliquo caeli propter ueri corporis modum.

CCCXIIII.

DE VNIVS VXORIS VIRO EPISCOPO ORDINANDO. EX LIBRO DE BONO CONIVGALI.

Quod est cibus ad salutem corporis, hoc est concubitus ad 339
salutem generis, et utrumque non est sine delectatione carnali.

Diuersa opera patrum non faciebat nisi diuersitas temporum. sic autem necesse erat, ut carnaliter cohirent etiam non carnales prophetae, sicut necesse erat, ut carnaliter uescerentur etiam non carnales apostoli.

Ecclesiae dispensatorem non licere ordinari nisi unius uxoris uirum acutius intellexerunt qui nec eum qui catechumenus uel paganus habuerit alteram ordinandum esse censuerunt. de sacramento enim agitur, non de peccato. nam in baptismo peccata omnia dimittuntur. sed qui dixit: si acceperis uxorem, non peccasti, et si nupserit uirgo, non peccat, et: quod uult faciat; non peccat; nubat, satis declarauit nuptias nullum esse peccatum. propter sacramenti autem sanctitatem sicut femina, etiam si catechumena fuerit uitiata, non potest post baptismum inter dei uirgines consecrari, ita non absurde uisum est eum qui excessit uxorum numerum singularem non peccatum aliquod commisisse, sed normam quandam sacramenti amisisse, non ad uitae bonae meritum, sed ad ordinationis ecclesiasticae signaculum neces-

17 I Cor. 7, 28 19 I Cor. 7, 36

1 templo *a*: templum *GPV* 3 *cap.* CCCXXVIIII *P* CCCXXVI *G* CCCXXXI *v* 9 sed diuersa (sed *del. m. 2*) *P* 10 coirent *G P* 14 acutius *V*: quod acutius *P* cathecuminus *V* 15 censuerunt *GP*: consueuerunt *V* 16 nam — peccata *GP*: *om. V* 17 acciperis *V* 21 cathecumina *V* 23 uxorum *GP*: uxorem *V* 26 necessarium *PV*: necessariam *a*

sarium. ac per hoc, sicut plures antiquorum patrum uxores significauerunt futuras nostras ex omnibus gentibus ecclesias uni uiro subditas Christo, ita noster antistes unius uxoris uir significat ex omnibus gentibus unitatem uni uiro subditam Christo; quae tunc perficietur, cum reuelauerit occulta tenebrarum et cetera. nunc autem sunt manifestae, sunt latentes dissensiones, etiam salua caritate inter eos qui in unum et unum futuri sunt; quae tunc utique nullae erunt. itaque sicut duobus dominis pluribusue seruire, sic a uiuo uiro in alterius transire conubium nec tunc licuit nec nunc licet nec umquam licebit. apostatare quippe ab uno deo et ire in alterius adulterinam superstitionem semper est malum. nec causa ergo numerosioris prolis fecerunt sancti nostri quod Cato dicitur fecisse Romanus, ut traderet uiuus uxorem etiam alterius domum filiis impleturam. in nostrarum quippe nuptiis plus ualet sanctitas sacramenti quam fecunditas uteri.

CCCXV.

DE NOCTVRNA INLVSIONE. EX EODEM LIBRO.

340 Multa lex ponit in sacramentis et umbris futurorum. quaedam ergo in semine materialis informitas, quae formata corpus hominis redditura est, in significatione posita est uitae informis et ineruditae. a qua informitate quoniam oportet hominem doctrinae forma et eruditione mundari, in huius rei signum illa purificatio praecepta est post seminis emissionem. neque enim et in somnis peccato fit, et tamen etiam ibi praecepta est purificatio. aut si et hoc peccatum quisquam putat,

5 I Cor. 4, 5

7 in unum et unum P^2V: unum et in unum GP^1 8 nullae P: nulla V 10 nunc V: tunc P 14 uiuus G^3P^2: uiuos G^1 uiuis V unius P^1 17 *cap.* CCCXXX P CCCXXVII G CCCXXXII v 18 ex eodem V: item ex P libro] l. de bono coniugali P 22 quoniam oportet hominem GP: op. h. quoniam V 25 in somnis (*om.* et) P 26 et hoc V: hoc P

non arbitrans accidere nisi ex aliquo huius modi desiderio, quod procul dubio falsum est, numquid et solita mensuum peccata sunt feminarum? a quibus tamen eadem legis uetustas praecipit expiari non nisi propter ipsam materialem informitatem, quae facto conceptu tamquam in aedificationem corporis additur. ac per hoc, cum informiter fluit, significari per illam lex uoluit animum sine disciplinae forma indecenter fluidum ac dissolutum, quem formari oportere significat, cum talem fluxum corporis iubet purificari. postremo numquid et mori peccatum est aut mortuum sepelire non etiam bonum opus humanitatis est? et tamen purificatio et inde mandata est, quia et mortuum corpus uita deserente non peccatum est, sed peccatum significat animae desertae a iustitia.

CCCXVI.

DE VIRTVTE ANIMI VEL LATENTE VEL MANIFESTA. EX EODEM LIBRO DE BONO CONIVGALI.

Continentia non corporis, sed animi uirtus est. uirtus autem 341
animi aliquando in opere manifestatur, aliquando in habitu latet: sicut martyrii uirtus eminuit apparuitque tolerando passiones. sed quam multi sunt in eadem uirtute animi, quibus temtatio deest, qua id quod intus est in conspectu dei, etiam in hominum procedat?

Et Timotheo ita relaxata est corporis utilitas uinum bibendi, ut maneret in habitu animus continendi. ipse est enim habitus, quo aliquid agitur, cum opus est. cum autem non agitur, potest agi, sed non opus est.

3 cf. Leu. 15, 19 11 cf. Num. 19, 11 23 cf. I Tim. 5, 23

1 accidere *V*: accedere *P* 2 solita *V*: soluta *P* mensuum *PV* (*cf. Rönsch p. 265*): menstrua *a* 3 eadem *V*: eas eadem *P* 4 praecepit *P* 5 conceptu *a*: concepto *PV* aedificatione *P* 8 fluidum *V*: fluuidum *P* 14 *cap.* CCCXXXI *P* CCCXXVIII *G* CCCXXXIII *v* 15 bel latente (b *in* v *corr. m. 2*) *V* 16 bono] bo^{no} (no *add. m. 2*) *V* 20 uirtutem *V* 21 deest *GP*: deesse *V* qua *P*: quam *V* quia *G* 24 habitu animus *V*: animo habitus *P* anima hominis ^{uirtus} (uirtus *add. m. 2*) *G*

Num igitur non erat in Christo continentiae uirtus a cibo et potu, quanta erat in Iohanne baptista, ut diceretur: ecce homo uorax et potator uini? numquid non talia dicuntur in domesticos eius, patres nostros, ex alio genere utendi terrenis, quantum ad concubitum pertinet: ecce homines libidinosi et immundi, amatores feminarum et lasciuiarum?

Et iustificata est sapientia a filiis suis, qui uident continentiae uirtutem in habitu animi semper esse debere, in opere autem pro rerum ac temporum opportunitate manifestari.

Cum ergo colloquiis malis dicitur continenti et nuptias recusanti: „tu ergo melior quam Abraham?“ dicat: „ego quidem non sum melior quam Abraham; melior est castitas caelibum quam castitas nuptiarum: quarum Abraham unam habebat in usu, ambas in habitu. caste quippe coniugaliter uixit; esse autem caste sine coniugio potuit, sed tunc non oportuit. ego uero facilius non utor nuptiis, quibus est usus Abraham, quam sic utor nuptiis, quemadmodum est usus Abraham. quod enim ego nunc ago, melius ille egisset, si tunc agendum esset.“

CCCXVII.

NEMO ASCENDIT IN CAELVM ET CETERA, ET: SICVT MOSES EXALTAVIT SERPENTEM IN HEREMO. EX LIBRO DE BAPTISMO PARVVLORVM PRIMO.

342 Nemo, inquit, ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis, qui est in caelo. sic, inquit, fiet generatio spiritalis, ut sint caelestes homines ex terrenis, quod adipisci non poterunt, nisi membra mea

2 (et 7) Matth. 11, 19 21 (et 24) Io. 3, 13 sq.

1 num *GP*: nam *V* 11 et nuptias recusanti (recussanti P^1) *GP*: *om. V* 12 ego *GV*: e*go (r *ras.*) *P* 13 melior est *V*: sed melior est *GP* castitas GP^2: caritas *V*; *om.* P^1 15 castae *V* 16 sine GP^1V: nisi P^2 *supr. uers.* 18 usus (*om.* est) *P* 20 *cap.* CCCXXXII *P* CCCXXVIIII *G* CCCXXXIIII *v* 22 moyses *GP* haeremo *V* 24 inquit *V*: *om. P*

efficiantur, ut ipse ascendat qui descendit, quia nemo ascendit nisi qui descendit. nisi ergo in unitatem Christi omnes mutandi leuandique concurrant, ut Christus, qui descendit, ipse ascendat, non aliud deputans corpus suum, id est ecclesiam suam, quam se ipsum — quia de Christo et ecclesia uerius intellegitur: erunt duo in carne una; de qua re ipsa dixit: igitur iam non duo, sed una caro — ascendere omnino non poterunt, quia nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis, qui est in caelo. quamuis enim in terra factus est filius hominis, diuinitatem tamen suam, qua in caelo manens descendit ad terram, non indignam censuit nomine filii hominis, sicut carnem suam dignatus est nomine filii dei, ne quasi duo Christi accipiantur, unus deus et alter homo, sed unus atque idem deus et homo: deus, quia in principio erat uerbum et deus erat uerbum, homo, quia uerbum caro factum est et habitauit in nobis. ac per hoc per distantiam diuinitatis et infirmitatis filius dei manebat in caelo, filius hominis ambulabat in terra; per unitatem uero personae, qua utraque substantia unus Christus est, et filius dei ambulabat in terra et idem ipse filius hominis manebat in caelo. fit ergo credibiliorum fides ex incredibilioribus creditis. si enim diuina substantia longe distantior atque incomparabili diuersitate sublimior potuit propter nos ita suscipere humanam substantiam, ut una persona fieret ac sic filius hominis, qui erat in terra per carnis infirmitatem, idem ipse esset in caelo per participatam carnis diuinitatem: quanto credibilius alii homines sancti et fideles eius fiunt cum homine Christo unus Christus, ut omnibus per eius hanc gratiam societatemque ascendentibus ipse unus Christus ascendat in caelum, qui de caelo descendit? sic et apostolus ait: sicut in uno corpore multa mem-

6 Gen. 2, 24 7 Marc. 10, 8 8 Io. 3, 13 15 Io. 1, 1 16 Io. 1, 14 31 I Cor. 12, 12

3 leuandique *V*: lauandique *P* 6 ipsa *V*: ipse *GP* 10 est P^2V: sit GP^1 13 dei *GP*: hominis *V* accipiantur *PV*: ista accipiantur *a* 30 ascendit *P*

bra habemus, omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum corpus, ita et Christus. non dixit: ita et Christi, id est corpus Christi uel membra Christi, sed: ita et Christus, unum Christum appellans caput et corpus.

Magna haec et mira dignatio. quae quoniam fieri non potest nisi per remissionem peccatorum, sequitur et dicit: et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis, qui crediderit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. quid tunc in deserto factum sit nouimus: serpentum morsibus multi moriebantur; tunc populus peccata sua confitens per Mosen deprecatus est dominum, ut hoc ab eis uirus auferret. ac sic Moses ex praecepto domini exaltauit in deserto aeneum serpentem admonuitque populum, ut illum exaltatum quisquis a serpente morderetur attenderet; hoc facientes continuo sanabantur. quid est exaltatus serpens nisi mors Christi eo significandi modo, quo per efficientem id quod efficitur significatur? a serpente quidem mors uenit, qui peccatum, quo moreretur, homini persuasit. dominus autem in carnem suam non peccatum transtulit tamquam uenenum serpentis, sed tamen transtulit mortem, ut esset in similitudine carnis peccati poena sine culpa, unde in carne peccati et culpa solueretur et poena. sicut ergo tunc qui conspiciebat exaltatum serpentem, et a ueneno sanabatur et a morte liberabatur, sic nunc qui conformatur similitudini mortis Christi per fidem baptismumque eius, et a peccato per iustificationem et a morte per resurrectionem liberatur. hoc est enim quod ait: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam.

6 Io. 3, 14 sq. 10 cf. Num. 21, 6 sqq. 27 Io. 3, 15

1 omni° (a *add. m. 2*) *P* 2 unum *V*: unum est *GP* 5 et mira *V*: mira (*om.* et) *P* miraque *a* 7 moyses *GP* 11 confitens P^2V: confitenter P^1 12 moysen *GP* 18 quidem *V*: quippe *GP* 21 similitudine° (m *ras.*) *P* 23 conspiciebat *GP*: concupiscebat *V* 26 a peccato *GP*: peccato *V* (*cf. p. 191, 13. 870, 19. 929, 29*)

CCCXVIII.

RESVRRECTIONI FVTVRAE VTRVM LAZARI AN CHRISTI RESVRRECTIO CONGRVAT. EX LIBRO RESPONSIONIS CONTRA SEX QVAESTIONES PAGANORVM.

Ideo non Lazari resurrectio, sed potius Christi congruit 343
promissae resurrectioni, quia Lazarus ita resurrexit, ut iterum moreretur, Christus autem, sicut de illo scriptum est, surgens a mortuis iam non moritur et mors ei ultra non dominabitur. quod etiam promissum est resurrecturis in fine saeculi et cum illo regnaturis in aeternum. sic autem non pertinet ad resurrectionem differentia natiuitatis Christi et nostrae, quod ille sine uiri semine, nos autem ex uiro et femina creati sumus, sicut non pertinet ad ipsius mortis differentiam. non enim propterea illius non uera mors fuit, quia sine uiri semine natus est, sicut nec ipsius primi hominis aliter exorta caro quam nostra — quando quidem ille sine parentibus de terra creatus est, nos uero ex parentibus — aliquid attulit ad differentiam mortis, ut aliter ille moreretur, aliter nos. sicut autem ad mortis, sic nec ad resurrectionis differentiam ualet diuersa natiuitas.

Sed ne hoc ipsum quod scriptum est de primo homine similiter infideles nolint credere, quaerant uel animaduertant, si uel hoc possunt, quam multorum animalium genera sine parentibus ex terra procreantur, quae tamen coheundo pariunt etiam ipsa sui similem prolem, nec propter diuersitatem natiuitatis interest aliquid ad naturam eorum quae procreata sunt ex terra et eorum quae illis coheuntibus orta sunt. similiter enim uiuunt similiterque moriuntur, quamuis dissimiliter

2 cf. Io. 11, 43 sqq. 7 Rom. 6, 9

1 *cap.* CCCXXXIII *P* CCCXXX *G* CCCXXXV *v* 2 resurrectioni GP^2: resurrectionis P^1V 6 promissa *V* 10 fine *GP*: finem *V* 12 uiri P^2V: uirili GP^1 15 uiri P^2V: uirili GP^1 primi *GP*: uiri *V* 24 coeundo *GP* 26 interest P^1V: intersit P^2 27 coeuntibus *GP* 28 similiterque] similiter*** (que *ras.*) *P*

nati sunt. ita non est absurdum, ut similiter resurgant corpora, quae dissimiliter orta sunt. huius modi autem homines non ualentes intueri, ad quam rem intersit aliquid diuersum et ad quam non intersit, ubi aduerterint aliquam distantiam primordiorum, etiam omnia consequentia distare oportere contendunt. possunt tales putare oleum ex adipibus non debere natare super aquam sicut illud quod ex oliua est, quoniam longe est utriusque naturae origo dissimilis, quando illud ex ligno, hoc ex carne profluxerit.

Quantum autem attinet ad illam differentiam, quod Christi corpus non dissolutum tabe atque putredine die tertio resurrexit, nostra uero post longum tempus ex quadam qua soluta discesserint confusione reparabuntur, humanae facultati utrumque impossibile est, diuinae autem potestati utrumque facillimum. ut enim radius oculi nostri non citius peruenit ad propinquiora, tardius ad longiora, sed utraque interualla parili celeritate contingit: ita cum in ictu oculi, sicut apostolus dicit, fit resurrectio mortuorum, omnipotentiae dei et ineffabili nutu facile est quaeque recentia quam diuturno tempore dilapsa cadauera suscitare. incredibilia sunt haec quibusdam, quia inexperta, cum omnis natura rerum tam sit plena miraculis, ut non quasi facili peruestigatione rationis, sed uidendi consuetudine mira non sint quae ob hoc nec consideratione nec inquisitione digna uidentur. nam ego et mecum quicumque inuisibilia dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciunt, aut non minus aut amplius admiramur in uno seminis tam paruulo grano omnia, quae laudamus in arbore, tamquam liciata latuisse, quam mundi huius tam ingentem sinum quae de corporibus humanis, dum dilabuntur, absumit resurrectione futura et tota et integra redditurum.

17 I Cor. 15, 52 25 cf. Rom. 1, 20

4 aduerterint (i *ex* e *corr. m. 2*) *P* 8 naturae *V*: *om. GP* 13 raparabuntur V^1 16 longiora *V*: longinquiora *GP* 19 et ineffabili (et *del. m. 2*) *P* nutu *GPV* (*cf. Kühner Ausf. Gr. I p. 264*): nutui *a* facile *PV*: ita facile *G* 29 absumit *V*: adsumit *P* 30 resurrectioni P^1 futura et *V*: futurae** (et *ras.*) *P* et integra redditurum. Quomodo] *add.* P^2 *in mg.*

Quomodo autem contrarium est et Christum post resurrectionem cibatum et in resurrectione, quae promittitur, ciborum indigentiam non futuram, cum et angelos legamus huius modi escas eodemque modo sumsisse, non ficto phantasmate, sed manifestissima ueritate, nec tamen necessitate, sed potestate? aliter enim absorbet aquam terra sitiens, aliter solis radius candens: illa indigentia, iste potentia. futurae ergo resurrectionis corpus inperfectae felicitatis erit, si cibos sumere non potuerit, inperfectae felicitatis, si cibis eguerit.

Sciat sane qui has proposuit quaestiones, Christum post resurrectionem cicatrices, non uulnera demonstrasse dubitantibus: propter quos etiam cibum ac potum sumere uoluit, non semel, sed saepius, ne illud non corpus, sed spiritum esse arbitrarentur et sibi non solide, sed imaginaliter appareret. tunc autem illae falsae cicatrices fuissent, si nulla uulnera praecessissent: et tamen nec ipsae essent, si eas esse noluisset. uoluit autem certae dispensationis gratia, ut eis quos aedificabat in fide non ficta non aliud pro alio, sed hoc quod crucifixum uiderant resurrexisse monstraret. quid est ergo quod dicitur: „si propter incredulum fecit, finxit“? quasi uero si quisquam uir fortis pro patria dimicans multa aduersa uulnera exciperet et peritissimo medico, qui haec curare ita ualeret, ut si cicatrices nullae apparerent, ipse potius diceret sic se uelle sanari, ut magis essent in corpore suo uestigia uulnerum tamquam tituli gloriarum, ideo ille medicus cicatrices finxisse diceretur, quia cum per artem efficere potuerit, ut non essent, certa exsistente causa per artem effecit potius, ut essent, quae uno solo modo, sicut superius dixi, falsae conuincerentur, si nulla uulnera sanarentur.

1 autem *V*: *om. P* 3 huius *V*: eius *GP* eiusdem *a* 6 absoruet *V* 7 iste (e *ex* a *corr. m. 1*) *V* 9 potuerit *GP*: potuerint *V* 10 Christum] xp̃o *P* 14 appareret *PV* 17 aedificabat GP^1V: aedificationis P^2 18 in] *del.* P^2 20 ue^{ro} (ro *add. m. 2*) *G* 21 quisquam *GV*: quisque *P* pro patria *GP*: propria *V* 23 ut si (= ac si) *V*: ut *GP* 25 gloriarum *GP*: gloriam *V* 27 effecit *a*: efficit *PV*

CCCXVIIII.

CVM SPIRITVS IMMVNDVS EXIERIT AB HOMINE ET CETERA. EX LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII PRIMO.

344 Cum spiritus immundus exierit ab homine et cetera, significat quosdam ita crediturus, ut non possint ferre labores continentiae et ad saeculum redituri sint. quod dictum est: assumit secum alios septem, intellegitur, quia cum quis ceciderit de iustitia, etiam simulationem habebit. cupiditas enim carnis expulsa per paenitentiam a consuetis operibus, cum non inuenerit in quibus delectationibus requiescat, auidius redit et rursus occupat mentem hominis, si, cum pulsa esset, neglegentia subsecuta est, ut non introduceretur tamquam habitator mundatae domui sermo dei per sanam doctrinam. et quoniam non solum habebit illa septem uitia, quae septem uirtutibus spiritalibus sunt contraria, sed etiam per hypocrisin se ipsas uirtutes habere simulabit, propterea assumtis secum aliis septem nequioribus — hoc est ipsa septenaria simulatione — redit illa concupiscentia, ut sint nouissima hominis peiora, quam erant prima.

CCCXX.

DE SVMTIBVS AD TVRREM AEDIFICANDAM. EX LIBRO QVAESTIONVM EVANGELII II.

345 Sumtus ad turrem aedificandam — uires ad discipulatum Christi obtinendum — et decem milia proeliaturi cum rege, qui habet uiginti milia — simplicitatem Christi dimicaturi

2 (*et* 4) Matth. 12, 43 7 Matth. 12, 45 21 cf. Luc. 14, 28 sqq.

1 *cap.* CCCXXXIIII *P* CCCXL *Gv*; *hoc cap. bis* (*hic et ante cap. CCCXXVIIII*) *exhibent GPv* 4 immundus spiritus *P* ab hominem *V* 6 continentiae P^1V: conscientiae P^2 10 non *V*: *om.* *P* auidius *GP*: habidius *V* 11 cum pulsa PV^1: compulsa *V e corr.* esset] e *prior del. m. 1 V* 15 hypocrisin *V*: hypocrisim in *P* 16 simulabit] b *ex* u *corr. m. 1 V* 20 *cap.* CCCXXXV *P* CCCXLI *G* 21 quaestionum euangelii scđm *P* ss. *V* 25 uiginta *V*

cum duplicitate diaboli, hoc est cum dolis et fallaciis eius — in affectu constituit renuntiantis omnibus, quae sunt eius. ita enim concludit: sic ergo omnis ex uobis, qui non renuntiat omnibus, quae sunt eius, non potest meus esse discipulus. inter quae omnia etiam ipsa temporalis uita intellegatur necesse est, quam oportet sic possidere ad tempus, ut non te impediat ab aeterna qui eam fuerit minatus auferre. sicut autem de turri non perfecta per obprobrium deterruit dicentium: quia hic homo coepit aedificare et non potuit consummare: sic in rege, cum quo dimicandum est, ipsam pacem accusauit, cum ait: adhuc illo longe agente legationem mittens rogat ea quae pacis sunt, significans etiam minas imminentium a diabolo temtationum non sustinere homines, qui non renuntiant omnibus, quae possident, et pacem cum eo facere consentiendo illi ad committenda peccata. turrem quippe aedificare, contra regem illum dimicare, esse discipulum Christi est; habere autem sumtus ad perficiendam turrem et habere fortia decem milia contra uiginti milia regis renuntiare est omnibus, quae eius sunt.

[DE EO QVOD AIT AD SCRIBAS: TVLISTIS CLAVEM SCIENTIAE ET CETERA. ITEM EX EODEM LIBRO SECVNDO.

De eo quod dicit dominus scribis uel doctoribus Iudaeorum: 346
tulistis clauem scientiae, ipsi non introistis, et eos qui introibant prohibuistis: quod in scriptura dei

3 Luc. 14, 33 9 Luc. 14, 30 12 Luc. 14, 32 21 (*et* 24) Luc. 11, 52

1 eius] *del.* P^2 3 ita enim — sunt eius G^2PV: *om.* G^1 concludit G^3P^2V: tunc claudit P^1 nunc claudit G^2 8 turre P 13 significans P^1V: significat P^2 19 uigiti V 20 eius sunt V: sunt eius P^2 possidet GP^1 21 *quae uncinis inclusi exhibent* GPv, *om.* MV *cap.* CCCXXXVI P CCCXLII G ad scribis P 22 item] iterum Gv 23 scribis Gv: sobriis P 24 tulisti (s *add. m. 2*) P 25 introibunt G

humilitatem Christi nec ipsi intellegere nec ab aliis intellegi uolebant.]

CCCXXI.

QVA DISPENSATIONE PROVIDENTIAE DEI SCRIPTVRAE VETERIS TESTAMENTI EX HEBRAEO IN GRAECVM ELOQVIVM TRANSLATAE SINT, VT VNIVERSIS GENTIBVS INNOTESCERENT. EX LIBRO DE CIVITATE DEI XVIII T. XLII.

347 Sacras litteras etiam unus Ptolomaeorum regum Aegypti nosse studuit et habere. nam post Alexandri Macedonis, qui etiam Magnus cognominatus est, mirificentissimam minimeque diuturnam potentiam, qua uniuersam Asiam, immo paene totum orbem partim ui et armis partim terrore subegerat — quando inter cetera orientis etiam Iudaeam ingressus obtinuit — eo mortuo comites eius, cum regnum illud amplissimum non pacifice inter se possessuri diuisissent, sed potius dissipassent bellis omnia uastaturi, Ptolomaeos reges coepit habere Aegyptus; quorum primus, Lagi filius, multos ex Iudaea captiuos in Aegyptum transtulit. huic autem succedens alius Ptolomaeus, qui est appellatus Philadelphus, omnes, quos ille adduxerat subiugatos, liberos redire permisit, insuper et dona regia in templum dei misit petiuitque ab Eleazaro tunc pontifice dari sibi scripturas, quas profecto audierat fama praedicante diuinas, et ideo concupierat habere in bybliotheca, quam nobilissimam fecerat. has ei cum idem pontifex misisset hebraeas, post ille etiam interpretes postulauit, et dati sunt LXXII, de singulis duodecim tribubus seni homines linguae utriusque doctissimi, hebraeae scilicet atque graecae, quorum interpretatio

1 intellegere] intellere *P* ab] *om.* G^1 3 *cap.* CCCXX* (I *ras.*) *V* CCCXXXVII *P* CCCXLIII *Gv* 4 scripturae] scripturae sacre P^1 6 sint *V*: sunt *P* 7 XVIII t. XLII *V*: XVII titulo XIII *P* 8 ptolomeorum *V*; *sic ubique* 9 machedonis *V* 12 terrore *V*: terroribus *P* 16 habere coepit *P* 23 concupiuerat *P* bibliotheca *GP* 24 hebraeos *P* 25 etiam ille *P* 26 tribubus *P*: tribus *V* seni *a*: seniores *PV*

ut Septuaginta uocetur, iam optinuit consuetudo. traditur sane tam mirabilem ac stupendum planeque diuinum in eorum uerbis fuisse consensum, ut, cum ad hoc opus separatim singuli sederent — ita enim eorum fidem Ptolomaeo placuit explorare — in nullo uerbo, quod idem significaret et tantundem ualeret, uel in uerborum ordine alter ab altero discreparet, sed tamquam unus esset interpres, ita quod omnes interpretati sunt unum erat, quoniam re uera spiritus erat unus in omnibus. et ideo tam mirabile dei munus acceperant, ut illarum scripturarum non tamquam humanarum, sed, sicut erant, tamquam diuinarum etiam isto modo commendaretur auctoritas, credituris quandoque gentibus profutura, quod iam uidemus effectum.

CCCXXII.

DE AVCTORITATE LXX INTERPRETVM, QVAE SALVO HONORE HEBRAEI STILI OMNIBVS SIT INTERPRETIBVS PRAEFERENDA. EX LIBRO S. S.

Nam cum fuerint et alii interpretes, qui ex hebraea lingua 348
in graecam sacra illa eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus, Theodotion, sicut etiam illa interpretatio, cuius auctor non apparet et ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur: hanc tamen quae Septuaginta est, tamquam sola esset, sic recepit ecclesia eaque utuntur graeci populi christiani, quorum plerique utrum alia sit aliqua ignorant. ex hac Septuaginta interpretatione etiam in latinam linguam interpretatum est quod ecclesiae latinae tenent, quamuis non defuerit temporibus nostris presbyter Hieronymus, homo doctissimus et omnium trium linguarum peritus, qui non ex graeco, sed ex hebraeo in latinum eloquium easdem scripturas conuerterit. sed eius tam litteratum laborem quamuis Iudaei

2 mirabile *PV* 4 sederent P^2V: sederint P^1 7 ita *V*: *om.* *P* 9 acciperant *V* 14 *cap.* CCCXXII* *V* CCCXXXVIII *P* CCCXLIII *G* 15 auctoritate] *om.* M^1 20 illa *MPV*: illa est *a* 21 quinta *GMP*: quanta *V* 23 esset *GMP*: esse *V*

fateantur esse ueracem, Septuaginta uero interpretes in multis errasse, tamen ecclesia Christi tot hominum auctoritati ab Eleazaro tunc pontifice ad hoc tantum opus electorum neminem iudicat praeferendum, quia, etsi non in eis unus apparuisset spiritus sine dubitatione diuinus, sed inter se uerba interpretationis suae septuaginta docti more hominum contulissent, ut quod placuisset omnibus hoc maneret, nullus eis unus interpres debuit anteponi; cum uero tantum in eis signum diuinitatis apparuit, profecto quisquis alius illarum scripturarum ex hebraea in quamlibet aliam linguam interpres est uerax, aut congruit illis septuaginta interpretibus aut, si non congruere uidetur, altitudo ibi prophetica esse credenda est. spiritus enim, qui in prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in septuaginta uiris, quando illa interpretati sunt; qui profecto auctoritate diuina et aliud dicere potuit, tamquam propheta ille utrumque dixisset, quia utrumque idem spiritus diceret, et hoc ipsum aliter, ut non eadem uerba, idem tamen sensus bene intellegentibus dilucesceret et aliquid praetermitteret et aliquid adderet, ut etiam hinc ostenderetur non humanam fuisse in illo opere seruitutem, quam uerbis debebat interpres, sed diuinam potius potestatem, quae mentem releuabat et regebat interpretis. nonnulli autem codices graecos interpretationis Septuaginta ex hebraicis codicibus emendandos putarunt, nec tamen ausi sunt detrahere quod hebraei non habent et Septuaginta posuerunt, sed tantummodo addiderunt, quae in hebraeis inuenta apud Septuaginta non erant, eaque signis quibusdam in stellarum modum factis ad capita eorundem uersuum notauerunt, quae signa asteriscos uocant. illa uero quae non habent hebraei, habent autem

2 errasse *MV*: errasse contendant *G* e. contendunt *P* 3 tantum opus *GP*: tempus tantum *MV* 5 spiritus *GP*: sanctus *MV* 10 ex hebraeam *MV* 15 qui *a*: quis *MPV* 19 et aliquid praetermitteret *GP*: *om. MV* aliquid ******* add. (et aliquid *ras.*) *P* etiam] eniam *V* 22 releuabat V^2: relebabat MV^1 replebat *GP* 23 hebraicis *MV*: hebraeis *GP* 26 quae *MV*: quod *P* 27 eaque] ea quę *P* 28 eorumdem (*sic*) *V*

LXX, similiter ad capita uersuum iacentibus uirgulis, sicut scribuntur unciae, signauerunt; et multi codices has notas habentes usquequaque diffusi sunt et latini. quae autem non praetermissa aut addita, sed aliter dicta sunt, siue alium sensum faciunt etiam ipsum non abhorrentem, siue alio modo eundem sensum explicare monstrentur, nisi utrisque codicibus inspectis nequeunt reperiri. si ergo, ut oportet, nihil aliud intueamur in scripturis illis, nisi quid per homines dixerit dei spiritus, quidquid est in hebraeis codicibus et non est aput interpretes LXX, noluit ea per istos, sed per illos prophetas dei spiritus dicere. quidquid uero est apud LXX, in hebraeis autem codicibus non est, per istos ea maluit quam per illos idem spiritus dicere, sic ostendens utrosque fuisse prophetas. isto enim modo alia per Esaiam, alia per Hieremiam, alia per alium aliumque prophetam, uel aliter eadem per hunc ac per illum dixit, ut uoluit. quidquid porro aput utrosque inuenitur, per utrosque dicere uoluit unus atque idem spiritus, sed ita, ut illi praecederent prophetando, isti sequerentur prophetice illos interpretando: quia sicut in illis uera et concordantia dicentibus pacis spiritus fuit, sic et in istis non secum conferentibus et tamen tamquam ore uno cuncta interpretantibus idem spiritus unus apparuit.

HOC EX SPECVLO SANCTI AVGVSTINI.

Quis ignorat in scripturis sanctis, id est legitimis propheticis 348* et euangelicis et apostolicis auctoritate canonica praeditis quaedam sic esse posita, ut tantum scirentur et crederentur, ut est quod in principio fecerit deus caelum et terram et quod in principio erat uerbum et quaecumque facta

27 Gen. 1, 1 28 Io. 1, 1

1 uersuum *MV*: uersum *P* 4 aut *MV*: uel *GP* 5 faciunt *MV*: faciant *GP* 10 (*et* 16) apud *GMP* 14 isto* (s *ras.*) *M* esaiam alia *PV*: esaiam aliam *M* 17 atque idem spiritus *GP*: *om. MV* 19 propheticae *MP*^{1}*V* quia *GPV*: qua *M* in illis *GP*: *om. MV* 20 pacis *GMPV*: unus pacis *a* 23 hoc ex speculo *et quae secuntur desunt in GPv* 25 canhonica *V*

diuina uel humana tantummodo cognoscenda narrantur; quaedam uero sic esse iussa, ut obseruarentur et fierent, uel prohibita, ne fierent, ut est: honora patrem et matrem et: non moechaberis? horum autem quae iubendo et uetando scripta sunt alia sunt sacramentorum uelata mysteriis, quae multa ueteris testamenti populo illi facienda mandata sunt neque a populo christiano nunc fiunt, sed tantummodo intellegenda requiruntur atque tractantur: sicuti est sabbatum ad uisibilem uacationem, sicut azyma in pane sine fermento, pascha in ouis occisione, sicut tot genera sacrificiorum uitandorum et neomeniae et annuae sollemnitates, quas obseruant nunc usque Iudaei, et illae iustificationes, quae non ad opera iustitiae proprie pertinent, sed aliquid significare intelleguntur. quis enim christianus septimo anno cogitur seruum reddere libertati et, si discedere ille noluerit, eius auriculam subula pertundere ad postem et cetera huius modi? alia uero etiam nunc facienda sunt, si facienda praecepta sunt, nec facienda, si prohibita: qualia sunt illa quae dixi: honora patrem et matrem et: non moechaberis. de his igitur quae ita sunt posita in litteris sacris uel iubendo uel uetando uel sinendo, ut etiam nunc, id est tempore noui testamenti, ad uitam piam exercendam moresque pertineant, hoc opus, quod in manus sumsi, componere aggressus sum, ut, quantum me deus adiuuat, omnia talia de canonicis libris colligam atque, ut facile inspici possint, in unum tamquam speculum congeram. oportuit enim sic ea poni ab auctoribus nostris, quemadmodum posita sunt, ut praecepta narrationibus uel disputationibus, propriis figurata et [si] figuratis propria miscerentur, dum rerum gestarum ordo seruatur aut respondetur aduersis aut qui docendi sunt instruuntur aut occultorum inuentione quodam modo renouantur hi qui promta et aperta fastidiunt.

3 (et 18) Ex. 20, 12 sq. Matth. 15, 4 et 5, 27 8 cf. Deut. 5, 12 9 cf. Ex. 12, 8 et 5 15 cf. Ex. 21, 2 et 6

2 prohibita ne fierent] V^1 *in ras.* 9 azima *V* 10 ouis] obis *V* sacrificiorum *V*: s. ciborumque *a* 11 annue *V* 20 iubendo (b *ex* u *corr. m. 2*) *V* ut *a*: uel(?) *V* 24 canhonicis *V* 26 ea *a*: eam *V* 28 si *V*, *inclusi*; *fort. scribendum*: et, si figurata, figuratis ? 31 hi *a*: his *V*

CCCXXIII.

QVID INTELLEGENDVM SIT DE NINEVITARVM EXCIDIO, CVIVS DENVNTIATIO IN HEBRAEO XL DIERVM SPATIO TENDITVR, IN SEPTVAGINTA AVTEM TRIDVI BREVITATE CONCLVDITVR. EX LIBRO DE CIVITATE DEI XVIII T. XLIIII.

Sed ait aliquis: „quomodo sciam, quid Ionas propheta dixerit 349
Nineuitis, utrum: triduo, et Nineue euertetur, an: XL dies?“ quis enim non uideat non potuisse utrumque tunc dici a propheta, qui missus fuerat terrere comminatione imminentis exitii ciuitatem? cui si tertio die fuerat futurus interitus, non utique quadragesimo die, si autem quadragesimo, non utique tertio. si ergo a me quaeritur, quid horum Ionas dixerit, hoc puto potius quod legitur in hebraeo: XL dies, et Nineue euertetur. LXX quippe longe posterius interpretati aliud dicere potuerunt, quod tamen ad rem pertineret et in unum eundemque sensum, quamuis sub altera significatione, concurreret admoneretque lectorem, utraque auctoritate non spreta ab historia sese attollere ad ea requirenda propter quae significanda historia ipsa conscripta est. gesta quippe sunt illa in Nineue ciuitate, sed aliquid etiam significauerunt, quod modum illius ciuitatis excedat; sicut gestum est, quod ipse propheta in uentre ceti triduo fuit, et tamen alium significauit in profundo inferni triduo futurum, qui dominus est omnium prophetarum. quapropter si per illam ciuitatem recte accipitur ecclesia gentium prophetice figurata, euersa scilicet per paenitentiam, ut qualis fuerat iam non esset, hoc quoniam per Christum factum est in ecclesia gentium, cuius

7 (et 13) Ion. 3, 4

1 *cap.* CCCXXXVIIII *P* CCCXLV *G* 5 de ciuitate dei] *om.* *P* XVIII *V*: secundo *P* t. XLIIII *P*: t. XXIIII *V* 7 niniuitis P^1 triduo P^2V: triduum P^1 niniue *P* 9 comminationem G^1 commi**natione* *P* 10 exitii GPV^2: exctii (*sic*) V^1 14 (*et* 20) niniue *P* euertetur *V*: subuertetur *P* 18 propter quae *GP*: qui propter quae *V* 22 coeti *V* 23 futurum *V*: pfuturum *P*

illa Nineue figuram gerebat, siue per XL dies siue per triduum idem ipse significatus est Christus: per XL scilicet, quia tot dies peregit cum discipulis suis post resurrectionem et ascendit in caelum; post triduum uero, quia die tertio resurrexit; tamquam lectorem nihil aliud quam historiae rerum gestarum inhaerere cupientem de somno excitauerint LXX interpretes idemque prophetae ad perscrutandum altitudinem prophetiae et quodam modo dixerint in XL diebus ipsum quaerere, in quo et triduum potueris inuenire: illud in ascensione, hoc in eius resurrectione reperies. propter quod utroque numero significari conuenientissime potuit, quorum unum per Ionam prophetam, alterum per LXX interpretum prophetiam, tamen unus atque idem spiritus dixit. longitudinem fugio, ut non haec per multa demonstrem, in quibus ab hebraica ueritate putantur LXX interpretes discrepare et bene intellecti inueniuntur esse concordes. unde etiam ego pro meo modulo uestigia sequens apostolorum, quia et ipsi ex utrisque, id est ex hebraeis et ex LXX, testimonia prophetica posuerunt, utraque auctoritate utendum putaui, quoniam utraque una atque diuina est.

CCCXXIIII.

DE EO QVOD AIT APOSTOLVS: OMNE PECCATVM, QVODCVMQVE FECERIT HOMO, EXTRA CORPVS EST; QVI AVTEM FORNICATVR, IN CORPVS SVVM PECCAT. EX SERMONE DE EADEM RE.

350 Quaestio de epistula Corinthiorum beati Pauli apostoli, ubi dicit: omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus

21 (et 26) I Cor. 6, 18

4 post *PV*: per *a* 8 quaerere *V*: quaere *P* (*cf. p. 558, 3 not. 796, 18*) 10 repperies *V* 12 alterum—prophetiam] *add.* P^2 *in mg.* 14 ab *V*: ad *P* 17 ex hebraeis *V*: et ex hebraeis *GP* 20 *cap.* CCCXL *P* CCCXLVI *G* 23 suum *V*: proprium *GP* 24 sermone de eadem re *P*: eodem libro *V* 25 epistola *GP*

suum peccat, nescio si possit ad liquidum dissolui, quamuis possit donante domino aliquid inde probabiliter dici; ita enim profunda est. nam cum superius in eadem epistula apostolus diceret: nolite errare; neque fornicatores neque idolis seruientes neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque auari neque ebriosi neque maledici neque rapaces regnum dei possidebunt, et paulo post: nescitis, ait, quoniam corpora uestra membra sunt Christi? tollens ergo membra Christi faciam meretricis? absit. an nescitis, quia qui adhaeret meretrici unum corpus est? erunt enim, inquit, duo in carne una. qui autem adhaeret domino, unus spiritus est. fugite fornicationem, atque ibi subiungit: omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat. an nescitis, quia corpus uestrum templum in uobis spiritus sancti est, quem habetis a deo, et non estis uestri? emti enim estis magno. glorificate et portate deum in corpore uestro — cum ergo multa et horrenda hoc capitulo prius enumerasset hominum peccata, quibus non dabitur regnum dei, quae tamen non nisi per corpus perpetrari ab hominibus possunt — quod corpus utique iam fidelium templum esse dixit spiritus sancti, quem habemus a deo, ipsaque membra corporis nostri membra esse asseuerat Christi, de quibus arguendo et quodam modo interrogando ait: tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? — responderitque sibi: absit, subiun-

4 I Cor. 6, 9 sq. 8 I Cor. 6, 15—20

1 suum *V*: proprium *GP* nescio si possit ad *GV*: *om. P* quamuis possit *V*: nescio si possit ad quamuis possit *P* 3 epistola *GP* epistulam *V* 6 neque auari neque fures *P* 10 faciam *GV*: faciem *P* meretricis *V*: membra meretricis *GP* 14 subiunxit *P* 19 magno V^1: pretio magno PV^2 21 hoc *V*: in hoc *GP* 26 asseuerat *V*: asserat *P* 27 faciam *GV*: faciem *P* 28 responderetque *V*

gat adhuc et dicat: nescitis, quoniam qui adhaeret meretrici, unum corpus est? erunt enim, inquit, duo in carne una; qui autem adhaeret domino, unus spiritus est, et concludat: fugite fornicationem: sequitur tamen ipse et dicit: omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat. quasi uero illa quae dinumerauit peccata dicens: nolite errare; neque fornicatores neque idolis seruientes neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque auari neque ebriosi neque maledici neque rapaces regnum dei possidebunt, ista omnia facinora et flagitia numquid non nisi per corpus fieri aut exerceri possunt? quis hoc sani capitis homo negauerit? totum quippe istum locum apostolus propter ipsum corpus iam emtum magno, id est Christi sanguine pretioso, templumque spiritus sancti factum a deo, ne talibus flagitiis pollueretur, sed potius inuiolatum tamquam dei habitaculum seruaretur, agebat et defendebat. quare ergo subiungere uoluit hoc, unde difficilis quaestio nasceretur, id est ut diceret: omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat, cum siue ipsa fornicatio siue alia huius modi quae non nisi per corpus fiunt peccata turpitudini et fornicationi simillima non nisi per ipsum corpus generentur atque exerceantur? quid ergo? poteritne esse quispiam, ut cetera memorata superius taceam, fur uel ebriosus uel maledicus uel rapax extra operationem corporis huius? quamuis nec ipsa idololatria neque ipsa auaritia praeter seruitium corporis poterit ad usum fructumque suum peruenire. quid est ergo: omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus

4 et ** concludat *P* 14 quis hoc—negauerit *GP*: *om.* *V* 17 deo *V*: domino *P* 19 subiungere *V*: subiunge *P* 20 uoluit *GP*: noluit *V* 25 generentur *V*: generantur *P* gerantur *G* 26 ergo *V*: enim *GP* poteritne *a*: poterit nec *PV*

proprium peccat? primum quia in corpore isto homo constitutus quidquid solo tantum animo poterit inique concupiscere, dici non potest extra corpus hoc hominem facere, cum constet eum carnali sensu et carnali prudentia hoc agere isto adhuc circumseptum in corpore. nam et quod in psalmo scriptum est: dixit impius in corde suo: non est deus, idem beatus apostolus non potuit utique separare a corporali opere illo loco, ubi ait: omnes adstabimus ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque secundum ea quae per corpus gessit suum, siue bonum siue malum, quia uidelicet non nisi in corpore constitutus impius potuit dicere: non est deus; ut taceam quod in alia epistula ipse doctor gentium dicit: manifesta autem sunt opera carnis, et exequitur: quae sunt fornicationes, immunditiae, luxuriae, ueneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates et his similia; quae praedico uobis, sicut praedixi, quia qui talia agunt regnum dei non possidebunt. numquid enim non uidetur nobis extra corpus fieri certe illa quae ibi interposuit, aemulationes, animositates, dissensiones, inuidias, haereses? et tamen operibus carnis ista tribuit doctor gentium in fide et ueritate. quid est ergo: omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est, et unum tantummodo fornicationis peccatum nominans ait: qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat?

Apparet igitur cuiuis tardo et obtunso, quam sit ista quaestio; quam dominus piae intentioni nostrae si aliquantulum dignatus fuerit dilucescere atque reuelare, poterimus aliquid rationabiliter dicere. uidetur enim beatus apostolus, in quo

6 Ps. 13, 1 8 II Cor. 5, 10 13 Gal. 5, 19—22

3 hoc *GP*: hoc enim *V* 5 circumseptum *a*: circumseptus *PV* in *PV*: *om. a* 6 dixit] *add. V*^{2} *in ras.* 8 adstabimus *V*: stabimus *P* 10 suum *V*: *om. GP* 13 epistola *GP* 15 luxuriae—inimicitiae *GP*: *om. V* 20 uidetur *PV* (*cf. p. 883, 24*) 22 tribuit *V*: attribuit *P* 27 quam s. ista quaestio G^1PV: q. s. profunda ista quaestio G^3 q. s. i. quaestio difficilis *a* 28 quam *V*: quem *P* pie *V*

loquebatur Christus, aut exaggerare uoluisse fornicationis malum super cetera omnia peccata, quae etsi per corpus committantur, non tamen animum humanum concupiscentiae carnali ita efficiunt obstrictum et obnoxium, quemadmodum in solo opere fornicationis corporalis commisceri facit animum uis ingens libidinis cum ipso corpore et unum cum ipso quodam modo agglutinari et deuinctum esse in tantum, ut nihil aliud ipso momento et experimento huius tam magni flagitii cogitare homini liceat aut intendere, nisi quod sibimet addicit mentemque captiuam subdit ipsa submersio et quodam modo absorbitio libidinis et concupiscentia carnalis, ut hoc esse uideatur, ut dictum est: qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat, quia tunc fiet proprie et familiariter seruum corporis cor hominis fornicantis in tempore maxime ipsius nequissimae operationis, in tantum, ut ipse apostolus inculcatius uolens commendare cauendum hominibus hoc malum dixerit: tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? et execrans ac detestans responderit: absit. an nescitis, inquit, quoniam qui adhaeret meretrici unum corpus est? erunt enim, inquit, duo in carne una. numquid hoc posset dici de aliis atque aliis quibusque facinoribus hominum? liberum est enim animo humano in aliis quibusque sceleribus et unum aliquid eorum operari et eo ipso tempore alibi cogitatione distendi, quod in fornicationis ipso opere ac tempore non licet animo, ad aliquid aliud cogitandum liberum esse. sic enim totus homo absorbetur ab ipso et in ipso corpore, ut iam dici non possit ipse animus suus esse, sed simul totus homo dici possit quod caro sit et spiritus uadens et non reuertens. sic ergo possumus intellegere, quia omne peccatum, quodcumque fecerit homo,

29 Ps. 77, 39

5 corporalis] corpor**is (al *eras.*) *P* 6 cum ipso corpore et unum *GP*^{1}: *om. V*; *del. P*^{2} ipso quodam] ipse q. *PV* 7 agglutiari *P* 9 sibimet *GP*: sibidem *V* 14 cor *GP*^{1}: *om. V*; *eras. P*^{2} 15 in tantum *GP*: ut tantum *V* 23 humano *V*: *om. P* 25 fornicationes *P* ac *V*: atque *P* aliud aliquid *GP* 26 absoruetur *V*

extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat, ut uideatur, ut dixi, apostolus in tantum exaggerare uoluisse fornicationis malum, ut in comparatione huius fornicationis cetera extra corpus habenda esse duxerit quaecumque peccata, solo hoc tantummodo fornicationis malo in corpus proprium peccari dixerit, quia maiore libidinis ardore, quo superior nullus est, uoluptas ipsius corporis tenet seruum efficitque captiuum.

Haec dicta sint de speciali fornicatione huius corporis. uerum quia non solum fornicatio in sacris litteris specialiter sed etiam generaliter arguitur et nominatur, conemur deo adiuuante et hinc aliquid probabiliter dicere. generalis igitur fornicatio aperte manifestatur in psalmo, ubi dicitur: quoniam ecce qui longe se faciunt a te, peribunt; perdidisti omnem, qui fornicatur abs te. ubi subsequitur qualiter ista generalis fornicatio euadi et effugi possit; adiunxit dicens: mihi autem adhaerere deo bonum est, ut exinde facile aduertamus illam esse generalem fornicationem animae humanae, qua non adhaerens quisque deo adhaeret mundo. unde beatus apostolus Iohannes dicit: si quis dilexerit mundum, dilectio patris non est in illo. et apostolus Iacobus dicit: adulteri, nescitis, quia amicitia huius mundi inimica est deo? breuiter ergo definitum est non posse habere dilectionem dei qui habuerit dilectionem mundi et inimicum esse dei qui amicus esse uoluerit mundi. ad hoc etiam pertinet quod dominus in euangelio dicit: nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum odio habebit et alterum diliget, aut unum patietur et alterum contemnet, et concludit: non potestis deo seruire et mamonae. ista est

13 Ps. 72, 27 sq. 20 I Io. 2, 15 22 Iac. 4, 4 27 Matth. 6, 24

6 ardori *P* 7 superior *V*: superius *P* 11 nominatur *V*: non minatur *P* 12 dicere probabiliter *P* 13 manifestetur *P* 15 subsequitur *PV*: subsequenter *a* 19 qua *P*: quia *V* 25 dei esse *P* 30 mammonae *P*

ergo generalis, ut dictum est, animae fornicatio omnia omnino in se continens, qua non adhaeretur deo, dum adhaeretur mundo, ut etiam sic intellegere ualeamus secundum istam generalem fornicationem quod ait apostolus: omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat. qua si non fornicatur anima humana, adhaerendo deo nec adhaerendo mundo, quaecumque alia peccata a concupiscentia carnali prorsus aliena potuerit ipsa fragilitate mortalitatis uel ignorando uel neglegendo uel obliuiscendo uel non intellegendo homo incurrere, hoc sit quod dictum est: omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est, quia nullum hic corporalis uel temporalis concupiscentiae peccatum poterit reperiri; unde merito extra corpus esse quodlibet tale peccatum dici uidetur. quod si adhaerens mundo mundanus homo longe faciat a deo, fornicando ab ipso deo, in corpus proprium peccat, quia corporali concupiscentia ⟨in⟩ quaeque temporalia et carnalia carnali sensu et prudentia humana trahitur atque distrahitur, creaturae seruiens potius quam creatori, qui est benedictus in saecula.

Sic ergo, quantum mihi, uidetur salua fide intellegi posse utriusque fornicationis malum, tam specialis quam uniuersalis, in hoc uno capitulo tanti et tam magni doctoris, ubi ait: omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat, ut aut exaggeratio facta sit ab apostolo huius specialis fornicationis, qua in corpus proprium peccare recte intellegitur, quia nusquam sic totus homo corporis ipsius

4 (11. 24) I Cor. 6, 18 20 cf. II Cor. 11, 31

7 qua *V*: quia *GP* fornicatur *V*: fornicetur *GP* 9 ipsa *V*: pro ipsa *G* pro ipsa (pro *del. m. 2.*) *P* 10 non *V*: *om. P* 13 uel temporalis *GP*: *om. V* 16 faciat *V* (*cf. tamen p. 1029, 14*): se faciat GP^2 se faciet P^1 17 corporali *V*: non carnali *P* concupiscentiae *P* in quaeque *a*: quaeque *PV* 18 humana *V*: humanus animus *GP* 19 trahitur GP^1V: traditur P^2 21 posse G^1PV: potest G^3 23 et tam *GP*: etiam *V* 27 peccare *V*: peccari *P*

uoluptati addicitur uel ineffabiliter uel ineuitabiliter affigitur, ut in comparatione huius tanti mali cetera peccata extra corpus esse uideantur, etiam si per corpus exerceantur, quemadmodum solius fornicationis uis quaedam imperiosae libidinis condicioni suae subdit propriumque ipsius corporis mancipium pessimum facit, tempore maxime ipsius immundissimae operationis, ut aliud quid praeter quod agit in ipso corpore non sit liberum humanae menti uel cogitare uel intendere. si autem etiam generalem significare uoluit apostolus fornicationem, propter quam dixisse uideatur: omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat, sic accipiendum est et intellegendum, ut quisque, dum non adhaeret deo, qui adhaesit mundo, omnia temporalia et corporalia diligens et concupiscens, merito in corpus proprium peccare dicatur, id est uniuersae concupiscentiae carnali deditus et subditus factus tamquam totus creaturae seruus ab ipso creatore alienus per illud initium omnis peccati superbiam, cuius superbiae initium est, ut scriptum est, apostatare a deo. a quo generalis fornicationis malo quisque alienus quodcumque aliud peccatum potuerit ut homo corruptibilis adhuc et mortalis incurrere, hoc intellegatur extra corpus esse, id est extra corporalis et temporalis omnis concupiscentiae malum alienum esse extra corpus, ut saepe dictum est, esse. tantummodo enim carnalis et generalis concupiscentiae malo per omnia fornicatur anima a deo, tamquam corporalibus et temporalibus desideriis et delectationibus inligata et deuincta in corpus proprium peccat, cuius uniuersaliter concupiscentiae seruiens incuruatur mundo et alienatur a deo; quod est, ut dictum est, initium superbiae hominis, apostatare a

18 (et 30) Eccli. 10, 12 sq.

1 uel ineuitabiliter *GP*: *om. V* affigitur GP^2V: afficitur P^1 4 imperiosae (v *add. m. 2*) *V* 5 conditionis *P* 8 uel cogitare (uel *del. m. 2*) *P* 14 et corporalia *PV*: *om. a* 18 illud *scripsi*: illum *V* illam *P* omnis P^1V: nominis P^2 20 generali *GP* 23 malum] malo *PV* 29 est ut *V*: istud *P*

deo. propter quod generalis fornicationis cauendum malum beatus Iohannes admonet dicens: nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt: quoniam omnia quae in mundo sunt concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et ambitio saeculi; quae non est ex patre, sed ex mundo est. et mundus transiet et concupiscentia eius; qui autem fecerit uoluntatem dei, manet in aeternum, sicut et ille manet in aeternum. ista ergo dilectio mundi, quae uniuersalem in se concupiscentiam obtinet mundi, generalis est fornicatio, qua peccatur in corpus proprium eo quod omnibus corporalibus et uisibilibus et temporalibus desideriis et uoluptatibus humanus indesinenter seruit animus ab ipso creatore uniuersorum desolatus atque derelictus.

[DE SCIENTIA DEI.

351 Omne praeteritum iam non est, omne futurum nondum est. omne igitur praeteritum et futurum deest. apud deum autem nihil deest. nec praeteritum igitur nec futurum, sed omne praesens est apud deum.

DE TRINA VNITATE.

352 Omne, quod est, aliud est quo constat, aliud quo discernitur, aliud quo congruit. uniuersa igitur creatura si et est quoquo modo et ab eo quod omnino nihil est plurimum distat et suis partibus sibimet congruit, causam quoque eius trinam esse oportet, qua sit, qua hoc sit, qua sibi amica sit. creaturae autem causam, id est auctorem, deum dicimus. oportet ergo

2 I Io. 2, 15—17

4 in mundo sunt *V*: sunt in mundo *P* 6 mundo est *V*: mundo *GP* 8 sicut—in aeternum] *add. P*² *supr. uers.* et ille *V*: ille *GP* 11 eo *a*: et *PV* 12 humanus *V*: humanis *P* 15 *quae uncinis inclusi desunt in MV* *cap.* CCCXLI *P* CCCXLVII *G* scientia G^2: sententia G^1P 20 *cap.* CCCLXII (*sic*) *P* CCCXLVIII *G* unitate *GP* (*ita etiam scribendum erat p. 31, 15*) 21 quo discernitur *G*: quod disc. *P* 22 quod congruit (d *del. m. 2*) *G* quoquo *P*: quo *G* 24 simet (bi *add. m. 2*) *G* 26 ergo *P*: ei ergo *G*

esse trinitatem, qua nihil praestantius, intellegentius et beatius inuenire perfecta ratio potest. ideoque etiam, cum ueritas quaeritur, plus quam tria genera quaestionum esse non possunt, utrum omnino sit, utrum hoc an aliud sit, utrum approbandum improbandumue sit.

DE DEO ET CREATVRA.

Quod incommutabile est, aeternum est; semper enim eius- 353
dem modi est. quod autem commutabile est, tempori obnoxium est; non enim semper eiusdem modi est et ideo aeternum non recte dicitur. quod enim mutatur, non manet; quod non manet, non est aeternum. idque inter immortale et aeternum est, quod omne aeternum immortale est, non omne immortale satis subtiliter et aeternum dicitur, quia, etsi semper aliquid uiuat, tamen, si mutabilitatem patiatur, non proprie aeternum appellatur, quia non semper eiusdem modi est, quamuis immortale, quia semper uiuit, recte dici possit. uocatur tamen aeternum interdum etiam quod immortale est. illud uero quod et mutationem patitur et animae praesentia, cum anima non sit, uiuere dicitur, neque immortale ullo modo et multo minus aeternum intellegi potest. in aeterno enim, cum proprie dicitur, neque quicquam praeteritum, quasi transierit, neque quicquam futurum, quasi nondum sit, sed quidquid est, tantummodo est.

6 *cap.* CCCXLIII *P* CCCXLVIIII *G* de deo et creatura *a*: *om. GP, initium capitis litteris uncialibus scriptum pro titulo exhibentes:* Quod incommutabile est aeternum est (Quod in *add. G*²) 7 eiusdem *a*: eius *GP* 12 est quod *GP*: interest quod *a* 13 aliquit G^1 14 si *a*: *om. GP* mutabilitate *P* 15 eiusdem *a*: eius *GP* 17 interdum *G*: ut dum *P* 18 et animae] et ^{ex} animae (ex *add. m. 3*) *G* praesentia *P*: presentiam G^1 presentiua G^3 non sit G^1P: insit G^2 20 in aeterno] in aeternum *GP* 21 quicquam praeteritum *G*: praeteritum praeteritum *P* 22 quasi *G*: quam si *P*

DE LOCO DEI.

354 Deus non alicubi est. quod alicubi enim est, continetur loco; quod continetur loco, corpus est. deus autem non est corpus. non igitur alicubi est. et tamen, quia est et in loco non est, in illo sunt potius omnia quam ipse alicubi. nec tamen ita in illo, [ut ipse alicubi, nec tamen ita in illo] ut ipse sit locus. locus enim in spatio est, quod longitudine, latitudine, altitudine corporis occupatur; nec deus tale aliquid est: et omnia igitur in ipso sunt et locus non est. locus tamen dei abusiue dicitur templum dei, non quod eo continetur, sed quod ei praesens sit. id autem nihil melius quam anima munda intellegitur.

DE PROVIDENTIA DEI.

355 Fieri potest, ut per malum hominem diuina prouidentia et puniat et opituletur. nam Iudaeorum impietas et Iudam supplantauit et gentibus saluti fuit. item fieri potest, ut diuina prouidentia per hominem bonum et damnet et adiuuet, sicut ait apostolus: aliis sumus odor uitae in uitam, aliis autem odor mortis in mortem. sed cum omnis tribulatio aut poena impiorum sit aut exercitatio iustorum — quia eadem tribula et paleam concidit et frumenta a paleis exuit, unde tribulatio nomen accepit — rursum cum pax et quies a molestiis saecularibus et bonos lucretur et corrumpat malos, omnia haec diuina prouidentia pro meritis moderatur animarum. sed tamen non sibi eligunt boni ministerium tribulationis nec mali amant pacem. quare ipsi

18 II Cor. 2, 16

1 *cap.* CCCXLIIII *P* CCCL *G* 6 ut ipse—ita in illo G^2P (*inclusi*): *om.* G^1 ut ipse sit *a*: ut in illo ut ipse sit *GP* 7 spatio (a *ex* e *corr.*) *G* 13 *cap.* CXXX *T* (*cf. p. 447, 24 not.*) CCCXLV *P* CCCLI *G* 15 pituletur *T* 18 aliis sumus *G*: alii s. *T* aliisu s. *P* 19 omnis] *om. P* 21 tribula *P*: tribulaet *T* tribulatio *G* paleam G^1PT: paleas G^2 23 molestis *P* bonus P^1 et corrumpat] ut corrumpat *G* 25 moderatus *P* sibi *GT*: si *P* elegunt G^1 26 ipse *P*

quoque per quos id agitur quod ignorant, non iustitiae, quae refertur ad deum, sed maliuolentiae suae mercedem accipiunt. quemadmodum nec bonis imputatur, quod ipsis prodesse uolentibus nocetur alicui, sed bono animo beniuolentiae praemium tribuitur: ita etiam cetera creatura pro meritis animarum rationalium uel sentitur uel latet uel molesta uel commoda est. summo enim deo cuncta bene administrante, quae fecit, nihil inordinatum in uniuerso nihilque iniustum est siue scientibus siue nescientibus nobis. sed in parte offenditur anima peccatrix: tamen, quia pro meritis ibi est ubi esse talem decet et ea patitur quae talem pati aequum est, uniuersum dei regnum nulla sua foeditate deformat. quam ob rem quoniam non omnia nouimus, quae de nobis bene agit ordo diuinus, in sola bona uoluntate secundum legem agimus, in ceteris autem secundum legem agimur, cum lex ipsa incommutabilis maneat et omnia mutabilia pulcherrima gubernatione moderetur. gloria igitur in excelsis deo et in terra pax hominibus bonae uoluntatis.]

CCCXXV.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST: ET HABITV INVENTVS VT HOMO. EX LIBRO QVAESTIONVM LXXXIIII.

Multis modis habitum dicimus: uel habitum animi, sicuti 356
est cuiusque disciplinae perceptio usu roborata atque firmata;

17 Luc. 2, 14 20 Philipp. 2, 7

2 deum *GT*: dominum *P* 4 alicui *GT*: aliqui *P* beneuolentiae *P* 5 cetera *GP*: ceteris a *T* animarum *GP*: animalum *T* 6 rationabilium *GP* molesta G^3T: modesta G^1P commoda *GT*: commodata *P* 7 amministrante *GT*: aministrante *P* fecit, nihil] nihil fecit *P* 8 inordinato *P* in uniuerso G^3: uniuerso G^1PT 9 in *T*: *om. GP* 10 pro *GT*: per *P* tale *T* 12 foeditate *GT*: uidet a te *P* 13 ordo G^3T: credo G^1P 15 agimur *PT*: agimus *G* 18 *sequitur cap. 137 (p. 448) in T, cap. 356* de alimentis *(p. 1038) in GP* 19 *cap.* CCCXLVIII *P* CCCLIIII *G* 20 de eo] deo *P* et *V*: *om. GP* 21 ex libro—LXXXIIII *V*: *om. P* 23 cuiusque *V*: cuiuscumque *GP*

uel habitum corporis, secundum quem dicimus alium alio esse suculentiorem et ualidiorem, quae magis proprie habitudo dici solet; uel habitus eorum quae membris nostris commodantur extrinsecus, secundum quem dicimus uestitum, calciatum, armatum et si quid eius modi est. in quibus omnibus generibus — si quidem nomen hoc dictum est ab illo uerbo, quod est habere — manifestum est in ea re dici habitum, quae accidit alicui, ita ut iam possit etiam non habere. nam et doctrina accidit animo et sucus ac robur corporis et uestis atque arma non dubium est quod accidant membris nostris, ita ut et imperitus possit esse animus, si ei doctrina non accederet, exile atque languidum corpus sine suco uiscerum et robore et nudus sine ueste et inermis sine armis et pede nudus sine calciamentis esse homo potest. habitus ergo in ea re dicitur, quae nobis ut habeatur accedit. uerum tamen hoc interest, quod quaedam eorum quae accidunt nobis, ut habitum faciant, non mutantur a nobis, sed ipsa nos mutant in se ipsa integra et inconcussa manentia: sicuti sapientia cum accidit homini, non ipsa mutatur, sed hominem mutat, quem de stulto sapientem facit. quaedam uero sic accidunt, ut et mutent et mutentur: sicuti cibus et ipse amittens speciem suam in corpus nostrum uertitur, et nos refecti cibo ab exilitate atque languore in robur atque ualentiam commutamur. tertium genus est, cum ipsa quae accidunt mutantur, ut habitum faciant, et quodam modo formantur ab eis quibus habitum faciunt, sicuti est uestis. nam cum proiecta uel proposita est, non habet eam formam, quam sumit, cum induitur atque inducitur membris. inducta ergo accipit formam, quam non habebat exuta, cum ipsa membra, et cum induuntur et cum exuuntur, in suo statu manent. potest esse etiam quartum

3 commodantur *V*: accommodantur *GP* 4 calceatum *P* 5 in quibus *GP*: se in quibus *V* 7 accidit P^2V: accedit P^1 10 quod *GPV*: quin *a* accidant *PV*: accedant *G* et *V*: *om.* *P* 11 posset *P* 12 exile *V*: et exile *P* 13 pede nudus *scripsi*: p. nudos *V* p. nudo *P* 24 ut *V*: et *P* 26 proposita *PV*: reposita *a* 28 inducta *V*: induta *GP* accipit P^2V: accepit P^1 30 mane*nt (a *ras.*) *P*

genus, cum ea quae accidunt ad faciendum habitum nec mutant quibus accidunt nec ab eis ipsa mutantur, sicut anulus digito, si non nimis subtiliter attendatur. uerum tamen hoc genus aut nullum est, si diligenter discutias, aut omnino rarissimum.

Cum igitur apostolus de unigenito filio loqueretur, quantum pertinet ad diuinitatem eius, secundum id, quod uerissime deus est, aequalem esse dixit patri, quod non ei fuit tamquam rapina, id est quasi alienum appetere, si semper manens in ea aequalitate nollet homine indui et hominibus ut homo apparere; sed semet ipsum exinaniuit, non formam suam mutans, sed formam serui accipiens, neque conuersus aut transmutatus in hominem amissa incommutabili stabilitate, sed tamquam uerum hominem suscipiendo ipse susceptor in similitudine hominum factus, non sibi, sed eis quibus in homine apparuit, et habitu inuentus est ut homo, id est habendo hominem inuentus ut homo est. non enim poterat inueniri ut homo ab his qui cor immundum habebant, et uerbum apud patrem uidere non poterant nisi hoc suscipiendo quod possent uidere et per quod ad illud lumen interius ducerentur. iste autem habitus non est ex primo genere; non enim manens in se natura hominis naturam dei commutauit. neque ex secundo; non enim immutauit homo deum, ut mutatus ab illo est. neque ex quarto; non enim sic assumtus est homo, ut neque ipse mutaret deum nec ab illo mutaretur. sed potius ex tertio; sic enim assumtus est, ut commutaretur ineffabiliter et excellentius atque coniunctius quam uestis ab homine, cum induitur. hoc ergo nomine habitus satis significauit apostolus, quemadmodum dixerit: in similitudinem hominum factus, quia non transfiguratione in hominem, sed habitu

11 Philipp. 2, 7

6 filio *V*: dei filio *GP* 7 uerissime P^2V: uerissimum P^1 10 homine *V*: hominem *P* appareret *V* 13 homine *V* 14 tamquam *V*: quamquam *P* 20 posset *P* 23 ut *V*: et *P* 26 *post* commutaretur *add. a*: in melius et ab eo formaretur; *om. PV* 30 quia *V*: qui *P* transfigurationem *P* hominem *GP*: homine *V*

factus est, cum indutus est homine, quem sibi uniens quodam modo atque conformans immortalitati aeternitatique sociaret. sed illum habitum, qui est in perceptione sapientiae et disciplinae, Graeci ἕξιν uocant, hunc autem, secundum quem dicimus uestitum uel armatum, σχῆμα potius appellant. ex quo intellegitur de isto genere habitus locutum apostolum, quando quidem in graecis exemplaribus σχῆμα scriptum est, quod nos in latinis habitum habemus. quo nomine oportet intellegi non mutatum esse uerbum susceptione hominis, sicuti nec membra ueste induta mutantur, quamquam illa susceptio ineffabiliter susceptum suscipienti copulauerit; sed, quantum uerba humana rebus ineffabilibus coaptari possunt, ne mutatus intellegatur deus humanae fragilitatis assumtor, electum est, ut graece σχῆμα et latine habitus diceretur illa susceptio.

DE ALIMENTIS.

356ª Quid est, quod accipit eam rem, quam commutat, ut animal cibum? quid, quod et accipitur et commutatur ut idem cibus? quid est, quod accipitur et non commutatur, ut oculis lux, sonus auribus? sed haec per corpus accipit anima. quid est autem, quod per se ipsam accipit et commutat in se ut aliam animam, quam recipiendo in amicitiam sui similem facit? et quid est, quod per se ipsam accipit et non commutat, ut ueritatem? quare cognoscendum est et quid sit Petro dictum: macta et manduca, et quid in euangelio: et uita erat lux hominum.

24 Act. 10, 13 Io. 1, 4

1 hominem *P* 2 conformans *V*: confirmans *P* 4 ἕξιν] ЄΞΙΝ *V* ΝΙΖΙΝ *P* 5 (7. 14) ϹΧΗΜΑ *V* ϹΧΝΝΑ *P* 9 nec *a*: in hac *PV* 14 *sequitur cap.* CCCXXVII *in GP* 15 *cap. 356ª sine numero fertur in V*; CCCXLVI *P* CCCLII *G* 16 accepit *P* 17 quid quod et P^2V: quid est quod GP^1 et commutatur GP^1: quod mutatur *V* mutatur P^2 ut idem — non commutatur] *om.* P^1 20 per *V*: pro *P* 24 quid in *V*: quid est in *P*

CCCXXVI.

DE EO QVOD DICTVM EST: PAENITET ME HOMINEM FECISSE.

Diuinae scripturae a terreno et humano sensu ad diuinum 357
et caelestem nos erigentes usque ad ea uerba descenderunt, quibus inter se stultissimorum etiam utitur consuetudo. itaque etiam earum affectionum nomina, quas animus noster patitur, quas longissime a deo esse seiunctas iam qui melius sapit intellegit, non dubitauerunt illi uiri, per quos locutus est spiritus sanctus, opportunissime in libris ponere. ut uerbi causa, quoniam difficillimum est, ut homo aliquid uindicet sine ira, uindictam dei, quae omnino sine ista perturbatione fit, iram tamen uocandam iudicauerunt. item quia coniugii castitatem zelando uiri custodire consueuerunt, illam dei pro-uidentiam, per quam praecipitur atque agitur, ne anima corrumpatur et deos alienos atque alios sequens quodam modo meretricetur, zelum dei appellauerunt. sic et manum dei uim, qua operatur, et pedes dei uim, qua omnia custodienda et gubernanda pertendit, et aures dei uel oculos dei uim, qua omnia percipit atque intellegit, et faciem dei uim, qua se manifestat atque dinoscitur, et cetera in hunc modum, propterea scilicet, quia nos, ad quos sermo dei fit, et manibus solemus operari et pedibus incedere et quo fert animus peruenire et auribus atque oculis ceterisque sensibus corporis corporalia percipere et facie innotescere, et si quid aliud ad hanc tamquam regulam pertinet. hoc modo igitur, quoniam mutare coeptum aliquod et in aliud transferre non fere solemus nisi paenitendo, quamquam diuina prouidentia serena mente intuentibus appareat cuncta certissimo ordine administrare, accommodatissime tamen ad humilem humanam intellegentiam

2 Gen. 6, 7

1 *cap.* CCCXLVII *P* CCCLIII *G* 16 alienos atque alios *V*: alios atque alios *GP* 18 qua operatur P^2V: qui operatur P^1 19 guuernanda *V* 20 faciem dei *P*: faciendi *GV* 22 nos P^1V: et nos P^1 dei *V*: *om. P* 29 administrasse *P*

ea quae incipiant esse neque perseuerant, quantum perseueratura sperata sunt, quasi per paenitentiam dei dicuntur ablata.

CCCXXVII.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST: LX SVNT REGINAE ET LXXX CONCVBINAE ET ADVLESCENTVLAE, QVARVM NON EST NVMERVS.

358 Denarius numerus potest significare uniuersitatis scientiam. quae si ad interiora et ad intelligibilia referatur, quae senario numero significantur, fit quasi decies sexies, quod est LX; si ad terrena et corruptibilia, quae octonario numero significari possunt, fiunt decies octies, quod est LXXX. reginae ergo sunt animae regnantes in intelligibilibus et spiritalibus. concubinae, quae mercedem accipiunt terrenorum, de quibus dictum est: acceperunt mercedem suam. adulescentulae, quarum non est numerus, quarum non est determinata scientia et diuersis dogmatibus periclitari possunt, ut numerus quod dictum est significet certam et indubitatam confirmationem scientiae.

[DE TEMPORIBVS AETERNIS.

359 Quaeri potest, quomodo ab apostolo Paulo dictum sit: ante tempora aeterna. ⟨si enim tempora, quomodo aeterna? nisi forte ante omnia tempora⟩ intellegi uoluit. quia, si dixisset: ante tempora, neque addidisset: aeterna, posset accipi ante

5 (et 15) Cant. 6, 7 15 Matth. 6, 2 21 Tit. 1, 2

1 incipiant *V*: incipiunt *P* 3 *sequitur cap.* CCCXXV *in GP* 4 *cap.* CCCXLVIIII *P* CCCLV *G* 11 octonario P^2: octoginario *V* octogenario P^1 14 de quibus *V*: et de quibus *P* 20 *quae seclusi om. MV* *cap.* CCCL *P* CCCLVI *G* aeternis *G*: *om. P* 21 ab G^3P: *om.* G^1 22 si enim—omnia tempora *a*: *om. GP* 23 *ante* intellegi *add.* G^2 *in mg.*: ęternā quia, si *a*: quasi *GP* 24 posset *a*: possit G^1P ut possit G^3 accipi ante quaedam G^3: accipiant aequenda G^1 ancipiente quadam *P*

quaedam tempora, quae ante se haberent alia tempora. aeterna autem maluit ⟨dicere quam omnia fortasse ideo, quia tempus⟩ non coepit ex tempore. an aeterna tempora aeuum significauit, inter quod et tempus hoc distat, quod illud stabile est, tempus autem mutabile?]

CCCXXVIII.

DE HOMINE FACTO AD IMAGINEM ET SIMILITVDINEM DEI.

Cum exteriorem et interiorem hominem diuina scriptura commemoret et tantum eos discernat, ut ab apostolo dictum sit: etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem: quaeri potest, utrum unus horum factus sit ad imaginem et similitudinem dei. nam illud quaerere stultum est: si unus, quis horum? quis enim dubitat eum potius qui renouatur quam eum qui corrumpitur dicere? utrum autem ambo, magna quaestio est. nam si exterior homo est Adam et interior Christus, bene ambo intelleguntur. sed cum Adam, sicut a deo factus est, bonus non manserit et diligendo carnalia carnalis effectus sit, non absurde uideri potest hoc ipsum ei fuisse carere imagine dei et similitudinem amittere. ac per hoc ipse renouatur et ipse est etiam interior. quomodo ergo est ipse exterior? an secundum corpus, ut interior sit secundum animam et interioris sit resurrectio et renouatio, quae nunc fit secundum mortem prioris uitae, id est peccati, et secundum regenerationem nouae uitae, id est iustitiae? quos item duo homines sic appellat, ut unum ueterem, quem debemus exuere, alterum nouum et eum induendum 360

7 cf. Gen. 1, 26 10 II Cor. 4, 16 25 cf. Col. 3, 9 sq.

1 ante se *a*: ante ea *P* antea *G* haberent] halerent *P* 2 dicere—quia tempus *a*: *om. GP* 3 tempore *G*: tempora *P* an GP^2: in G^3; *om.* P^1 4 distat G^3P: discat G^1 6 *cap.* CCCLI *P* CCCLVII *G* 8 et interiorem G^2PV: *om.* G^1 9 commemoraret *P* 19 imaginem *P* similitudine *V* 20 ac *V*: hac *P* 22 interioris *V*: interior *P* 25 item *V*: idem *P* duo *V*: duos *GP* 26 eum P^1V: enim P^2

commemoret. quorum rursus illum appellat imaginem terreni hominis, quia secundum peccatum primi hominis geritur, qui est Adam; alterum imaginem caelestis hominis, quia secundum iustitiam secundi hominis geritur, qui est Christus Iesus. exterior autem homo nunc corrumpitur, futura resurrectione innouatur, cum istam mortem persoluerit, quam naturae debet lege illa, quae in paradiso per praeceptum dei data est.

Quomodo autem non sit incongruum, quod dicitur etiam corpus factum ad similitudinem dei, facile intellegit qui diligenter attendit quod dictum est: et fecit deus omnia bona ualde. nemo enim dubitat, quod sit ipse primitus bonus. multis enim modis dici possint res similes deo: aliae secundum uirtutem et sapientiam factae, quia in ipso est uirtus et sapientia non facta, aliae in quantum solum uiuunt, quia ille summe et primitus uiuit, aliae in quantum sunt, quia ille summe ac primitus est. et ideo quae tantummodo sunt nec tamen uiuunt aut sapiunt, non perfectae, sed exiguae sunt ad similitudinem eius, quia et ipsa bona sunt in ordine suo, cum sit ille supra omnia bonus, a quo bona sunt. omnia uero, quae uiuunt et non sapiunt, paulo amplius participant similitudinem. quod enim uiuit, etiam est; non autem quidquid est, etiam uiuit. iam porro quae sapiunt, ita illi similitudini sunt proxima, ut in creaturis nihil sit propinquius. quod enim participat sapientiae, et uiuit et est; quod autem uiuit, necesse est ut sit, non necesse est ut sapiat. quare cum homo possit particeps esse sapientiae secundum interiorem hominem, secundum ipsum ita est ad imaginem, ut nulla natura interposita formetur et ideo nihil sit deo coniunctius. et sapit enim et uiuit et est: qua creatura nihil est melius.

Quod si exterior homo uita illa accipitur, qua per corpus sentimus quinque notissimis sensibus, quos cum pecoribus

1 cf. I Cor. 15, 49 10 Gen. 1, 31

3 quia *GP*: qua *V* 4 iesus christus *P* 5 nunc *V*: qui nunc *GP* 7 dei *V*: *om. P* 12 possint *V*: possunt *P* 14 uiuunt *GP*: uiunt *V* 22 similitudini *PV*: similitudine *a*

habemus communes — nam et ipsa molestiis sensibilibus, quae persecutionibus ingeruntur, corrumpi potest — non immerito et iste homo particeps dicitur similitudinis dei, non solum quia uiuit, quod etiam in bestiis apparet, sed amplius quod ad mentem conuertitur se regentem, quam inlustrat sapientia, quod in bestiis non potest ratione carentibus. corpus quoque hominis quia solum inter animalium terrenorum corpora non pronum in aluum prostratum est, cum sit uisibile et ad intuendum caelum erectum, quod est principium uisibilium, quamquam non sua, sed animae praesentia uiuere cognoscatur, tamen non modo quia est et in quantum est, utique bonum est, sed etiam quia tale est, ut ad contemplandum caelum sit aptius, magis hoc ad imaginem et similitudinem dei quam cetera corpora animalium facta iure uideri potest. tamen quia homo sine uita non recte appellatur, non corpus solum homo exterior neque sola uita, quae in sensu est corporis, sed utrumque simul rectius fortasse intellegatur.

Neque inscite distinguitur, quod aliud sit imago et similitudo dei, qui etiam filius dicitur, aliud ad imaginem et similitudinem dei, sicut hominem factum accipimus. sunt etiam qui non frustra intellegant duo dicta esse, ad imaginem et similitudinem, cum, si una res esset, unum nomen sufficere potuisse asserunt. sed ad imaginem mentem factam uolunt, quae nulla interposita substantia ab ipsa ueritate formatur; qui etiam spiritus dicitur, non ille spiritus sanctus, qui est eiusdem substantiae, cuius pater et filius, sed spiritus hominis. nam ita hos discernit apostolus: nam nemo scit, quid agatur in homine nisi spiritus hominis; et nemo scit, quid agatur in deo nisi spiritus dei. item de spiritu hominis dicit: saluum faciet spiritum uestrum, animam et corpus. et iste enim factus est a deo sicut et cetera creatura.

21 Gen. 1, 26 27 I Cor. 2, 11 30 I Thess. 5, 23

1 sensibilibus quae *V*: sensibilibusque *P* 8 pronum *V*: p nomū *P* et *PV*: sed *a* 14 facta *PV*: factum *a* 19 qui P^1V: quia P^2 ad *P*: *om. V*

scriptum est enim in Prouerbiis hoc modo: scito, quoniam dominus corda omnium nouit; et qui finxit spiritum omnibus, ipse scit omnia. ergo iste spiritus ad imaginem dei nullo dubitante factus accipitur, in quo est intellegentia ueritatis; haeret enim ueritati nulla interposita creatura. cetera hominis ad similitudinem facta uideri uolunt, quia omnis quidem imago similis est, non autem omne, quod simile est, etiam imago proprie, sed forte abusiue dici potest. sed cauendum in talibus, ne quid nimis asseuerandum putetur, illa re sane salubriter custodita, ne, quoniam corpus quodlibet per localia spatia porrectum est, aliquid tale credatur esse substantia dei. nam res, quae in parte minor est quam in toto, nec indigenti animae conuenit; quanto minus maiestati dei!

CCCXXVIIII.

DE EO QVOD AIT IN EVANGELIO: ERVNT IN VNA DOMO DIVISI DVO ADVERSVS TRES ET TRES ADVERSVS DVO. EX PSALMO XLIIII.

361 Accingere gladium tuum circa femur, potentissime. gladium tuum quid, nisi uerbum tuum? illo gladio strauit inimicos, illo gladio diuisit filium a patre, filiam a matre, nurum a socru. legimus haec in euangelio: non ueni pacem mittere, sed gladium, et: erunt in una domo quinque aduersum se, et duo aduersum tres et tres aduersum duo erunt diuisi, id est filius aduersus patrem, filia aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam. haec diuisio quo gladio facta est, Christus attulit. et re uera, fratres, etiam cotidianis exemplis uidemus haec. placet iuueni alicui seruire deo, displicet patri: diuisi sunt aduersum se.

1 Prou. 24, 12 15 (et 22) Luc. 12, 52 18 Ps. 44, 4
20 cf. Matth. 10, 35 21 Matth. 10, 34

6 facta *P*: factam *V* 10 quoniam P^2V: quando P^1 quodlibet *GP*: quolibet *V* 13 indigenti *V*: digenti *P* dignitati G^2 dignatio G^1 magestati *P* *sequitur cap.* CCCXVIIII *in GP* 14 *cap.* CCCLIII *P* CCCLVIIII *G* 23 et duo *V*: duo *P*

ille promittit terrenam hereditatem, ille amat caelestem: aliud iste pollicetur, aliud ille eligit. non sibi putet factam iniuriam: deus solus illi praefertur. et tamen litigat cum filio uolente seruire deo. sed fortior est ille gladius spiritalis separans quam copulans natura carnalis. fit hoc de filia aduersus matrem suam, multo magis et de nuru aduersus socrum suam. nam aliquando in una domo nurus et socrus inueniuntur haeretica et catholica, et ubi fortiter recipitur iste gladius, rebaptizationem non timemus. potuit diuidi filia aduersus matrem suam, et non potest nurus aduersus socrum suam?

Factum est hoc generaliter etiam in genere humano: diuisus est filius aduersus patrem. fuimus enim aliquando filii diaboli. adhuc infidelibus dictum est: uos a patre diabolo estis. et omnis infidelitas nostra unde, nisi a patre diabolo, non ille creando, sed nos imitando? iam modo uidetis filium diuisum aduersus patrem: uenit gladius ille, re renuntiat diabolo, inuenit alium patrem, inuenit aliam matrem. ille ad imitationem se praebens generat in exitium: parentes duo, quos inuenimus, in uitam terrenam generant. diuisus est filius aduersus patrem, diuisa est filia aduersus matrem suam: plebs illa, quae de Iudaeis credidit, diuisa est aduersus synagogam. diuisa est et nurus aduersus socrum suam: plebs de gentibus ueniens nurus dicitur, quia Christus sponsus filius synagogae. unde enim natus filius dei secundum carnem? ex illa synagoga ille qui dimisit patrem et matrem et adhaesit uxori suae, ut essent duo in carne una, non coniectura nostra, sed attestante apostolo dicente: sacramentum hoc magnum est, ego

14 Io. 8, 44 26 cf. Eph. 5, 31 et Gen. 2, 24 28 Eph. 5, 32

2 eligit P^2V: elegit P^1 putet V: putet pater P 4 uolente P: uolentem V 5 de filia V: et de filia P 8 recipitur P^1V: accipitur P^2 10 aduersum matrem P 13 aduersum P 16 creando P^1: credendo P^2V 17 aduersum P re renuntiat V: renuntiat P 21 aduersum patrem P 25 carnem P: carne V 28 dicente V: et dicente P

autem dico in Christo et ecclesia. dimisit enim patrem quodam modo, non omnino dimisit ueluti ad separationem, sed ad susceptionem humanae carnis. quomodo dimisit? quia, cum esset in forma dei, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens. quomodo dimisit et matrem, gentem Iudaeorum, synagogam illam haerentem ueteribus sacramentis? ad ipsam figuram pertinet quod ait: quae mihi mater, aut qui fratres? ille enim intus docebat, illi foris stabant. uidete, si non modo ita sunt Iudaei: docet Christus in ecclesia, illi foris stant. socrus ergo quae est? mater sponsi. mater sponsi domini Iesu Christi synagoga est. proinde nurus eius — ecclesia ueniens de gentibus — non consentit ad circumcisionem carnalem: diuisa est aduersus socrum suam.

[DE EO QVOD AIT DOMINVS: DATE, ET DABITVR VOBIS.

362 Quod dominus dicit: date, et dabitur uobis: mensuram bonam, confersam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum uestrum, ex illa sententia accipi potest, qua dicit alio loco: ut et ipsi recipiant uos in tabernacula aeterna, ut plebi praeceptum uideatur quod dictum est: date, et dabitur uobis; secundum quam sententiam dicit apostolus: communicet qui catheczatur uerbo ei qui se cathecizat in omnibus bonis. non enim diceret: dabunt in sinum uestrum; sed quia per illorum merita, quibus uel calicem aquae frigidae in nomine discipuli dederint, mercedem caelestem percipere merebuntur.

4 Philipp. 2, 6 sq. 9 Matth. 12, 48 16 (17. 22) Luc. 6, 38 20 Luc. 16, 9 23 Gal. 6, 6 26 cf. Matth. 10, 42

1 ecclesia *V*: in ecclesia *P* 4 rapina *V* 16 *cap.* CCCLIIII *P* CCCLV *v* CCCLX *G*, *om. MV*; *collati sunt codd. Gv* 18 confersam *Gv* (*cf. Rönsch l. c. p. 295*: *Luc. 6, 38*: mensuram . . confersam, *Veron. Rehd.*) 22 et dabitur — 25 non enim] *abrosa in v* 23 cathezizatur *et* 24 cathezizat *G* 25 sed *Gv*: nisi *a* quia *G*: qui *v*

DE CAECO DVCE CAECI.

Quod dominus dicit: numquid potest caecus caecum 363
ducere? nonne ambo in foueam cadent? fortasse hoc ideo subiunxerit, ne sperarent a Leuitis ⟨se⟩ esse accepturos mensuram illam, de qua dixit: dabunt in sinum uestrum, quoniam ipsis decimas dabant. quos caecos dixit, quia euangelium non tenent, ut illam remunerationem per discipulos domini potius plebs inciperet iam sperare, quos imitatores suos uolens ostendere addidit etiam: non est discipulus super magistrum.]

CCCXXX.

DE MAGIS PHARAONIS. EX LIBRO QVAESTIONVM LXXXIIII.

Non oportet moueri, cum magicis artibus miracula fiunt 364
plerumque similia miraculis, quae fiunt per sanctos seruos dei, sicut scriptum est in Exhodo, quod magi Pharaonis fecerunt nonnulla similiter, sicut fecit Moyses. non ergo haec oportet mirari, quia omnia quae uisibiliter fiunt etiam per inferiores potestates aeris huius non absurde fieri posse creduntur. sed hoc interest, quod, cum sancti talia faciunt in nomine dei, a deo omnium rerum de sublimioribus apparatibus iubetur inferiori creaturae; cum autem alii homines malis artibus operantur similia, in manus suas dantur, cum exaudiuntur a daemonibus. digni sunt enim, qui tali exauditione decipiantur, ut poena illis fiat hoc quod uidentur impetrare beneficium,

2 Luc. 6, 39 5 Luc. 6, 38 9 Luc. 6, 40 15 cf. Ex. 7, 11

1 *cap.* CCCLV *P* CCCLXI *G* CCCLVI *v* caeco duci caeco *P* 4 se esse *scripsi*: esse *Gv* se *a* 6 quoniam *a*: qui quoniam *Gv* dabant G^2v: dabunt G^1 quia *a*: qui *Gv* 11 *cap.* CCCLVI *P* CCCLXII *G* 15 exhodo *MV*: exodo *GP* 16 haec *MV*: hoc *P* 18 potestates (es *ex* is *corr. m. 1*) *V* 20 iubetur (b *ex* u *corr. m. 1*) *V* 21 inferiori* (s *ras.*) *P* alii *MV*: mali *P* 23 digni sunt] *explicit cod. v*

cum eis exhibent quasi priuatim inferiores potestates quaedam miracula, ut eos habeant subiugatos, permisso tamen diuinae prouidentiae, ut pro meritis animarum suarum cuique tribuantur. quare ergo magi Pharaonis fecerunt quaedam miracula sicut Moses, famulus dei?

Omnis anima partim priuati cuiusdam sui potestatem gerit, partim uniuersitatis legibus sicut publicis cohercetur et regitur. quia ergo unaquaeque res uisibilis in hoc mundo habet potestatem angelicam sibi praepositam, sicut aliquot locis diuina scriptura testatur, de ea re, cui praeposita est, ⟨quasi priuato iure agit,⟩ aliter tamquam publice agere cogitur. potentior est enim parte uniuersitas, quoniam et illud quod ibi priuatim agit tantum agere sinitur, quantum lex uniuersitatis sinit. sed unaquaeque anima tanto est pietate purgatior, quanto priuato suo minus delectata legem uniuersitatis intuetur eique deuote ac libenter obtemperat. est enim lex uniuersitatis diuina sapientia. quanto autem amplius priuato suo gaudet et neglecto deo, qui omnibus animis utiliter ac salubriter praesidet, ipsa sibi uel aliis quibus potuerit uult esse pro deo, suam potius in se uel in alios quam illius uel in omnes diligens potestatem, tanto est sordidatior tantoque magis poenaliter diuinis legibus tamquam publicis seruire cogitur. quanto igitur anima humana deserto deo suis honoribus uel potestate fuerit delectata, tanto magis subditur talibus potestatibus, quae priuato suo gaudent et honorari ab hominibus sicut di cupiunt: quibus diuina lege saepe conceditur, ut eis quos sibi secundum eorum merita subiugauerint priuato illo iure etiam miraculorum aliquid praestent in his rebus exhibendorum, quibus sunt infimo, sed tamen ordinatissimo potestatum gradu praepositae. sed ubi diuina tamquam publica lex iubet, uincit utique priuatam licentiam, quamquam et ipsa priuata licentia nisi uniuersalis diuinae potestatis permissione nulla esset. ideoque fit, ut sancti

2 permisso *MV*: permisu *P* diuine V^1 3 suarum *MV*: sua *P* 4 quare ergo *et quae secuntur exhib. MV, om. GP* 10 quasi—agit *a*: *om. MV*; *fort.* aliter priuatim agit 21 sordidatior *scripsi*: sordiditior *V* sordidior (?) *M* 25 sicut di] sicuti *MV* 26 eis *a*: eos *MV* 30 diuina *a*: diua *MV*

dei serui, quando eos hoc donum habere utile est, secundum publicam et quodam modo imperialem legem, hoc est summi dei potestatem, imperent infimis potestatibus ad quaedam uisibilia facienda miracula. in illis enim deus ipse imperat, cuius templum sunt et quem contemta sua priuata potestate ardentissime diligunt; in magicis autem imperationibus ad inlecebram deceptionis, ut sibi subiugent eos quibus talia concedunt, praestant effectum precibus et mysteriis eorum, priuato illo iure largientes quod sibi licet largiri honorantibus se sibique seruientibus et quaedam secum in sacramentis suis pacta seruantibus. et quando uidentur impetrare magi, per sublimiorum nomina inferiores terrent et nonnulla uisibilia, quae propter infirmitatem carnis magna uidentur hominibus non ualentibus aeterna contueri, quae per se ipsum praestat dilectoribus suis uerus deus, mirantibus exhibent. haec autem permittit deus iuste omnia moderans, ut pro cupiditatibus et electionibus seruitutes eorum libertatesque distribuat. et si quando inuocatione summi dei aliquid pro suis malis cupiditatibus impetrant, uindicta est illa, non gratia. non enim frustra dicit apostolus: tradidit illos deus in desideria cordis illorum. quorundam enim peccatorum perpetrandorum facilitas poena est aliorum praecedentium.

Quod autem dominus dicit: non potest satanas satanan excludere, ne forte quisquam utens nominibus aliquarum infimarum potestatum, cum daemonium excluserit, falsam putet esse istam domini sententiam, ad hoc intellegat dictum, quia hoc modo satanas etiam corpori aut corporis sensibus parcit, ut ipsi hominis uoluntati per impietatis errorem triumpho maiore dominetur. hoc autem modo non exit satanas, sed potius in intima ingreditur, ut in eo sic operetur, quemad-

20 Rom. 1, 24 23 Marc. 3, 23

3 imperent (?) *M*: impetrent *V* 6 imperationibus *V*: impetrationibus (?) *M* imprecationibus *a* 8 mysteriis *MV*: ministeriis *a* 11 impetrare *MV*: imperare *a* 15 exhibent *a*: exhibeant *MV* 20 desideri *M* 26 putet *a*: putat *MV* 27 etiam *MV*: etiam si *a* 28 parcit *MV*: parcit, ideo parcit *a* errorem *a*: errore *MV*

modum dicit apostolus: secundum principem potestatis aeris huius, qui nunc operatur in filiis diffidentiae. non enim sensus corporis eorum turbabat atque torquebat aut eorum corpora conlidebat, sed in eorum uoluntate uel potius cupiditate regnabat.

Quod autem dicit pseudoprophetas multa signa et prodigia facturos, ita ut fallant, si fieri potest, etiam electos, admonet utique, ut intellegamus quaedam miracula etiam sceleratos homines facere, qualia sancti facere non possunt. nec tamen ideo potioris loci apud deum esse arbitrandi sunt. non enim acceptiores erant deo quam populus Israhel magi Aegyptiorum, quia non poterat ille populus facere quod illi faciebant, quamuis Moses in uirtute dei maiora potuerit. sed ideo non omnibus sanctis ista tribuuntur, ne perniciosissimo errore decipiantur infirmi, existimantes in talibus factis esse maiora dona quam in operibus iustitiae, quibus uita aeterna comparatur. propterea dominus prohibet hinc gaudere discipulos, cum ait: nolite in hoc gaudere, quia spiritus uobis subditi sunt, sed gaudete, quoniam nomina uestra scripta sunt in caelo.

Cum ergo talia faciunt magi, qualia nonnumquam sancti faciunt, talia quidem uisibiliter esse apparent, sed et diuerso fine et diuerso iure fiunt. illi enim faciunt quaerentes gloriam suam, illi quaerentes gloriam dei; et illi faciunt per quaedam potestatibus concessa in ordine suo quasi priuata commercia uel beneficia, illi autem publica administratione iussu eius cui cuncta creatura subiecta est. aliter enim cogitur possessor equum dare militi, aliter eum tradet emtori uel cuilibet donat aut commodat. et quemadmodum plerique mali milites, quos imperialis disciplina commendat, signis imperatoris sui nonnullos possessores territant et ab eis aliquid, quod publice

1 Eph. 2, 2 6 cf. Matth. 24, 24 18 Luc. 10, 20

9 sancti facere *M*: scificare *V* 10 loci *a*: locis *MV* 22 sed et diuerso *V*: sed e diuerso *M* 24 (*et* 26) illi *MV* (*cf. p. 372, 12. 742, 23. 1045, 1*): isti *a* 28 donat M^2V: dat M^1 30 commendat *MV*: condemnat *a* nonnullos *a*: nullos *MV*

non iubetur, extorquent: ita nonnumquam mali christiani uel schismatici uel haeretici per nomen Christi aut uerba aut sacramenta christiana exigunt aliquid a potestatibus, quibus honori Christi cedere indictum est. cum autem malis iubentibus uoluntate cedunt, ad seducendos homines cedunt, quorum errore laetantur. quapropter aliter magi faciunt miracula, aliter boni christiani, aliter mali christiani: magi per priuatos contractus, boni christiani per publicam iustitiam, mali christiani per signa publica iustitiae. nec mirum est, quod haec signa ualent, cum ab eis adhibentur, quando etiam cum usurpantur ab extraneis, qui omnino suum nomen ad istam militiam non dederunt, propter honorem tamen excellentissimi imperatoris ualent. ex quibus fuit ille de quo discipuli domino nuntiauerunt, quod in nomine eius eiceret daemonia, quamuis cum eis non sequeretur. cum autem non cedunt his signis huius modi potestates, deus ipse prohibet occultis modis, cum id iustum atque utile iudicat. ⟨nam nullo modo ulli spiritus audent⟩ haec signa contemnere; contremescunt enim haec, ubicumque illa conspexerint. sed nescientibus hominibus aliud iubetur diuinitus uel ad confundendos malos, cum eos oportet confundi, sicut de Sceuae filiis in Actibus apostolorum legimus, quibus ait immundus spiritus: Iesum scio et Paulum noui; uos autem qui estis? uel admonendos bonos, ut proficiant in fide, atque ista non iactanter, sed utiliter possint; uel ad discernenda dona membrorum ecclesiae, sicut apostolus dicit: numquid omnes uirtutes? numquid omnes dona habent curationum? propter has ergo causas plerumque, ut dictum est, nescientibus hominibus iubetur diuinitus, id est ut his signis adhibitis huius modi potestates uoluntati hominum non obtemperent.

Vt autem mali bonis saepe temporaliter noceant, potestatem in eos accipiunt ad maiorem bonorum utilitatem propter exer-

13 cf. Luc. 9, 49 22 Act. 19, 15 26 I Cor. 12, 29 sq.

1 nonnumquam *a*: omniumquam *MV* 9 publica *MV*: publicae *a* 17 nam nullo—audent *a*: *om. MV* 28 iubetur *a*: iubentur *MV* 32 maiorem *a*: maiorum *MV*

citationem patientiae. itaque anima christiana semper inuigilet in tribulationibus suis sequi uoluntatem domini sui, ne ordinationi dei resistendo adquirat sibi grauius iudicium. quod enim ipse dominus agens hominem Pontio Pilato dixit, et diabolo hoc Iob posset dicere: non haberes in me potestatem, nisi data tibi esset desuper. non ergo eius uoluntas ⟨cuius malitiae potestas in bonos datur, sed eius uoluntas⟩ a quo haec potestas datur, debet nobis esse carissima, quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia uero probationem, probatio uero spem; spes uero non confundit, quoniam caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

CCCXXXI.

ADVERSVS MATHEMATICOS. EX LIBRO SVPRA SCRIPTO.

365 Non eos appellarunt mathematicos ueteres qui nunc appellantur, sed illos qui temporum numeros motu caeli ac siderum peruestigarunt: de quibus rectissime dicitur in scripturis sanctis: iterum nec his debet ignosci. si enim tantum potuerunt scire, ut possint aestimare saeculum, quomodo huius dominum non facilius inuenerunt? mens enim humana de uisibilibus iudicans potest agnoscere omnibus uisibilibus se ipsam esse meliorem. quae tamen cum etiam se propter defectum profectumque in sapientia fatetur esse mutabilem, inuenit supra esse incommutabilem ueritatem atque ita adhaerens post ipsam — sicut dictum est: adhaesit anima mea post te — beata efficitur, intrinsecus inueniens etiam omnium uisibilium creatorem atque dominum,

5 Io. 19, 11 9 Rom. 5, 3 sqq. 19 Sap. 13, 8 sq. 26 Ps. 62, 9

7 cuius malitiae—uoluntas *α*: *om. MV* 14 *cap.* CCCXXXI *M* *V*: *om. GP* 15 mathematicos *MV* 16 mathematichos *V* mathematicos *M* 23 se ipsam *α*: sed ipsam *MV* 25 supra *MV*: supra se *α*

non quaerens extrinsecus uisibilia quamuis caelestia, quae aut non inueniuntur aut cum magno labore frustra inueniuntur, nisi ex eorum quae foris sunt pulchritudine inueniatur artifex, qui intus est et prius in anima superiores, deinde in corpore inferiores pulchritudines operatur.

Aduersus eos autem qui nunc appellantur mathematici, uolentes actus nostros corporibus caelestibus subdere et nos uendere stellis ipsumque pretium, quo uenditur, a nobis accipere, nihil uerius et breuius dici potest quam eos non respondere nisi acceptis constellationibus; in constellationibus autem notari partes, quales trecentas LX dicunt habere signiferum circulum; motum autem caeli per unam horam fieri in XV partibus, ut tanta mora XV partes oriantur, quantum tenet una hora; quae partes singulae LX minutas habere dicuntur. minutas autem minutarum iam in constellationibus, de quibus futura praedicere se dicunt, non inueniunt. conceptus autem geminorum quoniam uno concubitu efficitur testantibus medicis, disciplina quorum multo est certior atque manifestior, tam paruo puncto temporis contingit, ut in duas minutas minutarum non tendatur. unde ergo in geminis tanta diuersitas actionum et euentuum et uoluntatum, quos necesse est eandem constellationem conceptionalem habere et amborum unam constellationem dari mathematico tamquam unius hominis? si autem ad genitales constellationes se tenere uoluerint, ipsis geminis excluduntur, qui plerumque ita post inuicem funduntur ex utero, ut hoc temporis interuallum rursus ad minutas minutarum reuertatur, quas tractandas in constellationibus numquam accipiunt nec possunt tractare. cum autem multa uera eos dixisse praedicatur, ideo fit, quia non tenent homines memoria falsitates erroresque illorum, sed non intenti nisi in ea quae illorum responsis prouenerint ea quae non prouenerint obliuiscuntur et ea commemorant quae non arte illa,

1 extrinsecus *a*: intrinsecus *MV* 4 superiores *a*: superioris *MV* 5 inferiores pulchritudines *a*: inferioris pulchritudinis *MV* 6 mathemathici *V* 8 uendere V^2: uindere V^1 uenditur *V*: uendimur *a* 23 mathemathico *V* 32 ea commemorant *a*: ea quae commemorant *MV*

quae nulla est, sed quadam obscura rerum sorte contingunt. quod si peritiae illorum uolunt tribuere, dicant artificiose diuinare etiam mortuas membranas scriptas quaslibet, de quibus plerumque pro uoluntate sors exit. quod si non arte de codicibus exit saepe uersus futura pronuntians, quid mirum, si etiam ex animo loquentis non arte, sed sorte exit aliqua praedictio futurorum?

DE VERBO. EX LIBRO S. S.

366 In principio erat uerbum. quod graece λόγος dicitur, latine et rationem et uerbum significat. sed hoc loco melius uerbum interpretamur, ut significetur ad patrem respectus, sed ad illa etiam quae per uerbum facta sunt operatiua potentia. ratio autem, etsi nihil per illam fiat, recte ratio dicitur.

[QVARE FILIVS DEI IN HOMINE APPARVIT ET SPIRITVS SANCTVS IN COLVMBA.

367 Quia ille uenit, ut exemplum uiuendi demonstaret hominibus, ille, ut donum ipsum, quo bene uiuendo peruenitur, significaret, apparuit. utrumque autem uisibiliter factum est propter carnales ab his quae oculis corporeis cernunt, ad ea quae mente intelleguntur sacramentorum gradibus transferendos. nam et uerba sonant et transeunt, nec tamen ea quae uerbis significantur, cum aliquid diuinum atque aeternum loquendo exponitur, similiter transeunt.]

9 Io. 1, 1 15 cf. Matth. 3, 16

5 pronuntians *V*: praenuntians *a* 8 *cap.* CCCLVII *P* CCCLXIII *G*; *numerum om. MV* uerbo] ueruo *P* 9 logos *GMPV* 10 ratione *V* 11 significetur *MV*: sig. non solum *GP* 13 per illa *P* 17 uiuendi *a*: uidendi *GP* 18 ille *GP* (*cf. p. 1050, 24*): iste *a* quo *G*: quod *P* peruenitur *G*: *om. P* 19 carnales] lesu *P*; *om. G* 20 cernunt *GP*: cernuntur *a*

CCCXXXII.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN EVANGELIO: SINE IPSO FACTVM EST NIHIL, ET DE DVABVS PRAEPOSITIONIBVS DE ET EX. EX LIBRO DE NATVRA BONI.

In principio erat uerbum, et uerbum erat apud 368
deum, et deus erat uerbum. hoc erat in principio
apud deum. omnia per ipsum facta sunt, et sine
ipso factum est nihil, id est: non est factum sine ipso
aliquid.

Neque enim audienda sunt deliramenta hominum, qui nihil
hoc loco aliquid intellegendum putant et ad huius modi
uanitatem propterea putant cogi posse aliquem, quia ipsum
nihil in fine sententiae positum est. „ergo“ inquiunt „factum
est et ideo, quia factum est, ipsum nihil aliquid est.“ sensum
enim perdiderunt studio contradicendi nec intellegunt nihil
interesse, utrum dicatur: sine illo factum est nihil, an: sine
illo nihil factum est, quia, si illo ordine diceretur: sine illo
nihil factum est, possint nihilominus dicere ipsum nihil ali-
quid esse, quia factum est. quod enim re uera est aliquid,
quid interest, utrum ita dicatur: sine illo facta est domus,
an: sine illo domus est facta, dum intellegatur aliquid sine
illo factum, quod aliquid domus est? ita quia dictum est:
sine illo factum est nihil, quoniam nihil utique non
est aliquid, quando uere et proprie dicitur, siue dicatur: sine
illo factum est nihil, siue: sine illo nihil est factum, uel:
nihil factum est, nihil interest. quis autem uelit loqui cum
hominibus, qui hoc ipsum quod dixi: nihil interest, possunt
dicere: „ergo interest aliquid, quia ipsum nihil aliquid est“?
hi autem qui sanum habent cerebrum, rem manifestissimam

2 (16. 23) Io. 1, 3 5 Io. 1, 1—3

1 *cap.* CCCXXXII *MV*, *deest in GP* 12 uanitatem *a*: unitatem *MV* 17 quia, si *scripsi*: quasi *MV* quia et si *a* 19 quia *a*: qui *MV* 23 quoniam *a*: quo *MV* 25 nihil factum est uel (*corr. m. 1*) *V*

uident hoc idem intellegi, cum dixi: nihil interest, quod intellegeretur, si dicerem: interest nihil. at isti si alicui dicant: „quid fecisti?“ et ille respondeat nihil se fecisse, consequens est, ut ei calumnientur dicentes: „fecisti ergo aliquid, quia nihil fecisti; ipsum enim nihil aliquid est.“ habent autem et ipsum dominum in fine sententiae ponentem hoc uerbum, ubi ait: in occulto locutus sum nihil. ergo legant et taceant.

Quia ergo deus omnia, quae non de se genuit, sed per uerbum suum fecit, non de his rebus, quae iam erant, sed de his quae omnino non erant, hoc est de nihilo fecit — ita dicit apostolus: qui uocat ea quae non sunt, tamquam sint; apertius autem in libro Macchabaeorum scriptum est: oro te, fili, respice ad caelum et terram et omnia, quae in eis sunt: uide et scito, quia non erant ex quibus fecit nos dominus deus; et illud quod in psalmo scriptum est: ipse dixit, et facta sunt — manifestum, quod non de se ista genuerit, sed in uerbo atque imperio fecerit. quod autem non de se, utique de nihilo; non enim erat aliud, unde faceret. de quo apertissime apostolus dicit: quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia.

Ex ipso autem non hoc significat quod de ipso. quod enim de ipso est, dicit et ex ipso; non autem omne, quod ex ipso est, recte dicitur de ipso. ex ipso enim caelum et terra, quia ipse fecit ea; non autem de ipso, quia non de substantia sua. sicut aliquis homo si gignat filium et faciat domum, ex ipso filius, ex ipso domus; sed filius de ipso, domus de terra et ligno, sed hoc, quia homo est, qui non potest aliquid etiam de nihilo facere. deus autem, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, non opus habebat aliqua materia, quam ipse non fecerat, adiuuari omnipotentiam suam.

7 Io. 18, 20 12 Rom. 4, 17 14 II Macch. 7, 28 17 Ps. 148, 5 20 Rom. 11, 36

6 fine *a*: finem *V* 14 oro te *a*: ora te V^1 o. nate MV^2 23 dicit et (*sc.* apostolus) *MV*: potest dici *a*; *fort.* dicitur et 24 terra *a*: terram *V*

Cum autem audimus: omnia ex ipso et per ipsum et in ipso, omnes utique naturas intellegere debemus, quae naturaliter sunt. neque enim ex ipso sunt peccata, quae naturam non seruant, sed uitiant. quae peccata ex uoluntate esse peccantium multis modis sancta scriptura testatur, praecipue illo quo dicit apostolus: existimas autem hoc, o homo, qui iudicas eos qui talia agunt et facis ea, quoniam tu effugies iudicium dei? an diuitias benignitatis et patientiae eius et longanimitatis contemnis, ignorans, quoniam patientia dei ad paenitentiam te adducit? secundum duritiam autem cordis tui et cor impaenitens thesaurizas tibi iram in diem irae et reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera sua.

Nec tamen, cum in deo sint uniuersa quae condidit, inquinant eum qui peccant, de cuius sapientia dicitur: attingit autem a ⟨fine usque ad⟩ finem fortiter et disponit omnia suauiter, omnia propter suam munditiam, et nihil inquinatum in eam incurrit. oportet enim, ut sicut deum incorruptibilem et incommutabilem, ita consequenter etiam incoinquinabilem credamus.

CCCXXXIII.

DE CORPORE DOMINI POST RESVRRECTIONEM. EX EPISTVLA AD CONSENTIVM DE EADEM RE CONSVLENTEM.

Quaeris, utrum nunc corpus domini ossa et sanguinem habeat 369
aut reliqua carnis liniamenta. Quid, si adderes, utrum etiam uestimenta, nonne augeretur quaestio? qua causa, nisi quia ea quae in usu uitae huius nostrae corruptibilia nouimus, sine corruptione cogitare uix possumus, cum diuinorum miraculorum

6 Rom. 2, 3—6 16 Sap. 8, 1 18 Sap. 7, 24 sq.

6 o homo] io homo *V* 15 in deo *a*: ideo *MV* 17 a fine—suauiter *MV*: *om. a* fine usque ad *addidi*: *om. MV* disponit *scripsi* (*cf. p. 1064, 3*): disponet *MV* 21 inquoinquinabilem *MV* 22 *cap.* CCCX*XXIII *MV*: *om. GP*

quaedam documenta iam data sint, ex quibus liceat coniectare maiora? nam si uestis Israhelitarum per tot annos in heremo sine tritura esse potuit, si morticina pellis calciamentorum tamdiu sine labe durauit, potest utique deus quorumlibet corporum per quantum uoluerit tempus incorruptam protendere qualitatem. ego proinde domini corpus ita in caelo esse credo, ut erat, quando ascendit in caelum. dixerat autem discipulis suis, ut in euangelio legimus, de sua resurrectione dubitantibus et illud quod uidebant non corpus, sed spiritum esse putantibus: uidete manus meas et pedes; palpate et uidete, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere. sic eorum, cum esset in terra, contrectatus est manibus, sic eorum est, cum iret in caelum, deductus aspectibus. ibi uox angelica sonuit: sic ueniet, quemadmodum uidistis eum euntem in caelum. fides adsit, et nulla quaestio remanebit.

Nisi forte de sanguine requirendum est, quia, cum dixisset: palpate et uidete, quia spiritus ossa et carnem non habet, non addidit: sanguinem. non ergo et nos addamus inquirere quod ille non addidit dicere et de compendio, si placet, finita sit quaestio. fortassis enim accepta occasione sanguinis urguebit nos molestior perscrutator et dicit: si sanguis, cur non et pituita, cur non et fel flauum et fel nigrum, quibus quattuor humoribus naturam carnis temperari etiam medicinae disciplina testatur? sed quodlibet quisque addat, corruptionem addere caueat, ne suae fidei sanitatem castitatemque corrumpat.

Ex consuetudine rerum expertarum inexperta opera diuina infirmitas metitur humana et acutule sese garrire arbitratur, cum dicit: si caro est, et sanguis est; si sanguis est, et ceteri humores; si ceteri humores, ergo et corruptio. eo modo diceret: si flamma est, et ardet; si ardet, et urit; si urit, ergo et uirorum

10 (et 18) Luc. 24, 39 14 Act. 1, 11

2 haeremo *MV* 4 utique *MV*: ubique *a* 7 erat quando *MV*: erat in terra quando *a* 12 sic *MV*: sicut *a* 22 perscrutator *a*: praescrutator *V* dicit *V*: dicet *a* 29 sese *scripsi*: ses *V* se *a*

trium in fornacem ignis ab impio rege missorum corpora incendit. si autem hoc in tribus uiris miraculum factum esse non dubitat quisquis de diuinis operibus recte sapit, cur non credatur qui fecit illa corpora non posse igne corrumpi fecisse illud corpus nec igne nec fame nec morbo nec senio nec ulla ui alia, qua solet humana corpora labefactare corruptio? quod si quisquam dicit non carni trium illorum uirorum additam contra ignem incorruptionem, sed ipsi igni detractam corrumpendi facultatem, quid ueremur, ne carnem facere nequierit non posse corrumpi qui fecit ignem non posse corrumpere? nam si illud non de carnis, sed de ignis mutatione intellegitur, multo est mirabilius; simul enim et hominum corpora non urebat, ne posset nocere, et ligna fornacis urebat, ut posset ardere. sed qui etiam ista non credunt, nimium de diuina potestate diffidunt nec cum eis uel ad eos nunc sermo nobis est. qui autem ista credunt, ex his etiam illa utcumque coniciunt quae fideliter quaerunt. ualet igitur diuina potentia de ista uisibili atque tractabili natura corporum quibusdam manentibus auferre quas uoluerit qualitates, ac per hoc ualet etiam membra mortalia formae liniamentis manentibus, corruptione uero mortalitatis emortua stabili uigore firmare, ut absit labes, adsit effigies, assit motio, absit fatigatio, adsit uescendi potestas, absit esuriendi necessitas.

Constat itaque neque ullo modo dubitandum est, corpus Christi, quod, licet corruptionem putredinis in sepulchro non uiderit — unde scriptum est: nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem — clauis tamen et lancea perrumpi potuit, nunc omnino in incorruptione consistere et quod in contumelia passionis mortisque seminatum est nunc esse in gloria uitae aeternae, et quod ex infirmitate potuit crucifigi nunc in uirtute regnare, et quod erat corpus animale — quoniam

2 cf. Dan. 3, 23 26 Ps. 15, 10

1 fornacem *a*: fornace *V* 5 nec igne *MV*: nec posse corrumpi igne *a* 17 coniciunt *V*: coniciant *a* 18 uisibili *a*: uisibilia *MV* tractabili *a*: tractabilia *MV* 22 labes *a*: labis *V*

ex Adam sumtus est — nunc esse spiritale, quoniam spiritui iam inseparabiliter copulatum est.

CCCXXXIIII.

DE CORPORE ANIMALI ET CORPORE SPIRITALI. EX EADEM EPISTVLA AD CONSENTIVM.

370 Dixit apostolus: seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. proinde sicut animale corpus non est anima, sed corpus, et spiritale corpus ita non est spiritus, sed corpus. quis porro audeat opinari uel Christi corpus non spiritale resurrexisse uel, si spiritale resurrexit, non iam corpus fuisse, sed spiritum, cum hanc opinionem discipulorum refellat, ubi, cum eum uidentes existimarent se spiritum uidere, ait: palpate et uidete, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere? iam igitur illa caro spiritale erat corpus, ⟨nec tamen spiritus erat, sed corpus,⟩ nulla ulterius morte ab anima resoluendum atque separandum, sicut corpus animale, quale animatum est dei flatu, cum factus est homo in animam uiuam, etiam ipsum ex animali spiritale sine mortis interuentu futurum, nisi transgressio praecepti prius commisso peccato infligeret poenam, quam deus seruatae iustitiae daret coronam.

Vnde dominus Christus per nos ad nos uenit, cum peccatores iustus inuenit, per stratum quodam modo humilitatis nostrae, sed non cum morbo iniquitatis nostrae. nam per animale nobis, hoc est per mortale corpus apparuit, qui utique, si uoluisset, cum corpore immortali primitus aduenisset. sed quia nos humilitate filii dei sanari oportebat, usque ad nostram infirmitatem descendit et fidei nostrae meritum ac praemium uirtute suae resurrectionis ostendit. ideo sequitur

6 I Cor. 15, 44 13 Luc. 24, 39 17 cf. Gen. 2, 7

1 sumtus *MV*: sumtum *a* spiritale *a*: spiritalem *MV* 3 *cap.* CCCXXXIIII *MV*: *om. GP* 15 nec tamen—sed corpus *a*: *om. MV* 19 futurum *MV*: fuerat futurum *a*

apostolus et dicit: nouissimus Adam in spiritum uiuificantem, siue intellegatur primus Adam, qui de puluere ante formatus est, nouissimus autem Adam, qui de uirgine procreatus est, siue in unoquoque homine utrumque compleatur, ut primus Adam sit homo in corpore mortali, nouissimus Adam idem ipse in corpore immortali: tamen inter animam uiuentem et spiritum uiuificantem hoc interesse uoluit, ut illic sit corpus animale, hic spiritale. anima quippe in corpore animali uiuit, sed non uiuificat usque ad auferendam corruptionem; in corpore uero spiritali, quoniam perfecte adhaerens deo unus spiritus est, sic uiuificat, ut spiritale corpus efficiat, absumens omnem corruptionem, nullam metuens separationem.

Et nos, inquit, commutabimur. ergo istam commutationem in melius sine dubitatione oportet intellegi, quia omnes et iusti et iniusti resurrecturi sunt, sed, sicut dominus in euangelio loquitur, qui bene fecerunt, in resurrectionem uitae, qui mala egerunt, in resurrectionem iudicii, iudicium appellans poenam sempiternam, sicut alio loco: qui non credit, inquit, iam iudicatus est. proinde illi qui ad iudicium resurrecturi sunt, non commutabuntur in illam incorruptelam, quae nec doloris corruptionem pati potest; illa namque fidelium est atque sanctorum. isti uero perpetua corruptione cruciabuntur, quia ignis eorum non extinguetur et uermis eorum non morietur.

Quid sibi ergo uult ista distinctio: et mortui resurgent incorrupti, et nos commutabimur, nisi quia omnes incorrupti resurgent, sed ex his iusti etiam immutabuntur in illam incorruptelam, cui omnino nulla possit nocere corruptio? ac per hoc qui non commutabuntur in eam, incorrupti quidem resurgent in integritate membrorum, sed tamen

1 I Cor. 15, 45 11 I Cor. 6, 17 14 (et 26) I Cor. 15, 52 17 Io. 5, 29 20 Io. 3, 18 24 Es. 66, 24

10 uero *a*: uiro *V* 11 deo *MV*: domino *a* 21 commutabuntur *a*: commutabunt *MV* 28 ex his *a*: his *MV*

corrumpendi dolore poenarum, cum audierint: ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. a quo auditu malo iustus non timebit. de illa uero commutatione iustorum cum dixisset: nos commutabimur, tamquam quaereremus, quomodo istud fiat uel qualis illa commutatio futura sit, adiungit et dicit: oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem. non, ut opinor, dubitandum est secundum hoc dictum: caro et sanguis regnum dei non possidebunt, quia non ibi erit corruptio et mortalitas carnis et sanguinis; secundum enim qualitates hoc loco carnem et sanguinem nuncupauit.

Quocirca, ut aliquid exempli gratia ponam quod interim occurrit, sicut scriptum est: ne forte temtauerit uos qui temtat et inanis sit labor noster, atque hic intellegitur diabolus, tamquam deus omnino non temtet, de quo alio loco scriptura dicit: ipse autem neminem temtat, nec contraria est ista sententia ei qua dicitur: temtat uos dominus deus uester, sed soluitur quaestio, cum uocabulum temtationis diuersas intellegentias habet eo, quod alia sit temtatio deceptionis, alia temtatio probationis; secundum illam non intellegitur qui temtat, nisi diabolus; secundum hanc uero temtat deus: ita cum dicitur: caro possidebit regnum dei, et: caro et sanguis non possidebit regnum dei, etiam huius nominis intellegentia discernatur, et nulla erit quaestio, quoniam caro secundum substantiam, secundum quam dictum est: spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere, possidet regnum dei; caro autem cum secundum corruptionem intellegitur, non possidebit. hoc enim expositum est, cum diceretur: caro et sanguis regnum dei non possidebunt, in eo quod continuo

1 Matth. 25, 41 3 cf. Ps. 111, 7 6 I Cor. 15, 53 9 I Cor. 15, 50 14 I Thess. 3, 5 17 Iac. 1, 13 18 Deut. 13, 3 27 Luc. 24, 39

11 secundum *MV*: secundum has *a* 13 aliquit *V* 24 et sanguis *MV*: *om. a* 28 possidet *V*: possidebit *a*

additum est: neque corruptio incorruptionem possidebit, sicut satis, quantum arbitror, disseruimus.

CCCXXXV.

VTRVM SINGILLATIM A CREATORE DEO CORPORVM LINIAMENTA FORMENTVR. EX EPISTVLA SVPRA SCRIPTA.

Quod autem quaeris, utrum singillatim a creatore deo 371
corporum liniamenta formentur, non te mouebit, si, quantum potest humana mens, potentiam diuinae operationis intellegas. quomodo enim negare poterimus deum etiam nunc operari cuncta, quae creantur, cum dominus dicat: pater meus usque nunc operatur? unde illa cessatio septimi diei ab ipsis naturis condendis intellegenda est facta, non ab earum administratione quae conditae referuntur. cum ergo natura rerum a creatore administratur et per ordines praefinitis locis et temporibus suis cuncta nascuntur, deus usque nunc operatur. nam si deus nunc ista non format, quomodo legitur: priusquam te formarem in utero, noui te? quomodo etiam accipi potest: quod si faenum agri, quod hodie est et cras in clibanum mittitur, deus sic uestit? nisi forte credendum est faenum a deo uestiri et a deo corpora non formari. cum enim dixit: uestit, non de praeterita ordinatione, sed de praesenti operatione satis indicat. unde est etiam illud apostoli de seminibus, quod supra commemoraui: non, inquit, corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum fere tritici aut alicuius ceterorum; deus autem dat illi corpus, quomodo uoluerit. non dixit: „dedit“ aut „disposuit“, sed dat, ut creatorem intellegas efficaciam sapientiae suae rebus, quae cotidie suis

10 Io. 5, 17 17 Hier. 1, 5 18 Matth. 6, 30 24 I Cor. 15, 37 sq.

3 *cap.* CCCXXXV *MV*: *om. GP* 10 dicat *a*: *om. MV* 11 unde (u *ex* o *uel* e *corr. m. 1*) *V* 14 administratur *a*: ministratur *V* 25 fere *MV*: ut puta *a*

temporibus oriuntur, condendis adhibere. de qua sapientia dictum est: pertendit a fine usque ad finem fortiter et, non dixit: disposuit, sed: disponit omnia suauiter. multum est enim uel tenuiter sapere, quomodo commutabilia et temporalia non commutabilibus et temporalibus creatoris motibus, sed aeterna, stabili uirtute condantur.

CCCXXXVI.

DE ANIMAE QVAESTIONE. EX EPISTVLA SVPRA SCRIPTA.

372 Vis etiam per me scire, utrum dei flatus ille in Adam idem ipse sit anima. breuiter respondeo: aut ipse est aut ipso anima facta est. sed et si ipse est, factus est. de anima quippe loquitur per Esaiam prophetam deus, ubi dicit: omnem flatum ego feci. quod sequentia satis indicant; sequitur enim: propter peccatum modicum quid contristaui illum, id est ipsum flatum, et cetera, quae nisi de anima humana intellegi nequeant. in hac enim quaestione maxime cauendum est, ne anima non a deo facta natura, sed ipsius dei substantia, tamquam unigenitus dei filius, quod est uerbum eius, aut aliqua eius particula esse credatur. tamquam illa natura atque substantia, qua deus est quidquid est, commutabilis esse possit; quod esse animam nemo non sentit, qui se habere animam sentit. nam quod attinet ad eius originem, qua fit, ut sit in corpore, utrum de illo uno sit qui primum creatus est, quando factus est homo in animam uiuam, an similiter fiant singulis singulae, nec tunc sciebam nec adhuc scio.

2 Sap. 8, 1 12 Es. 57, 16 sq. 24 cf. Gen. 2, 7

3 non] n *prior ex* d (?) *corr. m. 1 V* 6 aeterna stabili *MV*: aeterna et stabili *a* 7 *cap.* CCCXXXVI *MV*: *om. GP* 18 tamquam *a*: tam *MV*

EX EPISTVLA AD OPTATVM PRIMA.

Non erubescendum est homini confiteri se nescire quod 372*
nescit, ne, dum se scire mentitur, numquam scire mereatur. quis autem negat non unius tantum, sed omnis animae creatorem deum atque factorem, nisi qui eius eloquiis apertissime refragatur? sine ulla quippe ambiguitate per prophetam dicit: omnem flatum ego feci, animas uidelicet intellegi uolens, quod uerba consequentia manifestant. non utique unum, quem facto ex terra homini primo inspirauit, sed omnem flatum ipse fecit, ipse adhuc facit. quaeritur tamen, utrum omnem flatum ex illo uno flatu, sicut omne corpus hominis ex illo uno corpore faciat, an uero noua quidem corpora faciat ex uno, animas autem nouas ex nihilo. quis enim congrua suis originibus genera rerum etiam de seminibus facit, nisi qui ipsa semina sine seminibus fecit? sed ubi res naturaliter obscura nostrum modulum uincit et aperta diuina scriptura non subuenit, temere hinc aliquid definire humana coniectura praesumit. secundum uitas autem, quas proprias habere incipiunt, nouos homines dicimus nasci siue anima siue corpore. at uero secundum originale peccatum ueteres nascuntur; ideo baptismate renouantur.

Aliquid ergo certum de animae origine nondum in scripturis canonicis repperi. nam qui nouas sine ulla propagatione asserunt animas fieri, inter testimonia, quibus id nituntur ostendere, proponunt etiam illa duo quae paulo ante commemoraui: qui fingit spiritum hominis in ipso, et: qui fingit singillatim corda hominum. de quibus uides quemadmodum possit a resistentibus responderi: utrum enim, cum fingit, ex aliquo fingat an ex nihilo, incertum est. illud tamen inter cetera testimonium uidetur esse praecipuum, quod in libro Salomonis Ecclesiaste legitur: et reuertetur

7 Es. 57, 16 26 Zach. 12, 1 Ps. 32, 15 31 Eccle. 12, 7

2 nescire] i *ex* e *corr. m. 1 V* 11 omne *a*: omnem *V* 20 originale *a*: originalem *V* 23 canhonicis *V* repperi *MV*: comperi *a* 28 possit a *a*: posita *MV* 31 ecclesiaste *a*: ecclesiasten *V*

puluis in terram, sicut erat, et spiritus reuertetur ad deum, qui dedit eum. sed facillime respondetur: corpus in terram, de qua factum est primum hominis corpus, et spiritus ad deum, a quo facta est prima hominis anima. „sicut enim nostrum corpus“ inquiunt „⟨quamuis⟩ ex primo illo corpore propagatum sit, eo tamen redit unde ipsum primum corpus effectum est, sic anima nostra, quamuis ex illa anima propagata, non ad nihilum, quia immortalis est, sed ad illum redit a quo ipsa prima anima facta est.“ ac per hoc illud quod scriptum est de spiritu cuiusque hominis, quod redeat ad deum, qui dedit eum, non soluit istam obscurissimam quaestionem, quia, siue ex illo uno siue ex nullo alio, deus utique dedit eum.

Itemque illi qui propaginem animarum inconsiderata temeritate defendunt, inter alia testimonia, quae suae causae suffragari arbitrantur, nullum quasi manifestius et expressius pro se possunt putare proferendum, quam id quod in Genesi scriptum est: omnes autem animae, quae introierunt cum Iacob in Aegyptum, qui exierunt de femoribus eius. hoc enim uelut euidentissimo testimonio possunt credi animae in filios ex parentibus propagari, quoniam satis aperte dictum uidetur animas etiam de femoribus Iacob, non sola exisse corpora filiorum, ut eo modo etiam illud intellegi uelint a parte totum, quod dixit Adam, cum illi mulier eius ostenderetur: hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea; non enim dixit: et anima de anima mea. sed ita fieri potest, ut carne nominata utrumque intellegatur, sicut hic animas nominauit et tamen etiam corpora in filiis intellegi uoluit.

Sed hoc testimonium certe quasi tam clarum atque manifestum enodandae huic quaestioni non sufficit, nec si ita legeretur

18 Gen. 46, 26 25 Gen. 2, 23

5 quamuis *a*: *om. MV* 17 proferendum *a*: praeferendum *MV* 21 aperte *a*: apparet *MV* 24 a parte *a*: aperte *V* 25 caro de | de carne *V*

genere feminino: quae exierunt de femoribus eius, ut animas intellegeremus, quae exierunt. ideo autem non sufficeret, quoniam et animae nomine corpus solum posse significari modo quodam locutionis ostenditur, quo significatur per id quod continetur id quod continet, sicut ait quidam: uina coronant, cum coronarentur uasa uinaria; uinum enim continetur, uas continet. sicut ergo appellamus ecclesiam basilicam, qua continetur populus, qui uere appellatur ecclesia, ut per nomen ecclesiae, id est populi, qui continetur, significemus locum, qui continet: ita, quod animae corporibus continentur, intellegi corpora filiorum per nominatas animas possunt. sic enim melius accipitur etiam illud, quod lex inquinari dicit eum qui intrauerit super animam mortuam, hoc est super defuncti cadauer, ut nomine animae mortuae mortuum corpus intellegatur, quod animam continebat, quia et absente populo, id est ecclesia, locus tamen ille nihilominus ecclesia dicitur. haec responderentur, si, ut dixi, feminino genere positum esset: quae exierunt de femoribus Iacob, id est quae animae. nunc uero cum masculinum genus sit positum, id est qui exierunt de femoribus Iacob, quis non ita intellegere malit: omnes animae eorum qui exierunt ex femoribus eius, id est animae hominum, ut etiam sic possint intellegi secundum corpus tantummodo exisse de femoribus patris, quorum erant illae animae, per quarum numerum intellegun-
tur tot homines?

INTER CETERA.

Si ergo ita potes animarum asserere sine ulla propagine nouitatem, ut ratione iusta et a fide catholica non aliena etiam peccato primi hominis ostendantur obnoxiae, assere quod sentis, ut potes. si autem non eas aliter potes a propa-

1 (18. 20) Gen. 46, 26 5 Verg. Aen. I, 724 13 Num. 6, 6

8 per nomen *scripsi*: nomen *V* nomine *a* 10 locum *a*: per locum *V* 12 enī (*uirgulam add. m. 2*) *V* 14 cadaber *V* 17 si ut *a*: sicut *MV* 23 exisse *MV*: exisse homines *a* 26 inter cetera *scripsi*: cetera *MV* 27 si *a*: sic *MV* 30 potes, *a*: potest *V*

gatione facere alienas, nisi ut simul facias ab omni peccati uinculo liberas, cohibe te ab huius modi disputatione omni modo. non est enim falsa in baptismate remissio peccatorum nec uerbo tenus dicitur, sed ueraciter agitur.

INTER CETERA.

Vt autem et a me tua dilectio de hac quaestione aliquid audiat definitum, non parui aestimandum, immo praecipue necessarium atque retinendum, quomodolibet se origo habeat animarum, siue ex illa una siue ex nulla alia propagentur, mediatoris tamen animam nullum ex Adam traxisse peccatum dubitare fas non est. si enim nulla propagatur ex altera, ubi omnes tenentur propagata carne peccati, quanto minus credendum est ex propagine peccatrici animam uenire non potuisse, cuius caro uenit ex uirgine, non libidine concepta, sed fide, ut esset in similitudine carnis peccati, non in carne peccati. si autem peccato primae animae peccatricis ideo ceterae tenentur obnoxiae, quia ex illa sunt propagatae, profecto illa quam sibi unigenitus coaptauit aut peccatum inde non traxit aut omnino inde non tracta est. neque enim non potuit animam sibi trahere sine peccato qui soluit nostra peccata, aut qui nouam creauit ei carni, quam sine parente fecit ex terra, non potuit nouam creare carni, quam sine uiro sumsit ex femina.

INTER CETERA.

372[b] Ego enim adhuc, fateor, non inueni, quemadmodum anima et peccatum ex Adam trahat — unde dubitare fas non est — et ipsa ex Adam non trahatur. quod mihi diligentius inquirendum quam inconsultius asserendum est.

INTER CETERA.

Quando autem nos aliquae causae in aliqua quaestione non immerito dubitare compellunt, non etiam hinc dubitare debe-

15 cf. Rom. 8, 3

3 in baptismate *V*: etiam in paruulorum baptismate *a* 5 inter *addidi*: *om. V* 13 peccatrici *V*: peccatricis *a* 24 (*et* 29) inter *addidi*: *om. V*

mus, utrum dubitare debeamus. de dubiis quippe rebus sine dubitatione dubitandum est. uides, quemadmodum apostolus de se ipso dubitare non dubitet, utrum in corpore an extra corpus raptus sit in tertium caelum; siue hoc siue illud, nescio, inquit, deus scit. cum ergo mihi, quamdiu nescio, dubitare non liceat, utrum anima mea in istam uitam ex propagine an sine propagine uenerit, cum eam utrolibet modo a summo et uero deo factam esse non dubitem, cur mihi non sit fas dicere: scio animam meam ex opere dei subsistere et prorsus opus dei esse, siue ex propagine, sicut ⟨corpus, siue extra propaginem, sicut⟩ illa quae primo homini data est, nescio, deus scit? unum horum uis ut confirmem. possem, si nossem. quod si ipse nosti, en habes me cupidiorem discere quod nescio, quam docere quod nescio. si autem nescis sicut ego, ora sicut et ego, ut siue per quemlibet seruum suum siue per se ipsum magister ille nos doceat, qui dixit discipulis suis: ne uelitis dici ab hominibus rabbi; unus est enim magister uester, Christus; si tamen scit expedire nobis, ut etiam talia nouerimus, qui nouit non solum quid doceat, uerum etiam quid nobis discere expediat.

Nam confiteor dilectioni tuae cupiditatem meam: cupio quidem et hoc scire quod quaeris; sed multo magis cuperem scire, si fieri posset, quando praesentetur desideratus omnibus gentibus et quando regnum sanctorum futurum sit, quam unde in hanc terram uenire coeperim. et tamen illud cum ab illo qui scit omnia discipuli sui, nostri apostoli, quaererent, responsum acceperunt: non est uestrum scire tempora, quae pater in sua posuit potestate. quid, si et hoc scit non esse nostrum scire, sicut et tempora, quae

3 II Cor. 12, 2 sq. 17 Matth. 23, 8 28 Act. 1, 7

10 et prorsus] et et prorsus *V* 11 corpus siue — sicut *a*: *om.* *MV* 12 unum *V*: utrum *a* ut | ut confirmem *V* 28 acciperunt *V* 30 *post* nostrum scire *add.* *a*: qui profecto scit quid nobis sit utile scire? et illud quidem per illum scio, non esse nostri scire; *om.* *MV* sicut et *MV*: *om.* *a*

pater in sua posuit potestate? utrum autem originem animarum, quam nondum scio, an sit scire, id est pertineat ad nos id scire, ne hoc quidem scio. nam si saltem hoc scirem, quod nostrum non sit id scire, non solum affirmare, quamdiu nescio, uerum etiam quaerere iam desisterem. nunc autem quamuis tam sit obscurum atque profundum, ut plus illic docendi caueam ⟨temeritatem, quam discendi habeam⟩ cupiditatem, tamen et hoc etiam uellem scire, si possem. et licet multo amplius sit necessarium quod ait ille sanctus: notum mihi fac, domine, finem meum — non enim ait: initium — ⟨utinam tamen nunc initium,⟩ quod ad istam quaestionem attinet, me lateret.

Verum de ipso quoque initio meo ingratus doctori meo non sum, quod animam humanam spiritum esse, non corpus, eumque rationalem uel intellectualem scio, nec eam dei esse naturam, sed potius creaturam aliquatenus mortalem, in quantum in deterius commutari et a uita dei, cuius participatione beata fit, alienari potest, et aliquatenus immortalem, quoniam sensum, quo ei post hanc uitam uel bene uel male sit, amittere non potest. scio etiam non eam pro actibus ante carnem gestis includi in carne meruisse, sed nec ideo esse in homine sine sorde peccati, nec si unius diei, sicut scriptum est, fuerit uita eius super terram. ac per hoc scio ex Adam per seriem generationis sine peccato neminem nasci: unde et paruulis necessarium est per gratiam regenerationis in Christo renasci. haec tam multa nec parua de initio uel de origine animarum nostrarum, in quibus plura sunt ad eam scientiam pertinentia, quae fide constant, et didicisse me gratulor et nosse confirmo. quapropter si nescio in origine animarum, utrum illas deus hominibus ex propagine faciat, quas tamen ab ipso fieri non ambigo, scire quidem et hoc magis eligo quam nescire; sed quamdiu non possum,

10 Ps. 38, 5 22 Iob. 14, 5

2 an *MV*: an nostrum *a* 7 temeritatem — habeam *a*: *om.* *MV* 11 utinam — initium] *om.* *MV* 21 sed nec *a*: sed ne *V*

melius hinc dubito, quam uelut certum confirmare aliquid audeo, quod illi rei sit forte contrarium, de qua dubitare forte non debeo.

Tu itaque, mi frater bone, quoniam consulis me et uis, ut unum horum definiam, utrum animae ceterae omnes ex illo uno homine sicut corpora per propaginem an sine propagine sicut illius unius a creatore singulis fiant — ab ipso enim fieri, siue sic siue sic, non negamus — patere, ut etiam ipse consulam, quomodo inde anima peccatum originaliter trahat, unde originaliter ipsa non trahitur. omnes enim animas ex Adam trahere originale peccatum similiter non negamus, ne in Pelagianam haeresem detestabilem detestabiliter incurramus. si hoc quod ego interrogo nec tu scis, sine me patienter utrumque nescire, quod tu interrogas et quod ego. si autem iam scis quod interrogo, cum hoc etiam me docueris, tunc et illud quod uis ut respondeam nihil ibi iam metuens respondebo. peto ergo, ne suscenseas, quia non potui confirmare quod quaeris, sed potui demonstrare quid quaeras. quod cum inueneris, confirmare non dubites quod quaerebas.

Et hoc quidem sanctitati tuae scribendum putaui, qui propaginem animarum iam quasi certus improbandam existimas. ceterum si illis qui hanc asserunt rescribendum fuisset, fortassis ostenderem, quemadmodum id quod se nosse arbitrantur ignorent, et, ne hoc asserere auderent, quanta ratione formidare deberent ostenderem.

7 singulis *V*: singulis singulae *a* 11 originale *a*: originalem *V* 22 rescribendum *a*: si scribendum *V* 25 ostenderem *MV*: *om. a*

CCCXXXVII.

QVOD BAPTIZATI NON A MORTE COMMVNI, SED A SVPPLICIO LIBERENTVR AETERNO, A QVO ETIAM PRIMOS HOMINES DICIT PER DOMINI SANGVINEM LIBERATOS. ET CVR DAVID PECCATO REMISSO QVOD DEVS PER PROPHETAM FVERAT MINATVS IMPLEVERIT, ET DE MYSTERIO NVMERI VICENNALIS VEL DE S. S. ANIMAE QVAESTIONE. EX LIBRO DE BAPTISMO PARVVLORVM II, PROPE FINEM.

373 Nequaquam igitur in morte pro iustitia subeunda uel contemnenda laudaretur praecipua patientia, si mortis non esset magna multumque dura molestia. cuius timorem qui uincit ex fide, magnam ipsius fidei comparat gloriam iustamque mercedem. unde mirandum non est et mortem corporis non fuisse euenturam homini, nisi praecessisset peccatum, cuius etiam talis poena consequeretur, et post remissionem peccatorum eam fidelibus euenire, ut in eius timore uincendo exerceatur fortitudo iustitiae.

Caro enim, quae primo facta est, non erat caro peccati, in qua noluit homo inter delicias paradisi seruare iustitiam. unde statuit deus, ut post eius peccatum propagata caro peccati ad recipiendam iustitiam laboribus et molestiis niteretur. propter hoc etiam de paradiso dimissus Adam contra Aedem habitauit, id est contra sedem deliciarum, ut significaret, quod in laboribus, qui sunt deliciis contrarii, erudienda esset caro peccati, quae in deliciis oboedientiam non seruauit, antequam esset caro peccati. sicut ergo illi primi homines postea iuste uiuendo — unde merito creduntur per domini sanguinem ab extremo supplicio liberati — non tamen illa uita meruerunt ad paradisum reuocari: sic et caro peccati, etiam si remissis peccatis homo in ea iuste uixerit, non continuo meretur eam mortem non perpeti, quam traxit de propagine peccati.

4 cf. II Reg. 12, 13

1 *cap.* CCCXXXVII *MV*: *om. GP* 28 illa *V*: in illa *a* 30 meretur *a*: meremur *V*

Tale aliquid nobis insinuatum est de patriarcha Dauid in libro Regnorum, ad quem propheta cum missus esset eique propter peccatum, quod admiserat, euentura mala ex iracundia dei comminaretur, confessione peccati ueniam meruit respondente propheta, quod illud ei flagitium facinusque remissum est; et tamen consecuta sunt quae deus fuerat comminatus, ut sic humiliaretur a filio. quare et hic non dicitur: si deus propter peccatum illud fuerat comminatus, cur dimisso peccato quod erat minatus impleuit? nisi quia rectissime, si dictum fuerit, respondebitur remissionem illam peccati factam, ne homo a percipienda uita impediretur aeterna, subsecutum uero illius comminationis exemplum, ut pietas hominis in illa humilitate exerceretur atque probaretur. sic et mortem corporis et propter peccatum deus homini inflixit et post peccatorum remissionem propter exercendam iustitiam non ademit.

Teneamus ergo fidei indeclinabilem confessionem. solus unus est qui sine peccato natus est in similitudine carnis peccati, sine peccato uixit in carne inter aliena peccata, sine peccato mortuus est propter nostra peccata. non declinemus in dextram aut sinistram. in dextram enim declinare est se ipsum decipere dicendo se esse sine peccato; in sinistram autem per nescio quam peruersam et prauam securitatem se tamquam impune dare peccatis. uias enim, quae a dextris sunt, nouit dominus, qui solus sine peccato est et nostra potest delere peccata; peruersae autem sunt, quae a sinistris, amicitiae cum peccatis. tales etiam illi XX annorum adulescentuli figuram noui populi praemiserunt, qui in terram promissionis intrarunt, qui nec in dextram nec in sinistram dicti sunt declinasse. non enim et XX annorum aetas comparanda est innocentiae paruulorum, sed, ni fallor, hic numerus mysticum aliquid adumbrat et resonat. uetus

2 cf. II Reg. 12, 13 20 (et 23) Prou. 4, 27 27 cf. Num. 14, 29 sqq. 28 cf. Ios. 23, 6

3 ammiserat *V* 5 illud] illum *V* 6 est *V*: sit *a* 8 propter] proper *V* illud *a*: illum *V* 9 si dictum *a*: dictum (*om.* si) *V* 11 subsequutum *V* 21 sinistram *a*: sinistra *V*

enim testamentum in quinque Moysi libris excellit, nouum autem IIII euangeliorum auctoritate praefulget. qui numeri per se multiplicati ad uicenarium perueniunt; quater enim quini uel quinquies quaterni XX sunt. talis populus, ut praedixi, eruditus in regno caelorum per duo testamenta, uetus et nouum, non declinans in dextram superba praesumtione iustitiae neque in sinistram secura dilectione peccati in terram illius promissionis intrabit, ubi iam peccata ulterius nec nobis domanda optamus nec in nobis punienda timemus, ab illo redemtore liberati, qui non uenundatus sub peccato redemit Israhel ab omnibus iniquitatibus eius siue propria cuiusquam uita commissis siue originaliter tractis.

Non enim parum diuinarum scripturarum auctoritati ueritatique cesserunt, qui, etsi noluerunt litteris suis aperte exprimere paruulis remissionem necessariam peccatorum, redemtione tamen eis opus esse confessi sunt. alio quippe uerbo, etiam ipso de christiana eruditione depromto, nihil aliud omnino dixerunt. nec dubitandum est eis qui diuina scripta fideliter legunt, fideliter audiunt, fideliter tenent, quod ab illa carne, quae prius uoluntate peccati facta est caro peccati, deinceps per successionem transeunte in omnes transcriptione iniquitatis et mortis caro sit propagata peccati, ⟨excepta una similitudine carnis peccati,⟩ quae tamen non esset, nisi esset caro peccati.

De anima uero, utrum et ipsa eodem modo propagata reatu, qui ei dimittatur, obstricta sit — neque enim possumus dicere solam carnem paruuli, non etiam animam indigere saluatoris et redemtoris auxilio alienamque esse ab ea gratiarum actione, quae in psalmis est, ubi legimus et dicimus: benedic, anima mea, dominum, et noli obliuisci omnes retributiones eius, qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes langores tuos, qui redimet

29 Ps. 102, 2—4

8 intrabit *a*: intrauit *V* 22 excepta — carnis peccati *a*: *om.* *MV* 27 animam *a*: anima *V* 28 actione *a*: actionem *V* 32 redimet *V*: redimit *a* (*gr.* λυτρούμενον)

de corruptione uitam tuam — an etiam non propagata eo ipso, quod carni peccati aggrauanda miscetur, iam ipsius peccati remissione et sua redemtione opus habeat, deo per summam praescientiam iudicante, qui paruulorum ab isto reatu non mereantur absolui, etiam qui nondum nati nihil alicubi propria sua uita egerunt uel boni uel mali, et quomodo deus, etiam si non de traduce animas creat, non sit tamen auctor reatus eiusdem, propter quem redemtio sacramenti necessaria est animae paruuli, magna quaestio est aliamque disputationem desiderat, eo tamen, quantum arbitror, moderamine temperatam, ut magis inquisitio cauta laudetur, quam praecipitata reprehendatur assertio. ubi enim de re obscurissima disputatur non adiuuantibus diuinarum auctoritatum certis clarisque documentis, cohibere se debet humana praesumtio, nihil faciens in partem alteram declinando. etsi enim quodlibet horum, quemadmodum demonstrari et explicari possit, ignorem, illud tamen credo, quod etiam hinc diuinorum eloquiorum clarissima auctoritas esset, si homo id sine dispendio promissae salutis ignorare non posset.

CCCXXXVIII.

QVAE SINT PECCATA NOLENTIVM. EX LIBRO QVAESTIONVM LIBRI NVMERORVM.

Quod praecipitur, quomodo expientur peccata, quae non 374
sponte committuntur, merito quaeritur, quae sint ipsa peccata nolentium, utrum quae a nescientibus committuntur, an etiam possit recte dici peccatum esse nolentis, quod facere compellitur; nam et hoc contra uoluntatem facere dici solet. sed utique uult propter quod facit. tamquam si peierare nolit et

21 cf. Num. 15, 24 sqq.

2 ëo̤ eo ipso (*corr. m. 2*) *V* *V* 5 nondum nati *a*: non damnati *V* 10 temperatum (?) *V* 20 *cap.* CCCXXXVIII *MV*: *om.* *GP* 26 possit *a*: posset *V*

facit, cum uult uiuere, si quisquam, nisi fecerit, mortem minetur. uult ergo facere, quia uult uiuere, et ideo non per se ipsum appetendo, ut falsum iuret, sed ut falsum iurando uiuat. quod si ita est, nescio, utrum possint dici ista peccata nolentium, qualia hic dicuntur expianda. nam si diligenter consideretur, forte ipsum peccare nemo uelit, sed propter aliud fit, quod uult qui peccat. omnes quippe homines, qui scienter faciunt quod non licet, uellent licere; usque adeo ipsum peccare nemo appetit propter hoc ipsum, sed propter illud quod ex eo consequitur. haec si ita se habent, non sunt peccata nolentium nisi nescientium, quae discernuntur a peccatis uolentium.

CCCXXXVIIII.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST: ANIMA, QVAECVMQVE PECCAVERIT IN MANV SVPERBIAE, DEVM EXACERBAT ET EXTERMINABITVR DE POPVLO SVO. EX LIBRO S. S.

375 Et anima, quaecumque peccauerit in manu superbiae ex indigenis et proselytis, deum hic exacerbat et exterminabitur anima illa de populo suo, quoniam uerbum domini contemsit et mandata eius disperdidit. contritione conteretur anima illa, peccatum eius in illa. quae sint peccata, quae fiunt in manu superbiae, id est superbia committuntur, scriptura ipsa in consequentibus satis exponit, ubi ait: quoniam uerbum domini contemsit. aliud est ergo praecepta contemnere, aliud magni quidem pendere, sed aut ignarum contra facere aut uictum. quae duo fortasse pertineant ad illa peccata, quae nolentibus fiunt, de quibus superius quemadmodum deo propitiato expiarentur admonuit

14 (et 17) Num. 15, 30 sq.

7 scienter *V*: scientes *a* 13 *cap.* CCCXXXVIIII *MV*; *deest in GP* 14 anima] omnia *MV* 15 exaceruat *MV* 18 proselitis *MV* deum *a*: dum *MV* 19 exaceruat *MV* 21 disperdidit *a*; disperdit *MV* 24 in *V*: *om. M*

ac deinde subiecit peccata superbiae, cum quisque superbiendo, id est praeceptum contemnendo perperam facit. quod genus peccati non dixit ullo genere sacrificii purgari oportere, tamquam insanabile iudicans illa dumtaxat curatione, quae per sacrificia gerebatur, qualia facienda in hac scriptura praecipiuntur. quae si per se ipsa attendantur, nulli peccato possunt mederi; si autem res ipsae, quarum haec sacramenta sunt, inquirantur, in eis inueniri poterit purgatio peccatorum. quod ergo scriptum est: peccator cum uenerit in profundum malorum, contemnit, iste significatus est quem scriptura hoc loco dicit in manu superbiae delinquere. hoc igitur sine poena eius qui committit non potest aboleri, atque ideo non potest esse impunitum et cum paenitendo sanatur. ipsa enim afflictio paenitentis poena peccati est, quamuis medicinalis et salubris. merito quippe magnum iudicatur peccatum, cum superbia praeceptum contemnit; sed contrario, ut sanari possit, cor contritum et humiliatum deus non spernit. uerum tamen quia sine poena non fit, ideo talia hinc dicta sunt: deum, inquit, hic exacerbat, quia deus superbis resistit. et exterminabitur anima illa de populo suo, quoniam talis omnino in numero eorum qui ad deum pertinent non est: quoniam uerbum domini contemsit et mandata eius disperdidit, contritione conteretur anima illa. quare autem contritione conteretur, consequenter adiungit dicens: peccatum eius in illo. ac per hoc, si tali peccato debitam contritionem ipse sibi adhibeat paenitendo, cor contritum, ut dictum est, deus non spernit. quamuis in graeco non dictum sit hoc loco: contritione conteretur, sed: extritione

9 Prou. 18, 3 17 (et 27) Ps. 50, 19 20 Iac. 4, 6 Num. 15, 30 sq.

6 possunt] u *ex* e *corr. m. 1 V* 7 quarum *a*: quorum *MV* 9 profundum *V*: profundo *M* 16 contrario *V*: e contrario *M* 19 hic *V*: *om. M* exaceruat (u *in* b *corr. m. 2*) *V* 22 pertinent *a*: pertinet *MV* 23 disperdidit *a*: dispersit *MV* (*cf. Rönsch p. 286 sqq.*) 25 adiungit] *ex* adiungid *corr. m. 1 V*

exteretur anima illa: quod ita accipi potest, quasi omni modo terendo extinguatur ac non sit. sed prius natura immortalis animae hunc intellectum recusat; deinde si quod exteritur omni modo efficeretur, ut non sit, non diceret de sapientia: et gradus ostiorum eius exterat pes tuus. uerum illa discretio magis magisque consideranda est, utrum nemo peccet nisi aut ignarus aut uictus aut contemnens: unde nunc longum est disputare.

CCCXL.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST: NON MORIENTVR PATRES PRO FILIIS, ET DE EO QVOD AIT: REDDAM PECCATA PATRVM IN FILIOS. EX LIBRO QVAESTIONVM DEVTERONOMII, T. XLII.

376 Non morientur patres pro filiis, et filii non morientur pro patribus; unusquisque in suo peccato morietur. ecce non solum prophetae hoc dixerunt uerum etiam lex dicit sua culpa quemque interimendum, non aut patris sui aut filii sui. quid est ergo, quod alibi dicitur deus reddens peccata in filios in tertiam et quartam progeniem? an de filiis nondum natis illud intellegitur propter originale peccatum, quod etiam ex Adam traxit genus humanum? hic iam de filiis natis est facta distinctio, ut unusquisque in suo peccato moriatur. non enim trahit aliquid ex patre qui iam natus erat, quando pater eius peccauit. sed cum et ibi dicit: his qui oderunt me, manifestum est etiam illam condicionem posse mutari, si filii parentum suorum facta non fuerint imitati. nam et illud ex Adam temporaliter redditur, quia omnes propter hoc mori-

5 Eccli. 6, 36 10 (et 14) Deut. 24, 16 11 (19. 25) Ex. 20, 5

5 uerum *V*: ueram *M* 9 *cap.* CCCXL *MV*; *initium deest in Q*; *totum in GP* 12 deutheronomii *V* 22 *ab* est facta distinctio *incipit Q* (*fol. 219r cod. P*) 23 morietur *Q* 25 et ibi *MV*: ibi *Q* 26 etiam *MV*: cum *Q* condicionum *Q* si filii parentum *MV*: sicut in parentum *Q* 27 immitati *M* immutati *Q*

untur; non autem in aeternum eis qui fuerint per gratiam spiritaliter regenerati in eaque permanserint usque in finem. quamuis et illud merito quaeri possit, si redduntur peccata in filios his qui oderunt deum, cur in tertiam et quartam generationem uel praetermissa prima et secunda uel non etiam in ceteras permanente impietate et imitatione malorum parentum. an per hunc numerum, quoniam septenarius intellegitur, uniuersitatem significare uoluit et ideo non ipsum potius septenarium posuit, ut diceret: in septimam generationem, ac sic omnis intellegeretur, quia causam perfectionis huius numeri hoc modo potius intimauit? ideo namque perhibetur perfectus, quia ex his duobus constat, ternario scilicet primo impari toto et quaternario primo pari toto. unde esse et illud propheticum existimo, quod assidue repetitur: in tribus et quattuor impietatibus non auersabor, per quod uoluit impietates uniuersas potius quam tres uel quattuor intellegi.

DE EO QVOD DICIT HIEZECHIEL: SI DICETVR PARABOLA ISTA IN ISRAHEL, ID EST IN REGENERATIS: PATRES MANDVCAVERVNT VVAM ACERBAM, ET DENTES FILIORVM OBSTIPVERVNT.

Vnde hoc dicebat, nisi quia legerat: reddam peccata 376*
patrum in filios deum dixisse? sciebat praeuaricatione scilicet primi hominis ad posteros transmissa. hoc et Hieremias dicit. quod ad gratiam noui testamenti pertinet hoc iam non dici, ubi generationis uinculo per regenerationem soluto non dicitur: patres manducauerunt uuam acer-

14 Am. 1, 3 17 Ezech. 18, 2 21 Ex. 20, 5 26 Hier. 38, 29 sq.

1 fuerint *MV*: fuerit *Q* 2 eaquae *QV* 3 peccata *MV*: peccata patrum *Q* 4 hoderunt *Q* quur *MQ* 6 permanente *MQ*: permanentem *V* 10 intellegetur *Q* 13 esse et *Q*: esset *MV* 17 ezechihel *Q* 19 aceruam *MQV* 22 preuaricatione (m *ras.*) *Q* 24 gratia *M* 25 ubi *MV*: ubi ait *Q* 26 aceruam *MQV*

bam, sed: eius qui manducauerit, quia non in patris, sed in suo peccato, si commiserit, quisque morietur.

CCCXLI.

QVOD EXEMPLO DOMINI TEMPORALIS CONTEMNENDA SIT SALVS ET QVOD IN FILIIS IOB RESVRRECTIO COMMENDETVR, VEL DE SVSTINENTIA EIVSDEM IOB AC FINE DOMINI, VELVMQVE TEMPLI NON FVISSE PARIETEM, VT QVIDAM VOLVNT. EX LIBRO DE GRATIA NOVI TESTAMENTI.

377 Mortem intulit homo sibi filioque hominis; uitam uero attulit homini moriens et resurgens filius hominis, opprobrium hominum et abiectio plebis usque ad mortem. hoc enim uoluit in conspectu inimicorum pati, quo eum tamquam derelictum putarent, ut gratia commendaretur testamenti noui, qua disceremus aliam quaerere felicitatem, quae nunc est in fide, postea uero erit in specie. quamdiu enim sumus in corpore, ait apostolus, peregrinamur a domino. per fidem enim ambulamus, non per speciem, et ideo nunc in spe, tunc in re.

Denique resurrectionem suam, quam non sicut nostram in longum differri oportebat, ut in exemplo carnis eius disceremus, quid in nostra sperare deberemus, noluit alienis demonstrare, sed suis. alienis dico, non natura, sed uitio, quod semper contra naturam est. mortuus est ergo in conspectu hominum, resurrexit autem in conspectu filiorum hominum, quia mors ad hominem pertinebat, resurrectio ad filium hominis. sicut in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur. ut igitur exemplo suae carnis exhortaretur fideles suos temporalem salutem pro aeterna felicitate contemnere, usque ad mortem pertulit persequentes

15 II Cor. 5, 6 sq. 26 I Cor. 15, 22

1 patris] i *ex* e *corr.* *Q* 3 *cap.* CCCXLI *MV*: CCCXXXI *Q*; *deest in GP* 6 fine *Q*: finem *V* 13 ut gratia *Q*: gratia *V* disceremur *V* 28 salutem *MQV*: *om.* *a*

atque saeuientes et quasi uicto et oppresso superbe inludentes. quod autem carnem suam resuscitauit et discipulorum aspectibus atque contactibus reddidit eisque uidentibus ascendit in caelum, ipsos aedificauit et quid exspectare, quid praedicare deberent, euidentissima ueritate monstrauit. illos autem a quibus tanta mala usque ad mortem pertulerat, quasi de illo superato et extincto gloriantes in ea opinione dereliquit, ut quisquis eorum salute aeterna saluus fieri uellet, hoc de illius mortui resurrectione crederet quod hi qui uiderunt signis contestantibus praedicauerunt, et pro eadem praedicatione similia perpeti non dubitauerunt.

Quapropter etiam Iacobus, unus ex apostolis eius, in epistula sua, cum exhortaretur fideles, qui post passionem et resurrectionem Christi adhuc in ista uita tenebantur, dispensationem testamenti ueteris nouique distinguens: sustinentiam, inquit, Iob audistis et finem domini uidistis, ne ideo patienter sustinerent temporalia mala, ut sibi hoc restitueretur quod recepisse Iob legimus. nam et ab illo uulnere atque putredine saluus factus est et ei cuncta quae amiserat dupla sunt restituta. ubi etiam commendata est resurrectionis fides. nam filii non in duplum, sed totidem redditi etiam illos quos amiserat resurrecturos significarunt. sic ipsi quoque illis prioribus iuncti a restitutione dupli non inuenirentur alieni. ut ergo non talem remunerationem speremus, quando mala temporalia pateremur, non ait: sustinentiam et finem Iob audistis, sed ait: sustinentiam Iob audistis et finem domini uidistis, tamquam diceret: mala temporalia sicut Iob sustinete, sed pro hac sustinentia non temporalia sperate, quae illi aucta redierunt, sed aeterna potius, quae in domino praecesserunt. Iob ergo de illis patribus erat, qui exclamauerunt et salui facti sunt. cum

15 (et 26) Iac. 5, 11 18 cf. Iob. 42, 10 31 cf. Ps. 21, 5 sq.

7 dereliquid *V* 10 pro *MV*: post *Q* eadem *MV*: ea *Q* praedicatione *Q*: praedicationem *V* 23 sic *MV*: ut sic *a* ipsi *Q*: ipsis *V* 31 patribus *Q*: partibus *V*

enim dicit: ego autem, satis insinuat, qua salute illos saluos esse factos uelit intellegi, in qua ipse utique derelictus est, non quo illi a salute aeterna fuerint alieni, sed in occulto tunc erat quod in Christo fuerat reuelandum. in uetere quippe testamento uelamen est, quod tunc auferetur, cum ad Christum quisque inde transierit. quo crucifixo uelamen etiam templi scissum est, ut significaretur quod apostolus de uelamine ueteris testamenti dixit: quoniam in Christo euacuatur.

CCCXLII.

QVID AMANDVM SIT. EX LIBRO QVAESTIONVM LXXXIIII.

378 Quoniam quidem quidquid non uiuit non metuit, neque uita carendum quisquam persuaserit, ut metu etiam carere possimus, amandum est sine metu uiuere. sed rursus quia uita metu carens, si etiam intellegentia careat, non est appetenda, amandum est sine metu cum intellectu uiuere. idne solum, an amor quoque ipse amandus est? ita uero, quando sine hoc illa non amantur. sed si propter alia quae amanda sunt amor amatur, non recte amari dicitur. nihil enim aliud est amare quam per se ipsam rem aliquam appetere. num igitur per se ipsum amor appetendus est, cum, quando defit quod amatur, ea sit indubitata miseria? deinde cum amor motus quidam sit neque ullus sit motus nisi ad aliquid, cum quaerimus quid amandum sit, quid sit illud ad quod moueri oporteat, quaerimus. quare si amandus est amor, non utique omnis amandus est. est enim et turpis, quo animus se ipso inferiora sectatur, quae magis proprie cupiditas dicitur, omnium scilicet malorum radix. et ideo non amandum est quod ma-

1 Ps. 21, 7 6 cf. Matth. 27, 51 8 II Cor. 3, 14

5 auferetur *Q*: aufetur *V* 7 de uelamine *Q*: de uelamen *V* 9 *cap.* CCCXLII *MV*: CCCXXXII *Q*; *om. GP* 11 quidem *MV*: *om. Q* 13 quia *MV*: qui *Q* 16 an *MV*: *om. Q* 17 amantur *MV*: amatur *Q* si *MV*: *om. Q* 18 amari *MV*: amare *Q* aliut *Q* 23 quod] quot *Q* 26 inferiorem *Q*

nenti et fruenti amori auferri potest. cuius ergo rei amor amandus est nisi eius quae non potest deesse, dum amatur? id autem, quod nihil est aliud habere quam sicut noscendum est nosse. porro aurum et omne corpus non hoc est habere quod nosse: non itaque amandum est. et quoniam potest aliquid amari nec haberi non solum ex his quae amanda non sunt, ut pulchrum aliquod corpus, sed eorum etiam quae amanda sunt, ut beata uita, et rursus potest aliquid haberi nec amari, ut compedes: iure quaeritur, utrum possit quispiam id quod habere nihil est nisi nosse, non amare, cum habeat, id est nouerit. sed cum uideamus nonnullos non ob aliud uerbi gratia discernere numeros, nisi ut eadem disciplina pecuniosi fiant aut hominibus placeant; quam cum didicerint, ad eundem finem referant, quem sibi, cum discerent, proposuerunt; neque ullam disciplinam aliud sit habere quam nosse: fieri potest, ut habeat quisque aliquid, quod habere hoc sit quod nosse, neque amet tamen, quamquam bonum, quod non amatur, nemo potest perfecte habere uel nosse. quis enim potest nosse, quantum sit bonum quo non fruitur? non autem fruitur, si non amat: nec habet igitur quod amandum est qui non amat, etiam si amare possit qui non habet. nemo igitur beatam uitam sicut noscenda est nouit et miser est, quoniam, si amanda est sicuti est, hoc est eam nosse quod habere.

Quae cum ita sint, quid est aliud beate uiuere nisi aeternum aliquid cognoscendum habere? aeternum est enim de quo solo recte fiditur, quod amanti auferri non potest; idque ipsum

3 cf. Retractt. I, 26

1 amori *MV*: amore *Q* 3 id *MV*: id est *Q* 4 aurum *Q*: autem *MV* 5 amandum (*om.* est) *Q* 10 id *MV*: *om. Q* habere *MV*: auere (u *in* b *corr.*) *Q* 11 non *MV*: *om. Q* aliut *Q* 12 discernere *MQV*: discere *a* pecuniosi (pe *ex* m *corr. m. 1*) *V* 14 eundem *MV*: eadem *Q* referant *MQV*: referunt *a* 15 ullam *MV*: illam *Q* 18 potest *MV*: *om. Q* 19 quo *Q*: quod *V* 21 etiam si *MV*: etiam *Q* 26 cognoscendum *MQV*: cognoscendo *a* 27 recto (o *in* e *corr. m. 1*) *V*

est quod nihil est aliud habere quam nosse. omnium enim rerum praestantissimum est quod aeternum est, et propterea id habere non possumus nisi ea re, qua praestantiores sumus, id est mente. quidquid autem mente habetur, noscendo habetur nullumque bonum perfecte noscitur, quod non perfecte amatur. neque ut sola mens potest cognoscere, ita et amare sola potest. namque amor appetitus quidam est, et uidemus etiam ceteris animi partibus inesse appetitum, qui si menti rationique consentiat, in tali pace et tranquillitate uacabit mente contemplari quod aeternum est. ergo etiam ceteris suis partibus amare animus debet hoc tam magnum quod mente noscendum est. et quoniam id quod amatur afficiat ex se amantem necesse est, fit, ut sic amatum quod aeternum est aeternitate animum afficiat. quocirca eadem uita beata, quae aeterna est. quid uero aeternum est, quod aeternitate afficiat animum, nisi deus? amor autem rerum amandarum caritas uel dilectio melius dicitur. quare omnibus cogitationum uiribus considerandum est saluberrimum illud praeceptum: diliges dominum deum tuum in toto corde tuo et in tota anima tua et in tota mente tua, et illud quod ait dominus Iesus: haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum uerum deum et quem misisti Iesum Christum.

CCCXLIII.

DE VERA DILECTIONE. EX LIBRIS DE TRINITATE VIII, T. VII.

379 Qui ergo amat homines, aut quia iusti sunt aut ut iusti sint amare debet. sic enim et se ipsum amare debet, aut quia

18 Matth. 22, 37 20 Io. 17, 3

4 noscenda Q^1 5 nullumque *MV*: nullum *Q* 6 mens] menens (*corr. m. 1*) *V* amare] amore *V* 8 consentiat *Q*: sentiat *V* 12 se *MV*: *om. Q* amante *V* 13 sic *a*: sit *MQV* 15 animam *Q* 17 est *MV*: *om. Q* 18 illud *Q*: illum *V* diligis *Q* 19 et in tota mente tua *MV*: *om. Q* 23 *cap.* CCCXLIII *MV*: CCCXXXIII *Q*; *deest in GP* 24 libris *M V*: libro *Q* VIII t. VII] XVIII· t. VII· *MV* octabo *Q*

iustus est aut ut iustus sit: sic enim diligit proximum tamquam se ipsum sine ullo periculo. qui enim aliter se diligit, iniuste se diligit, quoniam se ad hoc diligit, ut sit iniustus, ad hoc ergo, ut sit malus, ac per hoc iam non se diligit. qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam.

Quapropter non est praecipue uidendum in hac quaestione, quae de trinitate nobis est et de cognoscendo deo, nisi quid sit uera dilectio, immo uero quid sit dilectio. ea quippe dilectio dicenda, quae uera est; alioquin cupiditas est. atque ita cupidi abusiue dicuntur qui diligere, quemadmodum cupere abusiue dicuntur qui diligunt. haec est autem uera dilectio, ut inhaerentes ueritati iuste uiuamus et ideo contemnamus omnia mortalia prae amore hominum, quo eos uolumus iuste uiuere. ita enim et mori pro fratribus utiliter parati esse poterimus, quod nos exemplo suo dominus Iesus Christus docuit. cum enim duo praecepta sint, in quibus tota lex pendet et prophetae, dilectio dei et dilectio proximi, non immerito plerumque scriptura pro utroque unum ponit, siue tantum dei, sicuti est illud: scimus, quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, et iterum: quisquis autem diligit deum, hic cognitus est ab illo, et illud: quoniam caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, et alia multa — quia et qui diligit deum, consequens est, ut faciat quod praecipit deus, et in tantum diligit, in quantum

5 Ps. 10, 5 17 cf. Matth. 22, 37 sqq. 19 Rom. 8, 28 20 I Cor. 8, 3 22 Rom. 5, 5

1 ut *Q*: quia *MV* 3 hoc] *om. Q pr.* 4 non iam *Q* 6 in *Q*: ad *MV* 10 abusiu(e dic)untur *V* (*quae inclusi legi non possunt in V*) qui *MV*: *om. Q* 11 abusiue] b *ex* d *corr. Q* q(ui) *V* 12 ueritati *M*: uerit(ati) *V* ueritat. *Q* (iuste uiuam)us *V* 13 prae am(ore homi)num *V* hominum] *om. Q* 14 utiliter (uti *a m. 2 in ras.*) *M* 17 non inmerito *Q*: non enim merito *M* .....erito *V* 19 ta(ntum dei sicu)ti *V* 20 coopera(ntur in bo)num *V* cooperantur *M* (*cf. tamen p. 913, 26*): cooperantib; *Q* 21 est *MV*: *om. Q* a(b ill)o *V* 25 quod *MV*: quae *Q* praecipit *QV*: praecepit *M*

facit. consequens ergo est, ut et proximum diligat, quia hoc praecipit deus — siue tantum proximi dilectionem scriptura commemorat, sicuti est illud: inuicem onera uestra portate, et sic adimplebitis legem Christi, et illud: omnis enim lex in uno sermone impletur, in eo quod scriptum est: diliges proximum tuum tamquam te ipsum, et in euangelio: omnia, quaecumque uultis ut faciant uobis homines bona, haec et uos facite illis; haec est enim lex et prophetae. et pleraque alia reperimus in litteris sanctis, in quibus sola dilectio proximi ad perfectionem praecipi uidetur et taceri de dilectione dei, cum in utroque praecepto lex pendeat et prophetae. sed et hoc ideo, quia et qui proximum diligit consequens est, ut ipsam praecipue dilectionem diligat; deus autem dilectio est, et qui manet in dilectione, in deo manet. consequens ergo est, ut praecipue deum diligat.

Quapropter qui quaerunt deum per istas potestates, quae mundo praesunt uel partibus mundi, auferuntur ab eo longeque iactantur, non interuallis locorum, sed diuersitate affectuum; exterius enim conantur ire et interiora sua deserunt, quibus interior est deus. itaque etiam si aliquam sanctam caelitem potestatem uel audierint uel utcumque cogitauerint, facta magis eius appetent, quae humana miratur infirmitas, non imitantur pietatem, qua diuina requies comparatur. malunt enim superbe hoc posse quod angelus, quam deuote hoc

3 Gal. 6, 2 4 Gal. 5, 14 7 Matth. 7, 12 14 I Io. 4, 16

1 ut et *Q*: ut te *MV* 2 proximi *MV*: proximum (*corr. m. 1*) *Q* 6 diligis *Q* ipssum *M* 7 faciant *QV*: faciat *M* 9 repperimus *Q* 10 sanctis litteris *Q* sola *MV*: solet *Q* proximi *MV*: proximum *Q* 11 taceri de dilectione *Q*: ad dilectionem *MV* 12 propheta *Q* 13 praecipue *MV*: *om. Q* 16 ut *MV*: *om. Q* 18 aufferuntur *Q* 20 conantur *Q*: conatur *M V* deserunt] deferunt *Q* serunt *MV* 21 aliqua *M* 22 potestatem *QV*: pestatem *M* *inde a* cogit(auerint) *fol. 306 fere toto desecto plurima desunt in V* 23 appetent *MV*: appetunt *Q*

esse quod angelus. non enim sanctus quisquam potestate sua gaudet, sed eius a quo habet posse quidquid congruenter potest, et nouit potentius esse coniungi omnipotenti pia uoluntate, quam propria uoluntate posse quod contremescant qui talia non possunt. itaque ipse dominus Iesus Christus talia faciens, ut mirantes doceret ampliora et temporalibus insolitis intentos atque suspensos ad aeterna atque interiora conuerteret: uenite, inquit, ad me, qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam; tollite iugum meum super uos. et non dixit: discite a me quadriduanos mortuos suscitare, sed ait: discite a me, quia mitis sum et humilis corde. potentior est enim et iustior solidissima humilitas quam uentosissima celsitudo. et ideo sequitur dicens: et inuenietis requiem animabus uestris. dilectio enim non inflatur, et: deus dilectio est, et: fideles in dilectione adquiescunt illi, reuocati ab strepitu, qui foris est, ad gaudia, silentia. ecce deus dilectio est, et quid imus et currimus in sublimia caelorum et ima terrarum quaerentes eum qui est apud nos, si nos esse uelimus apud eum?

CCCXLIIII.

QVOD QVI FRATREM DILIGIT DEVM DILIGAT, QVIA AMAT ET IPSAM DILECTIONEM, QVAE EX DEO EST ET DEVS EST. EX LIBRO S. S. T. VIII.

Nemo dicat: „non noui quod diligam“. diligat fratrem et 380
diligat eandem dilectionem. magis enim nouit dilectionem,

8 Matth. 11, 28 sq. 14 I Cor. 13, 4 15 I Io. 4, 8 Sap. 3, 9

6 doceret *M*: duceret *Q* 7 suspensus *M* aeterna *Q*: interna *M* 8 inquid *Q* et onerati estis *Q*: *om. M* 15 fideles *M*: fides *Q* 17 ad *M*: *om. Q* 18 et quid imus *M*: ut uidimus *Q* ut quid imus *a* curimus *Q* 19 aput nos *Q* si nos *M*: *om. Q* 21 *cap.* CCCXLIIII *M*: CCCXXXIIII *Q* 22 quia *scripsi*: qui *MQ* 24 VIII *M*: *om. Q*

qua diligit, quam fratrem, quem diligit. ecce iam potest notiorem deum habere quam fratrem, plane notiorem, quia praesentiorem, notiorem, quia interiorem, notiorem, quia certiorem. amplectere dilectionem deum et dilectione amplectere deum. ipsa est dilectio, quae bonos omnes angelos et omnes dei seruos consociat uinculo sanctitatis, nosque et illos coniungit inuicem nobis, subiungit sibi. quanto igitur saniores sumus a tumore superbiae, tanto sumus dilectione pleniores. et quo nisi deo plenus est qui plenus est dilectione? at enim caritatem uideo et, quantum possum, eam mente conspicio et credo scripturae dicenti: quoniam deus caritas est, et qui manet in caritate, in deo manet. sed cum eam uideo, non in ea uideo trinitatem. immo uero uides trinitatem, si caritatem uides. sed commonebo, si potero, ut uidere te uideas. adsit tantum ipsa, ut moueamur caritate ad aliquod bonum, quia, cum diligimus caritatem, aliquid diligentem diligimus propter hoc ipsum, quia diligit aliquid. ergo quid diligit caritas, ut possit etiam ipsa caritas diligi? caritas enim non est, quae nihil diligit. si autem se ipsa diligit, diligat aliquid oportet, ut caritate se diligat. sicut enim uerbum indicat aliquid, indicat etiam se ipsum; sed non se uerbum indicat, nisi se aliquid indicare indicet: sic et caritas diligit quidem se, sed nisi se aliquid diligentem diligat, non caritate se diligit. quid ergo diligit caritas nisi quod caritate diligimus? id autem, ut proximo prouehamur, frater est. dilectionem autem fraternam quantum commendet Iohannes apostolus, attendamus: qui diligit, inquit, fratrem suum, in lumine manet

11 I Io. 4, 16 27 I Io. 2, 10

1 qua diligit *QV*: qua diligi *M* (*et* 2) notiorem *M*: notitiorem *Q* 2 plane *M*: plenae *Q* 5 omnes bonos *Q* 6 sanctitatis *QV*: $\overline{\text{sci}}$ $\mathring{\text{N}}$titatis *M* 7 subiungit *M*: et subiungit *Q* 10 credo *Q*: cedo *M* 13 in ea *Q*: in eam *M* 19 *post* quae nihil diligit *explicit V* ipsa *M*: ipsam *Q* 24 quid *M*: quod *Q* nisi] *om. M*; nisi nisi *Q* caritate *M*: caritati *Q* 25 autem ut *M*: aut ut *Q* prouehamur *a*: proueamur *MQ* 26 fraternam quantum *M*: *om. Q* 27 inquid *Q*

et scandalum in eo non est. manifestum est, quod iustitiae perfectionem in fratris dilectione posuerit; nam in quo scandalum non est, utique perfectus est. et tamen uidetur dilectionem dei tacuisse. quod numquam faceret, nisi quia in ipsa fraterna dilectione uult intellegi deum. apertissime enim in eadem epistula paulo post ita dicit: dilectissimi, diligamus inuicem, quia dilectio ex deo est, et omnis, qui diligit, ex deo natus est et cognouit deum. qui non diligit, non cognouit deum, quia deus dilectio est. ista contextio satis aperteque declarat eandem ipsam fraternam dilectionem — nam fraterna dilectio est, qua diligimus inuicem — non solum ex deo sed etiam deum esse tanta auctoritate praedicari. cum ergo de dilectione diligimus fratrem, de deo diligimus fratrem nec fieri potest, ut eandem dilectionem non praecipue diligamus, qua fratrem diligimus. unde colligitur duo illa praecepta non esse posse sine inuicem. quoniam quippe deus dilectio est, deum certe diligit qui diligit dilectionem. dilectionem autem necesse est diligat qui diligit fratrem. et ideo, quod paulo post ait, non potest deum diligere, quem non uidet, qui fratrem, quem uidet, non diligit, quia haec illa causa est non uidendi deum, quod non diligit fratrem. qui enim non diligit fratrem, non est in dilectione, et qui non est in dilectione, non est in deo, quia deus dilectio est. porro qui non est in deo, non est in lumine, quia deus lumen est et tenebrae in eo non sunt ullae. qui ergo non est in lumine, quid mirum, si non uidet lumen, id est non uidet deum, quia in tenebris est? fratrem autem uidet humano uisu, quo uideri deus non potest. sed si eum quem uidet

6 I Io. 4, 7 sq. 19 I Io. 4, 20 24 I Io. 1, 5

2 perfectione *M* in fratris dilectione *Q*: *om. M* 4 nisi *Q*: *om. M* ipsam fraternam dilectionem *M* 5 eadem *M*: edem *Q* 6 epistulam *M* 10 contextio *M*: contentio *Q* eandem *M*: eundem *Q* 11 qua *Q*: quia *M* 12 tanta *M*: tantum *Q* 13 dilectione *M*: dilectatione *Q* de deo — fratrem *Q*: *om. M* 16 esse *M*: *om. Q* 19 quod *M*: *om. Q* 22 qui enim — fratrem *M*: *om. Q* 26 est in lumine *M*: sunt in l. *Q* 27 quia *Q*: qui *M* 28 quo uideri — uisu *M*: *om. Q*

humano uisu spiritali caritate diligeret, uideret deum, qui est ipsa caritas, uisu interiore, quo uideri potest. itaque qui fratrem, quem uidet, non diligit, deum, quem propterea non uidet, quia deus dilectio est, qua caret qui fratrem non diligit, quomodo potest diligere? nec illa iam quaestio moueat, quantum caritatis fratri debeamus impendere, quantum deo. fratri enim quantum nobis ipsis; nos autem ipsos tanto magis diligimus, quanto magis diligimus deum.

CCCXLV.

QVOD EX EA FORMA, QVA DILIGITVR IVSTVS, DILIGATVR DEVS, QVIA NON POTEST EA QVAE DILECTIONEM EXCITAT FORMA NON DILIGI, EADEMQVE EST DEVS, QVIA DEVS CARITAS EST. EX LIBRO S. S. T. VIIII.

381 Ex una igitur eademque caritate deum proximumque diligimus; sed deum propter deum, nos autem et proximum propter deum.

Quid enim est, quaeso, quod exardescimus, cum audimus et legimus: ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nullam in quoquam dantes offensionem, ut non reprehendatur ministerium nostrum, sed in omnibus commendantes nosmet ipsos ut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in iactationibus, in laboribus, in uigiliis,

12 I Io. 4, 8 18 II Cor. 6, 2—10

2 quo *M*: quod *Q* 4 qua *M*: quia *Q* 5 iam *M*: dum *Q* 6 caritati* (s *ras.*) *M* caritati *Q* fratri *a*: fratris *MQ* *post* deo *add.* *a*: incomparabiliter plus quam nobis deo; *om.* *MQ* 7 quantum *Q*: quantam *M* tanto *Q*: quanto *M* 9 *cap.* CCCXLV *M*: CCCXXXV *Q*; *deest in GP* 10 diligitur deus *Q* 11 ea quae *M*: eaq; *Q* 15 nos autem—propter deum] M^2 *supr. uers.* 17 quod *M*: quo *Q* 18 legimus M^2Q: diligimus M^1 19 quę quam *Q* dante *Q* 24 iactationibus *M*: iactionibus *Q*

in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in bonitate, in spiritu sancto, in caritate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei, per arma iustitiae a dextris et sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam; ut seductores et ueraces, ut qui ignoramur et cognoscimur, quasi morientes et ecce uiuimus, ut coherciti et non mortificati, ut tristes, semper autem gaudentes, sicut egeni, multos autem ditantes, tamquam nihil habentes et omnia possidentes — quid est, quod accendimur in dilectione Pauli apostoli, cum ista legimus, nisi quod credimus eum ita uixisse? uiuendum tamen sic esse dei ministris non de aliquibus auditum credimus, sed intus apud nos, uel potius supra nos in ipsa ueritate conspicimus. illum ergo quem sic uixisse credimus, ex hoc quod uidemus diligimus, et nisi hanc formam, quam semper stabilem atque incommutabilem cernimus, praecipue diligeremus, non ideo diligeremus illum, quia eius uitam, cum in carne uiueret, huic formae coaptatam et congruentem fuisse credimus et fide retinemus, sed nescio quomodo amplius et in ipsius formae caritatem excitamur per fidem, qua credimus uixisse sic aliquem, et spem, qua nos quoque ita posse uiuere, qui homines sumus, ex eo quod aliqui homines ita uixerunt minime desperamus, ut hoc et desideremus ardentius et fidentius precemur. ita et ipsam uitam facit nobis diligi formae illius dilectio, secundum quam uixisse creduntur, et illorum uita credita in eandem formam flagrantiorem excitat caritatem, ut quanto flagrantius diligimus deum, tanto certius

2 in bonitate *M*: *om. Q* 7 et ecce M^2Q: ecce M^1 9 gaudentes *Q*: gaudes *M* 11 quod *Q*: *om. M* 12 ita uixisse *M*: it auxisse *Q* 13 ministros *M* 17 quam *M*: quem *Q* 18 non ideo diligeremus *M*: *om. Q* 20 credimus *M*: *om. Q* et fide retinemus] fideretineremus *Q* et in haeremus (in *add. m. 2*) *M* nestio *Q* 23 ex *Q*: lex *M* aliqui *a*: aliquid *MQ* 24 disperamus *M* desideremur *M* 25 ita et *M*: haec *Q* 27 flagramtiorem *Q*

sereniusque uideamus, quia in deo conspicimus incommutabilem formam iustitiae, secundum quam hominem uiuere oportere iudicamus. ualet ergo fides ad cognitionem et ad dilectionem dei, non tamquam omnino incogniti aut omnino non dilecti, sed quo cognoscatur manifestius et quo firmius diligatur.

CCCXLVI.

DE AMANTE ET QVOD AMATVR ET AMORE. EX EODEM LIBRO DE TRINITATE VIII. T. X.

382 Quid est autem dilectio uel caritas, quam tantopere scriptura diuina laudat et praedicat, nisi amor boni? amor autem alicuius amantis est et amore aliquid amatur. ecce tria sunt: amans et quod amatur et amor. et quid ergo amor nisi quaedam uita duo aliqua copulans uel copulari appetens, amantem scilicet et quod amatur? et hoc etiam in extremis carnalibusque amoribus ita est. sed ut aliquid purius et liquidius hauriamus, calcata carne ascendamus ad animum. quid amat animus in amico nisi animum? et illic igitur tria sunt: amans et quod amatur et amor.

CCCXLVII.

DE NVTRIENDA CARITATE. EX LIBRO QVAESTIONVM LXXXIIII.

383 Caritatem uoco, qua amantur ea quae non sunt prae ipso amante contemnenda, id est quod aeternum est et quod amare

4 incogniti aut *M*: incognitia ut *Q* 6 *cap.* CCCXLVI *M*: CCCXXXVI *Q*; *deest in GP* 9 tantopere *Q*: tanto ꝑ *M* 12 et quid *M*: quid est *Q* 13 uita (a *ex* e *corr.*) *Q* 15 purius et *M*: *om. Q* liquidius hauriamus *M*: ius auriamus *Q* 16 animum *M*: animus *Q* 19 *cap.* CCCXLVII *M*: CCCLVIIII *P* CCCLXV *G*; *num. om. Q* 20 quaestionum LXXXIIII *MQ*: s̄. s̄. *G* II *P* 21 uoco *MQ*: uoco motum animi *GP* qua *M*: quae *Q* quo *GP* non *MQ*: *om. GP* prae] quę *Q* ipsum *GP* 22 amante] amante quae *P*

ipsum aeternum potest. deus igitur et animus, quo amatur, caritas proprie dicitur, purgatissima et consummata, si nihil aliud amatur; hanc et dilectionem dici placet. sed cum deus magis diligitur quam animus, ut malit homo eius esse quam suus, tunc uere animo summeque consulitur, consequenter et corpori, nobis id non curantibus aliquo appetitu satagente, sed tantum promta et oblata sumentibus. caritatis autem uenenum est spes adipiscendorum aut retinendorum temporalium. nutrimentum eius imminutio cupiditatis, perfectio nulla cupiditas. signum prouectus eius est imminutio timoris; signum perfectionis eius nullus timor, quia et radix est omnium malorum cupiditas, et consummata dilectio foris mittit timorem. quisquis igitur eam nutrire uult, instet minuendis cupiditatibus. est autem cupiditas amor adipiscendi aut optinendi temporalia. huius minuendae initium est deum timere, qui solus timeri sine amore non potest. in id ad sapientiam enim tenditur et nihil uerius eo quod dictum est: initium sapientiae timor domini. nemo est quippe, qui non magis dolorem fugiat quam appetat uoluptatem, quando quidem uidemus etiam immanissimas bestias a maximis uoluptatibus absterreri dolorum metu; quod cum in earum consuetudinem uerterit, domitae et mansuetae uocantur. quapropter quoniam inest homini ratio, quae cum seruit cupiditati peruersione miserabili, ut homines non timeantur, suggerit latere posse commissa et ad tegenda occulta peccata

11 I Tim. 6, 10 12 I Io. 4, 18 18 Eccli. 1, 14

2 propriae *MP* 4 mallit G^1P 5 animo] animus *P* consolitur G^1 consolatur *P* consequentur G^1 6 id] id quod *GP* satagente] adaugente *G* 9 nutrimendum *Q* nutrimentorum *P* eius *MQ*: eius est *GP* perfectio] pfectio *P* 10 est eius *GP* imminutio *M*: minutio *GPQ* 11 et radix *MQ*: ut radix *G* omnium malorum est *Q* 13 foris *M*: foras *GQ* mittit] mittitit *Q* 14 amor] amo *Q* 15 obtinendi *GQ* 16 in id *GMQ*: *om. a* 17 enim *MQ*: *om. G* 21 absterrere *G* earum *GM*: eam *Q* 22 uerteret *G* 23 seruit *GQ*: seruet *M* 24 miserabili *GM*: mirabili *Q* 25 ad] at M^1

astutissimas fallacias comparat. eo fit, ut homines, quos nondum delectat pulchritudo uirtutis, nisi poenis a peccando deterreantur, quae uerissime per sanctos et diuinos uiros praedicantur, et quod celant hominibus, deo celari non posse consentiant, difficilius domentur quam ferae. ut autem timeatur deus, diuina prouidentia regi uniuersa persuadendum est, non tam rationibus — quas qui potest inuenire, potest etiam et pulchritudinem sentire uirtutis — quam exemplis uel recentibus, si qua occurrunt, uel etiam de historia, et ea maxime quae ipsa diuina prouidentia procurante siue in uetere siue in nouo testamento excellentissimam auctoritatem religionis accepit. simul autem agendum est et de poenis peccatorum et de praemiis recte factorum.

Iam uero cum aliqua non peccandi consuetudo quod onerosum putabatur facile esse persuaserit, incipiat gustari dulcedo pietatis et commendari pulchritudo uirtutis, ut caritatis libertas prae seruitute timoris emineat. tunc iam persuadendum est fidelibus praecedentibus regenerationis sacramentis, quae necesse est plurimum moueant, quid intersit inter duos homines, ueterem et nouum, exteriorem et interiorem, terrenum et caelestem, id est inter eum qui bona carnalia et temporalia, et eum qui spiritalia et aeterna sectatur, monendumque, ne peritura beneficia et transeuntia expectentur a deo, quibus etiam

1 eo *MQ*: quo *G* nondum *MQ*: mundum *G* 2 uirtutes *G*¹ 4 celari *M*: celare *GQ* 5 domantur *Q*¹ 7 inuenire *M*: inire *G* inuenire, potest] *om. Q* 9 uel etiam *scripsi*: etiam uel *M* uel *GQ* ^hy^storia (hy *add. m. 2*) *G* et ea *M*: et *GQ* 10 maximae *Q* diuina *GQ*: dina *M* ueteri *G* 11 noua *Q* excellentissimam *MQ*: excelsissimam *G* 14 aliqua non *GMQ*²: aliquando *Q*¹ peccandi *GM*: de peccando *Q* 15 persuaserit *MQ*²: persuaseret *G*¹ persuaderet *G*² p̄uaserit *Q*¹ gusta^st^ (ri *add. m. 2*) *M* gustare *G* 17 prae *MQ*: pro *G* seruitute timoris *GM*: seruitu temoris *Q* iam *M*: ia *Q* etiam *G* 18 regenerationes *G*¹ regenerationibus *Q* 19 moueant *GQ*: moneant *M* 20 exteriorem] et exteriorem *G* 21 carnalia *MQ*: et carnalia *G* 22 monendumque] morendumque *Q* ne] nec *Q* 23 et] ut (?) *M*¹

praui homines abundare possunt, sed firma et sempiterna, pro quibus accipiendis omnia, quae in hoc mundo bona putantur et mala, penitus contemnenda sunt. hic praestantissimum illud et unicum exemplum dominici hominis proponendum est, qui cum se tot miraculis tantam rerum potestatem habere monstraret, et ea spreuit quae magna bona, et ea sustinuit quae magna mala imperiti putant. quos mores et disciplinam ne tanto minus quisquam aggredi audeat, quanto illud magis honorat, et de pollicitationibus atque hortationibus eius et de imitantium multitudine apostolorum, martyrum sanctorumque innumerabilium, quam non sint illa desperanda, ostendendum est.

At ubi fuerint carnalium uoluptatum inlecebrae superatae, cauendum est, ne subrepat atque succedat cupiditas placendi hominibus aut per aliqua facta mirabilia aut per difficilem continentiam siue patientiam aut per aliquam largitionem aut nomine scientiae uel eloquentiae. in eo genere est et cupiditas honoris. contra quae omnia proferantur ea quae scripta sunt de laude caritatis et de inanitate iactantiae doceaturque, quam sit pudendum eis placere uelle quos nolles imitari. aut enim boni non sunt et nihil magnum est a malis laudari, aut boni sunt et eos oportet imitari. sed qui boni sunt, uirtute boni sunt. uirtus autem non appetit quod in aliorum hominum potestate est. qui ergo imitatur bonos, nullius hominis appetit laudem; qui malos, non dignus est laude. si autem placere hominibus ideo uis, ut eis prosis ad diligendum deum, non iam hoc, sed aliud cupis. qui autem placere cupit,

1 praui] *eras. in* Q; parui G^1 habundare G 3 contenenda Q hic MQ: his G 4 dominici hominis M: domini GQ 5 tantum G^1Q 8 audeat GQ: audeant M quanto illud GQ: quantum illum M 9 ortacionibus Q honorationibus G de imitantium M: imitantium G de imitantia Q 10 multitudine G: multitudinem M a multitudine Q 11 disperanda GM ostendum (den *add. m. 2*) G 12 at] ad Q superatae GM: supante Q 13 atque] quę G 16 nominae G est] *om.* G^1 19 putendum G^1 uelle GM: uellet Q nolles MQ: nolis G 23 imitantur M 24 qui MQ: quia G malos Q: malus GM 26 cupis GM: cupit Q cupit GM: *om.* Q

necessarium adhuc habet timorem, primum, ne occulte peccando inter hypocritas a domino computetur, deinde, si benefactis placere appetit, ne hanc mercedem aucupans perdat quod daturus est deus.

Sed deuicta ista cupiditate cauenda superbia est. difficile est enim, ut dignetur consociari hominibus qui eis non placere desiderat et plenum se uirtutibus putat. itaque adhuc necessarius est timor, ne illud etiam quod uidetur habere auferatur ab eo et manibus ac pedibus ligatis mittatur in tenebras exteriores. quapropter dei timor non solum inchoat, sed etiam perficit sapientem; est autem qui summe diligit deum et proximum tamquam se ipsum. quae autem in hoc itinere pericula difficultatesque metuendae sint et quibus remediis uti oporteat, alia quaestio est.

CCCXLVIII.

SERMO DE LAVDE CARITATIS.

384 Diuinarum scripturarum multiplicem abundantiam latissimamque doctrinam sine ullo errore comprehendit et sine ullo labore custodit cuius cor plenum est caritate dicente apostolo: plenitudo autem legis caritas, et alio loco: finis autem praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. quid est autem praecepti finis nisi praecepti adimpletio? et quid est praecepti

8 cf. Matth. 25, 29 9 cf. Matth. 22, 13 20 Rom. 13, 10 I Tim. 1, 5

1 ne] nec *G* 2 ypocritas *Q* computemur *Q* 6 non placere *M*: placere iam non *GQ* 7 uirtutibus G^2M: uirtus Q^1 uirtutis G^1Q^2 10 (qua)propter dei timor non] *om.* *Q* incoat *Q* 11 est *M*: is est *GQ* 12 ipso *Q* 14 oporteat *M*: porteat *G* oportet *Q* 15 *cap.* CCCXLVIII *M*: CCCLXVI *G*; *num. om.* *Q* 16 sermo *M*: incipit sermo (semo *Q*) *GQ* 17 **** multiplicem (quod (?) *ras.*) *Q* habundantiam *GP* 18 conprehendat *G* 20 autem *MQ*: *om.* *G* 22 quid *GMP*: quis *Q* 23 nisi praecepti] nisi praeceptis *P* nisi praecepit *Q*

adimpletio nisi legis plenitudo? quod ergo ibi dixit: plenitudo legis caritas, hoc etiam hic dixit: finis praecepti est caritas. nec dubitari ullo modo potest, quod templum dei sit homo, in quo habitat caritas. dicit enim et Iohannes: deus caritas est. haec autem dicentes apostoli et nobis caritatis excellentiam commendantes non utique aliud nisi quod comederant ructuare potuerunt. ipse quippe dominus pascens eos uerbo salutis, uerbo caritatis, quod est ipse panis uiuus, qui de caelo descendit: mandatum, inquit, nouum do uobis, ut uos inuicem diligatis, et iterum: in hoc scient omnes, quia discipuli mei estis, si uos inuicem dilexeritis. ille enim qui uenit per crucis irrisionem carnis perimere corruptionem et uetustatem uinculi mortis nostrae suae mortis nouitate dissoluere, mandato nouo fecit hominem nouum. res enim uetus erat, ut homo moreretur. quod ne semper ualeret in homine, res noua facta est, ut deus moreretur. sed quia in carne mortuus est, non in diuinitate, per sempiternam uitam diuinitatis non permisit esse sempiternum interitum carnis. itaque, sicut dicit apostolus, mortuus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram. qui ergo contra mortis uetustatem attulit uitae nouitatem, ipse contra uetus peccatum opponit nouum mandatum. quapropter quisquis uetus peccatum uis extinguere, mandato nouo extingue cupiditatem et amplectere caritatem. sicut enim radix omnium malorum cupiditas, ita radix omnium bonorum caritas.

Totam latitudinem et magnitudinem diuinorum eloquiorum

5 I Io. 4, 8 9 Io. 13, 34 10 Io. 13, 35 19 Rom. 4, 25

1 adimpletio nisi *GM*: adimpletionis *Q* 3 potest *GM*: potest homo *Q* 6 excellentiae* *Q* 7 ruct*are (u *ras.*) *M* ructare *Q* eructure *G* 8 ipse *GM*: *om.* *Q* 9 inquid *Q* 12 enim *M* *Q*: ergo *G* 13 perimere *GM*: perhibere *Q* 15 moreretur (o *ex* i *corr.*) *G* 16 homines G^1 17 moriretur *G* carne (*om.* in) *Q* ** diuinitate (in *ras.*) *Q* 20 resurrexit *GM*: resurrexit a mortuis *Q* 24 cupiditate *Q* 25 amplecte^{re} (re *add. m. 2*) *G* malorum — omnium] *om.* *G* 27 latitudinem et magnitudinem *M*: magnitudinem et latitudinem (altitudinem *G*) *GQ*

secura possidet caritas, qua deum proximumque diligimus. docet enim nos caelestis unus magister et dicit: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua; et diliges proximum tuum tamquam te ipsum: in his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. si ergo non uacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia inuolucra sermonum euoluere, omnia scripturarum secreta penetrare, tene caritatem, ubi pendent omnia: ita tenebis quod ibi didicisti, tenebis etiam quod nondum didicisti. si enim nosti caritatem, aliquid nosti, unde et illud pendet quod forte non nosti: et in eo quod in scripturis intellegis caritas patet et in eo quod non intellegis caritas latet. ille ita optinet et quod patet et quod latet in diuinis sermonibus qui caritatem tenet in moribus.

Quapropter, fratres, sectamini caritatem, dulce ac salubre uinculum mentium, sine qua diues pauper est et in qua pauper diues est. haec in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in temtatione tutissima, in hospitalitate latissima, inter ueros fratres laetissima, inter falsos patientissima, in Abel sacrificio grata, in Noe per diluuium secura, in Abrahae peregrinatione fidelissima, in Mose inter iniurias lenissima, in Dauid tribulationibus mansuetissima, in tribus pueris blandos ignes innocenter exspectat, in Macchabaeis saeuos ignes fortiter tolerat. casta in Susanna erga

2 Matth. 22, 37 sqq.

1 possedet G^1 qua GM: quia Q 2 diligis M 4 diligis Q 7 pagines Q 8 euoluere GM: euolare Q tene] tenet Q caritate Q 9 pendet Q dedicisti M *pr.* 11 in eo GQ: ideo M 12 scripturis (*om.* in) Q patet GM^1Q: latet M^2 et in eo — latet G: *om.* MQ 13 ita M: itaque GQ optinet M: tenet GQ 15 caritate M dulce ac MQ: dulcite G 17 tollerat Q 19 hospitalitate] hospitate M latissima G^2MQ: letissima G^1 ueros] uiros M 20 laetissima] latissima Q habel Q 21 noæ Q habrahae Q peregrinationem Q 22 moysen G lenissima GQ: laetissima M 23 blandos Q: blandus GM ignis G exspectat M: spectat GQ 24 machabeis G saeuus G ignes M: igne Q ignis G

uirum, in Anna post uirum, in Maria praeter uirum, libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad oboediendum, humana in christianis ad confitendum, diuina in Christo ad ignoscendum. sed quid ego de caritate maius aut uberius possum dicere, quam quas per os apostoli laudes eius intonat dominus supereminentem uiam demonstrantis atque dicentis: si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum aeramentum sonans aut cymbalum tiniens. et si habuero prophetiam et sciero omnia sacramenta et omnem scientiam, et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest. caritas magnanima est, caritas benigna est; caritas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non dehonestatur, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem, congaudet autem ueritati, omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia suffert. caritas numquam cadit. quanta est ista? anima litterarum, prophetiae uirtus, sacramentorum salus, scientiae solidamentum, fidei fructus, diuitiae pauperum, uita morientium. quid tam magnanimum quam pro impiis mori? quid tam benignum quam et inimicos diligere? sola est, quam felicitas aliena non premit, quia non aemulatur; sola est, quam felicitas sua non extollit, quia non inflatur; sola est, quam conscientia mala non pungit, quia non agit perperam. inter obprobria secura est, inter odia benifica est, inter iras placida est, inter insidias innocens, inter iniquitates gemens, in ueritate respirans. quid illa fortius non ad retribuendas, sed ad non

6 I Cor. 13, 1—8

1 praeter *MQ*: propter *G* 2 humanum *Q* 5 quam quas *a*: quam *GMQ* 6 uia *Q* 9 cimbalum *G* tinniens *GQ* et si *MQ*: si *G* prophętiam M^1 *in ras.* 13 caritas benigna *MQ*: benigna (*om.* caritas) *G* 19 ista *GM*: in ista *Q* 21 pauperorum *G* 23 sola est quam — aemulatur *M*: *om. GQ* 24 praemit *M* 25 conscientia] conscienci *Q* 27 benefica *G* 29 sed (*om.* ad) *Q*

curandas iniurias? quid illa fidelius non uanitati, sed aeternitati? nam ideo tolerat in praesenti uita, quia credit omnia de futura uita, et suffert omnia, quae hic immittuntur, quia sperat omnia, quae ibi promittuntur: merito numquam cadit. ergo sectamini caritatem et eam sancte cogitantes afferte fructum iustitiae, et quidquid uberius, quam ego dicere potui, uos inueneritis in eius laudibus, appareat in uestris moribus. oportet enim, ut senilis sermo non solum sit grauis sed etiam breuis.

1 curendas (*corr. m. 1*) *G* uanitate *G* aeternitate GQ^1 2 tolerat *M*: tolerat omnia *GQ* 3 imittuntur *M* immituntur *Q* 5 afferte *MQ*: afficite *G* 7 inueneretis *M* eius *GQ*: cuius (*in ras.*) *M* uestris *GM*: uestri *Q* 8 sit] sic M^1 9 breuis] b. gła est dō ōmpi benedicto amen. EXPLICIVNT EXCERPTA DE LIBRIS BEATI AVRELII AVGVSTINI EPISCOPI HYPPONIENSIS. BENEDICTVS /////// QVI ADIVVAT IN OMNIB: *M* EXPLICIT LIBER *G* explcꝯ *Q*

I. INDEX SCRIPTORVM.

a) Loci scripturae sacrae.

Genesis 1, 1 . . 139, 20; 141, 8; 142, 16. 19; 143, 22; 147, 14. 21; 152, 24; 153, 1; 744, 10; 1021, 27
1, 2 . . 140, 14. 19. 24; 144, 28; 145, 6. 22; 146, 5. 24; 231, 1; 343, 10
1, 2 sq. 445, 11
1, 3 . . 141, 1; 142, 17. 22; 144, 27
1, 3 sq. . . 145, 12; 146, 21. 25
1, 4 . . . . . 155, 25
1, 5 . . . . . 151, 4
1, 5 sqq. 447, 20
1, 12 . . . . . 197, 6
1, 14 . . . . . 84, 21
1, 20 . . . . . 628, 13
1, 20 sqq. 92, 3
1, 20—26 . . . . 189, 17
1, 24 . 628, 14; 763, 17
1, 25 . . . . . 229, 26
1, 26 . 221, 17; 729, 20; 1041, 7; 1043, 21
1, 27 . . 250, 1; 778, 16
1, 31 . 155, 26; 196, 10; 437, 11; 1042, 10
2, 1 sq. 249, 17
2, 1 sqq. 227, 10
2, 2 . . . . . 437, 11
2, 2 sq. 555, 6
2, 3 . . . . . 436, 26
2, 7 . . 227, 24; 481, 8; 1060, 17; 1064, 24
2, 8 sq. 873, 19
2, 9 . . . . . 874, 1
Genesis 2, 15 . . . . . 874, 6
2, 16 sq. . 196, 2; 211, 5
2, 17 . . 280, 9; 283, 27; 919, 17
2, 21 . . . . . 529, 20
2, 22 . . . 250, 4; 530, 1
2, 23 . . . . . 1066, 25
2, 24 . 139, 17; 1011, 6; 1045, 26
3, 1 . . . . . 977, 9
3, 5 . . 555, 14; 712, 15
3, 7 sqq. 774, 18
3, 8 . . . . . 212, 15
3, 12 . . 224, 10; 713, 21
3, 13 . . 224, 12; 713, 20
3, 16 . . . . . 259, 18
3, 19 . . 68, 24; 479, 27; 481, 2
3, 21 . . . . . 308, 12
3, 22 . . . 10, 8; 221, 9. 12. 20
3, 22 sq. . . . 222, 1. 6
3, 24 . . . . 222, 20. 24
4, 6 . . . . . 257, 18
4, 6 sq. 255, 23
4, 7 . 10, 31; 258, 3. 6. 21; 255, 11; 259, 10
4, 9 sq. . . . 251, 10. 18
4, 11 sq. . 251, 25; 252, 13; 253, 20
4, 13 sq. 253, 26
4, 15 . . 10, 29; 251, 2; 254, 21
5, 27 . . . . . 213, 4
6, 3 . . . . . 343, 11
6, 4 . . . . . 213, 12
6, 6 sq. 215, 10
6, 7 . . 31, 22; 1039, 2

Genesis 6, 9 . . . . . 216, 4
6, 14. 22 . . . . 684, 17
6, 15 . . 214, 17; 216, 24
6, 16 . . . . . 217, 17
7, 2 . . . . . 648, 15
7, 4 . . . . . 260, 16
7, 7 . . . . . 599, 22
7, 8 sq. 324, 18
7, 20 . . . . . 262, 4
7, 21 sq. 628, 23
8, 4. 14 . . . . . 261, 12
8, 6 sqq. 262, 12
8, 11 . . . . . 827, 22
8, 20 . . . . . 263, 13
8, 21 . . 13, 3; 325, 6. 8
9, 1 sqq. 264, 1
9, 2 sq. 69, 20
9, 5 . 13, 5; 325, 19. 21
9, 6 . . . . . 323, 9
9, 12 . . . . . 263, 13
9, 20 sqq. 264, 11
9, 25 . . . . . 326, 2
9, 26 . . . . . 265, 10
9, 27 . . . . . 265, 16
10, 20 . . . . . 874, 13
10, 31 sq. 874, 16
11, 1 . 13, 9; 326, 10. 12; 874, 21
11, 1—9 . . . . . 822, 22
11, 7 . . . . . 141, 22
12, 1 sqq. 265, 23
12, 12. 14 . . . . 326, 23
15, 10 . . . . . 675, 18
15, 13 . 360, 8. 21; 361, 5
17, 5 . . . . . 924, 23
17, 8 .13, 13; 327, 21. 24
17, 10 sqq. 237, 10
17, 12 . . . . . 288, 6
18, 9 . . . . 328, 21. 24
18, 19 . . . . . 13, 15
18, 21 . 13, 17; 329, 7. 10
18, 32 . . . . 330, 2. 16
19, 8 . . . . . 331, 4
19, 24 . . . . . 875, 10
20, 2 . . . . . 297, 18
20, 6 . 13, 23; 331, 17. 19
20, 7 . . . . . 332, 2
21, 10 . . . 663, 3; 867, 2
21, 12 . . . . . 360, 13
22, 1 . 13, 26; 332, 7. 10
22, 6 . . . . . 266, 5
22, 12 . 13, 28; 333, 2. 5; 743, 2
22, 13 . . . . . 804, 3
22, 14 . . . . . 333, 11
22, 18 . . . . . 518, 7

Genesis 24, 2 . . . . . 344, 12
24, 3 . . . . . 333, 18
24, 14 . . . . . 334, 10
24, 49 . . . . . 344, 21
25, 26 . . . . . 630, 10
25, 34 . . . 69, 23; 589, 3
27 . . . . . 73, 4
27, 6 sqq. 607, 23
27, 9 . . . . . 339, 3
27, 18 sq. 609, 24
28, 11 . . . . . 804, 2
28, 11 sqq. 267, 5
28, 16 sq. . . 335, 10. 11
28, 17 . . . . . 14, 1
28, 18 . . . . . 335, 20
29, 17 . . . . . 300, 11
29, 26 . . . . . 301, 22
29, 27 . . . . . 301, 15
29, 30 . . . . . 300, 16
30, 1 . . . . . 304, 11
30, 41 . . . . . 93, 27
32, 24 sqq. 266, 9
32, 26 . . . . . 336, 6
34, 8 . . . . . 338, 27
35, 13—15 . . . . 337, 4
35, 26 . . 337, 18; 339, 9
37, 20 sqq. 268, 23
37, 35 . . 14, 10; 339, 14
38, 7 . . . . . 308, 3
38, 18 . . . . . 305, 16
39, 7—12 . . . . 986, 24
41, 18 sqq. 962, 7
41, 38 . . . . . 343, 7
42, 1 . . . . . 389, 25
42, 7 sqq. 608, 28
46, 15 . . 343, 16; 344, 2
46, 26 . . 1066, 18; 1067, 1. 18. 20
47, 29 . 14, 17; 344, 6. 9
48 et 49 . . . . . 73, 6
49, 10 . . . . . 309, 21
49, 33 . 14, 20; 346, 6. 9
50, 3 . . . 347, 4; 349, 5
50, 10 . . . . . 348, 19

Exodus 1, 17 sqq. 616, 11
2, 13 . . . . . 394, 1
3, 14 . . . . . 733, 20
3, 22 . . . . . 844, 13
4, 2 sqq. 269, 4
4, 3 . . . . . 763, 19
4, 21 . . . . . 918, 9
4, 24 . . . . . 14, 25
4, 24 sq. 349, 9. 12
7, 3 . 14, 27; 351, 5. 7 918, 9

Exodus 7, 10 sq. 221, 2
7, 10 sqq. 366, 10
7, 11 . . . . . 1047, 15
7, 12 . . . . 352, 18. 22
7, 20 . . . . . 367, 7
8, 6 . . . . . 368, 6
8, 7 . . . . . 354, 5
8, 15 . . . . . 354, 20
8, 17 . . . . . 370, 13
8, 19 . . . 91, 2; 96, 15; 379, 26; 442, 14. 19
8, 24 . . . . . 370, 20
8, 32 . . . . . 918. 13
9, 6 . . . . . 371, 1
9, 10 . . . . . 372, 5
9, 16 . . 15, 1; 356, 4. 7
9, 23 sqq. 372, 16
10, 1 . 15, 3; 357, 5. 7; 918, 9
10, 12 sq. 373, 19
10, 19 sq. 15, 5; 357, 19. 21
10, 22 . . . . . 373, 25
11, 1 sq. 358, 8
11, 9 . 15, 9; 358, 19. 21
12, 5 . . . . . 1022, 9
12, 8 . . . . . 1022, 9
12, 14 . 15, 11; 359, 7. 9
12, 15 . . . . . 240, 23
12, 29 . . . . . 374, 12
12, 35 . . . . . 844, 13
12, 37 . . . . . 360, 1
12, 46 . . . . . 271, 18
15, 23 sqq. 270, 21
15, 25 . . . . . 804, 1
17, 1 . . . . . 270, 16
17, 6 . . . . . 506, 13
17, 8 sqq. 271, 5
19, 1 . . 322, 3; 441, 28
20 . . . . . 271, 21
20, 1—17. 361, 19; 362, 4. 11. 15. 21; 363, 2. 8. 15; 364, 2; 365, 18. 25
20, 3 . . 367, 5; 378, 19
20, 5 . 32, 28; 1078, 11. 19. 25; 1079, 21
20, 7 . . 367, 20; 378, 22
20, 8 . . . . . 369, 20
20, 12 . 370, 19; 380, 10. 14; 386, 8
20, 12 sq. . . . 1022, 3. 18
20, 12 sqq. 301, 6; 380, 24
20, 13 . 370, 25; 386, 10. 19; 387, 5
20, 14 . 372, 15; 386, 12
Exodus 20, 15 . . 372, 4; 386, 11
20, 16 . . 373, 18; 386, 14
20, 17 . . 120, 18; 237, 9; 373, 24; 374, 9; 386, 15. 19; 387, 7; 911, 23; 940, 15; 944, 11
20, 18 . . 15, 25; 389, 17. 19; 390, 1
20, 19 . . . . . 401, 27
20, 23 . . . . . 390, 19
21, 2. 6 . . . . 1022, 15
21, 24 . . 12, 6; 291, 2. 5. 21; 491, 16
23, 15 . . . . . 428, 2
23, 19 . 15, 27; 391, 2. 5; 392, 17. 23
24, 18 . . . . . 828, 9
25, 17 . . . . . 393, 11
25, 18 . . . . . 961, 27
28, 43 . . . . . 159, 25
31, 18 . . 272, 1; 322, 3; 380, 20; 400, 25; 441, 28
32, 15 sq. 401, 1
32, 27 sq. 658, 6
32, 27 sqq. 315, 24
33, 14 . . . . . 15, 30
33, 14—23 . . 394, 17. 20; 395, 19. 28; 396, 5. 19; 397, 14; 398, 8. 14. 22; 399, 6
33, 19 . . . . . 293, 19
34, 1 . . . . 400, 5. 21
34, 27 sq. 400, 16
34, 28 . . 347, 7; 440, 14; 828, 9

Leuiticus 12, 3 . . . . . 957, 19
15, 19 . . . . . 1009, 3
16, 6 . . . . . 511, 20
16, 34 . . . . . 159, 25
19, 18 . . . . . 810, 17
23, 34 . . . . . 241, 9
26, 12 . . . . . 552, 3

Numeri 6, 6 . . . . . 1067, 13
11 . . . . . 70, 2
11, 17 . . . . . 765, 14
13, 24 . . . . . 272, 15
14, 14 . . . . . 270, 20
14, 29 sqq. . . 1073, 27
15, 24 sqq. . . 1075, 21
15, 30 . . . . . 32, 23
15, 30 sq. . . 1076, 14. 17 1077, 20
16, 31 sq. 658, 7

Numeri 16, 33 . . . . . 339, 23
17, 8 . . . . . 763, 13
19, 11 . . . . . 1009, 11
21, 6 sqq. 1012, 10
21, 8 sq. 271, 7
21, 9 . . . . . 284, 1
22, 28 . . . . . 220, 28

Deuteronomium
5, 12 . . . . . 1022, 8
5, 14 . . . . . 555, 22
6, 5 . . 129, 19; 132, 15; 810, 17; 944, 12; 950, 19
6, 13 . 726, 23; 727, 2
6, 16 . 298, 7; 334, 20
13, 1—3 . . . . 834, 6
13, 3 . . 332, 16; 407, 24; 560, 9; 986, 3. 11; 1062, 18
18, 13 . . . . . 951, 17
21, 23 . 11, 26; 279, 2; 281, 2; 282, 3. 12; 283, 19
22, 10 . . . . . 242, 1
22, 11 . . . . . 241, 16
23, 17 . . . . . 951, 18
24, 16. 32, 27; 1078, 10. 14
25, 4 . . . . . 826, 16
25, 5 . . . . . 530, 9
25, 5 sqq. . 319, 8; 320, 6
28, 66 . 11, 28; 284, 20; 285, 16; 286, 3
34, 5 . . . . . 964, 14

Iosua 2, 1 . . . . . 616, 12
2, 18 . . . . . 272, 19
3 . . . . . 272, 13
6, 3 sq. 359, 20
6, 7 sqq. 273, 3
6, 19 . . . . . 433, 6
6, 24 sq. 616, 12
10, 13 . . . . . 85, 22
23, 6 . . . . . 1073, 28

Iudicum 4, 21 . . . . . 273, 21
6, 17 sq. 335, 1
6, 37 sqq. . . . 274, 2
9, 8 sqq. 607, 5
14, 6 . . . . . 273, 14
14, 8 . . . . . 273, 18

Regnorum I 2, 27 sqq. . . 274, 8
10, 10 . . . . 659, 21
10, 26 . . . . 930, 16
16, 1 sqq. . . . 274, 9

Regnorum I 21, 6 . . . . . 274, 12
21, 13 . . . . 609, 1
28, 7 sqq. . . . 959, 19
28, 14—20 . . 834, 7
28, 19 . . . . 963, 10
II 11 . . . . . 312, 15
12, 13. 1072, 4; 1073, 2
22, 1—51 . . . 443, 19
23, 15 sqq. . . 69, 24
III 8, 46 . . . . 45, 15
10, 14—23 . . 847, 1
11, 1 sqq. . . . 314, 19
11, 4 . . . . . 224, 12
12, 16. 20 . . . 274, 15
12, 28. . . . . 626, 24
17, 6 . 69, 21; 274, 20
17, 9 sqq. . . . 274, 25
19, 8 . 347, 7; 440, 15; 828, 9
21, 13 . . . . 608, 21
IIII 2, 11 . . . . 482, 18
2, 23 sq. . . . 275, 6
4, 29 sqq. . . 275, 8
5, 26. . 544, 9; 545, 11
6, 4 sqq. . . . 275, 15
22, 20 . . . . 971, 24

Paralipomenon
I 12, 18 . . . . 930, 16

Esra 1, 1 sqq. 277, 4

Tobias 2, 1 . . . 313, 7; 377, 2
4 . . . . . 73, 2
4, 15 . 27, 26; 119, 2; 857, 23; 858, 5
4, 16 . . . 387, 14. 27

Iobus 1 et 2 . . . . . 91, 15
1, 1—3 . . . . 600, 3
1, 11 . 960, 3; 986, 27
1, 22 . . . . . 163, 3
2, 5 . . . . . 608, 19
2, 9 . . . . . 163, 13
7, 1 . 64, 17; 70, 23; 98, 2
7, 15 . . . . . 625, 10
14, 5 . . . . . 1070, 22
16, 2 . . . . . 163, 4
16, 17 . . . . . 953, 2
19, 26 . . . 547, 18. 23
25, 4 sqq. 162, 20
28, 28 . . . . . 42, 15
29, 14 . . . . . 44, 12
38, 7 . . . . . 153, 30
42, 5 sq. 546, 21
42, 10 . . . . 1081, 18

Psalmi 1, 4 . . . . . 876, 20
2, 2 . . . . . 577, 4
2, 11 . . . . . 66, 21
3, 5 . . . . . 182, 10
3, 9 . . . . . 765, 2
4, 5 . . . . . 316, 4
5, 4 . . . . . 733, 27
5, 7 . . . . . 365, 28
5, 13 . . . . . 862, 17
6 et 11 . . . . 438, 24
6, 8 . . . . . 774, 13
9, 6 . . . . . 159, 4. 8
10, 2 . . . . . 432, 15
10, 5 . . 812, 1; 1085, 5
11, 3 . . . . . 369, 18
11, 7 . . . . . 443, 15
11, 8 sq. 169, 20
13, 1 . . 928, 16; 1027, 6
14, 1 sq. . 99, 26; 951, 29
15, 10. . . . . 341, 24; 1059, 26
15, 11. . 734, 12; 735, 12
16, 2 . . . . . 802, 11
17, 24. . . . . 952, 2
17, 32. . . . . 83, 11
17, 35. . . . . 385, 13
17, 44. . 311, 19; 613, 2
17, 46. . . . . 336, 19
18, 4 sq.. . . . . 369, 13
18, 6 . . . . . 744, 11
18, 7 . . . . . 317, 11
18, 10. . 696, 21; 701, 5; 990, 3
18, 13. . . . . 175, 9
18, 13 sq. 84, 13
19, 9 . . . . . 631, 5
21, 1 . . . . . 99, 11
21, 5 sq. . . . 1081, 31
21, 7 . . . . . 1082, 1
21, 27. . 82, 4; 701, 12; 705, 6
23, 3 sq.. . . . . 954, 20
24, 9 . . . . . 272, 9
24, 10. . 344, 19; 356, 1
24, 15. . . . . 73, 17
24, 17. . 939, 12; 942, 19
25, 2 . . . . . 57, 6
25, 2 sq.. . . . . 355, 21
25, 3 . . . . . 74, 12
26, 4 . . 738, 26; 754, 18
26, 9 . . . . . 910, 6
26, 13. . . . . 871, 15
28, 10. . . . 1004, 19. 22
29, 7 sq.. . . . . 183, 15
29, 12 sq. 277, 18
30, 8 . . . . . 943, 2

Psalmi 30, 23. . . . . 613, 5
31, 1 . . . . . 345, 13
31, 2 . . . . . 946, 23
31, 4 . . . . . 399, 7
31, 5 . . . . . 399, 22
31, 9 . . 371, 25; 627, 22; 901, 28; 902, 1; 908, 25
32, 2 . . . . . 829, 24
32, 15. . . . . .1065, 26
33, 2 . . . . . 873, 3
33, 3 . . 980, 23; 990, 11
33, 6 . . 548, 6; 558, 26
33, 14. . . . . 911, 13
34, 2 . . . . . 862, 15
34, 3 . . . . . 84, 5
34, 19. . . . . 781, 18
35, 4 . . . . . 908, 15
35, 7 . . 294, 24; 702, 14
35, 12. . . . . 255, 9
36, 23. . 912, 8; 930, 26
36, 31. . . . . 516, 14
37, 11. . . . . 774, 15
38, 2 . . . . . 912, 21
38, 5 . . . . . .1070, 10
40, 5 . . . . . 622, 9
41, 2 . . . . . 311, 17
42, 1 . . . . . 560, 14
43, 3 . . . . . 228, 14
44, 4 . . . . . .1044, 18
44, 8 . . 310, 2; 884, 16
45, 11. . 370, 9; 437, 23; 555, 3
48, 13. . 229, 14; 627, 21
50, 9 . . . . . 828, 1
50, 9 sq.. . . . . 846, 20
50, 19. . . 636, 18; 1077, 17. 27
54, 9 . . . . . 629, 6
56, 5 . . . . . 655, 4
58, 8 . . . . . 655, 3
58, 10. . . 74, 8; 171, 17
58, 11. . 356, 17; 905, 3
58, 18. . 779, 16; 905, 2
61, 6 . . . . . 779, 13
62, 4 . . . . . 88, 29
62, 9 . . . . . .1052, 26
65, 9 . . . . . 255, 8
67, 19. . . . . 786, 13
68, 10. . . . . 472, 21
68, 21. . . . . .59, 15
70, 5 . . . . 779, 11. 15
71, 7 . . . . . 432, 25
71, 18. . . . . 724, 20
72, 1 . . . . . 753, 24
72, 27 sq. 1029, 13

Psalmi 72, 28. 27 . . . . 769, 17
72, 28 . . . . . 178, 5
74, 9 . . . . . 861, 20
77, 39. . . . . .1028, 29
78, 6 . . . . . 908, 20
79, 4 . . . . . 910, 8
80, 2 . . . . . 506, 26
80, 16 sq. 506, 3
81, 6 . . . . . 726, 14
82, 17. . . . . 713, 14
83, 5 . . 441, 22; 551, 2
84, 12. . . . . 80, 23
85, 13. . 340, 18. 24; 341, 26; 343, 3
86, 1 sq.. . .350, 5. 9. 20
87, 6 . . . . . 76, 7
88, 2 . . . . . 554, 24
88, 38. . . . . 432, 24
89, 1 . . . 768, 7; 776, 1
89, 9 . . . . . 555, 16
90, 9 . . . . . 779, 16
90, 16. . . . . 735, 6
91, 4 . . . . . 829, 24
91, 6 . . . . . 702, 12
93, 8 . . . 902, 6; 906, 1
93, 11. . . . . 519, 22
94, 5 . . . . . 229, 4
95, 5 . . . . . 296, 24
99, 3 . . . . . 61, 12
100, 1 . . 48, 11; 295, 2; 460, 23; 917, 11
101, 5 . . . . . 959, 15
101, 26. . . . . 229, 3
102, 2–4. . . . .1074, 29
102, 3 . . 802, 6; 803, 19
102, 14. . . . . 68, 24
103, 29. . . . . 629, 8
104, 8 . . . . . 465, 19
104, 18 sq. 655, 8
104, 25. . . . . 914, 13
109, 3 . . . . . 744, 1
110, 2 . . 188, 19; 517, 16
111, 7 . . . . . 1062, 3
111, 8 . . . . . 732, 9
115, 1 . . . . . 544, 1
118, 1 . . . . . 952, 3
118, 36. . . . . 930, 26; 993, 26
118, 73. . . . . 902, 3
118, 85. . . . . 268, 14
118, 125 . . . . . 906, 7
118, 164 . . . . . 873, 2
118, 175 . . . . . 355, 18
120, 4 . . . . . 73, 21
122, 2 . . . . . 467, 17
125, 4 . . . . . 698, 15
Psalmi 126, 1 . . . . . 787, 27
131, 8 . . . . . 443, 2
134, 15. . . . . 390, 22
135, 11 sq. 228, 15
138, 6 . . . . . 802, 4
138, 7 . . . . . 759, 7
138, 8 . . . 82, 19; 759, 4
138, 15. . . . . 851, 7. 16
138, 16. . 70, 15; 673, 22
138, 22. . . . . 55, 13
140, 3 . . 911, 17; 912, 19
140, 3 sq.. . . . . 618, 19
140, 5 . . . . . 886, 8
141, 6 . . . . . 673, 20
142, 2 . . 44, 10; 48, 14; 98, 3
142, 10. . . . . 138, 18
143, 1 . . . . . 385, 13
145, 4 . . . . . 629, 9
145, 8 . . . . . 90, 18
146, 2 . . . . . 350, 18
148, 1 sqq. 153, 17
148, 5 . . . . . .151, 22; 228, 21; 1056, 17
148, 7 sq.. . . . . 373, 2

Prouerbia 1, 4 . . . . . 39, 10
1, 7 . . . . . 376, 26
2, 6 . . . . . 877, 11
4, 27. . . . .1073, 20. 23
5, 19. . . . . 892, 15
8, 22. . . 744, 2; 816, 7
8, 25. . . . . 743, 27
8, 35. . 912, 7; 930, 27
9, 17. . . . . 861, 16
16, 18. . . . . 183, 13
16, 24. . . . . 2, 25
17, 6 . . . . . 465, 15
17, 15. . . . . 697, 2
18, 3 . . . . . 1077, 9
18, 12. . . . . 713, 2
19, 3 . . . . . 915, 12
19, 21. . . . . 636, 14
20, 8 sq.. . . . . 953, 9
20, 9 . . . . . 885, 20
20, 24. . . . . 931, 3
21, 1 . . . . . 914, 10
21, 2 . . . . . 931, 4
21, 20. . . . . 240, 9
22, 11. . . . . 952, 5
24, 12. . . . . 1044, 1
25, 21 sq. 859, 5
26, 11. . . . . 181, 20
29, 19. . . . . 908, 27
31, 27. . . . . 648, 8

Ecclesiastes
1, 2 sq. 451, 2
1, 9 sq. 168, 16
2, 13 sq. 451, 9
3, 21. . . . . 628, 20
8, 14. . . . . 451, 16
11, 2 . . . . . 438, 26
12, 7 . . . . . .1065, 31
12, 13 sq. 452, 6. 14

Canticum canticorum
1, 5 . . . . . 866, 22
1, 11. . . . . 734, 12
1, 11 sq. 733, 6
4, 2 . . 26, 20; 311, 2; 823, 17; 824, 3
4, 12 sq. 181, 16
4, 12. 15 . . . . 684, 10
4, 15. . . . . 313, 3
4, 16. . . . . 698, 8
6, 7 . . . . . 31, 24; 1040, 5. 15
6, 8 . . . . . 664, 4
8, 6 . . . . . 42, 22

Sapientia Salomonis
1, 5 . . 22, 22; 665, 20; 667, 1
1, 11. . . . . 505, 10
1, 13. . . . . 295, 24
1, 16. . . . . 296, 4
2, 24. . . . . 296, 2
3, 6 . . . . . 392, 4
3, 9 . . . . . .1087, 15
4, 11. . . . . 917, 24
5, 3 sq. 431, 26
5, 6 . . . . . 431, 1
6, 25. . . . . 304, 5
7, 24 sq. 1057, 18
7, 27. . . . . 212, 7
8, 1 . . . 758, 26; 1057, 16; 1064, 2
8, 21. . 65, 3; 902, 19; 944, 20
9, 14. . 300, 8; 548, 13
9, 15. . . 53, 2; 98, 2; 303, 4; 584, 5; 688, 1; 694, 16; 946, 10
12, 18. . . . . 157, 10
13, 8 sq. 1052, 19
16, 20. . . . . 422, 6

Ecclesiasticus
1, 14. . . . . .1093, 18
1, 26. . . . . 302, 3
2, 7 . . . . . 469, 21
3, 15. . . . . 698, 24
3, 18. . 585, 21; 604, 2
3, 21 sq. 165, 12
3, 30. . . . . 636, 19
5, 13. . . . . 370, 4
6, 36. . . . . 1078, 5
7, 13. . . . . 366, 1
7, 25. . . . . 860, 13
10, 12. . . . . 934, 30
10, 12 sq. . . 1031, 18. 30
10, 13. . 171, 16; 191, 5
11, 14. . . . . 296, 6
11, 28. . . . . 346, 24
12, 4 . . . . . 859, 20
13, 24. . . . . 954, 25
14, 5 . . . . . 509, 9
15, 15. . 910, 24; 912, 2
15, 55. . . . . 911, 8. 15
18, 30. . 68, 15; 937, 17
21, 1 . . . . . 509, 11
22, 12. . . . . 349, 1
22, 27. . . . . 911, 10
23, 4 sqq. 911, 21
23, 6 . . . . . 69, 7
24, 3 . . . . . 584, 6
24, 5 . . . . . 723, 21
27, 5 . . 391, 23; 500, 2; 986, 23
27, 11. . . . . 430, 22
30, 24. . . . . 509, 6
31, 10. . . . . 985, 22
31, 30 sq. 345, 9
37, 20. . . . . 837, 1
38, 10. . . . . 954, 28
40, 1 . . . . . 935, 1
46, 20. . 834, 7; 964, 10

Oseas 1, 2 . . . . . 857, 18
2, 5 sqq. 681, 26
6, 6 . . . . . 636, 20

Amos 1, 3 . . . . . .1079, 14

Ionas 3, 4 . . . 347, 10; 1023, 7. 13

Habacuc 2, 4 . 44, 11; 98, 22; 288, 15; 426, 19; 889, 27; 925, 18; 949, 4

Haggaeus 1, 2 . . . . . 988, 12
2, 7 . . . . . 312, 22

Zacharias 3, 1 sqq. 277, 12
12, 1 . . . . . 1065, 26
12, 10. . . 749, 28; 751, 31; 754, 26

Malachias 1, 2 sq. 663, 11
2, 17. . . . . 483, 23
3, 1 . . . . . 213, 21
3, 14. . . . . 483, 23
4, 2 (cf. Sap. 5, 6) 430, 25
4, 5 sq. . . . 482, 7; 483, 2. 4. 15. 20

Esaias 1, 16. . . . . 993, 12
1, 18. . . . . 300, 14
1, 19. . . . . 922, 20
2, 1 (cf. Ioel 1, 1 Zeph. 1, 1) . . 412, 17
3, 12. . . . . 886, 6
7, 9 . . 302, 11; 889, 27
7, 11 sq. 335, 3
7, 16. . . . . 199, 22
10, 22. . . . . 870, 11
11, 2 sq. 376, 20
14, 12. . . 9, 1; 876, 12
14, 12—15. . . . 180, 6
26, 10. . . . . 582, 11
26, 11. . . . . 472, 21
26, 19. . . . . 518, 10
28, 11. . . . . 781, 15
29, 13. . . . . 305, 4
38, 5 . . . . . 234, 9
40, 31. . . . . 456, 9
42, 16 sq. 867, 3
43, 1 . . . . . 988, 12
45, 1 . . . . . 988, 12
45, 11. . . . . 924, 14
45, 22. . . . . 910, 7
48, 16. . . . . 760, 3
52, 7 . . . . . 320, 26
53, 8 . . . . . 303, 23
57, 16. . . . . 1065, 7
57, 16 sq. 1064, 12
60, 2 . . . . . 456, 6
61, 1 . . . . . 742, 4
61, 10. . . . . 866, 5
65, 17 sqq. 518, 11
66, 1 . . . . . 987, 11
66, 2 . . 369, 24; 376, 11
66, 24. . 161, 2; 1061, 24

Hieremias 1, 5 . 230, 16; 1063, 17
1, 10. . . . . 856, 26
2, 29. . . . . 48, 16
5, 1 . . . . . 330, 22
17, 5 . . 810, 3; 909, 16
17, 9 . . . . . 278, 15
17, 10. . . . . 278, 20
23, 24. . 82, 25; 546, 11; 758, 21
25, 11. . . . . 873, 6
29, 10. . . . . 277, 4
36, 1 sqq. 276, 2
38, 29 sq. 1079, 26

Ezechiel 11, 19. . . . . 930, 28
14, 9 . . . . . 918, 3
14, 14. . . . . 599, 20
16, 51. . . . . 692, 16
18, 2 . . . . . 1079, 17
18, 4 . . . 705, 23; 706, 4. 10
18, 23. . . . . 411, 18
18, 31. . . . . 910, 9. 10
20, 12. . . . . 556, 2
28, 12 sq. . . 9, 3; 181, 11
28, 14 sq. 182, 7
33, 11. . . . . 420, 1
36, 17—19. . . . 869, 8
36, 23—29. . . . 869, 20
36, 26. . 608, 13; 870, 21; 910, 11
36, 27. 26 . . . . 912, 12
36, 27. . . 927, 9; 931, 1
37, 1 sqq. 764, 4
43, 19. . . . . 433, 25

Daniel 3, 23. . . . . 1059, 2
3, 34 sqq. 153, 15
7, 18. . . . . 518, 24
7, 27. . . . . 519, 1
9, 24 sqq. 310, 1
12, 1 sq. 518, 18
13, 19 sqq. 986, 25

Macchabaeorum II 7, 28 . . . . . 1056, 14

Matthaeus 1, 18. . . . . 760, 1. 24
1, 21. . . . . 958, 19
1, 23. . . . . 199, 18
2, 1 . . . . . 310, 3
2, 13 sqq. 391, 20
2, 14. . . . . 298, 12
3, 2 . . . . . 411, 4
3, 4 . . . . . 69, 21
3, 7 . . . . . 312, 1

Matthaeus 3, 8 . . . . . 508, 15
3, 10. . . . . 275, 20
3, 11. . . . . 392, 9
3, 12. . 112, 19; 315, 12
3, 16. . 762, 21; 1054, 15
3, 17. . . . . 141, 17
4, 1—10 . . . . 117, 11
4, 2 . . 347, 7; 440, 15; 828, 9
4, 3 . . . . . 70, 1
4, 5 . . . . . 960, 17
4, 7 . . . . . 334, 20
4, 11. . . . . 997, 22
5, 3 . . 605, 15; 990, 1
5, 3 sqq. 301, 16
5, 4 . . . . . 979, 3
5, 5 . . . . . 990, 4
5, 6 . . . . . 948, 27
5, 6 sqq. . 990, 20. 24. 27
5, 7 . . . . . 48, 7
5, 8 . . .547, 3; 735, 4; 750, 6; 752, 30
5, 9 . . . . . 991, 6
5, 14—16. . . . 981, 17
5, 16. . . . . 884, 7
5, 17. . 402, 12; 976, 12
5, 20. . .510, 9; 597, 4; 646, 22
5, 22. . . . . 510, 14
5, 23 sq. 510, 23
5, 27. . . . 1022, 3. 18
5, 27 sq. . . 976, 2. 5. 14
5, 28. . . . . 29, 32
5, 32. . . . . 364, 23
5, 34 sq. 987, 13
5, 39. . . 12, 7; 109, 9; 291, 2. 7
5, 42 . 30, 1; 979, 6. 18
5, 44 . 109, 11; 119, 6; 602, 17
5, 45. . . . . 431, 3
5, 48. . . . . 951, 19
6, 1 . . 30, 2; 949, 16; 980, 2; 981, 10. 26
6, 2 . . . . . .1040, 15
6, 3 . . 564, 24; 983, 4
6, 4 . . 983, 15; 984, 8
6, 9 . . . . . 415, 14
6, 11. . . . . 765, 7
6, 12. . 45, 20; 48, 20; 292, 6; 415, 15; 416, 23; 507, 23; 511, 5; 618, 6; 621, 10; 647, 22; 898, 19; 921, 24; 946, 25; 947, 21;

Matthaeus 952, 15. 27; 955, 10
6, 12 sq. 899, 6
6, 13. . .900, 3; 946, 9; 985, 11
6, 14. . 415, 11; 511, 14
6, 16 sqq.. . . . 991, 13
6, 19—21. . . . 108, 28
6, 22 sq. 994, 12
6, 23. . 30, 12; 995, 21
6, 24. . .120, 5; 984, 6; 1029, 27
6, 30. . 601, 9; 1063, 18
6, 34 . . . 997, 3. 7. 11
7, 1. .30, 16; 998, 17. 20
7, 1 sq. . 896, 6; 1000, 22
7, 2 . . . . . 946, 27
7, 3 . . . . . 1002, 6
7, 4 sq.. . . . .1002, 15
7, 6 . . 642, 23; 644, 10
7, 11. . . . . 602, 1
7, 12. . 27, 26; 857, 23; 858, 5; 1086, 7
7, 13. . 321, 19; 827, 11
7, 15 sq. 992, 10
7, 16. . . . . 998, 25
8, 5 sq.. . . . . 557, 13
8, 8 . . . . . 422, 1
8, 10. . . . . 559, 2
8, 11 sq. 697, 6
8, 12. . . . . 696, 20
8, 12 (22, 13). . 700, 18
8, 22. . 98, 8; 459, 22; 719, 21
8, 29. . . . . 962, 16
8, 32. . . . . 189, 23
9, 6 . . . . . 415, 16
9, 12. . . . . 895, 25
9, 12 sq. . 941, 1; 942, 27
9, 13. . . . . 405, 15
9, 21. . . . . 822, 10
10, 9 sq.. . . . . 561, 21
10, 10. . . . . 559, 22
10, 16. . . 39, 9; 827, 3; 861, 13
10, 20. . . . . 417, 16
10, 22. . . . . 56, 20
10, 23. . . . . 298, 9
10, 26. . . . . 918, 2
10, 28. . . . . 100, 12
10, 34. . . . . .1044, 21
10, 35. . . . . .1044, 20
10, 37. . . . . 502, 26
10, 41. . . . . 513, 25
10, 42. .596, 15; 1046, 26
11, 11. . . . . 310, 19
11, 13. . . . . 781, 20

Matthaeus
11, 19. . . . . 1010, 2. 7
11, 22. . . . . 453, 1
11, 24. . 453, 3; 683, 26; 692, 14
11, 27. . . 19, 30; 586, 3. 4. 6; 732, 23
11, 28. . . . . 405, 11
11, 28 sq. . 437, 25; 1087, 8
11, 28–30. . . . 846, 5
11, 30. . . . . 914, 2
12, 2 . . . . . 854, 6
12, 24. . . . . 379, 12
12, 27. . . . . 454, 7
12, 28. . 379, 13; 742, 1
12, 30. . 22, 9; 655, 18. 20
12, 32. . 403, 13; 404, 25; 406, 13; 407, 17; 408, 4. 14; 409, 11; 412, 10; 414, 16; 741, 22
12, 35. . . . . 754, 1
12, 40. . 447, 5; 872, 26
12, 41 sq. 453, 6
12, 43. . 30, 27; 1016, 2. 4
12, 43—45. . . . 182, 2
12, 45. . . . . 1016, 7
12, 48. . 114, 11; 1046, 9
13, 8 . . . 218, 5; 515, 6
13, 11. . . . . 929, 10
13, 17. . . . . 310, 20
13, 28. . . . . 180, 18
13, 30. . . . . 315, 12
13, 31 sq. 276, 20
13, 37. . . . . 453, 22
13, 43. . 456, 5; 953, 12
13, 47. . . . . 866, 25
13, 52. . . . . 139, 5
15, 4 . . . . 1022, 3. 18
15, 11. . . . . 324, 10
15, 24. . . . . 310, 5
16, 6 . . . . . 861, 1
16, 18. . . . . 397, 27
16, 23. . . . . 164, 20
16, 24. . . . . 439, 18
16, 27. . 907, 17; 918, 19
16, 28—17, 9 . . 565, 16
17, 1 . . 19, 12; 571, 20
17, 1 sq. . 447, 14; 872, 19
17, 2 . . . . . 653, 23
17, 2 sq. 829, 7
17, 3 . . . . . 964, 15
18, 10. . 147, 19; 543, 13
18, 15. . 21, 21; 642, 21; 647, 18; 923, 20
18, 17. . 644, 10; 923, 22

Matthaeus
18, 23 sqq. 512, 18
18, 23—35. . . . 600, 21
18, 26. . . . . 668, 6
18, 28. . . . . 668, 8
19, 12. . 285, 12; 860, 9
19, 17. . 649, 13; 753, 30; 754, 8
19, 28. . . . . 454, 1. 24
19, 29. . 465, 12; 591, 23
20, 23. . . 744, 24; 745, 12. 23
21, 31. . . . . 272, 18
22, 13. . . . . 1096, 9
22, 29. . . . . 530, 10
22, 30. . . . 530, 13. 21
22, 37. . 129, 19; 132, 15; 828, 24; 888, 18; 950, 19; 1084, 18
22, 37 sq. 951, 2
22, 37 sqq. . . 3, 22; 378, 14; 642, 4; 797, 26; 944, 5; 1085, 17; 1098, 2
22, 37. 39 . 810, 17; 825, 15
22, 37. 39 sq. . . . 813, 17
22, 39. . . 509, 5; 814, 3
22, 40. . 46, 4; 769, 13; 781, 21; 796, 17
23, 2 sq. 646, 24
23, 3 . . 305, 9; 687, 24
23, 8 . . . . . 1069, 17
23, 15. . . . . 646, 13
23, 37. . . . . 635, 2
24, 12. . 56, 18; 698, 20
24, 13. . . . . 496, 18
24, 20. . . 20, 24; 603, 1
24, 24. . . . . 1050, 6
24, 31. . . . . 880, 4
24, 36. . . . . 885, 1
24, 48 sq. 457, 13
24, 51. . . . . 867, 11
25, 1 sqq. . 883, 7; 884, 8
25, 23. . . . . 700, 8
25, 26 sq. 637, 11
25, 29. . . . . 1096, 8
25, 31 sq. . 749, 23; 750, 24
25, 33. . . . . 582, 7
25, 34. . 500, 21; 990, 8
25, 38. . . . . 605, 23
25, 40. . 605, 25; 786, 26
25, 41. . . 159, 1. 9; 160, 12; 472, 11; 500, 16; 700, 3; 875, 30; 1062, 1
25, 45. . . . . 509, 23

Matthaeus
25, 46. . 160, 15; 582, 8
26, 2 . . . 19, 15; 567, 5
26, 6—13 . . . . 567, 7
26, 13. . . . . 521, 13
26, 20 sq. 424, 1
26, 26. . . . . 423, 24
26, 32. . . . . 580, 23
26, 33. . . . . 713, 12
26, 38. . . . . 59, 2
26, 38 sq. 742, 16
26, 41. . . . . 900, 5
26, 52. . . . 1001, 14. 25
26, 66. . . . . 575, 6
26, 70. 75 . . . . 913, 8
26, 75. . . 57, 8; 311, 7; 709, 14; 713, 12
27, 34. . . . . 307, 25
27, 44. . . . 576, 6. 21; 577, 16
27, 45. . . . . 572, 2
27, 46. . . . . 99, 11
27, 51. . 253, 4; 1082, 6
28 . . . . . 715, 24
28, 7 . . . . . 580, 23
28, 9 . . . . . 578, 8
28, 16 sq. 578, 11
28, 19. . 663, 20; 796, 22

Marcus
1, 24. . . . . 659, 25
3, 5 . . . . . 58, 23
3, 23. . . . . 1049, 23
3, 27. . . . . 464, 10
3, 28. . . . . 414, 18
3, 28 sqq. 419, 5
3, 29. . . . . 407, 8
5, 41. . . . . 978, 11
6, 8 . . . . . 559, 23
6, 9 . . . . . 564, 11
9, 1—9. . . . . 565, 16
9, 2 . . 19, 12; 571, 20; 872, 19
9, 17 sqq. 933, 20
9, 39. . . . . 22, 10
9, 39 sq. . . 655, 19. 24
9, 44 sq. 501, 20
10, 8 . . . . . 1011, 7
11, 13. . . . . 605, 11
13, 27. . . . . 880, 4
13, 32. . . . . 742, 24
13, 33. . . . . 457, 29
14, 1 . . . 19, 15; 567, 5
14, 3—9. . . . . 568, 22
14, 28. . . . . 580, 23
14, 64. . . . . 575, 6

Marcus
15, 14. . . . . 574, 16
15, 24. . . . . 572, 8
15, 24 sq. 573, 16
15, 25. . 19, 18; 571, 4; 572, 7
15, 32. . . . . 576, 8. 22
15, 33. . . . . 572, 2
16 . . . . . 715, 24
16, 7 . . . . . 580, 23
16, 12. . 22, 4; 653, 7. 17
16, 14. . . . . 578, 12
16, 16. . . . . 408, 6. 11
16, 19. . . . . 578, 17

Lucas
1, 11 sqq. 692, 20
1, 17. . . . . 765, 12
1, 34 sq. 759, 26
1, 44. . . . . 310, 21
2, 14. . . . . 1035, 17
2, 29 sq. 547, 14
2, 35. . . . . 654, 19
2, 51. . . . . 114, 13
3, 6 . . . . . 547, 7
3, 16. . . . . 392, 9
3, 17. . . . . 876, 11
3, 22. . . . . 310, 22
4, 2—12 . . . . 117, 11
4, 18 sq. 742, 4
5, 6 sq. 890, 19
5, 33—39. . . . 589, 11
6, 7 . . . . . 854, 6
6, 30. . . . . 883, 18
6, 37 sq. 48, 1
6, 38. . 32, 1; 492, 22; 1046, 16. 17. 22; 1047, 5
6, 39. . . . . 1047, 2
6, 40. . . . . 1047, 9
7, 3 sqq. 557, 16
7, 14. . . . . 978, 11
7, 32—35. . . . 586, 22
7, 35. . . . . 588, 10
7, 36—50. . . . 567, 13
7, 41—43. . . . 601, 2
7, 47. . . . . 568, 5
8, 43 sqq. 559, 8
8, 45. . . . . 612, 21
9, 3 . . . . . 559, 22
9, 27—36. . . . 565, 16
9, 28. . . 447, 15; 571, 18; 872, 16
9, 33. . . . . 566, 17
9, 49. . . . . 1051, 13
9, 60. 62 . . . . 119, 23
10, 20. . . . . 1050, 18

Lucas 10, 30. . . . . 20, 9
10, 30 sqq.. . . . 802, 7
10, 30—37. . . . 590, 23
10, 38—42. . . . 592, 5
10, 42. . . . . 738, 18
11, 5—8. . 593, 2; 601, 22
11, 11 sq. 594, 9
11, 18. . . . . 419, 13
11, 20. . .272, 2; 322, 5; 379, 15; 416, 7
11, 52. . . 30, 30; 1017, 21. 24
12, 10. . . . . 407, 8
12, 20. . . . . 988, 20
12, 29. . . 20, 16; 595, 6
12, 45. . . . . 457, 13
12, 48. 47 . . . . 908, 7
12, 49. . . . . 317, 10
12, 49 sq. 392, 6
12, 52. . . 31, 30; 1044, 15. 22
13, 11—16. . . . 595, 16
13, 21. . . . . 861, 3
13, 28 sqq.. . . . 610, 3
13, 32. . . . . 954, 10
14, 2—5. . . . . 595, 15
14, 11. . . . . 109, 8
14, 26. . . . . 119, 23
14, 28 sqq.. . . .1016, 21
14, 30. . . . . 1017, 9
14, 32. . . . . .1017, 12
14, 33. . . . . 1017, 3
15, 11—32. 601, 4; 605, 1
15, 11 sqq.. . . . 606, 19
15, 24. 32 . . . . . 69, 1
16, 1—9. . 596, 5; 601, 13
16, 9 . .512, 25; 513, 22; 1046, 20
16, 22. . . . . 972, 21
16, 22 sqq.. . . . 971, 28
16, 23. . . . . 249, 26
16, 24. . . . . 487, 1
16, 24 sq. 342, 6
16, 26. . . . . 963, 9
17, 14. . . . . 692, 20
17, 21. . . . . 109, 11
17, 29—32. . . . 875, 10
17, 31. . . . . 598, 5
17, 31 sq. 597, 18
17, 34 sq. 598, 16
18, 2—8 . 596, 21; 600, 13
18, 13. . . . . 164, 10
18, 25—27. . 603, 11. 18
19, 6 . . . . . 421, 25
19, 8 . . . . . 597, 6
20, 36. . . . . 641, 1

Lucas 21, 18. . 100, 22; 532, 15
21, 34. . . . . 68, 4
22, 15. . . . . 59, 1
22, 19 sq. 822, 9
22, 21. . . . . 408, 27
22, 31. . . . . 960, 4
22, 31 sq. . . . 988, 26
22, 32. . . . . 900, 9
23, 7. 46 . . . . 310, 4
23, 12. . . . . 309, 10
23, 31. . . . . 392, 14
23, 33 sqq.. . . .1001, 21
23, 39—43. . . . 576, 10
23, 44. . . . . 572, 2
24 . . . . . 715, 24
24, 15. . . . . 578, 9
24, 16. . 22, 3; 653, 6. 14
24, 28. . 20, 27; 604, 15. 18; 606, 9
24, 34. . . . . 578, 8
24, 39. . 100, 17; 243, 5. 26; 1058, 10. 18; 1060, 13; 1062, 27
24, 43. . . . . 589, 2
24, 44. . . . . 781, 25
24, 45. . . . . 906, 9
24, 46 sq. . 311, 10; 411, 8
24, 50 sq. 578, 22

Iohannes 1, 1 . . 27, 15; 303, 22; 584, 24; 722, 9; 847, 16; 957, 9; 1011, 15; 1021, 28; 1054, 9
1, 1 sq.. . . . . 848, 6
1, 1—3. . 108, 22; 211, 17; 1055, 5
1, 1 sqq. . 267, 9; 368, 13
1, 1. 3 . 142, 1; 228, 27
1, 1. 14 . . . . 199, 20
1, 1. 2. 14 . . . 761, 15
1, 2 sq.. . . . . 722, 15
1, 3 . . .32, 9; 229, 19; 725, 7. 27; 729, 16; 742, 9; 816, 1; 1055, 2. 16. 23
1, 4 . . . . . .1038, 24
1, 5 . . 582, 1; 801, 10
1, 9 . . 154, 23; 581, 24
1, 10. . . . . 808, 6. 9
1, 10 sq. 758, 15
1, 12. . . . . 768, 15
1, 14. . 113, 20; 413, 22; 653, 2; 722, 12; 808, 14; 816, 1;

Iohannes 1, 14. 893, 31; 1005, 30; 1011, 16
1, 16. . . . . 310, 18
1, 29. . 271, 15; 392, 16; 433, 25
1, 33. . . . . 392, 9
1, 47. . . . . 851, 1
1, 47 sqq.. . . . 266, 18
1, 48. . . . . 276, 6
1, 52. . . . . 267, 1
2, 4 . . 114, 15; 435, 21
2, 9 . . 763, 10; 973, 16
2, 9 sq.. . . . . 231, 10
2, 18 sqq.. . . 879, 8. 19
2, 19. . . . . .1005, 14
2, 20. . . 830, 6; 882, 1
2, 20 sq. 881, 20
2, 21. . 882, 16; 1005, 14
3, 5 . . 406, 22; 413, 25; 510, 7; 646, 20; 706, 16; 710, 15; 711, 7
3, 8 . . . . . 789, 25
3, 13. . . . . 1011, 8
3, 13 sq. . 30, 23; 1010, 21. 24
3, 14 sq.. 271, 7; 1012, 6
3, 15. . . . . .1012, 27
3, 17. . 904, 3; 917, 13
3, 18. . . . . .1061, 20
3, 22. . . . . 711, 16
4, 1—3. . . . . 711, 18
4, 7 sqq. 785, 13
4, 14. . . . . 313, 13
4, 24. . 629, 4; 779, 20
5, 17. . . . . .1063, 10
5, 19. . 724, 23; 756, 29
5, 21. . . . . 724, 26
5, 22. . 750, 30; 752, 3
5, 24. . . 426, 8; 461, 6
5, 24—28. . . . 752, 8
5, 25. . . . . 461, 14
5, 25 sq. 459, 12
5, 26. . . 742, 13; 747, 6. 10; 751, 3. 21; 755, 20; 800, 19
5, 27. . . . . 460, 25
5, 28 sq. 460, 29
5, 29. . 461, 28; 560, 12; 1061, 17
5, 36. . 310, 12; 746, 28
5, 46. . 285, 20; 286, 10; 289, 3; 306, 16
6, 6 . . 407, 26; 986, 13
6, 38. . 200, 8; 742, 12
6, 41. . . . . 270, 3

Iohannes 6, 51. . . . . 861, 15
6, 53. . 250, 8; 858, 26
6, 56. . . . . 408, 19
6, 57. . . . . 497, 15
6, 65. . 897, 10; 929, 8
6, 70. . 180, 20; 338, 12
7, 10. 30 . . . . 298, 13
7, 16. . 742, 23; 747, 29; 755, 13. 23; 756, 16; 799, 22
7, 37 sqq.. . . 785, 2. 29
7, 38. . . . . 862, 7
7, 39. . . 443, 1; 954, 1
8, 15. . . . . 762, 14
8, 17. . . . . 516, 13
8, 25. . 144, 21; 744, 9
8, 31 sq.. . . . . 81, 15
8, 36. . 921, 20; 942, 22
8, 42. . . . . 762, 12
8, 44. . 54, 15; 131, 26; 179, 1; 313, 20; 367, 25; 1045, 14
8, 48. . . . . 163, 26
8, 50. . . . . 750, 27
9, 3 . . . . . 934, 21
9, 31. . . . . 164, 7
9, 39. . 270, 12; 294, 18; 917, 17
10, 18. . . 76, 8; 298, 11
10, 30. . 143, 18; 735, 10; 742, 11; 745, 1
10, 36. . . . . 760, 11
11, 1 sq.. . . . . 568, 13
11, 15. . . . . 58, 24
11, 33. . . . . 978, 12
11, 34. . . . . 612, 21
11, 35. . . . . 58, 25
11, 38. . . . . 978, 12
11, 43. . . . . 978, 13
11, 43 sqq.. . . . 1013, 2
11, 50 sq. 307, 12
11, 51 . . . . . 659, 21
12, 1 . . . 19, 16; 567, 6
12, 1—8. . . . . 568, 22
12, 3 . . . . . 857, 11
12, 3 sqq. 822, 8
12, 6 . . . . . 997, 27
12, 25. . . . . 859, 15
12, 31. . . . . 410, 12
12, 44. . 748, 9. 12. 18. 25
12, 47. . . . . 750, 26
12, 47—50. . . . 745, 28
12, 48. . . . . 747, 15
12, 50. . . . . 747, 18
13, 1 . . 395, 10; 426, 11
13, 2 . . . . . 219, 3

Iohannes 13, 5 . . . . . 585, 23
13, 10. . . . . 712, 5
13, 18. . . . . 338, 18
13, 26. . . . . 506, 9
13, 34. . 677, 4; 1097, 9
13, 35. . 891, 25; 1097, 10
13, 37. . . . . 913, 13
14, 1 . . . . . 748, 22
14, 6 . 267, 20; 367, 23; 744, 4; 816, 15
14, 8 sqq. 734, 16
14, 10. . . . . 416, 2
14, 15 sqq.. . . . 735, 24
14, 17. . . . . 735, 15
14, 21. . 581, 20; 585, 13; 750, 16
14, 23. . . . . 221, 18
14, 25 sq. 745, 7
14, 26. . . . . 758, 7
14, 28. . 728, 18; 730, 20; 731, 12; 737, 8; 741, 19; 771, 20
15, 1 sqq. 676, 23
15, 2 . . . . . 677, 11
15, 5 . . 897, 15; 920, 20
15, 7 . . . . . 922, 18
15, 13. . 42, 24; 912, 27
15, 15. . . . . 743, 6
15, 16. . . . . 920, 21
15, 22. . 405, 7; 414, 28
15, 25. . . . . 781, 17
15, 26. . 417, 15; 756, 25; 764, 20; 799, 19. 25
16, 6 sq.. . . . . 736, 22
16, 7 . . 745, 5; 758, 10
16, 8 sq. 415, 3
16, 12. . . . . 743, 11
16, 13. . . . . 736, 9
16, 13 sq. 583, 24
16, 13 sqq.. . . 756, 7. 18
16, 15. . 742, 21; 745, 25; 757, 18
16, 22. . . . . 738, 8
16, 25–29. . . . 739, 14
16, 28. . . . . 758, 12
16, 33. . 70, 13; 273, 16
17, 3 . . . 51, 8; 80, 16; 582, 12; 733, 22; 753, 18; 770, 19. 23; 1084, 20
17, 4 . . . . . 757, 26
17, 5 . . . . . 757, 15
17, 10. . . . . 742, 21
17, 19. . . . . 760, 13
17, 23. . . . . 101, 15
17, 24. . . . . 768, 26

Iohannes 18, 8 sq. 393, 2
18, 20. . . . . 1056, 7
18, 29—31. . . . 573, 2
19, 6 . . . . . 574, 16
19, 11. . . . . 1052, 5
19, 13 sqq.. . . 571, 5. 10
19, 14. . 19, 19; 573, 27
19, 15 . . . . . 309, 14
19, 23. . . . . 572, 18
19, 26 sq. 114, 17
19, 30. . . . . 627, 5
19, 34. . .217, 2; 250, 6; 529, 23
19, 36. . . . . 271, 18
19, 37. . 749, 28; 751, 31; 754, 26
19, 41 sq. 882, 9
20 sq. 715, 24
20, 14. . . . . 578, 7
20, 17. . 100, 3; 737, 14
20, 19—23. . . . 578, 9
20, 22. . 348, 4; 582, 23; 709, 18; 796, 14
20, 22 sq. . 413, 26; 663, 21
20, 23. . . . . 687, 6
20, 26. . . . . 578, 10
20, 28. . . . . 100, 20
20, 30. . . . . 579, 7
21, 1 . . . . . 578, 11
21, 6. 11 . 443, 10; 829, 14; 891, 3
21, 15. . . . . 583, 2
21, 23. . . . . 583, 3

Actus apostolorum
1, 3 . . 579, 8; 890, 12
1, 5 . . . . . 709, 22
1, 7 . . 556, 19; 1069, 28
1, 9 . . . . . 890, 12
1, 11. . . . . .1058, 14
1, 26. . . . . 454, 18
2, 1 sqq. .271, 22; 313, 5; 321, 24; 829, 10; 890, 12
2, 1—13 . . . . 590, 16
2, 2 sqq. . 348, 4; 762, 22
2, 4 . . . . . 796, 14
2, 27. . . . . 341, 24
2, 37 sq. . 399, 14; 788, 9
2, 41. . . . . 711, 3
3 et 4 . . . . . 523, 19
4, 26 sq. 577, 6
4, 28. . . . . 930, 14
7, 22. . 214, 20; 845, 14
7, 55. . . . . 715, 25

Actus apostolorum
8, 12. . . . . 711, 3
8, 13. . 408, 9; 659, 24
8, 20. . 784, 24; 788, 16
9, 3 sq.. . . . . 715, 25
9, 4 . . 443, 27; 786, 25
9, 18. . . . . 710, 27
9, 25. . . . . 298, 25
10, 1 sqq. . . . 657, 4
10, 13. .263, 18; 317, 18; 1038, 24
10, 41. . . . . 579, 18
10, 44 sqq.. . . . 788, 20
10, 48. . . . . 710, 8
11, 15 sqq.. . . . 789, 1
11, 27 sq. 650, 8
13, 48. . . . . 931, 5
15, 9 . . . . . 735, 2
15, 29. . . . . 323, 11
16, 14. . . . . 930, 10
16, 16—18. . . . 834, 10
16, 17. . . . . 962, 26
17, 24. . . . . .1005, 10
17, 28. . . . . 693, 11
19, 15. . . . . .1051, 22

ad Romanos
1, 3 . . . . . 443, 24
1, 11. 13 . . . . 58, 4
1, 17. . 98, 22; 288, 15; 889, 27; 925, 18; 949, 4
1, 20. . . 60, 11; 62, 5; 303, 26; 549, 17; 718, 9; 792, 8; 805, 16; 1014, 25
1, 21 sqq.. . . . .316, 24; 367, 11
1, 24. . 278, 9; 294, 8; 1049, 20
1, 24. 26. 28 . . 914, 16
1, 25. . 289, 11; 433, 22; 726, 18
1, 26. . . . . 294, 11
1, 28. . 294, 12; 295, 22; 924, 17
1, 31. . . . . 59, 14
2, 3—6. . . . . 1057, 6
2, 4 sqq. . 355, 5; 410, 24
2, 5 . . . . . 875, 26
2, 5—9. . . . . 856, 8
2, 6 . . . . . 965, 26
2, 12. . 28, 23; 907, 21
2, 13. . . . . 606, 6
2, 14—16. . . . 987, 21

ad Romanos
2, 21 sq. 305, 6
3, 5 . . . . . 293, 16
3, 6 . . . . . 904, 5
3, 8 . . 617, 15; 905, 9; 906, 19; 916, 26; 917, 7
3, 9 . . . . . 217, 21
3, 21. . . . . 440, 19
3, 26. . . . . 744, 21
4, 5 . . 97, 18; 744, 20; 910, 10
4, 11. . . . . 288, 26
4, 16. . 924, 24; 925, 30
4, 17. . . . . .1056, 12
4, 20 sq. 925, 5
4, 25. . 253, 14; 288, 22; 347, 26; 425, 24; 1097, 19
5, 3 . . . . . 998, 15
5, 3 sqq. . 122, 26; 798, 24; 1052, 9
5, 5 . . 178, 3; 402, 20; 409, 29; 437, 2; 697, 21; 783, 19; 796, 15; 897, 12; 944, 20; 1085, 22
5, 6 . . 396, 18; 631, 19
5, 12. . . . . 708, 25
5, 12 sqq.. . . . 638, 25
5, 14. . 224, 7; 250, 13
5, 16. . . . . 955, 14
5, 17 sqq.. . . . 956, 9
5, 18. . . . . 29, 20
5, 19. . . . . 200, 11
5, 20. . 248, 23; 402, 5; 405, 13; 917, 2
6, 1 sq.. . . . . 906, 26
6, 4 . . 426, 24; 469, 14; 708, 10
6, 6 . . 99, 12; 218, 14; 426, 25; 439, 25
6, 9 . . 169, 18; 244, 10; 1013, 7
6, 9 sq.. . . . . 715, 10
6, 12 . 936, 17; 945, 15
6, 13. . . 99, 19; 259, 3
6, 18. . . . . 922, 6
7, 5 . . . . . 248, 17
7, 12. . . . . 402, 25
7, 13. . . . . 403, 2
7, 17. . . . . 258, 23
7, 18. . .623, 8; 624, 8; 937, 12
7, 19. . . . . 936, 12
7, 20. . . . . 936, 15

ad Romanos
7, 22. . . . . 936, 16
7, 23. . 533, 26; 951, 1
7, 23 sq. 990, 17
7, 24. . . . . 936, 20
7, 24 sq. 948, 22; 978, 25
7, 25. . . 21, 6; 622, 6; 623, 18; 625, 21; 938, 2
8, 3 . . 281, 1; 290, 18; 1068, 15
8, 6 . . . . . 254, 8
8, 8 sq.. . . . . 248, 26
8, 9 . . . . . 417, 23
8, 10. . . . . 341, 10
8, 10 sq. . 98, 20; 584, 2
8, 13. . . 439, 21; 926, 16. 18
8, 14. . . . . 926, 26
8, 15. . 416, 22; 991, 8
8, 16. . . . . 416, 26
8, 22. . . . . 161, 8
8, 23 . 162, 10; 427, 12; 889, 29
8, 23 sqq.. . . . 245, 16
8, 24. . . . . 248, 5
8, 24 sq. 426, 19; 734, 8; 941, 27
8, 25. . . . . 270, 17
8, 26. . . . . 738, 26
8, 28. . . 129, 22; 913, 26; 1085, 19
8, 29. . .528, 8; 529, 6; 991, 25
8, 30. . 311, 22; 744, 17; 932, 10, 954, 7
8, 32. . . 76, 4; 632, 4; 740, 20; 760, 16
8, 33. . 27, 18; 849, 24
8, 33 sq. . . . 850, 8. 17
8, 34 . . 70, 12; 76, 14
8, 35. . 129, 24; 914, 6
8, 38. . . . . 129, 25
8, 38 sq. 7, 29
9, 2 . . . . . 58, 7
9, 5 . . . . . 630, 19
9, 14. . . . . 915, 8
9, 14 sq. 293, 17
9, 18. . . . . 918, 4
9, 20. . . . . 705, 5
9, 22 sq. . 186, 18; 293, 23; 356, 11
9, 27. . . . . 274, 17
9, 28. . . . . 944, 1
9, 30. . . . . 850, 24

ad Romanos
10, 3 . . .58, 8; 401, 17; 631, 2; 697, 2
10, 9 . . . 288, 17; 926, 15; 927, 4
10, 14. . . . . 82, 3
11, 1 . . . . . 336, 15
11, 5 . . 274, 17; 336, 20
11, 6 . . . . . 915, 14
11, 20. . 186, 13; 922, 13
11, 25. . . . . 399, 5
11, 29. . 920, 28; 932, 12
11, 30 sqq.. . . . 397, 6; 916, 11
11, 33. . 221, 7; 294, 26; 703, 11; 916, 21
11, 33 sq. 702, 5
11, 33 sqq.. . . 725, 8. 15
11, 36. 82, 22; 805, 24; 888, 14; 1056, 20
12, 2 . . 528, 10; 721, 9; 944, 14
12, 3. . . 187, 17; 868, 3
12, 12. . . . . 427, 17
12, 13. . . . . 606, 1
12, 14. . . . . 285, 4
12, 15. . . . . 58, 1
12, 20. . . . . 859, 5
12, 21. . . . . 909, 3
13, 8 . . . . . 631, 21
13, 8 sqq. 913, 2
13, 9 sq.. . . . . 46, 6
13, 10. . . 43, 6; 119, 4; 402, 13; 817, 5; 942, 3; 994, 20; 1096, 20
13, 11. . . . . 875, 26
13, 12. . . . . 445, 23
14, 3 . . . . . 69, 14
14, 3 sq.. . . . . 999, 10
14, 4 . . . . . 469, 21
14, 6 . . . . . 585, 9
14, 17. . . . . 588, 7
14, 20. . . . . 69, 9
14, 21. . . . . 643, 25
14, 23. . . . . 925, 18
15, 4 . . . . . 631, 13
15, 8 sq.. . . . . 396, 7
16, 27. . . . . 164, 28

ad Corinthios I
1, 10. . . . . 903, 25
1, 10—13 . . . 662, 6
1, 13. . . . . 320, 17
1, 21. . . . . 807, 27

ad Corinthios I
1, 23. . 303, 19; 368, 15
1, 23 sqq.. . . . 264, 13
1, 24. . 723, 21; 776, 4; 782, 14
1, 25. . . . . 807, 21
1, 30 sq. 69, 5; 720, 16
1, 31. . . . . 904, 11
2, 2 . . . . . 743, 13
2, 6 . . 368, 9; 743, 22
2, 8 . . 278, 17; 399, 18; 744, 15; 749, 10
2, 11. . 736, 18; 885, 25; 1043, 27
2, 14. . 377, 22; 672, 9. 14; 673, 15; 679, 13; 736, 4
3, 1 . . 533, 23; 743, 17
3, 1 sqq. 267, 16
3, 1—4. . . . . 661, 21
3, 2 . . . . . 392, 25
3, 3 . . . . . 679, 14
3, 6 . . . . . 93, 12
3, 7 . . . . . 763, 9
3, 9 . . . 599, 7; 704, 8
3, 11 sq. 504, 13
3, 11 sqq.. . . . 496, 22
3, 13. . . . . 499, 26
3, 13 sqq.. . . . 500, 3
3, 15. . 498, 11; 503, 17
3, 16 sq. 388, 24
3, 18. . . . . 560, 23
3, 21. . . . . 904, 10
3, 22 sq. 771, 11
4, 3 . . . . . 885, 21
4, 5 . . 411, 27; 550, 14; 733, 25; 999, 18; 1008, 5
4, 6 . . . . . 132, 14
4, 7 . . 765, 8; 798, 29; 904, 14. 22
4, 9 . . . . . 57, 23
4, 15. . . . . 320, 15
4, 21. . . . . 561, 15
5, 4 sq.. . . . . 647, 10
5, 7 . . 427, 25; 846, 2
5, 8 . . . . . 321, 14
5, 12. . . . . 999, 4
6, 3 . . . . . 454, 21
6, 7 . . . . . 504, 6
6, 9 sq.. .683, 12; 1025, 4
6, 15. . . . . 727, 18
6, 15—20. . . . 1025, 8
6, 16. . . . . 499, 2
6, 17. . . . . .1061, 11

ad Corinthios I
6, 18. . 31, 10; 1024, 21. 26; 1030, 4. 11. 24
6, 19. . . . . 727, 13
6, 20. . . . . 727, 24
7, 9 . . . . . 935, 17
7, 25. . 513, 3; 591, 26; 921, 13
7, 28. . . . . .1007, 17
7, 30 sq. 503, 23
7, 32 sq. 499, 22
7, 32. 34 . . . . 600, 1
7, 34. . . . . 849, 16
7, 36. . . . . .1007, 19
8, 1 . . 42, 28; 845, 28; 898, 6
8, 3 . . . . . .1085, 20
8, 6 . . . . . 725, 3. 25
8, 8 . . .68, 17; 69, 13; 588, 5
8, 11. . . . . 896, 23
9, 7 . . . . . 562, 6
9, 9 . . . . . 826, 16
9, 9 sq.. . 242, 3; 562, 11
9, 13—15. . . . 562, 24
9, 16 sq. 996, 1
9, 19. . . . . .1003, 26
9, 20 sq. 612, 5
9, 20 sqq.. . . .1003, 13
9, 22. . 611, 23; 634, 12; 894, 11
9, 24. . . . . 951, 9
9, 27. . . . . 67, 5
10, 1 sqq. 269, 17; 270, 6
10, 4 . . 434, 1; 506, 20; 608, 13
10, 6 . . 238, 2; 290, 23
10, 11. . 139, 15; 237, 18; 319, 19; 631, 14; 663, 1
10, 12. . 469, 22; 926, 4
10, 13. . 642, 16; 989, 14
10, 17. . . . . 703, 24
10, 18. . . . . 869, 16
10, 19 sq. 834, 17
10, 20. . . . . 322, 19
10, 32 sq. 982, 5
11, 3 . . 726, 10; 771, 12; 977, 30; 993, 5
11, 7 . . . . . 223, 20
11, 19. . . . . 867, 29
11, 20. . . . . 423, 19
11, 25. . . . . 423, 16
11, 29. . 408, 22; 421, 9; 422, 13

ad Corinthios I
11, 33 sq. 424, 22
12, 7 . . . . . 974, 26
12, 8 . . . . . 585, 7
12, 10. . . . . 96, 19
12, 11. . 787, 9; 789, 27; 926, 29
12, 12. . 180, 26; 1011, 31
12, 13. . . . . 785, 7
12, 18. . . . . 297, 12
12, 24. . . 12, 12; 295, 5
12, 28. . . 21, 31; 650, 3
12, 29. . . . . 787, 23
12, 29 sq. 1051, 26
12, 31. . . . . 146, 14
13, 1—3. . . . . 659, 13
13, 1—4. . . . . 783, 28
13, 1—8. . . . . 1099, 6
13, 2 . . 658, 7; 676, 17
13, 4 . . 509, 1; 697, 26; 1087, 14
13, 5. 4 . . . . . 192, 1
13, 5 . . . . . 442, 4
13, 8 . . . . . 819, 25
13, 9 sq. . . 543, 1; 544, 15; 585, 6
13, 10. . . . . 950, 13
13, 11 sq. 544, 21
13, 12. . 543, 3. 18; 547, 24; 549, 18; 583, 11; 585, 2; 701, 14; 732, 20; 733, 12; 750, 7; 792, 10; 795, 29; 796, 9; 887, 27; 946, 16
13, 13. . .218, 3; 820, 4; 950, 16
14, 14. . . . . 626, 13
14, 20. . . . . 560, 20
14, 21. . . . . 781, 15
15, 4—8. . . . . 580, 4
15, 5 . . . . . 338, 8
15, 10. . .57, 18; 454, 19
15, 13. . . . . 838, 10
15, 13 sq. 837, 10
15, 21 sq. 957, 12
15, 22. . 200, 13; 479, 17; 958, 4; 1080, 26
15, 23. . . . . 101, 2
15, 24. . 263, 5; 731, 23; 733, 2; 734, 2; 739, 9; 740, 24; 750, 9
15, 24 sq. 732, 3
15, 26. . 247, 15; 269, 12; 273, 6; 433, 1

ad Corinthios I
15, 27. . . . . 731, 15
15, 28. . 545, 19; 552, 8; 730, 5. 13; 731, 2; 750, 11
15, 31. . . . . 852, 14
15, 33. . . . . 295, 18
15, 36. . 479, 19; 480, 17
15, 37 sq. 1063, 24
15, 44. . .249, 4; 534, 2; 622, 19; 1060, 6
15, 45. . . . . 1061, 1
15, 46. . . . . 672, 7
15, 49. . . . . 1042, 1
15, 50. . . . . 1062, 9
15, 50 sqq. 243, 11; 244, 3; 287, 15
15, 51. . . . . 886, 21
15, 51 sq. 885, 4
15, 52. . .480, 7. 18. 26; 1014, 17; 1061, 14. 26
15, 53. . .67, 1; 247, 16; 427, 10; 438, 19; 1062, 6
15, 53 sq. 433, 4
15, 54. . .28, 12; 56, 15; 66, 24
15, 54 sq. . . 877, 15. 17
15, 55 sq. 946, 12
16, 1 sq. 998, 2
16, 8 sq. 929, 3

ad Corinthios II
1, 21. . . . . 57, 21
2, 12—17. . . . 929, 15
2, 14 sq. 698, 14
2, 15. . . . . 355, 10
2, 16. .615, 20; 1034, 18
3, 2 sq. 870, 18
3, 3 . . . . . 402, 19
3, 6 . . . . . 853, 9
3, 14. . . . . 1082, 8
3, 14 sqq. 253, 1
3, 18. . 548, 2; 993, 16
4, 4 . . 12, 9; 293, 2. 5
4, 6 . . . . . 447, 22
4, 13. . . . . 957, 23
4, 16. . .97, 20; 99, 20; 427, 21; 679, 19; 940, 16; 941, 17; 943, 19; 1041, 10
4, 18. . . . . 109, 12
5, 2 . . . . . 72, 19
5, 5 . . . . . 888, 4

ad Corinthios II
5, 6 . . 583, 20; 585, 11; 718, 22; 805, 13
5, 6 sq. . . 734, 25; 949, 3; 1080, 15
5, 7 . . . . . 818, 21
5, 10. . . 885, 8; 918, 5. 17; 965, 5, 927, 8
5, 13. . . . . 303, 22
5, 13 sq. 634, 13
5, 13 sqq. 268, 1
5, 14 sq. 460, 7
5, 14 sqq. 246, 8; 247, 28
5, 15. . . . . 280, 18
5, 16. . . . . 816, 3
5, 16 sq. . . 10, 23; 242, 18. 21; 244, 7. 23; 245, 1. 24
5, 17 sq. 247, 3
5, 21. . . . . 281, 10
6, 2—10 . . . .1090, 18
6, 10. . . . . 465, 14
7, 1 sq. 849, 11
7, 5 . . . 58, 2; 303, 16
9, 7 . . 48, 22; 56, 24; 275, 4; 950, 2; 979, 19
10, 17 . . . 186, 22; 396, 14; 428, 15
11, 2 . . . . . 887, 23
11, 2 sq. 58, 5
11, 3 . . 295, 15; 861, 14
11, 14. . . 75, 6; 102, 6; 314, 1
11, 14 sq. 962, 12
11, 23. . . . . 303, 15
11, 31. . . . . .1030, 20
12, 2 . . . . . 973, 6
12, 2 sq. 1069, 3
12, 2—4. . . . . 585, 10
12, 5 . . . . . 57, 15
12, 7 . . . . . 922, 17
12, 15. . . . . 634, 17
12, 21. . 58, 12; 647, 12
13, 4 . . 253, 14; 749, 19
13, 7 . . . . . 901, 11
13, 11. . . . . 951, 21

ad Galatas 1, 4 . . . . . 296, 19
1, 10. . . . . 982, 3
1, 12. . . . . 57, 21
2, 13 sq. 611, 3
2, 14. . . 690, 2; 695, 8
2, 20. . 57, 22; 760, 18
ad Galatas 2, 21. . . . . 947, 26
3, 10. . . . . 252, 11
3, 13. . . . . 280, 17
3, 16. . . . . 180, 23
3, 24. . 854, 3; 944, 27
3, 26 sqq. 773, 1
3, 27. . 22, 21; 664, 22; 666, 25
3, 28. . . . . 223, 24
3, 29. . 180, 22; 866, 1
4, 4 . . 742, 10; 761, 17
4, 4 sq. . . 267, 11; 729, 17; 759, 12
4, 6 . . 417, 19; 991, 8
4, 9 . . . . . 516, 19
4, 14. . . . . 985, 24
4, 22 sqq. 299, 10
4, 24. . . . . 672, 12
4, 26. . . . . 150, 21
4, 30. . . . . 867, 2
5, 6 . . 402, 14; 408, 14; 426, 18; 784, 17; 897, 12; 922, 2
5, 12. . . . . 285, 10
5, 13. . 726, 19; 1003, 30
5, 14. . . . . 1086, 4
5, 15. . . . . 373, 22
5, 16. . 624, 9; 937, 19
5, 16 sq. 936, 5
5, 17. . 258, 17; 622, 15; 625, 22; 812, 27; 877, 25; 939, 7; 945, 8; 948, 15
5, 18. . . . . 936, 14
5, 19. . . . . 936, 23
5, 19 sqq. 696, 6
5, 19—22. . . .1027, 13
5, 20. . . . . 54, 5
5, 21. . 682, 19; 851, 19
5, 22 sq. 677, 6
5, 24. . . . . 856, 19
6, 1 . . .57, 1; 184, 23; 612, 1
6, 2 . . 28, 17; 891, 17. 21. 27; 1086, 3
6, 2—5. . . . . 561, 1
6, 3 . . . . . 295, 20
6, 4 . . . . . 884, 21
6, 6 . . 605, 28; 1046, 23
6, 8 . . . . . 109, 5
6, 14. . . . . 439, 24

ad Ephesios
1, 4 . . . . . 466, 13
1, 5 . . . . . 897, 7

ad Ephesios
1, 18. . . . . 547, 1
1, 22. . . . . 876, 1
2, 2 . . 75, 3; 340, 15; 602, 24; 1050, 1
2, 3 . . . . . 939, 19
2, 4 sqq. 247, 23
2, 6 . . . . . 248, 7
2, 7 . . . . . 248, 14
2, 11 sqq. 323, 21
3, 13. . . . . 703, 5
3, 14—20. . . . 702, 16; 703, 1
3, 18. . 23, 30; 701, 10. 22; 846, 17
3, 19. . 146, 15; 704, 15
3, 20. . 66, 18; 718, 23
4, 2 sq. 313, 10
4, 3 . . 417, 13; 660, 6; 769, 11
4, 7 sq. 786, 3
4, 8 sqq. 787, 14
4, 11. . . . . 650, 5. 18
4, 12. . . . . 530, 2
4, 13. . 527, 16; 528, 3; 529, 4
4, 22 sqq. 99, 22
4, 22. 24 . . . . 827, 10
4, 23. . . . . 626, 6
4, 23 sq. 772, 14
5, 5 . . . . . 978, 17
5, 5 sq. 682, 23
5, 8 . . . . . 699, 26
5, 13. . . . . 995, 5
5, 14. . 98, 12; 469, 16
5, 23. . 382, 16; 977, 30
5, 25. . . . . 499, 3
5, 26. . . . . 954, 4
5, 27. . 313, 18; 675, 9; 871, 13; 898, 18; 951, 25; 953, 16
5, 28 sq. 259, 25
5, 29. . 623, 16; 812, 12; 975, 16; 993, 3
5, 31. . . . . 1045, 26
5, 31 sq. 250, 13
5, 32. . 139, 18; 1045, 28
6, 2 . . . . . 380, 15
6, 15. . . . . 320, 24
6, 16. . . . . 862, 20
6, 23. . . . . 867, 24

ad Philippenses
1, 6 . . . . . 913, 18
1, 17. . . . . 674, 17

ad Philippenses
1, 18. . 93, 16; 305, 11
1, 22. . . . . 847, 17
1, 22 sqq. 848, 15
1, 23. . . 27, 16; 58, 3; 504, 15
1, 29. . . . . 868, 5
2, 1 . . . . . 417, 2
2, 3 . . . . . 894, 24
2, 4 . . . . . 893, 26
2, 5 sqq. 893, 20
2, 6 . . . 76, 6; 726, 7
2, 6 sq. . . 250, 18; 581, 18; 754, 14; 1046, 4
2, 6 sqq. 634, 9; 729, 8
2, 7 . . 31, 19; 728, 21; 737, 1; 741, 20; 756, 5; 1035, 20; 1037, 11
2, 8 . . . . . 742, 19
2, 8 sqq. . . . 751, 5. 11
2, 12 sq. 696, 23
2, 13. . 437, 6; 516, 9; 912, 9; 913, 24; 922, 21; 930, 20
3, 3 . . . . . 727, 6
3, 12—14. . . . 816, 9
3, 14. . . 57, 25; 89, 7; 944, 24; 954, 17
3, 15. . 688, 3; 695, 21; 950, 10
3, 15 sq. 917, 28
3, 19. . . . . 296, 21
3, 21. . . . . 101, 4
4, 1 . . . . . 303, 17
4, 7 . . . . . 542, 11
4, 11—13 . . . 68, 20
4, 12 sq. 588, 1
4, 17. . . . . 982, 21

ad Colossenses
1, 13. . 410, 11; 466, 14; 790, 25; 897, 8
1, 15. . . . . 744, 12
1, 16. . . . . 165, 16
1, 17 sq. 744, 12
1, 18. . 395, 16; 631, 8
1, 24. . . . . 100, 13
1, 28. . . . . 951, 23
2, 9 . . . 30, 18; 1004, 13; 1005, 3
2, 11. . 626, 10; 789, 17
2, 12. . . . . 426, 24

ad Colossenses
2, 15. . . . . 287, 8
2, 16. . . . . 69, 13
2, 16 sq. . 238, 5; 319, 12
2, 17. . . . . 1005, 8
3, 1 . . . . . 469, 12
3, 1 sq.. . 100, 5; 245, 4
3, 2 sq.. . . . . 427, 2
3, 3 sq.. . . . . 733, 9
3, 4 . . 432, 17; 583, 13; 953, 24
3, 5 . . 316, 6; 978, 17; 994, 27
3, 9 sq.. . 427, 24; 772, 17; 827, 10; 1041, 25
3, 10. . 250, 3; 778, 15
3, 20. . . . . 230, 12
4, 3 . . 928, 24; 930, 5

ad Thessalonicenses I
2, 7 . . . . . 634, 18
2, 9 . . . . . 562, 17
3, 5 . . 332, 15; 1062, 14
3, 7 . . . . . 852, 4. 12
4, 5 . . . . . 499, 6
4, 13—17. . . . 478, 7
5, 2 . . . . . 885, 2
5, 5 . . . . . 150, 22
5, 8 . . . . . 862, 24
5, 14 sq. 923, 12
5, 19. . . . . 707, 22
5, 23. . . . 625, 9. 19; 1043, 30

ad Thessalonicenses II
1, 8 . . . . . 908, 22
2, 1—12 . . . . 473, 9
2, 2 . . . . . 456, 14
2, 8 . . . . . 473, 1
2, 9 sq.. . . . . 476, 22
2, 10 sqq.. . . . 914, 23
3, 8 sq.. . . . . 592, 1

ad Timotheum I
1, 5 . . 42, 20; 631, 20; 687, 26; 813, 21; 817, 5; 820, 9. 12; 993, 27; 1096, 20
1, 8 . . . . . 132, 3
2, 1 . . . 22, 1; 651, 6
2, 1 sqq. 276, 10
2, 2 sqq. 652, 13

ad Timotheum I
2, 5 . . 75, 10; 106, 12; 199, 20; 216, 14; 728, 10; 771, 22; 927, 22
2, 13 sq. 224, 3
4, 4 . . .69, 11; 239, 8. 13; 644, 3
5, 6 . . . . . 98, 14
5, 17. . . . . 412, 19
5, 20. . 21, 20; 642, 20. 24; 923, 17
5, 22. . . . 902, 14. 19
5, 23. . . . . .1009, 23
5, 24 sq. 999, 27
6, 10. . 191, 7; 1093, 11
6, 14 sqq.. . . . 723, 25
6, 16. . 205, 1; 212, 23; 723, 8. 12

ad Timotheum II
1, 7 . . . . . 921, 15
1, 9 . . . . . 160, 5
1, 9 sq.. . . . . 871, 19
2, 19. . 466, 19; 468, 9
3, 2 . . . . . 191, 23
3, 5 . . . . . 378, 5
3, 8 sq.. . . . . 442, 7
4, 1 . . . . . 748, 30
4, 4 . . . . . 268, 10
4, 8 . . . . . 456, 1
4, 14. . . . . 285, 6

ad Titum 1, 2 . . 160, 7; 1040, 21
1, 15. . 238, 23; 239, 8
3, 5 . . 245, 10; 702, 1

ad Philemonem
20 . . . . . 815, 17

ad Hebraeos
2, 4 . . . . . 787, 12
5, 14. . . . . 620, 25
7, 6 . . . . . 194, 22
11, 6 . . . . . 925, 19
11, 33. . . . . 577, 1
11, 37. . . . . 577, 3
12, 22. . . . . 346, 18

ep. Iacobi 1, 2 . . . . . 57, 9
1, 5 . . 902, 12; 906, 10

ep. Iacobi 1, 13. . 13, 27; 332, 8; 407, 21; 560, 8; 1062, 17
1, 14. . . . . 622, 7
1, 14 sq. 184, 6
1, 18. . . . . 702, 2
1, 22. . . . . 412, 21
2, 1—12 . . . . 36, 15
2, 4 . . . . . 47, 6
2, 8 sq.. . . . . 47, 18
2, 10. . 5, 6; 34, 6. 22; 36, 6; 42, 8; 49, 20
2, 12. . . . . 47, 25
2, 13. . . 47, 30; 48, 3; 507, 7; 513, 7; 953, 6
2, 14. . . . . 498, 8. 15
2, 19. . 408, 8; 784, 20
3, 2 . . 5, 8; 42, 5; 46, 28; 49, 2
4, 4 . . . . . 1029, 22
4, 6 . . 183, 2; 1077, 20
5, 11. . . . 1081, 15. 26

ep. Petri I
1, 20. . . . . 516, 21
2, 4. 6 . . . . . 434, 2
2, 9 . . . . . 470, 3
2, 21. . . . . 634, 6
3, 4 . . . . . 373, 13
3, 20 sq. 684, 18
4, 8 . . . 410, 3; 924, 6
5, 8 . . 608, 14; 861, 11

ep. Petri II
2, 4 . . . . . 340, 12
2, 19. . . . . 942, 25
2, 21 sq. 181, 23
3, 8 . . . . . 463, 21
3, 14. . . . . 905, 10

ep. Iohannis I
1, 5 . . . . 697, 10. 18; 1089, 24
1, 8 . . 41, 28; 45, 18; 56, 21; 59, 27; 682, 21
2, 9 . . . . . 697, 23
2, 10. . . . . 1088, 27
2, 11. . 664, 14; 665, 1

ep. Iohannis I
2, 15. . . 7, 3; 1029, 20
2, 15 sq. 109, 15
2, 15—17. . . . 1032, 2
2, 16. . . 65, 11; 117, 4
2, 18. . . . . 875, 24
2, 18 sq. 476, 7
3, 2 . . 97, 25; 543, 21; 582, 4; 733, 16; 890, 1; 942, 4
3, 12. . . . . 256, 23
3, 16. . . . . 632, 1
3, 21 sq. 955, 5
3, 24. . . . . 416, 25
4, 7 sq.. 782, 17; 1089, 6
4, 8 . . 697, 20; 770, 5 1006, 19; 1087, 15; 1097, 5
4, 10. . 632, 3; 782, 29
4, 13. . . . . 783, 4
4, 16. . 769, 23; 777, 6; 779, 5. 19. 23; 790, 3; 1086, 14; 1088, 11
4, 16. 18 . . . . 783, 11
4, 18. . 913, 9; 1093, 12
4, 20. . 798, 11; 1089, 19
5, 16. . . . . 921, 26
5, 20. . 723, 3; 742, 18; 747, 13

ep. Iudae 1, 19. . 377, 24; 799, 4

Apocalypsis
1, 5 . . . . . 744, 6
1, 7 . . . . . 753, 27
5, 5 . . 312, 21; 433, 25; 608, 14; 861, 10
6, 10. . . . . 602, 15
7, 4 . . . . . 873, 10
17, 15. . . . . 1004, 21
19, 6 . . . . . 862, 6
20, 1 sq.. . . . . 464, 16
20, 1 sqq. 462, 21
20, 3 . . 465, 22; 466, 1; 467, 7. 21; 468, 1. 5
20, 5 sq.. . . . . 468, 18
20, 6 . . . . . 469, 26
20, 7 sq.. . . . . 470, 14
20, 9 . . 471, 21; 472, 9
20, 10. . . . . 501, 21
21, 1 . . . . . 872, 2

b) Scriptores ecclesiastici.

Cypr. Quod idol. *cet.* 6 (I 24, 2 ed. Hartel) . . . 693, 16
Cypr. ep. 73, 23 (II 796, 14 sqq. ed. Hartel) . . 685, 11
Hieron. c. Iouin. II . . . 38, 11
Hieron. quaestt. in Gen. . 327, 8

c) Scriptores profani.

Plato Tim. p. 29[c] (Cic. Tim. 3) 79, 23
106, 1
Tim. p. 41[a] 537, 6
Rep. p. 614[b] 540, 11
Cic. Tusc. I, 27 . . . . . 531, 12
III, 6, 12 . . . . 59, 19
Rep. II, 10 . . . . . 524, 4
III, 28 . . . . . 519, 17
VI, 4. . . . . 540, 8
Sall. Cat. 5 . . . . . 40, 1
26 . . . . . 39, 12
Plin. n. h. VIII, 32, 114 . . 892, 5
De deo Socr. p. 44 . . . . 79, 3
Ter. Andr. 61 . . . . . 843, 31
Verg. Aen. I, 724 . . . . 1067, 5
VI, 337 sqq. . . 969, 19
VI, 664 . . . . 514, 6
VI, 720 sq.[t]. . . . 487, 15
VI, 730 sqq. . . 53, 8
VI, 733 . . . . 487, 11
VI, 733 sqq. . . 494, 21
VI, 751 . . . . 538, 4
Hor. Sat. II, 6, 79 sqq. . . 606, 26
Epist. I, 7, 29 sqq. . . 607, 1
I, 10, 41 . . . 328, 12

II. INDEX EXCERPTORVM.

a) Index capitum Eugippii.

Capita stellula (*) insignita desunt in MV.

Editionis huius		Augustini	ed. Benedict.
cap.	pag.		
I 1	34, 12-49, 24	Epist. CLXVII	II 594-602
II 2	50, 6-22	De mor. eccl. cath.	
		15, 24 s. f. [1])-26	I 697 A-C
	50, 23-51, 15	25, 46 et 47	704 B-F
III 3	51, 20-52, 19	De trin. XIIII 9, 12-10, 13	VIII 956 B-957 B
IIII 4	52, 25-54, 20	De ciu. dei	
		XIIII 3 p. in.-4 p. in.	VII 351 D-352 E
	54, 21-55, 22	5 s. f.-7, 1 p. in.	354 E-355 C
	55, 23-26	7, 2 p. in.	355 E
	55, 27-56, 3	7, 2 m.	355 G-356 A
	56, 4-60, 5	9, 1-9, 4 s. f.	358 C-360 C
V 5	60, 9-62, 14	Conf. X 6, 8-10 s. f.	I 173 D-174 D
5*	62, 16-74, 12	24, 35-34, 53 s. f.	183 C-189 B
VI 6	74, 16-76, 20	41, 66 m.-43, 69	193 E-194 F
VII 7	76, 23-79, 8	De ciu. dei VIIII	
		15, 1 p. in.-16, 1 p. in.	VII 229 B-230 D
7*	79, 11-81, 22	De trin. IIII 18, 24-19, 25	VIII 825 C-826 D
VIII 8	81, 25-84, 14	Conf. I 1, 1 m.-5, 6 m.	I 69 B-71 E
VIIII 9	84, 19-86, 15	XI 23, 29 s. f.-24, 31 s. f.	204 F-205 F
	86, 15-90, 20	27, 34 s. f.-31, 41	207 B-210 B
*10	90, 23-95, 5	De trin. III 7, 12-9, 16	VIII 799 B-801 E
*11	95, 8-96, 27	9, 17-9, 19	802 A-G
*12	97, 4-101, 11	IIII 3, 5-4, 7	812 G-815 A
*13	101, 14-102, 7	9, 12 s. f.-11, 14	818 F-819 C
*14	102, 10-103, 7	11, 14-12, 15	819 C-E
*15	103, 10-17	12, 15 p. in.	819 E F
*16	103, 20-104, 13	15, 20-16, 21	823 C-F
*17	104, 17-105, 6	19, 25-25 s. f.	826 D-F
*18	105, 9-106, 21	De cons. eu.	
		I 35, 53-54 m.	III[b] 25 D-26 D
*19	106, 25-113, 14	De uer. rel. 3, 3-6, 10 m.	I 748 B-751 F

[1]) Litterae *p. in.*, *m.*, *s. f.*, quas addidi, *post initium*, *medium*, *sub finem* significant.

Editionis huius		Augustini	ed. Benedict.
cap.	pag.		
*20	113, 18-116, 10	De uer. rel.	
		16, 30 p. in.-17, 33 s. f.	I 757 D-758 F
*21	116, 13-118, 3	38, 69 m.-38, 72	772 E-773 C
*22	118, 6-124, 3	45, 85 p. in.-49, 94 p. in.	778 E-781 F
*23	124, 6-128, 6	De ord. II 7, 24-9, 27	340 A-342 A
*24	128, 10-129, 3	De mor. eccl. cath.	
		I 3, 4 et 5	689 A-F
	129, 3-6	6, 10	691 C D
	129, 6	11, 18	694 D
	129, 7-11	7, 11	691 E F
	129, 12-17	7, 12 s. f.	692 A
	129, 18-22	8, 13 p. in.	692 B C
	129, 22-130, 2	11, 18 et 8, 13	694 D-F et 692 C
	130, 2-18	11, 19-19 m.	694 F-695 C
X 25	130, 22-132, 24	Conf. XII 25, 34 et 35	220 F-221 E
XI 26	133, 5-138, 25	27, 37-32, 43 m.	222 B-225 A
XII 27	139, 4-147, 4	De gen. ad litt. I 1, 1-9, 15	III[a] 117 A-121 F
XIII 28	147, 9-148, 11	De ciu. dei XI 4, 1-4, 2 m.	VII 274 B-E
XIIII 29	148, 16-152, 16	5 m.-8 s. f.	276 A-278 C
XV 30	152, 21-154, 30	9 in.-10	278 C-279 E
XVI 31	155, 7-157, 3	23-23 s. f.	289 B-290 C
XVII 32	157, 8-161, 6	Respons. ad Oros.	
		3, 3 p. in.-6, 7 s. f.	VIII 613 A-615 A
XVIII 33	161, 11-166, 3	8, 11-11, 14 s. f.	616 E-620 A
XVIIII 34	166, 6-167, 5	De haeres. 42 s. f. et 43	12 F-13 C
XX 35	167, 9-170, 27	De ciu. dei XII 12 s. f.-15	VII 311 A-313 A
XXI 36	171, 5-178, 12	5 s. f.-9 s. f.	304 C-308 D
XXII 37	178, 17-179, 9	De gen. ad litt. XI 16, 21	III[a] 282 D-G
XXIII 38	179, 14-182, 14	23, 30-25, 32 s. f.	285 E-287 A
XXIIII 39	182, 19-192, 20	4, 6-15, 20 s. f.	277 C-282 D
XXV 40	193, 4-195, 28	X 20, 35-22, 38	270 C-271 F
XXVI 41	196, 4-27	VIII 6, 12	230 B-E
XXVII 42	197, 4-202, 24	13, 28 p. in.-16, 35 s. f.	235 E-238 C
XXVIII 43	203, 5-204, 17	9, 17-10, 19	232 B-G
XXVIIII 44	204, 22-209, 27	19, 38 m.-24, 45 s. f.	239 B-241 E
XXX 45	210, 6-212, 26	25, 47 s. f.-27, 50 s. f.	242 C-244 B
XXXI 46	213, 4-10	Quaestt. Hept. I 2	380 B
XXXII 47	213, 15-214, 13	3	380 B-381 A
XXXIII 48	214, 17-215, 4	4	381 A B
XXXIIII 49	215, 10-218, 10	De ciu. dei XV 24 s. f.-27	VII 409 F-411 C
XXXV 50	218, 14-221, 7	De gen. ad litt.	
		XI 27, 34-30, 38	III[a] 287 E-289 A
XXXVI 51	221, 12-223, 5	39, 53-41, 56	294 C-295 A
XXXVII 52	223, 10-225, 15	42, 58-42, 60 s. f.	295 D-296 E
XXXVIII 53	225, 21-235, 11	VI 9, 16 s. f.-19, 30	203 D-208 C
XXXVIIII 54	235, 15-236, 24	Contr. Faust. II 5 m.-6	VIII 188 B-F
XL 55	237, 4-238, 24	VI 2-3 p. in.	202 E-203 D
XLI 56	239, 6-240, 19	7-7 s. f.	207 E-208 D
XLII 57	240, 23-242, 16	9 m.-9 s. f.	210 G-212 C

Editionis huius		Augustini	ed. Benedict.
cap.	pag.		
XLIII 58	242, 21-249, 12	Contr. Faust.	
		XI 7 p. in.-8 s. f.	VIII 222 F-226 D
XLIIII 59	249, 17-250, 26	XII 8	230 B-F
XLV 60	251, 6-255, 9	9 s. f.-13 m.	231 D-233 E
XLVI 61	255, 14-260, 10	De ciu. dei XV 7 p. in.-8	VII 384 D-386 G
	260, 10-22	Cont. Faust. XII 17	VIII 235 D-F
XLVII 62	261, 5-263, 7	19-21	236 A-237 A
XLVIII 63	263, 11-265, 17	21 s. f.-24 p. in.	237 D-238 D
XLVIIII 64	265, 21-277, 21	24 s. f.-37	239 C-244 D
L 65	278, 5-22	XIII 11 m.-12	258 B-E
LI 66	279, 5-284, 18	XIIII 2 s. f.-9	265 D-268 B
LII 67	284, 23-286, 13	XVI 22 m.-23	296 E-297 C
LIII 68	286, 19-289, 4	29-29 s. f.	301 C-302 D
LIIII 69	289, 9-290, 25	XVIII 5 p. in.-6 s. f.	311 C-312 B
LV 70	291, 5-292, 19	XVIIII 25-25 m.	327 D-328 B
LVI 71	293, 5-295, 3	XXI 2 p. in.-3 p. in.	351 D-352 C
LVII 72	295, 7-297, 16	9 p. in.-10	356 A-357 B
LVIII 73	297, 21-299, 2	XXII 36-36 s. f.	383 B-F
LVIIII 74	299, 6-305, 14	51 p. in.-56	391 B-394 B
LX 75	305, 18-312, 13	83-87	411 F-415 A
LXI 76	312, 17-314, 14	87	415 A-G
LXII 77	314, 18-315, 18	88	415 G-416 C
LXIII 78	315, 22-319, 6	92 m.-95 m.	418 E-420 B
LXIIII 79	319, 10-324, 13	XXXII 9 m.-14	455 B-457 E
LXV 80	324, 18-325, 4	Quaestt. Hept. I 8	III^{a} 381 E F
LXVI 81	325, 8-17	15	382 E
LXVII 82	325, 21-24	16	382 F
LXVIII 83	326, 4-8	17	382 F
LXVIIII 84	326, 12-18	20	383 A B
LXX 85	326, 23-327, 19	26	385 D-F
LXXI 86	327, 24-328, 19	31	387 A-C
LXXII 87	328, 24-329, 5	38	388 E
LXXIII 88	329, 10-23	39	388 E-G
LXXIIII 89	330, 4-27	40	388 G-389 C
LXXV 90	331, 4-15	42	389 E F
LXXVI 91	331, 19-332, 5	49	390 D E
LXXVII 92	332, 10-20	57	392 D E
LXXVIII 93	333, 5-16	58	392 E F
LXXVIIII 94	333, 20-334, 2	62	393 E F
LXXX 95	334, 7-335, 7	63	393 F-394 B
LXXXI 96	335, 11-18	83	398 E F
LXXXII 97	335, 22-336, 4	84	398 F
LXXXIII 98	336, 8-21	104	402 G-403 B
LXXXIIII 99	337, 4-13	116	405 C D
LXXXV 100	337, 18-21	117, 1	405 E
	338, 2-339, 10	117, 4 et 5	406 C-G
LXXXVI 101	339, 14-21	126	409 D
*101^{a}	339, 23-340, 16	IIII 29	539 G-540 B
*101^{b}	340, 18-343, 3	Enarr. Ps. LXXXV 17 p. in.-19	IIII 911 G-913 D

Editionis huius		Augustini	ed. Benedict.
cap.	pag.		
LXXXVII 102	343, 7-14	Quaestt. Hept. I 134	III[a] 410 G-411 A
LXXXVIII 103	343, 18-344, 4	150	414 F-415 A
LXXXVIIII 104	344, 9-346, 4	161	417 E-418 D
XC 105	346, 8-24	168	420 A-C
XCI 106	347, 4-348, 15	169	420 C-421 A
XCII 107	348, 19-349, 6	172	421 E-422 A
XCIII 108	349, 12-351, 3	II 11	424 F-425 E
XCIIII 109	351, 7-352, 14	18	426 E-427 B
XCV 110	352, 18-353, 24	21	427 D-428 A
XCVI 111	354, 5-16	23	428 B C
XCVII 112	354, 20-356, 2	24	428 C-G
XCVIII 113	356, 7-357, 3	32	430 F-431 A
XCVIIII 114	357, 7-17	36	431 F
C 115	357, 21-358, 4	37	431 G-432 A
CI 116	358, 8-17	39-39 m.	432 B
CII 117	358, 21-359, 5	40	432 E
CIII 118	359, 9-360, 3	43	433 B-D
CIIII 119	360, 8-361, 12	47, 6	436 E-437 B
CV 120	361, 16—366, 2	71	443 C-445 D
CVI 121	366, 7-379, 26	Serm. VIII	V 41 C-48 D
CVII 122	380, 4-381, 6	VIIII 6, 7 p. in.-6, 8	53 F-54 C
	381, 7-382, 11	9, 11-12	56 C-G
CVIII 123	382, 16-383, 15	De coniug. adult. 2, 8 m.-8 s. f.	VI 408 B-E
CVIIII 124	383, 19-389, 15	Serm. VIIII 9, 12-10, 16 p. in.	V 56 G-60 A
CX 125	389, 19-390, 15	Quaestt. Hept. II 72	III[a] 445 D-G
CXI 126	390, 19-23	76	446 C
CXII 127	391, 5-27	90	450 F-451 B
127[a]	392, 1-393, 9	? [1]	?
CXIII 128	393, 13-394, 15	105	454 G-455 D
CXIIII 129	394, 20-400, 9	154	467 B-469 F
CXV 130	400, 16-403, 6	166	471 D-472 F
CXVI 131	403, 10-407, 11	Serm. LXXI 5, 9-8, 13 p. in.	V 388 C-390 C
	407, 13-409, 16	9, 14 s. f.-12, 18	391 B-392 C
	409, 18-410, 9	12, 18 m.-12, 19 p. in.	392 E-393 A
	410, 11-415, 23	12, 19 s. f.-15, 25 m.	393 G-396 F
	415, 24-416, 6	16, 26 m.-26 s. f.	397 D-F
	416, 7-417, 26	16, 27 s. f.-18, 30	398 D-399 C
	417, 26-418, 22	20, 33 m.-21, 34 p. in.	401 B-E
	418, 24-419, 22	21, 35 p. in.-35 s. f.	402 B-E
	419, 24-420, 21	23, 37 m.-24, 38	403 D-404 A
CXVII 132	421, 6-423, 8	Epist. LIIII 3, 4 et 4, 5	II 125 A-126 B
	423, 9-425, 3	5, 6 s. f.-7, 9	126 D-127 C
CXVIII 133	425, 9-427, 15	LV 1, 2-2, 3 s. f.	128 A-129 B

[1]) Haec capitis pars deest in editionibus Augustini; cf. quae Benedictini ad tom. III[a] p. 451 adnotant.

Editionis huius		Augustini	ed. Benedict.
cap.	pag.		
CXVIII 133	427, 16-428, 16	Epist. LV 3, 4 s. f.-4, 6 p. in.	II 129 E-130 A
133[a]	428, 18-430, 16	Enarr. Ps. X 3 p. in.-3 s. f.	IIII 59 D-60 D
133[b]	430, 18-434, 5	Epist. LV 4, 7 s. f.-6, 11	II 130 F-132 D
	434, 6-18	7, 13-13 m.	132 F-133 A
	434, 19-437, 1	8, 15-10, 18 p. in.	133 F-134 G
	437, 2-18	10, 19	135 C D
	437, 19-438, 6	12, 22-22 m.	136 C
	438, 7-440, 6	12, 22 s. f.-14, 25 p. in.	136 E-137 E
	440, 7-441, 29	15, 27 m.-16, 29 p. in.	138 G-139 F
	441, 30-442, 19	16, 29 m.-30	140 B-D
	442, 21-444, 19	16, 30 m.-17, 32	140 E-141 E
CXVIIII 134	444, 23-27	20, 37	143 C
CXX 135	445, 5-446, 23	Serm. CCXXI	V 964 E-965 D
CXXI 136	447, 5-24	Quaestt. euang. I 7	III[b] 241 E-242 B
137	448, 3-449, 20	?	?
CXXII 138	450, 5-452, 19	De ciu. dei XX 2 m.-4	VII 574 F-576 B
CXXIII 139	452, 24-453, 24	5, 1 p. in.-2 p. in.	576 E-577 A
	453, 26-455, 17	5, 2 s. f.-5, 5	577 B-578 A
CXXIIII 140	455, 22-457, 3	Epist. CXCVIIII 5, 14 et 15	II 746 D-G
	457, 3-459, 9	12, 51 s. f.-13, 54 s. f.	759 G-761 A
CXXV 141	459, 12-462, 13	De ciu. dei XX 6 p. in.-7	VII 578 F-580 D
CXXVI 142	462, 17-466, 24	7, 1-3 s. f.	580 D-582 E
CXXVII 143	467, 4-468, 13	7, 3-8, 1 p. in.	582 E-583 B
CXXVIII 144	468, 18-470, 9	9, 4 s. f.-11	587 F-588 F
CXXVIIII 145	470, 14-471, 16	11-11 s. f.	588 F-589 D
CXXX 146	471, 21-473, 4	11 s. f.-13	589 D-590 B
CXXXI 147	473, 9-478, 2	19 p. in.-20	596 E-598 G
CXXXII 148	478, 6-481, 24	20, 1-3 s. f.	598 G-600 E
CXXXIII 149	482, 5-483, 24	29	613 A-G
CXXXIIII 150	484, 4-23	XXI 2	618 C-F
CXXXV 151	485, 4-488, 3	3	618 F-620 D
CXXXVI 152	488, 7-490, 3	7, 1-2 m.	625 E-626 F
	490, 5-29	7, 2 s. f.-8, 1 m.	627 A-E
CXXXVII 153	491, 5-493, 7	11	632 A-633 A
CXXXVIII 154	493, 12-494, 9	12	633 A-D
CXXXVIIII 155	494, 14-496, 12	13-14 p. in.	633 D-634 D
CXL 156	496, 18-497, 11	21	639 E-G
CXLI 157	497, 15-503, 13	25, 4 s. f.-27	646 G-649 G
*157[a]	503, 15-506, 26	Enarr. Ps. LXXX 21-23	IIII 868 B-869 F
CXLII 158	507, 5-515, 19	De ciu. dei XXI 27, 1-6 s. f.	VII 650 A-654 E
CXLIII 159	515, 23-517, 14	XXII 2	656 C-657 C
*159[a]	517, 16-518, 2	Enarr. Ps. CX 2 m.	IIII 1244 F-1245 A
CXLIIII 160	518, 6-519, 8	De ciu. dei XXII 3	VII 657 C-F
CXLV 161	519, 13-520, 26	4-5 p. in.	657 F-658 E
CXLVI 162	521, 4-21	5 p. in.	658 E-659 A
CXLVII 163	522, 5-524, 22	5 p. in.-6, 1 m.	659 A-660 D
	524, 23-525, 16	7	662 D-G
CXLVIII 164	525, 21-526, 30	8, 1-2	663 A-F
CXLVIIII 165	527, 5-528, 4	15	678 E-679 A

Editionis huius		Augustini	ed. Benedict.
cap.	pag.		
CL 166	528, 8-25	De ciu. dei XXII 16	VII 679 A-D
CLI 167	529, 4-530, 24	17	679 D-680 C
CLII 168	531, 5-534, 6	20-21 m.	682 G-684 D
CLIII 169	534, 10—13	24, 5 s. f.	692 C
CLIIII 170	534, 18-536, 11	25	692 D-693 C
CLV 171	536, 15-538, 8	26	693 D-694 C
CLVI 172	538, 13-539, 20	27	694 C-G
CLVII 173	540, 5-541, 23	28	694 G-695 E
*173[a]	542, 3-550, 17	29	695 E-699 F
CLVIII 174	550, 21-557, 7	30, 1-6	699 F-702 F
CLVIIII 175	557, 12-559, 15	De cons. eu. II 20, 49-21, 51	III[b] 53 A-G
CLX 176	559, 21-565, 11	30, 71-31, 78	63 A-65 C
CLXI 177	565, 16-567, 2	56, 112-57, 115	79 D-80 B
CLXII 178	567, 7-570, 20	79, 154 p. in.-80, 157	97 A-98 D
CLXIII 179	571, 6-573, 10	III 13, 40 s. f.-13, 43	122 C-123 C
	573, 11-575, 25	13, 49 p. in.-14, 51	126 E-127 F
CLXIIII 180	576, 6-577, 19	16, 53	128 B-G
CLXV 181	578, 5-582, 16	25, 83-86	148 G-150 G
CLXVI 182	582, 23-585, 23	IIII 10, 19 s. f.-10, 20	160 B-162 B
CLXVII 183	586, 4-16	Quaestt. eu. I 1	241 A B
CLXVIII 184	586, 22-588, 14	II 11	253 A-F
*185	588, 17-589, 8	De doctr. chr.	
		III 12, 18-20	III[a] 50 F-51 C
CLXVIIII 186	589, 13-590, 19	Quaestt. eu. II 18	III[b] 255 A-E
CLXX 187	590, 22-592, 3	19	255 E-256 B
CLXXI 188	592, 8-23	20	256 B-D
CLXXII 189	593, 4-594, 7	21	256 D-257 A
CLXXIII 190	594, 11-595, 3	22	257 A-C
CLXXIIII 191	595, 8-596, 3	29, 1 et 2	257 F-258 A
CLXXV 192	596, 7-597, 14	34	263 A-E
CLXXVI 193	597, 18-598, 12	41. 42. 43	269 G-270 B
CLXXVII 194	598, 16-600, 11	44, 1 et 2	270 B-271 A
CLXXVIII 195	600, 15-602, 27	45, 1 et 2	271 A-272 B
*196	603 4-7	I 37	246 D
CLXXVIIII 197	603, 11-604, 12	II 47	273 A-D
CLXXX 198	604, 18-606, 7	51, 1	274 D-276 A
198[a]	606, 9-607, 21	Cont. mend.	
		13, 28 p. in.-14, 29	VI 465 D-466 B
	607, 22-610, 14	10, 23 s. f.-24 s. f.	461 D-462 F
	610, 16-24	11, 25 s. f.	463 D-F
	610, 25-612, 13	12, 26 m.-26 s. f.	464 A-F
	612, 14-613, 8	12, 26 s. f.-13, 28	464 G-465 C
CLXXXI 199	613, 11-614, 7	De mend. 14, 25-25 m.	435 A-D
	614, 8-20	13, 22 s. f.-23 m.	433 G-434 B
	614, 21 sq.	14, 25 m.	435 D
	614, 23-616, 3	21, 42 m.-43	444 F-445 C
CLXXXII 200	616, 8-617, 17	Cont. mend. 15, 31 s. f.-33	467 C-G
CLXXXIII 201	617, 22-622, 3	De contin.	
		5, 12 s. f.-6, 16 s. f.	304 C-306 D

Editionis huius		Augustini	ed. Benedict.
cap.	pag.		
CLXXXIIII 202	622, 7-625, 2	De contin. 7, 18 s. f.-8, 20 m.	VI 307 F-309 A
CLXXXV 203	625, 7-629, 19 [1]	De orig. anim. IIII (II) 22, 36-24, 38	X 405 F-407 F
CLXXXVI 204	630, 4-632, 6	De catech. rud. 3, 6 p. in.-4, 7 p. in.	VI 266 B-267 B
CLXXXVII 205	632, 11-633, 21	9, 13 p. in.-13 s. f.	272 A-E
CLXXXVIII 206	634, 5-635, 9	10, 15 p. in.-11, 16	273 F-274 C
CLXXXVIIII 207	635, 13-636, 16	14, 20	277 D-278 A
	636, 17-637, 15	14, 22-22 s. f.	278 D-G
CXC 208	637, 19-638, 13	16, 24-24 m.	279 G-280 B
	638, 14-642, 16	26, 52-27, 55	294 C-296 F
CXCI 209	642, 23-646, 4	De fid. et opp. 3, 4 s. f.-6, 8	167 D-169 A
CXCII 210	646, 9-649, 25	26, 48-27, 49 s. f.	190 G-192 E
CXCIII 211	650, 5-21	Epist. CXLVIIII 2, 11	II 507 G-508 B
CXCIIII 212	651, 5-9	2, 12 p. in.	508 B
	651, 9-18	2, 13 p. in.-13 m.	508 D-E
	651, 19-652, 5	2, 15 s. f.-16 p. in.	509 B-C
	652, 5-653, 4	2, 16 s. f.-17	509 F-510 B
CXCV 213	653, 9-654, 15	3, 31	515 B-E
CXCVI 214	654, 19-655, 15	3, 33	515 F-516 B
CXCVII 215	655, 20-656, 21	De bapt. I 7, 9 m.-8, 10	VIIII 85 A-D
CXCVIII 216	657, 4-660, 8	8, 10-10, 13	85 D-86 G
CXCVIIII 217	660, 13-661, 5	10, 13-14 p. in.	87 A-C
CC 218	661, 9-662, 19	10, 14 p. in.-14 s. f.	87 C-G
CCI 219	662, 23-663, 13	10, 14 s. f.-11, 15	87 G-88 B
CCII 220	663, 17-667, 14	11, 15-12, 20	88 B-90 A
CCIII 221	667, 19-669, 3	12, 20-13, 21	90 A-F
CCIIII 222	669, 8-670, 7	13, 21-14, 22	90 F-91 C
CCV 223	670, 11-671, 9	14, 22-15, 23	91 C-E
CCVI 224	671, 14-672, 15	15, 23-24	91 E-92 B
CCVII 225	672, 19-674, 11	15, 24-16, 25 m.	92 B-93 A
CCVIII 226	674, 15-675, 19	16, 25 m.-18, 27	93 A-E
CCVIIII 227	676, 5-16	18, 28	93 F-94 A
	676, 16-677, 19	18, 28 m.-19, 29	94 D-95 A
CCX 228	677, 24-679, 3	IIII 9, 13 p. in.-10, 14	129 C-G
CCXI 229	679, 8-682, 4	15, 22 p. in.-17, 24	134 C-135 F
CCXII 230	682, 8-683, 27	18, 25 p. in.-19, 26 m.	136 E-137 C
CCXIII 231	684, 4-686, 9	V 27, 38 s. f.-28, 39 s. f.	159 F-160 F
CCXIIII 232	686, 15-690, 16	VI 1, 1 p. in.-3, 5	161 A-163 C
CCXV 233	690, 22-692, 3	5, 7 p. in.-5, 8 m.	163 G-164 D
CCXVI 234	692, 7-694, 5	44, 86 m.-87 s. f.	184 E-186 B
CCXVII 235	694, 10-695, 14	VII 1, 1 m.-1 s. f.	185 D-186 D
CCXVIII 236	695, 19-696, 17	54, 103 p. in.	202 F-204 A
CCXVIIII 237	696, 21-701, 8	Epist. CXL 21, 53 s. f.-23, 58	II 441 E-443 F

[1]) Verba p. 629, 7 *secundum illud* — 12 *hoc est uiuificet* in editionibus Augustini deesse uidentur.

Editionis huius		Augustini	ed. Benedict.
cap.	pag.		
CCXX 238	701, 12-705, 9	Epist. CXL 25, 62 p. in.-26, 65 p. in.	II 445 A-446 F
CCXXI 239	705, 14-707, 25	XCVIII 1-3 m.	263 F-264 G
	707, 26-709, 4	9 m.-10 s. f.	267 F-268 C
CCXXII 240	709, 7-712, 7	CCLXV 1 s. f.-6	896 D-898 A
*241	712, 12-713, 23	De ciu. dei XIIII 13, 2-14 m.	VII 365 E-366 C
CCXXIII 242	714, 3-718, 26	Epist. CXX 2, 7 s. f.-2, 12	II 349 D-351 F
	718, 26-721, 21	3, 17 s. f.-4, 20 s. f.	353 E-354 G
CCXXIIII 243	722, 5-727, 24	De trin. I 6, 9-7, 14	VIII 754 D-757 B
CCXXV 244	728, 5-730, 2	7, 14-8, 15	757 B-758 B
*245	730, 5-732, 12	8, 15-8, 16 m.	758 B-759 C
CCXXVI 246	732, 16-737, 2	8, 16 m.-9(, 18) p. in.	759 C-761 C
*247	737, 6-19	9(, 18) p. in.-18 m.	761 C-E
CCXXVII 248	737, 23-741, 5	9, 19 s. f.-11, 22	762 C-763 G
CCXXVIII 249	741, 11-749, 2	11, 22-13, 28	764 A-767 F
CCXXVIIII 250	749, 7-754, 27	13, 28-31 m.	767 F-771 A
CCXXX 251	755, 7-25	II 2, 4	774 B-D
CCXXXI 252	756, 5-757, 8	3, 5-5 s. f.	774 D-775 A
CCXXXII 253	757, 13-29	4, 6	775 B-D
CCXXXIII 254	758, 4-763, 4	5, 7-6, 11	775 D-777 G
*255	763, 8-764, 10	III 5, 11 m.-7, 12	798 F-799 B
CCXXXIIII 256	764, 15-765, 23	V 14, 15 p. in.-15, 16	840 F-841 D
CCXXXV 257	765, 28-766, 14	15, 16-16, 17	841 D-F
CCXXXVI 258	766, 19-768, 32	16, 17	841 F-844 A
CCXXXVII 259	769, 4-770, 6	VI 5, 7-6, 8	847 D-848 A
CCXXXVIII 260	770, 10-771, 28	9, 10-10 s. f.	849 D-850 C
CCXXXVIIII 261	772, 5-773, 22	XII 7, 11 s. f.-8, 13	918 E-919 D
CCXL 262	774, 5-21	8, 13 p. in.	919 D-F
CCXLI 263	774, 25-778, 17	XV 3, 4-4, 6	968 B-970 B
CCXLII 264	778, 23-791, 9	17, 27 p. in.-20, 38	987 B-993 E
CCXLIII 265	791, 14-792, 25	20, 38 s. f.-21, 40	994 A-F
*266	793, 5-794, 8	22, 42-23, 43	995 F-996 C
*267	794, 12-796, 9	23, 43 p. in.-24	996 C-997 C
CCXLIIII 268	796, 13-797, 9	26, 46 p. in.	998 F-999 A
268*	797, 11-799, 6	Serm. CCLXV 8, 9 p. in.-9, 11 p. in.	V 1083 B-1084 B
CCXLV 269	799, 11-803, 19	De trin. XV 27, 48-27, 50 s. f.	VIII 1000 E-1002 G
CCXLVI 270	803, 24-806, 28	De doctr. chr. I 2, 2-7, 7 p. in.	III* 5 D-7 D
CCXLVII 271	807, 6-809, 16	10, 10-14, 13 s. f.	8 D-9 F
CCXLVIII 272	809, 21-811, 9	22, 20 m.-23, 22 m.	11 B-G
CCXLVIIII 273	811, 14-813, 17	23, 22 m.-24, 25 s. f.	11 G-12 G
	813, 17-815, 10	26, 27 m.-29, 30 m.	13 E-14 D
CCL 274	815, 14-818, 27	33, 37-37, 41 s. f.	16 E-18 D
CCLI 275	819, 5-820, 20	37, 41 s. f.-40, 44 s. f.	18 D-20 A
CCLII 276	820, 23-821, 25	II 1, 1-2, 3 m.	19 B-20 B
CCLIII 277	822, 5-823, 13	3, 4 m.-6, 7 p. in.	20 D-21 D

Editionis huius		Augustini	ed. Benedict.
cap.	pag.		
CCLIIII 278	823, 19-825, 19	De doctr. chr.	
		II 6, 7 p. in.-7, 10 s. f.	III[a] 21 D-22 E
CCLV 279	826, 5-16	10, 15	24 E F
CCLVI 280	826, 21-828, 2	16, 24	28 G-29 D
CCLVII 281	828, 6-829, 18	16, 25	29 E-30 C
CCLVIII 282	829, 21-831, 18	16, 26-18, 28 s. f.	30 C-31 B
CCLVIIII 284	831, 22-833, 19	19, 29 p. in.-21, 32 p. in.	31 C-32 B
	833, 19-836, 9	22, 34 s. f.-24, 37	33 C-34 G
CCLX 285	836, 14-840, 21	31, 48-36, 54	38 A-40 C
CCLXI 286	840, 26-842, 8	36, 54-38, 56	40 C-41 A
CCLXII 287	842, 13-844, 2	38, 56-39, 59	41 A-F
CCLXIII 288	844, 7-847, 13	40, 60-42, 63 s. f.	42 C-44 D
CCLXIIII 289	847, 19-849, 21	III 1, 1 s. f.-2, 6	44 E-46 A
CCLXV 290	849, 26-852, 22	3, 6-5, 9	46 A-47 D
CCLXVI 291	853, 5-854, 13	5, 9-6, 10 s. f.	47 D-48 A
CCLXVII 292	854, 20-857, 21	10, 14 p. in.-12, 19	49 D-51 A
CCLXVIII 293	857, 25-858, 14	14, 22 p. in.-15, 23 p. in.	51 G-52 B
CCLXVIIII 294	858, 19-859, 24	15, 23 p. in.-17, 25	52 B-F
CCLXX 295	860, 6-20	17, 25	52 F-53 A
CCLXXI 296	860, 24-861, 26	25, 35-25, 36 s. f.	55 D-56 A
CCLXXII 297	862, 4-863, 26	25, 36 s. f.-29, 40	56 A-G
CCLXXIII 298	864, 5-865, 19	29, 40-30, 42	56 G-57 E
CCLXXIIII 299	865, 24-877, 13	31, 44-37, 56 s. f.	58 E-64 E
CCLXXV 300	877, 21-879, 4	LXXXIIII Quaestt. 70	VI 60 C-61 A
CCLXXVI 301	879, 8-23	Tract. in Io. eu. X, 10 p. in.	III[b] 372 F-373 A
	879, 24-881, 3	12	373 F-374 C
301[a]	881, 5-23	LXXXIIII Quaestt. 56	VI 25 C-F
301[b]	881, 25-882, 18	De trin. IIII 5, 9-9 s. f.	VIII 816 C-F
CCLXXVII 302	882, 22-888, 7	LXXXIIII Quaestt. 59	VI 30 A-33 B
CCLXXVIII 303	888, 11-891, 15	81	74 F-76 D
CCLXXVIIII 304	891, 19-896, 30	71	61 A-64 A
CCLXXX 305	897, 4-899, 2	De haeres. 88	VIII 25 E-26 F
CCLXXXI 306	899, 6-903, 20	Serm. fragm. I	V 1509 A-1511 E
CCLXXXII 307	903, 25-904, 10	Epist. CCXIIII 2-2 m.	II 791 D
	904, 10-27	3 p. in.-4	791 F-792 B
	904, 27-905, 7	4 m.-5	792 C-D
	905, 7-906, 14	6 m.-7 s. f.	792 F-793 C
	906, 14-907, 6	CCXV 8-8 s. f.	795 G-796 C
CCLXXXIII 308	907, 10-910, 6	De grat. et lib. arb.	
		2, 4 s. f.-4, 6 s. f.	X 720 C-721 G
	910, 7-914, 6	15, 31 p. in.-17, 34 p. in.	733 G-735 G
CCLXXXIIII 309	914, 10-918, 26	21, 42 s. f.-24, 46	742 A-744 D
CCLXXXV 310	919, 5-922, 10	De corr. et grat.	
		11, 32 s. f.-12, 35 s. f.	768 D-770 C
	922, 11-923, 5	13, 40-40 s. f.	772 C-G
CCLXXXVI 311	923, 9-924, 6	16, 49 p. in.	777 B-778 C
CCLXXXVII 312	924, 11-928, 22	De praedest.	
		10, 19 p. in.-12, 24 m.	803 E-806 A
CCLXXXVIII 313	928, 26-931, 12	20, 40 p. in.-21, 43	816 G-818 E

Editionis huius		Augustini	ed. Benedict.
cap.	pag.		
CCLXXXVIII 314	931, 16-932, 15	De don. perseu.	
		16, 41 m.-41 s. f.	X 844 A-D
CCXC 315	932, 20-935, 3	C. Iulian. III 5, 11-7, 14	558 D-559 F
CCXCI 316	935, 7-22	15, 29	567 B-D
CCXCII 317	936, 4-938, 17	26, 62 p. in.-26, 64	581 F-583 B
CCXCIII 318	938, 23-948, 5	De perf. iustit.	
		2, 1-8, 17 p. in.	168 A-173 D
CCXCIIII 319	948, 11-950, 4	8, 17 p. in.-8, 18 s. f.	173 D-174 D
CCXCV 320	950, 10-952, 19	8, 19 p. in.-10, 21	174 F-176 C
	952, 20-953, 5	11, 24 s. f.-11, 26	178 B C
	953, 6-955, 12	15, 34 s. f.-16, 37	183 A-184 B
CCXCVI 321	955, 17-958, 5	Epist. CLVII 3, 12 m.-3, 14	II 547 D-548 F
CCXCVII 322	958, 10-17	De nat. et grat.	
		19, 21 p. in.-21 m.	X 135 C D
	958, 18-959, 17	20, 22	135 G-136 D
CCXCVIII 323	959, 21-964, 16	Quaestt. ad Dulc. 6	VI 133 D-136 B
		[=Quaestt. ad Simplic. II 3	115 D-117 E]
CCXCVIIII 324	964, 21-23	De cura pro mort.	
		1, 1 p. in.	515 A
	964, 23-965, 28	1, 1 m.-1, 3	515 B-516 C
	965, 29-968, 11	4, 6 p. in.-6, 8	519 B-520 E
CCC 325	968, 15-971, 18	10, 12-12, 15 p. in.	523 A-524 G
	971, 19-972, 8	13, 16 s. f.-14, 17 m.	526 G-527 C
CCCI 326	972, 13-973, 7	15, 18-18 s. f.	527 E-G
	973, 8-974, 27	16, 19-16, 20 s. f.	528 B-529 B
CCCII 327	975, 4-25	18, 22	530 C-F
CCCIII 328	976, 5-979, 4	De serm. dom.	
		I 12, 33-13, 37	III[b] 179 B-180 E
CCCIIII 329	979, 8-22	20, 67 p. in.-20, 68 p. in.	195 B-D
CCCV 330	980, 5-982, 27	II 1 p. in.-1, 4	199 G-202 B
	982, 28-983, 6	2, 5 s. f.-2, 6 p. in.	202 E F
	983, 7-984, 12	2, 8 s. f.-2, 9 s. f.	203 G-204 D
CCCVI 331	984, 16-985, 6	3, 14	205 E-G
CCCVII 332	985, 11-989, 24	9, 30-9, 35	212 A-214 B
CCCVIII 333	989, 28-991, 9	11, 38	215 C-216 A
CCCVIIII 334	991, 13-994, 7	12, 40 m.-13, 44	216 C-217 F
CCCX 335	994, 12-995, 28	13, 45 p. in.-14, 47	218 B-G
335	996, 1-23	16, 54 m.-54 s. f.	221 E-222 A
CCCXI 336	997, 3-998, 5	17, 56 s. f.-17, 57 p. in.	222 F-223 C
	998, 5-15	17, 57 s. f.-58 p. in.	224 A B
CCCXII 337	998, 20-1004, 11	18, 59 p. in.-19, 66 m.	224 E-227 D
CCCXIII 338	1004, 16-1007, 2	Epist. CLXXXVII	
		13, 38-13, 41 s. f.	II 691 A-692 B
CCCXIIII 339	1007, 6-8	De bon. coniug. 16, 18 p. in.	VI 330 C
	1007, 9-12	16, 8 s. f.	330 F
	1007, 13-1008, 16	18, 21 p. in.-18, 22	331 F-332 D
CCCXV 340	1008, 19-1009, 13	20, 23 p. in.-20, 24	333 C-E
CCCXVI 341	1009, 17-22	21, 25 p. in.	333 G-334 A
	1009, 23-26	21, 25 m.	334 B

Editionis huius		Augustini	ed. Benedict.
cap.	pag.		
CCCXVI 341	1010, 1-6	De bon. coniug. 21, 26 p. in.	VI 334 E F
	1010, 7-10	21, 26 s. f.	335 A
	1010, 11-19	22, 27 p. in.-27 m.	335 D E
CCCXVII 342	1010, 24-1012, 28	De pecc. mer. et rem. I 31, 59 m.-32, 60 s. f.	X 33 D-34 F
CCCXVIII 343	1013, 5-1015, 29	Epist. CII 1, 3-7	II 274 D-276 A
CCCXVIIII 344	1016, 4-19	Quaestt. eu. I 8	III^{b} 242 B-D
CCCXX 345	1016, 23-1017, 20	II 31	258 B-E
*346	1017, 23-1018, 2	23	257 C
CCCXXI 347	1018, 8-1019, 13	De ciu. dei XVIII 42	VII 524 D-525 A
CCCXXII 348	1019, 18-1021, 22	43	525 B-526 D
348*	1021, 24-1022, 31	Spec. praef.	III* 681 A-E
CCCXXIII 349	1023, 6-1024, 19	De ciu. dei XVIII 44	VII 526 D-527 C
CCCXXIIII 350	1024, 25-1032, 14	Serm. CLXII	V 781 B-785 B
*351	1032, 16-19	LXXXIIII Quaestt. 17	VI 4 G
*352	1032, 21-1033, 5	18	4 G-5 B
*353	1033, 7-23	19	5 B-D
*354	1034, 2-12	20	5 D-E
*355	1034, 14-1035, 18	27	7 C-G
CCCXXV 356	1035, 22-1038, 14	73	64 B-65 E
356*	1038, 16-25	39	15 C D
CCCXXVI 357	1039, 4-1040, 3	52	21 B-E
CCCXXVII 358	1040, 8-19	55	25 B C
*359	1040, 21-1041, 5	72	64 A B
CCCXXVIII 360	1041, 8-1044, 13	51	19 C-21 B
CCCXXVIIII 361	1044, 18-1046, 15	Enarr. Ps. XLIIII 11-12 s. f.	IIII 386 G-387 F
*362	1046, 17-28	Quaestt. eu. II 8	III^{b} 252 D-F
*363	1047, 2-10	9	252 F
CCCXXX 364	1047, 13-1048, 5	? [1])	?
	1048, 6-1052, 13	LXXXIIII Quaestt. 79	VI 69 E-72 C
CCCXXXI 365	1052, 16-1054, 7	45	16 D-17 C
366	1054, 9-14	63	38 F
*367	1054, 17-24	43	15 G-16 A
CCCXXXII 368	1055, 5-1057, 21	De nat. boni 24 s. f.-30	VIII 507 E-508 G
CCCXXXIII 369	1057, 25-1059, 24	Epist. CCV 1, 2-1, 4	II 767 F-768 G
	1059, 24-1060, 2	2, 9-9 m.	770 B C
CCCXXXIIII 370	1060, 6-1061, 14	2, 10 p. in.-2, 11	770 E-771 B
	1061, 14-1063, 2	2, 14 m.-2, 16	771 G-772 F
CCCXXXV 371	1063, 6-1064, 6	3, 17	772 F-773 C
CCCXXXVI 372	1064, 9-26	4, 19	773 D-F
372*	1065, 2-1067, 26	CXC 5, 16 p. in.-5, 19	704 E-706 B

[1]) Hanc capitis CCCXXX partem in Augustini editionibus frustra quaesiui; est tamen in codice Vindobonensi s. XII Retractationum in ultima pagina sub hoc titulo: *Incipit quaestio de magis faraonis sci Augustini.*

Editionis huius		Augustini	ed. Benedict.
cap.	pag.		
CCCXXXVI 372[a]	1067, 26-1068, 5	Epist. CXC 6, 23 p. in.	II 707 C D
	1068, 6-24	6, 25	708 A-C
372[b]	1068, 25-29	CCII *bis* 2, 6 s. f.	XXXIII 931 sq. Migne [1])
	1068, 30-1071, 25	7, 15—8, 20	935—937
CCCXXXVII 373	1072, 9-1075, 19	De pecc. mer. et rem. II 34, 54 m.-36, 59 s. f.	X 68 G-72 A
CCCXXXVIII 374	1075, 23-1076, 12	Quaestt. Hept. IIII 24	III[a] 537 E-G
CCCXXXVIIII 375	1076, 17-1078, 8	25	538 A-F
CCCXL 376	1078, 14-1079, 16	V 42	570 E-571 B
376[a]	1079, 21-1080, 2	Op. imp. c. Iulian. III 84 s. f.	X[b] 1084 A B (?)
CCCXLI 377	1080, 9-1082, 9	Epist. CXL 9, 24 m.-10, 26	II 431 B-432 B
CCCXLII 378	1082, 11-1084, 22	LXXXIIII Quaestt. 35	VI 12 B-13 C
CCCXLIII 379	1084, 25-1087, 20	De trin. VIII 6, 9 s. f.-8, 12	VIII 874 A-875 C
CCCXLIIII 380	1087, 25-1090, 8	8, 12-12 s. f.	875 C-876 E
CCCXLV 381	1090, 14-1092, 5	8, 12 s. f.-10, 14	876 E-878 A
CCCXLVI 382	1092, 9-18	10, 14-14 m.	878 A B
CCCXLVII 383	1092, 21-1096, 14	LXXXIIII Quaestt. 36	VI 13 C-15 B
CCCXLVIII 384	1096, 17-1100, 9	Serm. CCCL	V 1348 D-1350 D

b) Index locorum Augustini.

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
Confessiones		cap.	pag.
I 1, 1 m.-5, 6 m.	I 69 B-71 E	VIII 8	81, 25-84, 14
X 6, 8 p. in.-6, 10 s. f.	173 D-174 D	V 5	60, 9-62, 14
24, 35-34, 53 s. f.	183 C-189 B	5[a]	62, 16-74, 12
41, 66 m.-43, 69	193 E-194 F	VI 6	74, 16-76, 20
XI 23, 29 s. f.-24, 31 s. f.	204 F-205 F	VIIII 9	84, 19-86, 15
27, 34 s. f.-31, 41	207 B-210 B		86, 15-90, 20
XII 25, 34 et 35	220 F-221 E	X 25	130, 22-132, 24
27, 37-32, 43 m.	222 B-225 A	XI 26	133, 5-138, 25
De ordine			
II 7, 24-9, 27	340 A-342 A	*23	124, 6-128, 6

[1]) Haec epistula in editione Benedictinorum non exstat.

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
		cap.	pag.
De moribus eccl. cath.			
I 3, 4 et 5	I 689 A-F	*24	128, 10-129, 3
6, 10	691 C D		129, 3-6
11, 18	694 D		129, 6
7, 11	691 E F		129, 7-11
7, 12 s. f.	692 A		129, 12-17
8, 13 p. in.	692 B C		129, 18-22
11, 18 et 8, 13	694 D-F et 692 C		129, 22-130, 2
11, 19-19 m.	694 F-695 C		130, 2-18
15, 24 s. f.-26	697 A-C	II 2	50, 6-22
25, 46-47 s. f.	704 B-F		50, 23-51, 15
De uera religione			
3, 3-6, 10 m.	748 B-751 F	*19	106, 25-113, 14
16, 30 p. in.-17, 33 s. f.	757 D-758 F	*20	113, 18-116, 10
38, 69 m.-38, 72	772 E-773 C	*21	116, 13-118, 3
45, 85 p. in.-49, 94 p. in.	778 E-781 F	*22	118, 6-124, 3
Epistulae			
LIIII 3, 4 et 4, 5	II 125 A-126 B	CXVII 132	421, 6-423, 8
5, 6 s. f.-7, 9	126 D-127 C		423, 9-425, 3
LV 1, 2-2, 3 s. f.	128 A-129 B	CXVIII 133	425, 9-427, 15
3, 4 s. f.-4, 6 p. in.	129 E-130 A		427, 16-428, 16
4, 7 s. f.-6, 11	130 F-132 D	133[b]	430, 18-434, 5
7, 13-13 m.	132 F-133 A		434, 6-18
8, 15-10, 18 p. in.	133 F-134 G		434, 19-437, 1
10, 19	135 C D		437, 2-18
12, 22-22 m.	136 C		437, 19-438, 6
12, 22 s. f.-14, 25 p. in.	136 E-137 E		438, 7-440, 6
15, 27 m.-16, 29 p. in.	138 G-139 F		440, 7-441, 29
16, 29 m.-16, 30	140 B-D		441, 30-442, 19
16, 30 m.-17, 32	140 E-141 E		442, 21-444, 19
20, 37	143 C	CXVIIII 134	444, 23-27
XCVIII 1-3 m.	263 F-264 G	CCXXI 239	705, 14-707, 25
9 m.-10 s. f.	267 F-268 C		707, 26-709, 4
CII 1, 3-7	274 D-276 A	CCCXVIII 343	1013, 5-1015, 29
CXX 2, 7 s. f.-2, 12	349 D-351 F	CCXXIII 242	714, 3-718, 26
3, 17 s. f.-4, 20 s. f.	353 E-354 G		718, 26-721, 21
CXL 9, 24 m.-10, 26	431 B-432 B	CCCXLI 377	1080, 9-1082, 9
21, 53 s. f.-23, 58	441 E-443 F	CCXVIIII 237	696, 21-701, 8
25, 62 p. in.-26, 65 p. in.	445 A-446 F	CCXX 238	701, 12-705, 9
CXLVIIII 2, 11	507 G-508 B	CXCIII 211	650, 5-21
2, 12 p. in.	508 B	CXCIIII 212	651, 5-9
2, 13 p. in.-13 m.	508 D E		651, 9-18
2, 15 s. f.-2, 16 p. in.	509 B C		651, 19-652, 5

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
		cap.	pag.
Epistulae			
CXLVIIII 2, 16 s. f.-2, 17	II 509 F-510 B	CXCIIII 212	652, 5-653, 4
3, 31	515 B-E	CXCV 213	653, 9-654, 15
3, 33	515 F-516 B	CXCVI 214	654, 19-655, 15
CLVII 3, 12 m.-3, 14	547 D-548 F	CCXCVI 321	955, 17-958, 5
CLXVII	594-602	I 1	34, 12-49, 24
CLXXXVII 13, 38-13, 41 s. f.	691 A-692 B	CCCXIII 338	1004, 16-1007, 2
CXC 5, 16 p. in.-5, 19	704 E-706 B	CCCXXXVI 372[a]	1065, 2-1067, 26
6, 23 p. in.	707 C-D		1067, 26-1068, 5
6, 25	708 A-C		1068, 6-24
CXCVIIII 5, 14 et 15	746 D-G	CXXIIII 140	455, 22-457, 3
12, 51 s. f.-13, 54 s. f.	759 G-761 A		457, 3-459, 9
CCII *bis* 2, 6 s. f.	XXXIII 931 sq. Migne [1]	CCCXXXVI 372[b]	1068, 25-29
7, 15-8, 20	935-937		1068, 30-1071, 25
CCV 1, 2-1, 4	767 F-768 G	CCCXXXIII 369	1057, 25-1059, 24
2, 9-9 m.	770 B C		1059, 24-1060, 2
2, 10 p. in.-2, 11	770 E-771 B	CCCXXXIIII 370	1060, 6-1061, 14
2, 14 m.-2, 16	771 G-772 F		1061, 14-1063, 2
3, 17	772 F-773 C	CCCXXXV 371	1063, 6-1064, 6
4, 19	773 D-F	CCCXXXVI 372	1064, 9-26
CCXIIII 2-2 m.	791 D	CCLXXXII 307	903, 25-904, 10
3 p. in.-4	791 F-792 B		904, 10-27
4 m.-5	792 C-D		904, 27-905, 7
6 m.-7 s. f.	792 F-793 C		905, 7-906, 14
CCXV 8-8 s. f.	795 G-796 C		906, 14-907, 6
CCLXV 1-6	896 D-898 A	CCXXII 240	709, 7-712, 7
De doctrina christiana			
I 2, 2-7, 7 p. in.	III[a] 5 D-7 D	CCXLVI 270	803, 24-806, 28
10, 10-14, 13 s. f.	8 D-9 F	CCXLVII 271	807, 6-809, 16
22, 20 m.-23, 22 m.	11 B-G	CCXLVIII 272	809, 21-811, 9
23, 22 m.-24, 25 s. f.	11 G-12 G	CCXLVIIII 273	811, 14-813, 17
26, 27 m.-29, 30 m.	13 E-14 D		813, 17-815, 10
33, 37-37, 41 s. f.	16 E-18 D	CCL 274	815, 14-818, 27
37, 41 s. f.-40, 44 s. f.	18 D-20 A	CCLI 275	819, 5-820, 20
II 1, 1-2, 3 m.	19 B-20 B	CCLII 276	820, 23-821, 25
3, 4 m.-6, 7 p. in.	20 D-21 D	CCLIII 277	822, 5-823, 13
6, 7 p. in.-7, 10 s. f.	21 D-22 E	CCLIIII 278	823, 19-825, 29
10, 15	24 E F	CCLV 279	826, 5-16
16, 24	28 G-29 D	CCLVI 280	826, 21-828, 2
16, 25	29 E-30 C	CCLVII 281	828, 6-829, 18
16, 26-18, 28 s. f.	30 C-31 B	CCLVIII 282	829, 21-831, 18
19, 29 p. in.-21, 32 p. in.	31 C-32 B	CCLVIIII 284	831, 22-833, 19
22, 34 s. f.-24, 37	33 C-34 G		833, 19-836, 9

[1]) deest in editione Benedictinorum.

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
De doctrina christiana			
		cap.	pag.
II 31, 48-36, 54	III* 38 A-40 C	CCLX 285	836, 14-840, 21
36, 54-38, 56	40 C-41 A	CCLXI 286	840, 26-842, 8
38, 56-39, 59	41 A-F	CCLXII 287	842, 13-844, 2
40, 60-42, 63 s. f.	42 C-44 D	CCLXIII 288	844, 7-847, 13
III 1, 1 s. f.-2, 6	44 E-46 A	CCLXIIII 289	847, 19-849, 21
3, 6-5, 9	46 A-47 D	CCLXV 290	849, 26-852, 22
5, 9-6, 10 s. f.	47 D-48 A	CCLXVI 291	853, 5-854, 13
10, 14 p. in.-12, 19	49 D-51 A	CCLXVII 292	854, 20-857, 21
12, 18-20	50 F-51 C	*185	588, 17-589, 8
14, 22 p. in.-15, 23 p. in.	51 G-52 B	CCLXVIII 293	857, 25-858, 14
15, 23 p. in.-17, 25	52 B-F	CCLXVIIII 294	858, 19-859, 24
17, 25	52 F-53 A	CCLXX 295	860, 6-20
25, 35-25, 36 s. f.	55 D-56 A	CCLXXI 296	860, 24-861, 26
25, 36 s. f.-29, 40	56 A-G	CCLXXII 297	862, 4-863, 26
29, 40-30, 42	56 G-57 E	CCLXXIII 298	864, 5-865, 19
31, 44-37, 56 s. f.	58 E-64 E	CCLXXIIII 299	865, 24-877, 13
De Genesi ad litteram			
I 1, 1-9, 15	117 A-121 F	XII 27	139, 4-147, 4
VI 9, 16 s. f.-19, 30	203 D-208 C	XXXVIII 53	225, 21-235, 11
VIII 6, 12	230 B-E	XXVI 41	196, 4-27
9, 17-10, 19	232 B-G	XXVIII 43	203, 5-204, 17
13, 28 p. in.-16, 35 s. f.	235 E-238 C	XXVII 42	197, 4-202, 24
19, 38 m.-24, 45 s. f.	239 B-241 E	XXVIIII 44	204, 22-209, 27
25, 47 s. f.-27, 50 s. f.	242 C-244 B	XXX 45	210, 6-212, 26
X 20, 35 m.-22, 38	270 C-271 F	XXV 40	193, 4-195, 28
XI 4, 6-15, 20 s. f.	277 C-282 D	XXIIII 39	182, 19-192, 20
16, 21	282 D-G	XXII 37	178, 17-179, 9
23, 30-25, 32 s. f.	285 E-287 A	XXIII 38	179, 14-182, 14
27, 34-30, 38	287 E-289 A	XXXV 50	218, 14-221, 7
39, 53-41, 56	294 C-295 A	XXXVI 51	221, 12-223, 5
42, 58-42, 60 s. f.	295 D-296 E	XXXVII 52	223, 10-225, 15
Quaestiones in Heptateuchum			
I 2	380 B	XXXI 46	213, 4-10
3	380 B-381 A	XXXII 47	213, 15-214, 13
4	381 A B	XXXIII 48	214, 17-215, 4
8	381 E F	LXV 80	324, 18-325, 4
15	382 E	LXVI 81	325, 8-17
16	382 F	LXVII 82	325, 21-24
17	382 F	LXVIII 83	326, 4-8
20	383 A B	LXVIIII 84	326, 12-18

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
Quaestiones in Heptateuchum			
		cap.	pag.
I 26	III[a] 385 D-F	LXX 85	326, 23-327, 19
31	387 A-C	LXXI 86	327, 24-328, 19
38	388 E	LXXII 87	328, 24-329, 5
39	388 E-G	LXXIII 88	329, 10-23
40	388 G-389 C	LXXIIII 89	330, 4-27
42	389 E F	LXXV 90	331, 4-15
49	390 D E	LXXVI 91	331, 19-332, 5
57	392 D E	LXXVII 92	332, 10-20
58	392 E F	LXXVIII 93	333, 5-16
62	393 E F	LXXVIIII 94	333, 20-334, 2
63	393 F-394 B	LXXX 95	334, 7-335, 7
83	398 E F	LXXXI 96	335, 11-18
84	398 F	LXXXII 97	335, 22-336, 4
104	402 G-403 B	LXXXIII 98	336, 8-21
116	405 C D	LXXXIIII 99	337, 4-13
117, 1	405 E	LXXXV 100	337, 18-21
117, 4. 5	406 C-G		338, 2-339, 10
126	409 D	LXXXVI 101	339, 14-21
134	410 G-411 A	LXXXVII 102	343, 7-14
150	414 F-415 A	LXXXVIII 103	343, 18-344, 4
161	417 E-418 D	LXXXVIIII 104	344, 9-346, 4
168	420 A-C	XC 105	346, 8-24
169	420 C-421 A	XCI 106	347, 4-348, 15
172	421 E-422 A	XCII 107	348, 19-349, 6
II 11	424 F-425 E	XCIII 108	349, 12-351, 3
18	426 E-427 B	XCIIII 109	351, 7-352, 14
21	427 D-428 A	XCV 110	352, 18-353, 24
23	428 B C	XCVI 111	354, 5-16
24	428 C-G	XCVII 112	354, 20-356, 2
32	430 F-431 A	XCVIII 113	356, 7-357, 3
36	431 F	XCVIIII 114	357, 7-17
37	431 G-432 A	C 115	357, 21-358, 4
39-39 m.	432 B	CI 116	358. 8-17
40	432 E	CII 117	358, 21-359, 5
43	433 B-D	CIII 118	359, 9-360, 3
47, 6	436 E-437 B	CIIII 119	360, 8-361, 12
71	443 C-445 D	CV 120	361, 16-366, 2
72	445 D-G	CX 125	389, 19-390, 15
76	446 C	CXI 126	390, 19-23
90	450 F-451 B	CXII 127	391, 5-27
105	454 G-455 D	CXIII 128	393, 13-394, 15
154	467 B-469 F	CXIIII 129	394, 20-400, 9
166	471 D-472 F	CXV 130	400, 16-403, 6
IIII 24	537 E-G	CCCXXXVIII 374	1075, 23-1076, 12
25	538 A-F	CCCXXXVIIII 375	1076, 17-1078, 8
29	539 G-540 B	*101[a]	339, 23-340, 16
V 42	570 E-571 B	CCCXL 376	1078, 14-1079, 16

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
Speculum			
praefat.	III[a] 681 A-E	cap. CCCXXII 348[a]	pag. 1021, 24-1022, 31
De consensu euangelistarum			
I 35, 53-35, 54 m.	III[b] 25 D-26 D	*18	105, 9-106, 21
II 20, 49-21, 51	53 A-G	CLVIIII 175	557, 12-559, 15
30, 71-31, 78	63 A-65 C	CLX 176	559, 21-565, 11
56, 112-57, 115	79 D-80 B	CLXI 177	565, 16-567, 2
79, 154 p. in.-80, 157	97 A-98 D	CLXII 178	567, 7-570, 20
III 13, 40 s. f.-13, 43	122 C-123 C	CLXIII 179	571, 6-573, 10
13, 49 p. in.-14, 51	126 E-127 F		573, 11-575, 25
16, 53	128 B-G	CLXIIII 180	576, 6-577, 19
25, 83-25, 86	148 G-150 G	CLXV 181	578, 5-582, 16
IIII 10, 19 s. f.-10, 20	160 B-162 B	CLXVI 182	582, 23-585, 23
De sermone domini in monte			
I 12, 33-13, 37	179 B-180 E	CCCIII 328	976, 5-979, 4
20, 67 p. in.-20, 68 p. in.	195 B-D	CCCIIII 329	979, 8-22
II 1 p. in.-1, 4	199 G-202 B	CCCV 330	980, 5-982, 27
2, 5 s. f.-2, 6 p. in.	202 E F		982, 28-983, 6
2, 8 s. f.-2, 9 s. f.	203 G-204 D		983, 7-984, 12
3, 14	205 E-G	CCCVI 331	984, 16-985, 6
9, 30-9, 35	212 A-214 B	CCCVII 332	985, 11-989, 24
11, 38	215 C-216 A	CCCVIII 333	989, 28-991, 9
12, 40 m.-13, 44	216 C-217 F	CCCVIIII 334	991, 13-994, 7
13, 45 p. in.-14, 47	218 B-G	CCCX 335	994, 12-995, 28
16, 54 m.-54 s. f.	221 E-222 A	*335[a]	996, 1-23
17, 56 s. f.-17, 57 p. in.	222 F-223 C	CCCXI 336	997, 3-998, 5
17, 57 s. f.-17, 58 p. in.	224 A B		998, 5-15
18, 59 p. in.-19, 66 m.	224 E-227 D	CCCXII 337	998, 20-1004, 11
Quaestiones euangeliorum			
I 1	241 A B	CLXVII 183	586, 4-16
7	241 E-242 B	CXXI 136	447, 5-24
8	242 B-D	CCCXVIIII 344	1016, 4-19
37	246 D	*196	603, 4-7
II 8	252 D-F	*362	1046, 17-28
9	252 F	*363	1047, 2-10
11	253 A-F	CLXVIII 184	586, 22-588, 14
18	255 A-E	CLXVIIII 186	589, 13-590, 19
19	255 E-256 B	CLXX 187	590, 22-592, 3
20	256 B-D	CLXXI 188	592, 8-23

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
		cap.	pag.
Quaestiones euangeliorum			
21	III[b] 256 D-257 A	CLXXII 189	593, 4-594, 7
22	257 A-C	CLXXIII 190	594, 11-595, 3
23	257 C	*346	1017, 23-1018, 2
29, 1. 2	257 F-258 A	CLXXIIII 191	595, 8-596, 3
31	258 B-E	CCCXX 345	1016, 23-1017, 20
34	263 A-E	CLXXV 192	596, 7-597, 14
41. 42. 43	269 G-270 B	CLXXVI 193	597, 18-598, 12
44, 1. 2	270 B-271 A	CLXXVII 194	598, 16-600, 11
45, 1. 2	271 A-272 B	CLXXVIII 195	600, 15-602, 27
47	273 A-D	CLXXVIIII 197	603, 11-604, 12
51, 1	274 D-276 A	CLXXX 198	604, 18-606, 7
In Iohannis euangelium tractatus			
X 10 p. in.	372 F-373 A	CCLXXVI 301	879, 8-23
12	373 F-374 C		879, 24-881, 3
Enarrationes Psalmorum			
X 3 p. in.-3 s. f.	IIII 59 D-60 D	CXVIII 133[a]	428, 18-430, 16
XLIIII 11-12 s. f.	386 G-387 F	CCCXXVIIII 361	1044, 18-1046, 15
LXXX 21-23	868 B-869 F	*157[a]	503, 15-506, 26
LXXXV 17 p. in.-19	911 G-913 D	*101[b]	340, 18-343, 3
CX 2 m.	1244 F-1245 A	*159[a]	517, 16-518, 2
Sermones			
VIII	V 41 C-48 D	CVI 121	366, 7-379, 26
VIIII 6, 7 p. in.-6, 8	53 F-54 C	CVII 122	380, 4-381, 6
9, 11-9, 12	56 C-G		381, 7-382, 11
9, 12-10, 16 p. in.	56 G-60 A	CVIIII 124	383, 19-389, 15
LXXI 5, 9-8, 13 p. in.	388 C-390 C	CXVI 131	403, 10-407, 11
9, 14 s. f.-12, 18	391 B-392 C		407, 13-409, 16
12, 18 m.-12, 19 p. in.	392 E-393 A		409, 18-410, 9
12, 19 s. f.-15, 25 m.	393 G-396 F		410, 11-415, 23
16, 26 m.-26 s. f.	397 D-F		415, 24-416, 6
16, 27 s. f.-18, 30	398 D-399 C		416, 7-417, 26
20, 33 m.-21, 34 p. in.	401 B-E		417, 26-418, 22
21, 35 p. in.-35 s. f.	402 B-E		418, 24-419, 22
23, 37 m.-24, 38	403 D-404 A		419, 24-420, 21
CLXII	781 B-785 B	CCCXXIIII 350	1024, 25-1032, 14
CCXXI	964 E-965 D	CXX 135	445, 5-446, 23
CCLXV 8, 9 p. in.-9, 11 p. in.	1083 B-1084 B	268[a]	797, 11-799, 6
CCCL	1348 D-1350 D	CCCXLVIII 384	1096, 17-1100, 9
fragm. I	1509 A-1511 E	CCLXXXI 306	899, 6-903, 20

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
		cap.	pag.
De diuersis quaestionibus LXXXIIII [1])			
17	VI 4 G	*351	1032, 16-19
18	4 G-5 B	*352	1032, 21-1033, 5
19	5 B-D	*353	1033, 7-23
20	5 D E	*354	1034, 2-12
27	7 C-G	*355	1034, 14-1035, 18
35	12 B-13 C	CCCXLII 378	1082, 11-1084, 22
36	13 C-15 B	CCCXLVII 383	1092, 21-1096, 14
39	15 C D	356[a]	1038, 16-25
43	15 G-16 A	*367	1054, 17-24
45	16 D-17 C	CCCXXXI 365	1052, 16-1054, 7
51	19 C-21 B	CCCXXVIII 360	1041, 8-1044, 13
52	21 B-E	CCCXXVI 357	1039, 4-1040, 3
55	25 B C	CCCXXVII 358	1040, 8-19
56	25 C-F	301[a]	881, 5-23
59	30 A-33 B	CCLXXVII 302	882, 22-888, 7
63	38 F	CCCXXXI 366	1054, 9-14
70	60 C-61 A	CCLXXV 300	877, 21-879, 4
71	61 A-64 A	CCLXXVIIII 304	891, 19-896, 30
72	64 A B	*359	1040, 21-1041, 5
73	64 B-65 E	CCCXXV 356	1035, 22-1038, 14
79	69 E-72 C	CCCXXX 364	1048, 6-1052, 13
81	74 F-76 D	CCLXXVIII 303	888, 11-891, 15
Quaestiones ad Dulcitium			
6	133 D-136 B	CCXCVIII 323	959, 21-964, 16
[= Quaestt. ad Simplic. II 3	115 D-117 E]		
De fide et operibus			
3, 4 s. f.-6, 8	167 D-169 A	CXCI 209	642, 23-646, 4
26, 48-27, 49 s. f.	190 G-192 E	CXCII 210	646, 9-649, 25
De catechizandis rudibus			
3, 6 p. in.-4, 7 p. in.	266 B-267 B	CLXXXVI 204	630, 4-632, 6
9, 13 p. in.-13 s. f.	272 A-E	CLXXXVII 205	632, 11-633, 21
10, 15 p. in.-11, 16	273 F-274 C	CLXXXVIII 206	634, 5-635, 9
14, 20	277 D-278 A	CLXXXVIIII 207	635, 13-636, 16

[1]) Hic numerus in omnibus Eugippii codicibus inuenitur, cum Augustini editiones octoginta tres tantum quaestiones enumerent.

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
		cap.	pag.
De catechizandis rudibus			
14, 22-22 s. f.	VI 278 D-G	CLXXXVIIII 207	636, 17-637, 15
16, 24-24 m.	279 G-280 B	CXC 208	637, 19-638, 13
26, 52-27, 55	294 C-296 F		638, 14-642, 16
De continentia			
5, 12 s. f.-6, 16 s. f.	304 C-306 D	CLXXXIII 201	617, 22-622, 3
7, 18 s. f.-8, 20 m.	307 F-309 A	CLXXXIIII 202	622, 7-625, 2
De bono coniugali			
16, 18 p. in.	330 C	CCCXIIII 339	1007, 6-8
16, 8 s. f.	330 F-G		1007, 9-12
18, 21 p. in.-18, 22	331 F-332 D		1007, 13-1008, 16
20, 23 p. in.-20, 24	333 C-E	CCCXV 340	1008, 19-1009, 13
21, 25 p. in.	333 G-334 A	CCCXVI 341	1009, 17-22
21, 25 m.	334 B C		1009, 23-26
21, 26 p. in.	334 E F		1010, 1-6
21, 26 s. f.	335 A		1010, 7-10
22, 27 p. in.-27 m.	335 D E		1010, 11-19
De coniugibus adulterinis			
2, 8 m.-8 s. f.	408 B-E	CVIII 123	382, 16-383, 15
De mendacio			
14, 25-25 m.	435 A-D	CLXXXI 199	613, 11-614, 7
13, 22 s. f.-13, 23 m.	433 G-434 B		614, 8-20
14, 25 m.	435 D		614, 21 sq.
21, 42 m.-21, 43	444 F-445 C		614, 23-616, 3
Contra mendacium			
13, 28 p. in.-14, 29	465 D-466 B	CLXXX 198*	606, 9-607, 21
10, 23 s. f.-10, 24 s. f.	461 D-462 F		607, 22-610, 14
11, 25 s. f.	463 D-F		610, 16-24
12, 26 m.-26 s. f.	464 A-F		610, 25-612, 13
12, 26 s. f.-13, 28	464 G-465 C		612, 14-613, 8
15, 31 s. f.-15, 33	467 C-G	CLXXXII 200	616, 8-617, 17

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
De cura pro mortuis gerenda			
		cap.	pag.
1, 1 p. in.	VI 515 A	CCXCVIIII 324	964, 21-23
1, 1 m.-1, 3	515 B-516 C		964, 23-965, 28
4, 6 p. in.-6, 8	519 B-520 E		965, 29-968, 11
10, 12-12, 15 p. in.	523 A-524 G	CCC 325	968, 15-971, 18
13, 16 s. f.-14, 17 m.	526 G-527 C		971, 19-972, 8
15, 18-18 s. f.	527 E-G	CCCI 326	972, 13-973, 7
16, 19-16, 20 s. f.	528 B-529 B		973, 8-974, 27
18, 22	530 C-F	CCCII 327	975, 4-25
De ciuitate dei			
VIIII 15, 1 p. in.-16, 1 p. in.	VII 229 B-230 D	VII 7	76, 23-79, 8
XI 4, 1-4, 2 m.	274 B-E	XIII 28	147, 9-148, 11
5 m.-8 s. f.	276 A-278 C	XIIII 29	148, 16-152, 16
9 p. in.-10	278 C-279 E	XV 30	152, 21-154, 30
23-23 s. f.	289 B-290 C	XVI 31	155, 7-157, 3
XII 5 s. f.-9 s. f.	304 C-308 D	XXI 36	171, 5-178, 12
12 s. f.-15	311 A-313 A	XX 35	167, 9-170, 27
XIIII 3 p. in.-4 p. in.	351 D-352 E	IIII 4	52, 25-54, 20
5 s. f.-7, 1 p. in.	354 E-355 C		54, 21-55, 22
7, 2 p. in.	355 E		55, 23-26
7, 2 m.	355 G-356 A		55, 27-56, 3
9, 1-9, 4 s. f.	358 C-360 C		56, 4-60, 5
13, 2-14 m.	365 E-366 C	*241	712, 12-713, 23
XV 7 p. in.-8	384 D-386 G	XLVI 61	255, 14-260, 10
24 s. f.-27	409 F-411 C	XXXIIII 49	215, 10-218, 10
XVIII 42	524 D-525 A	CCCXXI 347	1018, 8-1019, 13
43	525 B-526 D	CCCXXII 348	1019, 18-1021, 22
44	526 D-527 C	CCCXXIII 349	1023, 6-1024, 19
XX 2 m.-4	574 F-576 B	CXXII 138	450, 5-452, 19
5, 1 p. in.-5, 2 p. in.	576 E-577 A	CXXIII 139	452, 24-453, 24
5, 2 s. f.-5, 5	577 B-578 A		453, 26-455, 17
6 p. in.-7	578 F-580 D	CXXV 141	459, 12-462, 13
7, 1-3 s. f.	580 D-582 E	CXXVI 142	462, 17-466, 24
7, 3-8, 1 p. in.	582 E-583 B	CXXVII 143	467, 4-468, 13
9, 4 s. f.-11	587 F-588 F	CXXVIII 144	468, 18-470, 9
11-11 s. f.	588 F-589 D	CXXVIIII 145	470, 14-471, 16
11 s. f.-13	589 D-590 B	CXXX 146	471, 21-473, 4
19 p. in.-20	596 E-598 G	CXXXI 147	473, 9-478, 2
20, 1-3 s. f.	598 G-600 E	CXXXII 148	478, 6-481, 24
29	613 A-G	CXXXIII 149	482, 5-483, 24
XXI 2	618 C-F	CXXXIIII 150	484, 4-23
3	618 F-620 D	CXXXV 151	485, 4-488, 3
7, 1-2 m.	625 E-626 F	CXXXVI 152	488, 7-490, 3
7, 2 s. f.-8, 1 m.	627 A-E		490, 5-29
11	632 A-633 A	CXXXVII 153	491, 5-493, 7

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
De ciuitate dei			
		cap.	pag.
XXI 12	VII 633 A-D	CXXXVIII 154	493, 12-494, 9
13-14 p. in.	633 D-634 D	CXXXVIIII 155	494, 14-496, 12
21	639 E-G	CXL 156	496, 18-497, 11
25, 4 s. f.-27	646 G-649 G	CXLI 157	497, 15-503, 13
27, 1-6 s. f.	650 A-654 E	CXLII 158	507, 5-515, 19
XXII 2	656 C-657 C	CXLIII 159	515, 23-517, 14
3	657 C-F	CXLIIII 160	518, 6-519, 8
4-5 p. in.	657 F-658 E	CXLV 161	519, 13-520, 26
5 p. in.	658 E-659 A	CXLVI 162	521, 4-21
5 p. in.-6, 1 m.	659 A-660 D	CXLVII 163	522, 5-524, 22
7	662 D-G		524, 23-525, 16
8, 1-2	663 A-F	CXLVIII 164	525, 21-526, 30
15	678 E-679 A	CXLVIIII 165	527, 5-528, 4
16	679 A-D	CL 166	528, 8-25
17	679 D-680 C	CLI 167	529, 4-530, 24
20-21 m.	682 G-684 D	CLII 168	531, 5-534, 6
24, 5 s. f.	692 C	CLIII 169	534, 10-13
25	692 D-693 C	CLIIII 170	534, 18-536, 11
26	693 D-694 C	CLV 171	536, 15-538, 8
27	694 C-G	CLVI 172	538, 13-539, 20
28	694 G-695 E	CLVII 173	540, 5-541, 23
29	695 E-699 F	*173*	542, 3-550, 17
30, 1-6	699 F-702 F	CLVIII 174	550, 21-557, 7
De haeresibus ad Quoduultdeum			
42 s. f. et 43	VIII 12 F-13 C	XVIIII 34	166, 6-167, 5
88	25 E-26 F	CCLXXX 305	897, 4-899, 2
Contra Faustum Manichaeum			
II 5 m.-6	188 B-F	XXXVIIII 54	235, 15-236, 24
VI 2-3 p. in.	202 E-203 D	XL 55	237, 4-238, 24
7-7 s. f.	207 E-208 D	XLI 56	239, 6-240, 19
9 m.-9 s. f.	210 G-212 C	XLII 57	240, 23-242, 16
XI 7 p. in.-8 s. f.	222 F-226 D	XLIII 58	242, 21-249, 12
XII 8	230 B-F	XLIIII 59	249, 17-250, 26
XII 9 s. f.-13 m.	231 D-233 E	XLV 60	251, 6-255, 9
17	235 D-F	XLVI 61	260, 10-22
19-21	236 A-237 A	XLVII 62	261, 5-263, 7
21 s. f.-24 p. in.	237 D-238 D	XLVIII 63	263, 11-265, 17
24 s. f.-37	239 C-244 D	XLVIIII 64	265, 21-277, 21
XIII 11 m.-12	258 B-E	L 65	278, 5-22
XIIII 2 s. f.-9	265 D-268 B	LI 66	279, 5-284, 18

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
		cap.	pag.
Contra Faustum Manichaeum			
XVI 22 m.-23	VIII 296 E-297 C	LII 67	284, 23-286, 13
29-29 s. f.	301 C-302 D	LIII 68	286, 19-289, 4
XVIII 5 p. in.-6 s. f.	311 C-312 B	LIIII 69	289, 9-290, 25
XVIIII 25-25 m.	327 D-328 B	LV 70	291, 5-292, 19
XXI 2 p. in.-3 p. in.	351 D-352 C	LVI 71	293, 5-295, 3
9 p. in.-10	356 A-357 B	LVII 72	295, 7-297, 16
XXII 36-36 s. f.	383 B-F	LVIII 73	297, 21-299, 2
51 p. in.-56	391 B-394 B	LVIIII 74	299, 6-305, 14
83-87	411 F-415 A	LX 75	305, 18-312, 13
87	415 A-G	LXI 76	312, 17-314, 14
88	415 G-416 C	LXII 77	314, 18-315, 18
92 m.-95 m.	418 E-420 B	LXIII 78	315, 22-319, 6
XXXII 9 m.-14	455 B-457 E	LXIIII 79	319, 10-324, 13
De natura boni			
24 s. f.-30	507 E-508 G	CCCXXXII 368	1055, 5-1057, 21
Liber responsionis ad Orosium			
3, 3 p. in.-6, 7 s. f.	613 A-615 A	XVII 32	157, 8-161, 6
8, 11-11, 14 s. f.	616 E-620 A	XVIII 33	161, 11-166, 3
De trinitate			
I 6, 9-7, 14	754 D-757 B	CCXXIIII 243	722, 5-727, 24
7, 14-8, 15	757 B-758 B	CCXXV 244	728, 5-730, 2
8, 15-8, 16 m.	758 B-759 C	*245	730, 5-732, 12
8, 16 m.-9(, 18) p. in.	759 C-761 C	CCXXVI 246	732, 16-737, 2
9(, 18) p. in.-18 m.	761 C-E	*247	737, 6-19
9, 19 s. f.-11, 22	762 C-763 G	CCXXVII 248	737, 23-741, 5
11, 22-13, 28	764 A-767 F	CCXXVIII 249	741, 11-749, 2
13, 28-13, 31 m.	767 F-771 A	CCXXVIIII 250	749, 7-754, 27
II 2, 4	774 B-D	CCXXX 251	755, 7-25
3, 5-5 s. f.	774 D-775 A	CCXXXI 252	756, 5-757, 8
4, 6	775 B-D	CCXXXII 253	757, 13-29
5, 7-6, 11	775 D-777 G	CCXXXIII 254	758, 4-763, 4
III 5, 11 m.-7, 12	798 F-799 B	*255	763, 8-764, 10
7, 12-9, 16	799 B-801 E	*10	90, 23-95, 5
9, 17-9, 19	802 A-G	*11	95, 8-96, 27
IIII 3, 5-4, 7	812 G-815 A	*12	97, 4-101, 11
5, 9-9 s. f.	816 C-F	CCLXXVI 301[b]	881, 25-882, 18
9, 12 s. f.-11, 14	818 F-819 C	*13	101, 14-102, 7
11, 14-12, 15	819 C-E	*14	102, 10-103, 7

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
		cap.	pag.
De trinitate			
IIII 12, 15 p. in.	VIII 819 E F	*15	103, 10-17
15, 20-16, 21	823 C-F	*16	103, 20-104, 13
18, 24-19, 25	825 C-826 D	VII 7[a]	79, 11-81, 22
19, 25-25 s. f.	826 D-F	*17	104, 17-105, 6
V 14, 15 p. in.-15, 16	840 F-841 D	CCXXXIIII 256	764, 15-765, 23
15, 16-16, 17	841 D-F	CCXXXV 257	765, 28-766, 14
16, 17	841 F-844 A	CCXXXVI 258	766, 19-768, 32
VI 5, 7-6, 8	847 D-848 A	CCXXXVII 259	769, 4-770, 6
9, 10-10 s. f.	849 D-850 C	CCXXXVIII 260	770, 10-771, 28
VIII 6, 9 s. f.-8, 12	874 A-875 C	CCCXLIII 379	1084, 25-1087, 20
8, 12-12 s. f.	875 C-876 E	CCCXLIIII 380	1087, 25-1090, 8
8, 12 s. f.-10, 14	876 E-878 A	CCCXLV 381	1090, 14-1092, 5
10, 14-14 m.	878 A B	CCCXLVI 382	1092, 9-18
XII 7, 11 s. f.-8, 13	918 E-919 D	CCXXXVIIII 261	772, 5-773, 22
8, 13 p. in.	919 D-F	CCXL 262	774, 5-21
XIIII 9, 12-10, 13	956 B-957 B	III 3	51, 20-52, 19
XV 3, 4-4, 6	968 B-970 B	CCXLI 263	774, 25-778, 17
17, 27 p. in.-20, 38	987 B-993 E	CCXLII 264	778, 23-791, 9
20, 38 s. f.-21, 40	994 A-F	CCXLIII 265	791, 14-792, 25
22, 42-23	995 F-996 C	*266	793, 5-794, 8
23, 43 p. in.-24	996 C-997 C	*267	794, 12-796, 9
26, 46 p. in.	998 F-999 A	CCXLIIII 268	796, 13-797, 9
27, 48-27, 50 s. f.	1000 E-1002 G	CCXLV 269	799, 11-803, 19
De baptismo			
I 7, 9 m.-8, 10	VIIII 85 A-D	CXCVII 215	655, 20-656, 21
8, 10-10, 13	85 D-86 G	CXCVIII 216	657, 4-660, 8
10, 13-10, 14 p. in.	87 A-C	CXCVIIII 217	660, 13-661, 5
10, 14 p. in.-14 s. f.	87 C-G	CC 218	661, 9-662, 19
10, 14 s. f.-11, 15	87 G-88 B	CCI 219	662, 23-663, 13
11, 15-12, 20	88 B-90 A	CCII 220	663, 17-667, 14
12, 20-13, 21	90 A-F	CCIII 221	667, 19-669, 3
13, 21-14, 22	90 F-91 C	CCIIII 222	669, 8-670, 7
14, 22-15, 23	91 C-E	CCV 223	670, 11-671, 9
15, 23-15, 24	91 E-92 B	CCVI 224	671, 14-672, 15
15, 24-16, 25 m.	92 B-93 A	CCVII 225	672, 19-674, 11
16, 25 m.-18, 27	93 A-E	CCVIII 226	674, 15-675, 19
18, 28	93 F-94 A	CCVIIII 227	676, 5-16
18, 28 m.-19, 29	94 D-95 A		676, 16-677, 19
IIII 9, 13 p. in.-10, 14	129 C-G	CCX 228	677, 24-679, 3
15, 22 p. in.-17, 24	134 C-135 F	CCXI 229	679, 8-682, 4
18, 25 p. in.-19, 26 m.	136 E-137 C	CCXII 230	682, 8-683, 27
V 27, 38 s. f.-28, 39 s. f.	159 F-160 F	CCXIII 231	684, 4-686, 9
VI 1, 1 p. in.-3, 5	161 A-163 C	CCXIIII 232	686, 15-690, 16
5, 7 p. in.-5, 8 m.	163 G-164 D	CCXV 233	690, 22-692, 3

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
De baptismo			
		cap.	pag.
VI 44, 86 m.-44, 87 s. f.	VIIII 184 E-186 B	CCXVI 234	692, 7-694, 5
VII 1, 1 m.-1 s. f.	185 D-186 D	CCXVII 235	694, 10-695, 14
54, 103 p. in.	202 F-204 A	CCXVIII 236	695, 19-696, 17
De peccatorum meritis et remissione s. de baptismo paruulorum			
I 31, 59 m.-32, 60 s. f.	X[a] 33 D-34 F	CCCXVII 342	1010, 24-1012, 28
II 34, 54 m.-36, 59 s. f.	68 G-72 A	CCCXXXVII 373	1072, 9-1075, 19
De natura et gratia			
19, 21 p. in.-21 m.	135 C D	CCXCVII 322	958, 10-17
20, 22	135 G-136 D		958, 18-959, 17
De perfectione iustitiae hominis			
2, 1-8, 17 p. in.	168 A-173 D	CCXCIII 318	938, 23-948, 5
8, 17 p. in.-8, 18 s. f.	173 D-174 D	CCXCIIII 319	948, 11-950, 4
8, 19 p. in.-10, 21	174 F-176 C	CCXCV 320	950, 10-952, 19
11, 24 s. f.-11, 26	178 B C		952, 20-953, 5
15, 34 s. f.-16, 37	183 A-184 B		953, 6-955, 12
De origine animae ad Victorem Vincentium			
IIII (II) 22, 36-24, 38	405 F-407 F	CLXXXV 203	625, 7-629, 19
Contra Iulianum			
III 5, 11-7, 14	558 D-559 F	CCXC 315	932, 20-935, 3
15, 29	567 B-D	CCXCI 316	935, 7-22
26, 62 p. in.-26, 64	581 F-583 B	CCXCII 317	936, 4-938, 17
De gratia et libero arbitrio			
2, 4 s. f.-4, 6 s. f.	720 C-721 G	CCLXXXIII 308	907, 10-910, 6
15, 31 p. in.-17, 34 p. in.	733 G-735 G		910, 7-914, 6
21, 42 s. f.-24, 46	742 A-744 D	CCLXXXIIII 309	914, 10-918, 26

Augustini	ed. Benedict.	Editionis huius	
		cap.	pag.
De correptione et gratia			
11, 32 s. f.-12, 35 s. f.	X[a] 768 D-770 C	CCLXXXV 310	919, 5-922, 10
13, 40-40 s. f.	772 C-G		922, 11-923, 5
16, 49 p. in.	777 B-778 C	CCLXXXVI 311	923, 9-924, 6
De praedestinatione			
10, 19 p. in.-12, 24 m.	803 E-806 A	CCLXXXVII 312	924, 11-928, 22
20, 40 p. in.-21, 43	816 G-818 E	CCLXXXVIII 313	928, 26-931, 12
De dono perseuerantiae			
16, 41 m.-41 s. f.	844 A-D	CCLXXXVIIII 314	931, 16-932, 15
Opus imperfectum contra Iulianum			
III 84 s. f. (?)	X[b] 1084 A B	CCCXL 376[a]	1079, 21-1080, 2
Ex incertis libris			
		CXII 127[a]	392, 1-393, 9
		*137	448, 3-449, 20
		CCCXXX 364	1047, 13-1048, 5

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. 6, 29 *scr.* testata sint *pro* testarint.
p. 10, 23 *test. scr.* II Cor. 5, 16 sq. *pro* I Cor. 5, 16 sq.
p. 19 *post u. 3 adde titulum capitis 173ª*: de qualitate uisionis, qua in futuro saeculo sancti deum uidebunt.
p. 21, 18 *scr.* catecizandus *pro* cathecizandus.
p. 64, 9 *not. scr.* mentisquam V^2 *pro* mentisquam V^1.
p. 68, 2 *dele* ⟨ad salutem meam⟩.
p. 105, 21 *scr.* oreretur *pro* oriretur, *qua forma Augustinus non usus esse uidetur.*
p. 205 *not. scr.* 18 loca M^2V^2 *pro* 20 loca M^2V^2.
p. 467, 2; 493, 9; 494, 11; 518, 4; 660, 10; 661, 7; 662, 21; 663, 15; 667, 16; 669, 5; 670, 9; 671, 11 *scr.* SEQVITVR SE TEXTVS *pro* SEQVITVR SETEXTVS.